Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIA ET QVAESTIONES IN DVOS ARISTOTELIS STAGYRITÆ de Generatione & Corruptione libros.

Autore F. Dominico Bañes Mondragonensi ordinis Prædicatorum ac Sacræ Theologiæ Salmanticæ Primario Professore.

SCVTO CIRCVNDABIT TE VERITAS EIVS.

38560

CVM PRIVILEGIO.

Salmanticæ apud Sanctum Stephanum.

M. D. LXXXV.

Esta tassado en marauedis el pliego.

Bibliothecæ Petri Cerbuna — xxvij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Maestro F. Domingo Bañes de la orden de Sancto Domingo Cathedratico de Prima de la vniuersidad de Salamanca, nos ha sido hecha relacion que auades compuesto vnos Commentarios sobre los libros de Generatione y Corruptione de Aristoteles por ser materia muy necessaria, y auer poco escripto sobre ello y nos pedistes y suplicastes os mandassemos dar licencia para lo poder imprimir, y priuilegio por el tiempo que fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizo en el dicho libro la diligencia que la pragmatica por nos hecha sobre ello dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, e yo tuue lo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros siguientes que corren y se cuentan desde el dia de la data della, vos, o la persona que para ello vuestro poder ouiere, podays imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion en estos nuestros Reynos, y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor dellos que vos nombraredes para que por esta vez le pueda imprimir por el original que en el nuestro Consejo se vio, que van rubricadas las planas y firmado al fin del de Miguel de Ondarça çauala nuestro Escriuano de Camara de los que en el nuestro Consejo residen, y con que antes que se venda le traygays ante los del nuestro Consejo juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion esta conforme a el, o traygays fe en publica forma en como por el corrector nombrado por nos se vio y corrigio la dicha impresion con el original, y se imprimio cõforme a el, y quedan assi mismo impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que assi fueren impressos, y se os tasse el precio que por cada volumẽ ouieredes de auer, so pena de caer y incurrir en las penas cõtenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros Reynos, y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia, no le pueda imprimir ni vender so pena que el que le imprimiere y vendiere aya perdido y pierda todos y qualesquier libros y moldes que del tuuiere y vendiere en estos nuestros Reynos, y mas incurra en pena de cincuenta mil marauedis, la tercia parte para el denunciador, y la otra tercia parte para el juez que lo sentẽciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara y fisco, y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa y corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Assistente, Gobernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros Iuezes y Iusticias qualesquier de todas las Ciudades villas y lugares de nuestros Reynos y Señorios, assi a los que agora son como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cũplan esta nuestra cedula y merced que assi vos hazemos, y contra el tenor y forma della no vayan ni passen en manera alguna, so pena de la nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Fecha en Sant Lorẽço, a onze dias del mes de Septiembre de mil y quinientos y ochenta y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.

Antonio de Erasso.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COmmentaria & quæstiones in duos libros de Generatione & Corruptione Aristot. autore admodum R. Patre M. F. Dominico Bañes Sacræ Theologiæ Salmanticę primario professore, vidi & legi de senatus supremi mandato, in quibus sine vlla fidei offensione, stant omnia Christianæ & naturali Philosophiæ maximè consona, & (quod est ingenij autoris felicitas & facilitas) summa perspicuitate in summam redacta resolutionem. Vnde cum maxima omnium studiosorum & doctiorum vtilitate excudentur. In conuentu D. Philippi ordinis D. Augustini. Madritij, die. 15. Mensis Iulij. Anno 1584.

F. Gabriel Pinelo.

ILLVSTRISSIMO DOMINO D. GASPARO A FONSECA ET STVNICA

Comiti de Monterei, &c. F. Dominicus Bañes S. Theologiæ Professor, S. in Christo omnium seruatore precatur, & præsens opus dedicat.

QVAMQVAM literarũ studia quæ à diuino sapientiæ fonte in mentes hominum effluxerunt (Illustrissime domine) tantare alias dignitate atque præstantia superent, tamen vt apud populum in magno pretio & honore sint, atq; hominũ ingenia ad literarum amorem excitentur; multum interest vt viri nobilitate insignes, & in sublimi atque eminenti loco constituti verum humanarum, & diuinarum, cognitionem amore prosequantur & suo patrocinio literarum professoribus adsint & faueant. Quapropter non mediocriter gratulandum esse iudico literarum cultoribus præsertim Salmantinis, quòd hac nostra ætate domus ac familia tua in tota Hispania florentissima, non solum viros nobilitate insignes maiorumq; splendore commendatos: verum etiam literarum cognitione maximè honestatos, virtutibus & sapientia præditos, & de Christi Ecclesia non mediocriter benemeritos peperit, ac procreauerit. Cuius rei testimonium certissimum est, quod in maxima parte Regni Galeciæ, ad huius domus Primogenitũ pertineat: eos viros designare, qui sacerdotia, quibus animarũ cura annexa est, suscipiãt. Quantus verò huius domus generis splendor sit, longũ esset recensere. Nullus enim procerũ atq; magnatum in Hispania est, qui Illustrissimã hanc familia cognationis & affinitatis vinculo sibi esse coniunctã non gaudeat, atq; glorietur. Verùm quia (vt Satyricus inquit) nobilitas sola est atq; vnica virtus. Quid enim prodest regio censeri sanguine, & fumosas maiorũ imagines & stantes in curribus Alexãdrinos principes ostendere, nisi virtutes & singulares animi dotes comites accedant? Prodierunt profectò ex tua clarissima familia, etiã in hac parte viri mirabiles, qui Rempub. singulari sapientia, atq; prudẽtia, aliisq; virtutibus gubernarunt, atq; tutati sunt. Quorũ omnium in bello & pace egregia facinora, non est mei muneris nec facultatis in præsentia enarrare, digniq; laudibus prosequi. Vereor enim ne oratione mea gloriosè facta extenuentur. Hoc vnũ tacere non possum, quòd ad præstantissimæ familiæ tuæ ornamenta, maximus tuis, Illustrissime Gaspare, animi dotibus cumulus accesserit. Ab infantia enim Dei cultũ, Christianãq; religionẽ toto animi affectu, Illustrissimæ ac pijssimæ genitricis tuæ educatione, sic amplexatus est, vt iã tũc qualis postea futurus esses, certissimũ nobis specimẽ dederis. Literarũ etiam studia, quæ in re Illustrissimi genitoris tui imitator existis, maximè tibi placuerunt. In quibus profectò tantos in pueritia & adolescentia progressus feciſti, vt si literarũ studia tibi prosequi licuisset, & ex aliqua vulgari progenie originẽ duceres, possemus merito expectare, te aliã domum non minus nobilem & diuitem, quam tua est erigere posse. Alios profectò ingenio insignes paupertas detinere solet, ne prouehantur, tuo verò excellenti ingenio diuitiæ statusq; conditio obest, ne te ipso præstantior euadas. Iam verò in hoc statu, quãto Reipub. emolumento futurus sis, illud maximũ argumentũ est, quòd à Rege nostro Philippo maximo huius nominis II. tibi Lusitaniæ Regni bona pars fuerit iuncta, atq; ad tumultus illos, qui tũc suborti videbãtur, sedandos & cõpescendos dux fueris cõstitutus. Et quãuis ætate adolescens adhuc esses: quæ lubrica esse solet & imbecillis, rebusq; difficillimis impar merito reputatur: tu tamen ita viriliter ac prudenter te gessisti, vt viros ætate prouectos, summaq; experiẽtia industrios superaueris. Age iam, vir macte virtute, & Dei optimi maximi fretus auxilio, flagrantẽ zelũ pro obseruandis, tuendisq; Reipub. ac Regis tui iuribus, studiumq; vigilans, & solicitã curam adhibe: vt maiores tuos de Republica benemeritos tuis virtutibus mirabiliter absq; cuiusquã inuidia vincas & superes. Interim tamẽ quoniã maximè tui generis nobilitatẽ & splendorẽ, literarũ studio clariùs relucere facis; hæc etiam nostra in Arist. libros de rerum Generatione & Corruptione commentaria, quæ bonam Philosophiæ partem complectuntur, tuo patrocinio foue, meq; animi erga te affectum & antiquam meam erga domum tuam obseruantiam suscipe. Christus Dominus te dinu nobis seruet incolumen, donisq; temporalibus, ac cœlestibus augeat & amplificet. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRATER DOMINICVS BAÑES SACRÆ THEOLOGIÆ SALmanticæ professor, Lectori Salutem.

HÆC nostra in duos libros Aristotelis de Generatione & Corruptione commentaria, quæ ante annos ferè triginta composueram, atq; discipulis dictaueram, nunc tandem sæpius examinata & limata, & in multis auctiora maturiori studio reddita, in cõmunem vtilitatem edere, non sine causa visum est. Egrè nanque ferebam, quod in huiusmodi Physicis quæstionibus pertractandis à quibusdam iunioribus D. Thomæ sententia facilè relinqueretur; mihi sanè non parùm ad Sacræ Theologiæ studium conferre videtur, quod adolescentes, etiam in his minoribus, angelicum doctorem venerari incipiant, ne malè assueti, ab eius sana doctrina postea in grauioribus temerè discedant. Præceptores vero Philosophiæ aduertant non fuisse mentis meæ tot quæstiones tam abundanter discutere, vt vniuersa figillatim nouitijs Philosophis interpretentur. Hoc enim vno ferè toto anno, qui de more, Philosophiæ dicatus est, vix præstare possent, sed ideo tam copiosè, quæstiones non pauciores quam quinquaginta duas præcipuas discutere volui, vt prudentes præceptores deligant, quas discipulis magis accõmodatas iudicauerint. Cæterum prouectiores, vel Theologi, vel Medici habent, vbi non sine profectu (nisi me animus fallit) se exercere valeant, valeamus vtinam omnes multùm in Christo Domino.

Tu quoque Lector plurimum vale.

QVÆSTIONES QVINQVAGINTA DVÆ QVÆ PRÆCIPVE in hoc opere ab autore præter textuales disputantur.

Circa librum Primum Quæstiones Trigintaseptem.

QVÆSTIO Procemialis de subiecto huius libri. Vtrùm ens mobile ad formam sit subiectum huius libri. pag.1.
¶Quæstio II. Vtrùm generatio simpliciter dicta sit possibilis. lib.1.c.3. pag.27.
¶Quæstio III. Eodem libro & capite. Vtrùm omnis generatio debeat reduci in substantiam separatam tanquam in causam efficientem, an etiam sint aliæ causæ inferiores, quæ efficienter agant. pagina.37.
¶Quæstio IIII. Vtrùm generatio vnius sit corruptio alterius. pag.41.
¶Quæstio V. Vtrùm materia includat aliquem actum. pag.44.
¶Quæstio VI. Vtrùm alteratio differat à generatione & in quo hæc differẽtia cõsistat. pag.50.
¶Quæstio VII. Vtrùm alteratio sit motus ad qualitatem. pag.52.
¶Quæstio VIII. Vtrùm aliqua qualitas possit intendi & remitti. pag.54.
¶Quæstio IX. Vtrùm ad solam speciem qualitatis fit solùm per se alteratio. pag.62.
¶Quæstio X. Vtrùm intentio fiat per maiorem radicationem in subiecto. pag.66.
¶Quæstio XI. Vtrùm alteratio sive intensio sit motus continuus. pag.73.
¶Quæstio XII. Vtrùm in motu alterationis sit tantùm vnicus motus, recessus à frigiditate & accessus ad calorem. pag.77.
¶Quæstio solennis, in sex articulos diuisa; Vtrùm in composito substãtiali sint plures formæ substantiales, an solùm vna. pag.82.
¶Quæstio XIIII. De subiecto accidentium in tres articulos diuisa. pag.104.
¶Quæstio XV. Vtrùm in generatione & corruptione fiat resolutio vsque ad materiam primam. pag.118.
¶Quæstio XVI. Vtrùm materia sit subiectum generationis & omnium motuum. pag.130.
¶Quæstio XVII. Vtrùm materia possit separari à magnitudine. pag.139.
¶Quæstio XVIII. Vtrùm augmentatio sit motus distinctus ab alijs motibus. pag.142.
¶Quæstio XIX. Vtrùm augmentatio sit motus continuus. pag.149.
¶Quæstio XX. A quo nam sumatur principium indiuiduationis in rebus materialibus, habens nouem articulos. pag.154.
¶Quæstio XXI. Vtrùm sola viuentia augeantur. pag.179.
¶Quæstio XXII. Vtrùm maneat idem suppositum & eadem forma in tempore augmentationis. pag.182.
¶Quæstio XXIII. Vtrùm hoc subiectum quod manet idem augeatur secũdum partes formales, an verò secundum partes materiales. pag.186.
¶Quæstio XXIIII. Vtrùm subiectum augmẽtationis augeatur secundùm omnes suas partes. pag.189.
¶Quæstio XXV. Vtrùm alimentum conuertatur in substantiam aliti. pag.193.
¶Quæstio XXVI. A quo nam fiat cõuersio alimenti in substantiam aliti. pag.194.
¶Quæstio XXVII. Vtrùm alimẽtum sit simile ei quod alitur. pag.196.
¶Quæstio XXVIII. Vtrùm diminutio sit possibilis. pag.198.
¶Quæstio XXIX. Vtrùm in rarefactione acquiratur noua quantitas. pag.199.
¶Quæstio XXX. Vtrùm agens & patiens debeant se tangere. vel Vtrùm mouens & motũ debeant esse simul. pag.218.
¶Quæstio XXXI. Vtrùm simile possit agere in sibi simile. pag.221.
¶Quæstio XXXII. Vtrùm omne agens agẽdo repatiatur. pag.225.
¶Quæstio XXXIII. Vtrùm indiuisibile possit alterari. pag.230.
¶Quæstio XXXIIII. Vtrùm mistio sit possibilis. pag.235.
¶Quæstio XXXV. Vtrùm elementa maneant formaliter in misto. pag.240.
¶Quæstio XXXVI. Vtrùm elementa manẽãt in misto secundum suas qualitates & virtutes. pag.245.
¶Quæstio XXXVII. Vtrùm qualitates contrariæ possint esse in eodem subiecto in gradibus remissis. pag.249.

Quæstiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstiones ex Secundo Libro Quindecim.

QVæstio I. Vtrùm quatuor primæ qualitates sint formæ substantiales elementorum. pag.261.
¶Quæstio II. Vtrùm qualitates primæ sint tãtum quatuor. pag.265.
¶Quæstio III. Vtrùm quatuor qualitatũ primarum, duo sint actiua, & duo passiua. pag.267.
¶Quæstio IIII. Vtrùm sint tantum quatuor elementa. pag.271.
¶Quæstio V. Vtrùm detur aliquod elementũ purum. pag.275.
Quæstio VI. Vtrùm ignis sit maximè calidus, & aër maximè humidus, & aqua maximè frigida, & terra maximè sicca. pag.277.
¶Quæstio VII. Vtrùm elementa habeãt vtramque qualitatem in summo, an vero vnam tantũ. pag.283.
¶Quæstio VIII. Vtrùm qualitates symbolæ elementorum sint eiusdem speciei. pag.286.
¶Quæstio IX. Vtrùm quodlibet elementũ possit immediatè generari ex quolibet. pag.291.
¶Quæstio X. Vtrùm elementa symbola facilius mutentur. pag.293.
¶Quæstio XI. Vtrùm ex duobus elementis non symbolis corruptis fiat tertium. pag.295.
¶Quæstio XII. An detur mistũ ad põdus æquale. pag.306.
¶Quæstio XIII. Vtrùm cœlum agat in ista inferiora. pag.320.
¶Quæstio XIIII. Vtrùm omne corruptibile habeat certam periodum, & determinatum tempus durationis. pag.226.
¶Quæstio XV. & vltima. Vtrùm corruptũ per naturam possit idẽ numero reparari. pag.334.

ERRATA.

PAgina.3.col.1.in litera A.linea post ipsam literã A.8.vbi dicitur Minor probatur, lege. Maior probatur. Et hunc ordinem obserua in distinguendis sequentibus erratis. pag.4.col.2.B.7.sed neq; isto motu.l.sed neq; isto modo motus. pag.6.col.1.D.10.quale est lumẽ, de quo aliàs.l.quale est lumẽ, aliter dicendũ est, de quo aliàs. pag.13.col.2.A.li.7.dũ est Et vtrũ.l.dum est amplius de augmentatione & alteratione, quid vtrũq; sit. Et vtrã. pag.18.col.1.C.li.10.aceruus, domus. pag.26.col.2.C.li.4.genereſtur l.generentur. pag.27.E.li.vlt.Minor.l.Maior. pag.32.col.1.li.8.art.1.l.art.2. pag.34.A.li.3.priuatio identificatur.l.mutatio identificatur. pag.37.col.1.B.lin.12.impugnat. Adde. 3.p.q.79.art.7.ad.1. pag.38.col.1.C.lin.6.est tantùm agens substantiæ, erit tantum patiens. l.est tantum agens, substantia corporalis erit tantùm patiens. pag.42.col.2.B.6.non esse albi.l.non esse non albi. Item lin.10.idem esse non aibi, & esse albi.l.idem esse albi, & non esse non albi. pag.49.col.1.D.li.7.eadem generatio & corruptio.l.in genito & corrupto. pag.67.col.1.B.lin.10.non essentia formæ.l.noua essentia formæ. pag.80.col.1.A.li.10.notum.l.motum. pag.91.col.2.B.li.8.solutio. ¶Ad, dele. pag.99.col.2.C.li.5.tione est. ¶Notãdum, dele. pag.111.col.1.C.lin.2.prius resçipit formam.l.prius respicit formam. pag.116.col.1.lin.vlt.per primum non esse.l.per vltimum non esse. pag.140.col.1.E.aquo.l.aqua. Et col.2.A.lin.5.cum fit.l.cum fit aqua. pag.143.col.1.B.li.1.augmentatio.l.aggeneratio. Item col.2.D.lin.9.susceſionem.l.susceptionem. pag.147.col.2.A.lin.11.generis in quo.l.generationis in quo. Item col.2.lin.1.illa pendet.l.illo pendet. Item col.2.D.lin.1.¶Ad secundam.l.¶Ad quartam. pag.150.col.2.C.li.6.materialiter.l.naturaliter. pag.151.col.2.A.lin.6.causatum.l.causa tum. pag.154.col.1.A.li.3.ad secundum.l.ad tertium. Item A.lin.7.quod non sufficiens.l.quod non sit sufficiens. pag.168.col.1.C.li.6.indiuiduatione.l.indiuiduationis. pag.181.col.2.D.li.2.augmentatio est ex eo.l.augmentatio non est ex eo. Et li.4.fiat minor.l.fiat maior. pag.185.col.2.D.li.4.nunc est breuiter à nobis respondetur.l.nuue breuiter à nobis respondetur. pag.192.col.2.E.lin.7.Sextam.l.Tertiam. pag.222.col.1.D.li.11.Similia in raritate, & intensione non vero in qualitate.l.similia in raritate & extensione, non verò in intensione. pag.230.col.2.D.lin.4.non motu.l.non solum motu. pag.234.col.2.D.lin.10.circa sextam.l.circa decimamsextam conclusionem. pag.235.col.2.B.li.1.daretur.l.datur. In eadem col.C.lin.7.in loco contrario.l.in loca contraria.

ARISTOTELIS STAGYRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE Generatione, & Corruptione Liber Primus; cum Commentarijs Fratris Dominici Bañes Primarij apud Salmanticam Theologiæ professoris.

QVÆSTIO PROOEMIALIS.

¶Vtrùm ens mobile ad formã sit subiectum huius libri.

PRO parte negatiua arguitur primo. Nam si ens mobile ad formam subiectũ sit huius libri; non distingueretur obiectũ huius partis Philosophiæ, ab obiecto totius Philosophiæ: quoniam obiectum totius Philosophiæ est ens mobile; at idem omnino sunt ens mobile, & ens mobile ad formã, omne enim quod est mobile, ad aliquam formam est mobile, ergo.

Confirmatur primò. Nam aliàs sequeretur, q̃ scientia de Metheoris, Animalibus &c. sint partes scientiæ de generatione: cõsequens est falsum, ergo. Probatur sequela. Nam propterea considerationes de cœlo, & de anima &c. sunt partes Philosophiæ; quia obiecta istarum sunt partes obiecti Philosophiæ; sed etiam obiecta Metheororũ, & libri de animalibus sunt partes entis mobilis ad formam, quod est obiectũ huius libri, ergo.

Confirmatur secũdò. Ens mobile ad formã est commune ad mobile secundùm formam accidentalem, sed de huiusmodi hîc non disputatur, ergo. Consequentia probatur, nam cõsideratio in scientia debet adæquari suo obiecto. Minor verò suadetur sic. Ens mobile ad formam accidentalem vt sic, non habet in se naturam, scilicet materiam & formam, quæ sunt partes substantiales: & hic tantum agitur de rebus naturalibus habentibus in se naturam, etenim ens mobile & naturale æquipolent in supponẽdo, ergo. Explicatur amplius hoc argumentum. Quia vel ens mobile ad formã supponit pro mobili ad formã substantialem, & hoc non: quia aliàs subiectum huius libri esset materia prima, illa enim est, quæ mouetur ad formam substantialem, & illam recipit, hoc verò non potest esse; nam obiectum alicuius libri est primò notum, cuius etiam passiones demonstrantur: at materia prima nõ potest aliquo modo esse primò nota, quia semper cognoscitur per analogiam ad formam, & hîc nullæ eius passiones demonstrantur. Si autẽ dicas quòd supponit pro mobili ad formam accidentalem, iam hoc esse falsum, probatũ est in hac secunda confirmatione. Et rursus probatur, quia de entibus per accidens non est scientia, & huiusmodi est ens mobile ad formam accidentalem: cùm constet ex substantia & accidenti. Si tandem dicas quòd saltim abstrahit à mobili ad formam substãtialem vel accidentalem; cõtra hoc est quòd tunc supponeret pro pluribus in recto, & esset communius quàm ens mobile, quod est subiectum totius Philosophiæ: hoc enim non supponit in recto pro materia prima, quæ potius est pars entis mobilis quàm ens mobile & naturale: at verò obiectum huius libri quatenus sic abstractum supponit pro materia prima, nam ipsa est quæ mouetur ad formam substantialem.

Secundò principaliter arguitur. Nam si hic lib. agit de mobili secundùm omnem formam, sequitur quòd debet præcedere libros de Cœlo, quoniã à communioribus incipiendum est, vt habetur in primo Physicorum, & mobile secundùm omnem formam communius est ad mobile secundùm locum, de quo in libro de Cœlo agitur. Et si dicas quod hic agitur tantùm de mobili secundùm formam intrinsecam: at in libro de Cœlo de mobili secundùm locum, quæ est forma extrinseca; contra hoc replicatur, Sequitur q̃ iste tractatus sit prior & nobilitate, & loco libris de Cœlo, quia forma intrinseca de qua hîc agitur, maximè substantialis, prior est tẽpore & dignitate forma extrinseca, scilicet loco: consequẽs verò est falsum, & cõtra omnes Philosophos & ipsum Aristot. qui hunc librũ tertio loco, ordine & dignitate post libros de Cœlo collocauit, ergo.

Tertiò arguitur. Ens mobile ad formam intrinsecam est generabile & corruptibile, ergo nõ potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

est esse obiectum scientiæ. Patet consequentia, nã A scientia non est de corruptibilibus.

Quarto arguitur; Sequitur quòd distinguãtur specie libri de Cœlo, & de Generatione: consequẽs est falsum, ergo. Sequela probatur: quia maior & minor abstractio à materia intra idẽ genus distinguit scientias specie, vt patet in Arithmetica & Geometria. Quia enim Arithmetica magis abstrahit à materia, scilicet continuitate, distinguitur specie à Geometria, quæ illam considerat: sed libri de Generatione minus abstrahunt à materia sensibili, quàm libri de Cœlo; quoniam in libris de Generatione agitur de motu rerũ corruptibilium, quæ B est quædam materia sensibilis; at in libr. de Cœlo agitur tantùm de motu locali, qui est magis abstractus à materia sensibili, ergo. Minor verò probatur; nam omnes sunt partes eiusdem scientiæ, vt infrà demonstrabitur.

Pro explicatione huius quæstionis quatuor sunt exponenda secundùm ordinem argumentorum. Primũ est, quod sit obiectum huius libri. Secundum, quis ordo secundum locum & dignitatem respectu librorũ de Cœlo. Tertium, quæ certitudo eius. Quartum, quę sit eius vnitas, vel distinctio specifica cum cæteris partibus Philosophiæ.

De primo variæ sunt doctorum sentẽtiæ. Nam Albertus Magnus tenet quòd obiectum huius libri est corpus simplex mobile ad formam substantialem, vel accidentalem. Et nomine corporis simplicis intelligit elemẽta. Dicit enim quòd de his vt mobilia ad situm agitur in libr. de Cœlo. Et ideo oportuit agere de eis in hoc libro vt transmutabilia & generabilia sunt, & sic, inquit, agitur de eis in secundo lib. huius tractatus. Hic verò primus D ordinatur ad intelligẽdum secundum: agitur enim in eo quid sit generatio, quid alteratio, quæ sint necessaria ad intelligendam elementorum generationem, & transmutationem.

Alij vt Ægidius & Marsil. dicũt obiectum huius lib. esse ens mobile ad formam.

Alij quòd generatio & corruptio; cuius sententiæ videtur esse D. Thom. hic, & Philosophus. Alij aliud assignant.

Sed pro decisione veritatis primò supponendũ est q̃ licet omnes isti tractatus de Cœlo, de Anima, de Generatione &c. sint partes eiusdem scientiæ specificæ, & in obiecto formali conueniant: tamen possunt habere distincta obiecta materialia & partialia sub ratione illa communi obiecti formalis, per quæ distinguantur ab inuicem distinctione numerica. Et de hoc est quęstio. Cõuenimus enim omnes in hoc quòd obiectum formale huius tractatus est mobilitas, quæ relucet per abstractionẽ à singularibus tantum, in quo conuenit cum alijs partibus Philosophiæ; sed quęrimus, quod nam sit obiectum materiale de quo hic agitur sub ratione illius formalis: & quomodo se habeat ad illud; vt inferius an vt passio? &c.

Notãdum secundò quòd mobile ad formã duo respicit, scilicet, motum & formam. Motus verò licèt strictè loquendo tantùm respiciat tria genera, vt patet quinto Physicor. scilicet, Quãtitatẽ, Qualitatem, & Vbi; communiter verò sumptus continet etiam mutationem substãtialem, scilicet generationem, & corruptionẽ, præter illas tres species motus suprædictas (vt dicitur in Postprædicam) Hic autem nec sumitur primo modo; nam etiam B agitur de generatione substãtiali quę largè loquẽdo est motus: neque secundo modo quia nõ agitur hìc de omni genere motus, vt patet de motu locali de quo in lib. de Cœlo; sed medio quodam modo vt includat aliquas species motus proprie sumpti.

Pro quo nota, quòd forma duplex est; Alia intrinseca, cuius natura & essentia nõ desumitur aut causatur ab aliquo extrinseco, & huiusmodi sunt formæ trium prædicamentorum, scilicet, Substantiæ, Quantitatis, & Qualitatis. Aliæ sunt, quæ licet C subiecto inhæreant, extrinsecus tamen adueniũt, vt, Vbi, prouenit à locante &c. Hic ergo tantùm agitur de forma primo modo & de motu ad illam terminata. Et propterea mobile ad formam intrinsecam, de qua hic agitur, tantùm compræhendit generabile, & corruptibile, augmentabile, & alterabile. Et hoc est quod dicit Arist. in primo text. huius lib. vbi tantùm de his tribus speciebus mutationis dicit se disputationem texere.

Notandum tertiò, quòd mobile equiuocum nomen est ad aptitudinem, ad motũ, & ad fundamentum, siue radicem illius aptitudinis: sicut himnibile & sumitur pro passione equi, & pro radice & essentia à qua oritur. Quando ergo quęritur, vtrum ens mobile ad formam intrinsecam sit obiectum huius libri; possumus quærere de mobili pro radice & fundamento talis mobilitatis, vel pro ipsa passione & mobilitate: sicut quando dicitur quòd ens quantum, est obiectum Mathematicarũ; non sumitur ibi ens quantum pro radice & fundamẽto quantitatis: sed pro ipsa quantitate formaliter.

Sit ergo prima conclusio. Ens mobile ad formã E intrinsecam est subiectum huius libri.

Probatur. Nam ei conueniunt conditiones obiecti, scilicet, quòd est primò notum in hoc libro, quòd distinguitur ab alijs partibus Philosophiæ (nulla enim alia pars de hoc obiecto agit,) q̃ eius causæ hìc inquirũtur, & eius passiones demõstrantur, ergo.

Secunda conclusio. Ens mobile quod est obiectum huius libri non sumitur pro radice motus; sed formaliter pro ipsamet mobilitate, & aptitudine ad motum. Probatur ex prima confirmatione facta in argumẽto primo, à principio quæstionis.

nis. Nam aliàs si obiectum libri huius esset ens mobile pro radice, libri de Animalibus, & Metheoris, & de Anima &c. essent partes huius libri, vt ibi dictum est. A

Secundò. Quoniam ad Physicum non tãtùm pertinet agere de ente mobili pro radice, sed etiã de ipsius mobilitatis natura & diuisione: de hoc autem nullibi disputatur nisi hìc, ergo. Minor probatur, nam ad scientiæ rationem non tantum pertinet agere de subiecto & eius partibus subiectiuis & essentialibus; sed etiam de passionibus eius.

Tertiò. Nam hìc nullæ passiones demonstrantur de ente mobili pro radice, nulla eius principia explicantur, sed tantum principia mobilitatis, scilicet, elementa, & natura mobilitatis, & eius diuisio explicatur, ergo. Patet consequentia, quia obiecti passio, & principia debent in scientia explicari. B

Quartò. Quia D. Thom. in Prologo huius libri docet intẽtum & materiam libri esse agere de motibus, sicut agitur in libr. de Cœlo de corporibus, secundùm quod mouentur localiter.

Tertia conclusio. Probabile est obiectum huius libri tantùm esse ens mobile ad formam substantialem, sumendo ens mobile modo exposito pro ipsamet mobilitate, scilicet, generatione. C

Probatur. Nam si mobilitas in communi modo suprædicto esset obiectum huius libri, per se ageretur de qualibet specie eius, scilicet, alteratione, & augmentatione, & non ratione generationis ad quam illa ordinatur, & hæc subsequitur; at secũdũ D. Thom. hic in Prolog. in hoc libr. agitur de his motibus non per se, sed ratione generationis, ergo.

Secundò. Quia si ita ponamus, possumus saluare omnes conditiones obiecti conuenire substantiali generationi, cuius cognitio principaliter inquiritur, quæ est primò nota in isto libro, & eius ratione cætera notificantur. Item hæc distinguit hũc tractatum ab alijs partibus Philosophiæ: nullibi enim de illa agitur nisi hìc. Et tandem ei cõuenit adæquatio: quæ requiritur inter scientiam & obiectum. Nam sicut verius dicitur quòd obiectũ adæquatum intellectus nostri pro hoc statu, non solùm motiuum sed etiam terminatiuum, sit ens concretum quidditati sensibili; & tamen hoc non impedit quominus immaterialia hìc intelligamus, E quia percipimus illa per ordinem ad sensibilia; ita hìc nihil impedit de pluribus motibus agere: quia omnia tractantur in ordine ad generationem. De corruptione quidem quatenus opposita generationi, & ei semper coniuncta; de alteratione verò quatenus præuia & ordinata ad generationem, de augmentatione autem quatenus ad illã consequitur, de nutritione etiam quatenus est quædam partialis generatio: de elementis tãdem quatenus sunt prima principia & causa generationis.

Tertiò suadetur. Quia cum forma intrinseca sit analoga ad formam substantialem & accidentalẽ, & per se sumatur, cum dicimus quod ens mobile ad formam intrinsecam est obiectum huius libri; debet sumi iuxta suprædicta pro mobilitate ad formam substantialem. Ex his patet concordia secundæ & tertiæ opinionis; idem enim valent ens mobile ad formam, & generatio iuxta ea quæ modo dicebamus. Nam mobilitas ad formam substãtialẽ & generatio idem sunt. D

Item distinctio huius lib. ab alijs partibus Philosophiæ manifestatur. Nam in octo libris Physi. agitur de ente mobili & de motu in communi, & de principijs & natura vtriusque. In libris de Cœlo, de natura motus localis & corporũ simpliciũ, quatenus diuersos motus locales causant; in hoc libr. de natura generationis, & annexis & requisitis motibus: in alijs verò libris de ipsis mobilibus & mixtis, vel imperfectis, vt est grando, nix, de quibus agitur in Metheor, vel perfectissimis, scilicet, animalibus. Et hæc vel considerantur ratione formæ, & de hoc in libris de Anima, vel eorum operationes, de quo in paruis naturalibus, de somno & vigilia, vel de eorum naturis, & de hoc in libris de Generatione Animalium: de alijs tamen nõ tam perfectis mixtis, vt mineralia &c. non extat liber Arist. suppleuit tamen illum Albertus Magnus. C

Patet etiam quàm diminutè fuerit loquutus Albertus Magnus assignans pro obiecto huius libri generationem elemẽtorum. Nam vt dictũ est, hìc agitur de eis vt de causis generationis in cõmuni. Item quia Arist. in primo text. huius libri, ait, se tractaturum vniuersaliter de ortu & interitu omnium, ergo non tantùm de generatione elementorum.

Præterea. Quia quæ hìc de generatione tractantur, omnium generationi conueniũt. Deinde, quia cum communia prius debeant tractari, & in alijs libr. agatur de specialibus generationibus animalium, mixtorum &c. oportuit prius de generatione in communi hìc agi.

Ad argumenta in oppositum sigillatim respondendum est. ¶ Et ad primum quidem ex dictis patet solutio, sicut & ad primam confirmationem & secundam, non enim militant contra secundã, nec tertiam conclusionem nostram.

Sed est quædã obiectio, quæ fieri posset contra tertiam conclusionẽ. Nam vt patet primo Post. de obiecto scientiæ oportet supponere quòd sit, & quid sit, hoc verò non supponitur hìc de generatione, inquirit enim Arist. in primo secũdo, & tertio cap. huius libri, vtrum aliqua generatio sit, an omnis productio sit alteratio: itẽ ibidẽ inuestigat quid sit generatio, & quomodo habeat aliã essentiam, & definitionem ab alteratione, ergo.

Respondetur primo, quod aliud est loqui de obiecto totius alicuius scientiæ, aliud de obiecto

Universidad de Deusto
Biblioteca

partiali, licèt sit obiectum adæquatum alicuius tractatus illius scientiæ; illud enim cum sit primò notum in illa scientia, nõ potest à priori probari quid sit: hoc verò cuius sit vel passio, vel principiũ illius principalis obiecti, iã habet in ipsa scientia aliquid prius magis notum, vel ipsam naturã obiecti per quod possit notificari; & ita contingit hic, nã agitur de quadam passione entis mobilis, scilicet, ipsa mobilitate, & per principia cõmunia obiecti benè possunt aliqua de ea notificari.

Secundò respondetur quòd Arist. vt latiùs explicatur in lib. Post. tantum intelligitur, ꝙ in demonstratione à priori vbi passio demonstratur de obiecto, debeat supponi quid sit obiectum: nõ verò vetat quominus in tota scientia ostendatur definitio sui obiecti & alia circa illud vnde in lib. de Anima definit animam, in libr. Post. definit demonstrationem.

Ad secundum argumentum vt respondeatur aduerte ꝙ in eo tagitur illa difficultas de ordine & dignitate respectu tractatus de Cœlo, quod explicari nequit nisi prius cognoscamus, quomodo se habeat motus localis cœli, de quo in libris de Cœlo, respectu eorũ motuũ de quibus hic agitur, & quoad ordinẽ, & quoad dignitatem. De ordine quidẽ Aris. 8. Physi. tex. 56. & 57. probat esse priorẽ omnibus alijs motibus duratione & natura. Duratione quidem nã solus motus localis potest esse perpetuus: natura verò quia nullus alius potest esse sine illo. Nihil enim augetur sine alteratione, alteratio verò non potest esse sine loci mutatione: quia oportet vt alterans sit magis propinquum alterato nunc, quàm priùs. ¶ De causalitate sic probatur. Motus localis potest esse sine alteratione vel augmentatione, potest enim quod mouetur localiter esse ingenerabile, incorruptibile; at nihil potest alterari aut augeri nisi sit motus localis ille cœli qui est causa cæterorũ, ergo. Minor sic probatur, nam est primus in genere motuũ, ergo causa cæterorum, ergo nullus potest esse sine illo. Ex quibus etiã infertur ꝙ motus localis est prior subsistendi consequentia. Valebit enim, est motus alterationis vel augmenti, ergo & localis: non verò è contra.

Sed notandũ ꝙ quando dicitur motum localẽ esse priorẽ alijs, non intelligimus, ꝙ sit prior in eodem supposito; sed in alio. Etenim sicut actus est prior potentia vt patet. 9. Metha. tex. 13. nõ quidẽ in eodẽ subiecto, est enim priùs aliquid calidum in potẽtia quàm in actu, sed in diuersis, quia priùs est actu calidum quàm aliud potentia calidum reducatur in actum; ita hìc motus localis in homine præsupponit eius generationẽ & augmentũ. At in diuersis priùs fuit ꝙ aliud moueretur localiter, quã quod hoc generaretur, doctrina est Aris. 8. Phys. tex. 57. & cum omnia mobilia præter cœlum sint generabilia, sequitur quòd ad eorũ generationem præsupponatur motus cœli, vt prior duratione subsistendi consequentia & causalitate.

Cæterũ contra hanc causalitatem in motu cœli arguit vehementer Duran. in. 2. d. 15. q. 3. Nã vel motus cœli est causa horũ motuũ tanquàm ratio formalis in cœlo per quã agit, & tanquam forma quæ est principium, & hoc non, nam esse principium actionis pertinet ad genus qualitatis: motus verò nõ est huiusmodi. Vel est causa quia est ipsamet actio, per quam cœlũ agit, sicut ignis dicitur calefacere per calefactionem; quia calefactio est ipsamet actio per quam calefacit, & hoc non, quoniam actio est in passo non in agente: motus verò est in cœlo mouente, ergo. Vel tertiò est causa, quia est conditio sine qua cœlum nõ ageret, sicut securis non secaret nisi mota ab alio, & ille motus dicitur applicatio, vel conditio sine qua nõ ad agẽdũ; sed nec isto motu cœli est causa horũ motuũ. Primò quia sic moueri non est necessarium in rebus generalibus vt agant, ergo neque in cœlo, antecedens probatur, nam magnes attrahit ferrum & ignis calefacit sine hoc quòd moueatur. Confirmatur. Nam modo sol illuminans orbem non magis habet suam virtutem applicatã, quàm si quiesceret, & à motu cessaret, ergo ad hoc quòd agat non requiritur eius motus tãquàm applicatio virtutis actiuæ. Secundo, quia cœlum Empyreum est causa omniũ sublunarium, & tamen nõ mouetur.

Tertiò. Quia est articulus Parisiensis condẽnatus, dicere quod cessante motu cœli ignis non cõbureret stupam applicatam. Hæc Durandus, cũ quo tenent Ricard. in. 4. & Henric. Quodli. 11.

Pro quorum sententia arguitur fortioribus argumentis. Primò, nam si motus cœli est causa inferiorum motuũ & illo quiescente isti cessarent; sequitur quòd per naturam sint incorruptibilia ab igne inferni corpora damnatorum. Patet, nam hoc est naturale quòd cessante motu cœli cesset quælibet alia actio, ergo ꝙ cesset corruptio illorũ.

Secundò sequitur quod in vacuo nõ posset fieri motus contra Arist. in 4. Physi. Patet, nã motus cœli requiritur vt motus inferiorum causentur ab illo, & ab eo regulentur: sed per vacuum non posset virtus talis motus cœlestis continuari cum inferioribus, ergo.

Tertiò. In beatis ponimus sensationem omniũ sensuum, at in eis post cessationem motus cœlestis debet interuenire mutatio Physica: ergo ista non dependet ab illa. Minor probatur in auditu, olfactu, gustu, tactu, Nam auditus percipit sonum qui fit cum scinditur & resilit aer, vbi motus interuenit, item nam odor fit per euaporationem: at ista quædam corruptio, & mutatio est. Præterea de tactu, & gustu, qui est quidam tactus, vt habetur in secundo de Anima, probatur. Nam intentionalem immutationẽ in his præcedit immutatio Physica, per sensibiles qualitates calidi, & frigidi &c.

Quartò arguitur. Nam vt habetur Iosue. 10. & 1. Paral. 4. sol aliquotiens stetit, & tamen generationes, vel motus tunc non cessarunt.

Quintò arguitur ex autoritate Aug. 11. Confess. qui ait quod cessante motu cœli adhuc figulus posset rotam mouere. Et D. Tho. Potentia. q. 5. artic. 10. ad. 8. tenet, ꝙ cessante motu cœli adhuc moueretur cor, & Opus. 11. art. 11. ponit hãc differentiam inter corruptionem quæ sequitur ex subtractione diuinæ conseruationis, & ex cessatione motus cœli; quòd illa cessante statim in instanti definerent esse: at ex hoc quòd cœlum quiescat, non sequitur quòd res desinant esse in instanti: sed quòd postea in tempore corrumpẽtur. Ex his sic, arguitur. Motus cordis & corruptio generabiliũ quæ sequeretur cessationem motus cœli, sunt physicæ mutationes, & tamen istæ non dependent à motu cœli, ergo ille non est primus & causa omnium motuũ. Alia multa argumenta possent in confirmatione huius sententiæ fieri, quæ tamẽ ex dicendis facilè soluentur.

Sed cõtra est Arist. 8. Physi. vbi suprà; qui tenet quòd motus cœli est causa omniũ horum motuũ, & text. 1. loquens de motu cœli iuxta opinionem Auerr. & D. Tho. 2. d. 2. q. 2. art. 3. tenet quòd motus cœli est sicut vita omnibus existentibus, &. 2. de Generatione text. 57. probat quòd diuersitas motuum in cœlo sit causa generationis & corruptionis in his inferioribus. Et propter eandẽ rationem. 2. Cœl. text. 20. probat diuersitatem motuũ in cœlo: &. 12. Metaph. ait. Amplius si non erunt præter hæc sensibilia alia, non erit principiũ neq; ordo, neq; generatio &c; Vbi per alia intelligit motus cœlestes, vt sit sensus, si præter sensibilia nõ sit motus cœlestis, non erit generatio &c. ¶ In hac quæstione licet sit certum cœlum esse causam horum inferiorum, dubium tamen ingerunt duo. Primum quare ea causet mediante motu, & aliàs non causaret, cum habeat lucem & aliàs virtutes, quæ sunt generabilium causæ sufficientissimæ. Secundum verò quia licet ea debeat causare mediante motu, quomodo concurrat ipse motus ad eorum productionem. Quòd attinet ad primum certum est quòd ad nouitatem & effectuum diuersitatem concurrit motus cœli. Ideo enim videmus aliquãdo produci in vna parte orbis aliquem effectũ qui antea non producebatur, quia ibi per motũ cœli & stellarum incipit influere aliqua virtus cœlestis, quæ antea inde distabat, & non habebat talem influentiam, ad hoc autem quòd ibi approximaret, motus cœli requiritur. Et hoc concedit Durand. ibid. & probat, nam aliàs semper sequeretur idem effectus. Nam idem manens idem semper natum est facere idem, ergo si cœlum, sol, & astra nõ mouerentur ad determinatas partes terræ, semper sequeretur idem effectus, & non esset in eadẽ parte orbis alternatio caloris & frigoris. De hoc tamen disputabitur infra circa text. 57. lib. 2.

Pro decisione veritatis.

Sit prima cõclusio. Motus localis cœli est causa omnium motuum, vel mutationum Physicarum, non tamen mutationum intẽtionaliũ. ¶ Pro explicatione tamen horum notandũ est ex D. Tho. de potentia. q. 5. arti. 8. quòd corpus habet duplicem actionem, vnam secundùm proprietatẽ corporis, vt, scilicet, agat per motum, aliam secũdũ quod attingit ordinẽ substantiarũ separatarum, & participat aliquid de modo ipsarum, secundum ꝙ infimum supremi attingitur à supremo in infimi; & hæc non est ad mutationem materiæ, sed ad quãdã diffusionẽ similitudinis formæ in medio, quomodo recipitur in medio species vel lux. Et de isto genere actionum, quas vocamus intentionales, dicimus posse causari sine motu locali cœli, nõ tamẽ primi generis actiones. Pro cuius probatione supponendum primò tanquam certissimum, ꝙ nulla causa inferior potest agere non concurrente causa superiori, cui essentialiter subordinatur; in essentialiter enim subordinatis sublato primo cætera omnia auferuntur. Supponẽdum est secũdò quod etiam certũ est, quòd Deus corpora inferiora gubernat per superiora & subtiliora, vt habet Aug. 3. de Trini. & hæc superiora corpora mouet per creaturam spiritualẽ, vt habet idem Aug. 8. de Genes. ad lit. Ex quo consequens est, ꝙ omnes motus inferiorum fiant dependenter à causalitate cœli, & à ministerio Angelorũ. Et huius ratio est, nam cum omne agens agat vt est actu, secundum hoc accipitur ordo causarũ effectiuarum secundùm ꝙ sunt in actu, corpora autem inferiora minus habent de actu quàm cœlestia: nam tota potentialitas materiæ eorundẽ non est cõpleta per formam sicut in corporibus cœlestibus. At verò substantiæ separatæ quia nihil habent de materia, adhuc sunt magis in actu. Ex hoc ergo sequitur, quòd corpora inferiora agũt in virtute corporum cœlestium, & hæc in virtute substantiarũ separatarũ: vnde si earum actio erga cœlos cessaret, cessaret etiam causalitas cœlorũ. Videndum ergo est per quid applicetur cœlis virtus & causalitas substantiarum separatarum. Pro hoc verò supponendum est tertiò & vltimò, quòd Angeli nõ habent virtutem causandi aliquam formã sine motu locali, eo tamen medio te possunt applicare actiua passiuis ad causandum quamlibet formam substantialem, vel accidẽtalẽ. De cuius ratione alibi, & infrà aliqua dicentur. Ex his sequitur ratio pro conclusione. Nam si ad quælibet motũ producendũ requiritur concursus causarũ superiorum. v. g. cœli. & ad hoc quòd cœlum agat requiritur quòd influat substantia separata, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil influere vel causare potest in cœlo nisi motũ localem, sequitur ꝙ motus localis cœli sit necessariò requisitus ad omnẽ actionem omniũ inferiorum, & non tantum ad generationem viuentium, vt videtur sentire Soto in .4. dist. 48. q. 2. artic. 2. & tenet Sonci. 12. Metap. quæst. 13. Et hęc ratio meo iudicio sufficit. Conuincit enim hanc veritatem, & simul explicat modum, quo motus concurrit, scilicet, vt applicãs cœlo virtutẽ superiorũ causarum, quæ sunt substantiæ separatę, diuersimodè tamẽ. Nã ad producendũ inanimata, quorum cœlũ est causa principalis, concurrit ille motus isto modo, vt scilicet, cõtinuans illud cũ earum causalitate, vt posit agere, non tamẽ tribuens illi virtutẽ, ad quã non attingebat propria forma & virtus cœli. At respectu animatorum concurrit ille motus vt deferens virtutem causarum superiorum animatarum intentionaliter, & per modum quo virtus principalis agentis est in instrumento. Hoc enim vocamus intentionaliter, scilicet, imperfecto quodam modo & per viam fluxus. Doctrina est D. Tho. in 2. dist. 18. art. vltimo ad tertium. ¶ Sed contra hãc rationem sunt duo argumenta. Primum, nam cœlũ Empyreum agit in hęc inferiora dependenter à virtute Angelorum, & tamen illi non applicatur virtus & influentia eorum per motum localẽ, ergo nec oportet, ꝙ sic eã applicet primo mobili. Secundò nam sequitur hominẽ non posse moueri localiter cessante primo mobili, neq; cor eius, aut aliquod aliud membrũ. Nam cessante causalitate primi agentis cætera agentia cessant, consequens tamẽ est falsum & cõtra D. Tho. vt infrà ostẽdetur, ergo. ¶ Ad primũ respõdetur primò quòd tractatus de cœlo Empyreo excedit terminos Philosophiæ, quæ tantùm attingit vsq; ad primum mobile. Respondetur secũdò quòd Angeli possunt esse in loco, quia operantur aliquid ibi, vel motum, vel lumen, vel aliud huiusmodi, vt habet D. Tho. in 1. dist. 37. q. 3. ar. 1. Hoc autem intelligitur de formis non materialibus, nam has diximus nõ posse prouenire ab Angelo, nisi applicando actiua passiuis per motũ: sed de spiritualibus, vel intentionalibus quale est lumen, de quo aliàs. Per causalitatẽ ergo alicuius formæ huius generis Angelus influit in cœlum Empyreum. Oportuit autẽ per huiusmodi formas in illum influere, & per motum in cœlos. Primò nã cum hoc cœlum sit supremum corporũ attingens quodammodo ordinem substantiarum separatarum, prout dicit Dionys. 2. c. de diui. nom. quòd diuina sapientia cõiungit principia secũdorum cũ finibus primorum: illi propriũ est influere modo quo substantiæ separatæ, scilicet, absq; motu. Secundò nam cùm motus difformitatem præcedat vniformitas quietis; (cũ vnitas sit prior multitudine) sicut oportuit ponere cœlum causans aliquid per motũ, ita oportuit ponere aliquid prius causans aliquid per quietem, scilicet, cœlum Empyreum. Tertiò quia, vt dicebamus, actiones intentionales quæ non sunt ad transmutationem materiæ, sed per diffusionem sui in medio, non dependent à motu, & ita se habet cœlum Empyreum, sic ꝙ cessante eius actione omnes huiusmodi cessarẽt, vt illuminatio, receptio specierum in medio &c. Ad hanc ergo influentiam eius non requiritur nisi quòd eodem modo participetur ab eo virtus causarum superiorum, & substantiarum separatarum, & ideo non oportuit applicari per motum localem virtutem Angelorum, quod non habet locum in primo mobili, & ideo definitum est necessariò debere moueri ad hoc quòd localiter agat.

Ad secundum respondetur quòd cum homo habeat aliquid non dependens à virtute cœli, vel intelligentiarum, sed à solo Deo, scilicet, animam, ideò motus eius localis, qui ab anima dependet, bene potest esse cessante motu cœli. Ita D. Thomas de Potentia. q. 5. ar. 10. & Opus. 11.

Ad argumenta principalia respõdetur. Ad Durandũ quidem iam dictum est. ¶ Ad primũ quod nos fecimus respondetur ex D. Tho. Opus. 10. ar. 14. & 15. quòd, ly per, cum significat causam, vel potest significare causam per se incorruptibilitatis esse naturã corporis, & sic nego sequelã. Cũ enim cessante motu cœli corporis natura non mutetur, & antea esset corruptibile, postea incorruptibile esse nequit. Vel potest summi significare causam per accidens, scilicet, cessationem causæ corrũpentis & sic verum est quod infertur aliquo modo; quia substracta causa vniuersalis corruptionis naturalis substrahitur corruptio. Admonet tamen D. Tho. ꝙ cum id quod est per se, sit principalius, quã id quod est per accidens: potius videtur dicẽdum, quòd sit corruptibile per naturam, incorruptibile verò per aliquod extrinsecum naturæ corporis.

Ad secundum concedo sequelam. Nam Arist. tantum docet quomodo motus fieret in vacuo, si eius velocitas, vel tarditas tantum à resistentia spatij proueniret.

Ad tertiũ respõdetur quòd omnes illæ sensibiles & Physicæ mutationes per accidẽs se habẽt ad immutationẽ intentionalẽ sensus, vt dicetur lib. 2. de Anima. Et ideo manẽte spirituali immutatione, quæ nõ depẽdet à motu cœli bene possunt tũc sentire. ¶ Ad quartũ nõ valet solutio aliquorũ dicentiũ, ꝙ tũc licet sol quieuerit, nõ tamẽ primũ mobile quod est causa cæterorũ motuũ; Primò quia fortè omnis motus inferior à motu solis dependet, de quo aliàs. Et secũdò quia sequeretur motum orbis solaris amisisse aspectũ & proportionẽ quam habet ad alios orbes. Respondetur ergo omnes orbes tunc à motu cessasse: sed Deus sua omnipotentia, qua id fecit, suppleuit causalitatem cœlorũ respectu generationum, & cæterorum motuum.

Ad

Ad quintum, quod attinet de motu cordis, dictũ est quomodo non dependeat à cœlo, fit enim ab anima quæ illi nõ subijcitur, & ideo potest durare motu cœli cessante. Quod autẽ attinet ad aliorum corporum resolutionem idem D. Thom. assignat differentiam in locis ibi citatis, quòd res desinent conseruari ex substractione causæ eo modo, quo per eam conseruantur. Cum ergo cœlum per motum inferiora causet, oportet quòd resolutio, quæ fit ex substractione talis causæ, etiam sit per motũ. Deus verò quia immobiliter causat: sicut produxit in instanti, ita annihilaret in instanti substrahẽdo conseruationem. Ex hoc verò non sequitur quòd motus non dependeat à cœlo. Nam adhuc illa resolutio, & motus qui sequeretur fieret per virtutẽ impressam ab ipso cœlo, quæ licet cessante illo cesset, cessat tamen per viam motus.

Etsi quæras; cur ergo non remansit ista virtus in igne, vt sic resolueret corpora damnatorum? nam vt dictum est suprà ex D. Thom. illa corpora non sunt corruptibilia per naturam, quia cessauit motus cœli, quæ est causa cuiuslibet corruptionis; idẽ ergo erit de aliorum corporũ resolutione, vel etiã naturaliter poterunt corrumpi ab igne per virtutem impressam illi à cœlo. Respondetur quòd D. Thomas non dixit, ꝙ cessante motu cœli nunquã naturaliter corrumpentur, sed quòd non naturaliter corrumpentur, intelligebat enim post tempus, quo virtus impressa igni cessaret; nam in tempore quo illa duraret, bene naturaliter erant corruptibilia ab igne, nisi per iustitiam, aut misericordiam Dei conseruarentur. Et vt clariùs dicamus, quãdo D. Thomas docet, illa corpora non esse per naturã corruptibilia cessante motu cœli; intelligit cessante motu cœli & virtute per eum impressa: quæ cum non sit naturalis ipsi igni, & non conseruetur à propria causa influente parum durare potest. Et sic nomine causæ comprehendit suum effectum, scilicet, virtutem per illam communicatam. Et hęc dicta sufficiant pro ordine, & causalitate motus cœli respectu inferiorum motuum.

Cæterùm quòd attinet ad dignitatẽ motus localis cœli, de quo tãgitur in eodẽ secundo argumẽto, est quæstio, Quis nã sit nobilior motꝰ localis cœli, an alteratio, augmentatio, vel generatio? Et videtur quòd motus cœli. Primò quia ita habẽt rationibus eius. Prima ratio est. Nam est posterior perfectioribus, ergo est perfectior. Antecedẽs explicatur. Nã in processu generationis in omnibus generabilibus id quod posterius inuenitur, est loci mutatio in eodẽ subiecto, vt v. g. prius alteratur, deinde generatur animal, & postea augetur, & tandem postea localiter mouetur, & etiã in toto progressu generabiliũ. Nã cùm inter hæc, viuẽtia sint nobiliora, & motus localis nõ cõueniat omnibus, vt arboribus & ostreis, sed tãtũ perfectis animalibꝰ sequitur ꝙ tãtũ cõueniat perfectioribus generabilibus. Cõsequentia verò probatur, nam in generatione natura procedit ab imperfecto ad perfectũ, & vltimũ in generatione videtur esse nobilius, & passiones quæ tantũ præstantioribus entibus conueniunt, videntur excedere alias nobilitate. Secũda eius ratio est. Ille motus est nobilior, per quẽ minus deperit de perfectione mobilis subiecti, huiusmodi est motus localis, ergo. Probat minorẽ. Nam per alterationẽ immutatur qualitas, per augmẽtũ, & diminutionem quantitas, per generationem & corruptionem substantia: at verò per motũ localẽ tantùm mutatur vbi, quæ est forma minoris entitatis, quàm cæterę prædictæ, ergo. Confirmatur hæc ratio. Nam motus habet se ad suũ terminum vt potẽtia ad actum, vt imperfectũ ad perfectum, sed potentia & priuatio alicuius termini tanto est peior quanto terminus fuerit perfectior: vt priuatio sanitatis est peior priuatione pecuniæ, quia sanitas est melior, ergo.

Tertiò arguitur. Nam cæteri motus mensurãtur motũ locali primi mobilis, vt patet. 10. Metaphy. tex. 4. ergo est perfectior cæteris. Nam vnũquodque mensuratur perfectissimo sui generis.

Quartò. Motus cœli est causa cæterorũ, vt probatũ est quæstione præcedenti, & est diuersæ speciei ab alijs, ergo est cęteris perfectior. Patet consequentia. Quia licet causa posit esse tam perfecta sicut effectus quãdo sunt eiusdem speciei vt ignis generans ignem: tamen quando sunt diuersarum specierum, semper causa est nobilior effectu. Nam duæ species non possunt esse æqualis perfectionis, & effectus non potest excedere causam, sequitur ergo quòd causa præcedat effectum.

Quintò. Nã D. Tho. ita videtur sæpè docere, ꝙ motus cœli sit perfectior cæteris, præsertim. 3. cõt. gent. c. 82. ratione. 6. & hic in prologo. In hac quæstio. Capr. 2. d. 14. ad secundum Durand. contra secundum. Et Sonci. 7. Met. q. 25. tenẽt motũ localem esse perfectiorẽ cæteris; & inter alia mouentur argumẽto quod fecimus in confirmationẽ secũdę rationis. Et sequuntur eos omnes ferè iuniores interpretes Arist. loco citato. Contrariã tamẽ sententiã tenet Durand. in. 2. d. 15. q. 3. & Ferrara. 2. cont. gen. ca. 43. & lib. 3. ca. 82. ¶ Pro explicatione tamẽ veritatis notandũ, ꝙ motus cœli potest cõsiderari & ratione sui termini, & ratione subiecti, in quo est, vel perfectionis, quam ex illo mendicat. Quod conuenit ei ratione termini, est illi essentiale & per se, quia conuenit ei ratione suæ vltimæ differẽtiæ. Quod verò conuenit ei ratione subiecti est omnino accidentarium, quia cõuenit ei ratione alicuius, quod non ingreditur eius definitionem, et si ingreditur eius definitionem secũdum rationem com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

munem accidentis, sic nihil de nobilitate aut perfectione propria tribuit illi, nisi tantum rationem sustentantis.

Hoc supposito; sit prima cõclusio. Motus localis ignobilior est essentialiter alteratione, augmentatione, aut generatione. Probatur primò ex D. Thom. qui in quæstionibus de malo, quæsti. 16. arti. 10. corpore docet, Angelos posse mouere localiter corpora, non autem alio quouis motu: quia possunt effectus debiliores, non autem nobiliores, ergo. Secũdò. Motus sumit perfectionem à termino, sed nobiliores terminos habent cæteri motus quàm localis; quia, Vbi, minoris est perfectionis quàm Quãtitas, aut Qualitas, aut Substãtia, ergo. Hoc argumentum dupliciter soluũt autores oppositæ sententiæ. Primò quòd inter motus eiusdẽ generis maior vel minor perfectio sumitur à nobiliori, vel imperfectiori termino: at inter motus diuersorum generum perfectio non sumitur ex termino, sed ex subiecto, & fine. Et ideò quia motus localis, & alteratio &c. differunt genere, inde est q licet inter alterationes perfectior sit illa, quæ terminatur ad nobiliorem qualitatem, & inter motus locales præstet ille, qui ad perfectius, Vbi, tendit: tamen perfectio inter ipsa genera non debet attendi ex terminis, sed ex subiecto, & fine. Et quia subiectum motus localis cœli est omnium perfectissimum, scilicet, cœlũ incorruptibile, & finis est etiã præstantissimus, scilicet, generatio, & conseruatio inferiorum: ideò ille est perfectior, licèt habeat terminum imperfectiorem. Exemplum huius potest sumi in habitibus. Non enim maior, vel minor perfectio inter scientiam & opinionem attenditur penes nobilius obiectum. Aliquãdo enim stabit opinionem esse de Deo, & scientiam de accidentibus, & tamen semper scientia excedit opinionem; sed sumitur ex modo tendendi, quòd altera procedit per demonstrationem, altera per probabiles rationes: & supposito modo eodem tendendi attenditur earum nobilitas penes obiectum. Ita dicunt in præsenti. Secundò soluunt dicentes, quòd à termino sumit speciem motus negatiue non positiuè. Quod explicãt sic; quòd motus habet se respectu termini vt potentia ad actum, & priuatio respectu perfectionis. Vnde quanto terminus ad quem est perfectior, tanto motus ad illum est imperfectior, vt putà priuatio maioris perfectionis. Et quanto terminus imperfectior, tanto perfectior motus: quia peior est priuatio maioris perfectionis, vt putà vitæ vel sanitatis, priuatione minoris perfectionis, v.g. pecuniæ vel ciborum. Addunt autẽ quòd hoc debet intelligi comparando vnum genus motuum ad aliud, vt loci mutationem ad alterationem, non autem speciem motus ad aliam eiusdem generis, vt generationem hominis ad generationem asini. Cæterum tam prima quàm secunda solutio fiuola est. Prima quidem, quia ex subiecto non sumit perfectionem essentialem motus, aliàs augmentatio, & diminutio viuentium eorumque alteratio motus erunt nobiliores quàm motus localis cœli, quod est contra eos. Constat enim corpora viuentia perfectiora esse non viuentibus, quale est cœlum. Secundò. In subiecto conueniunt alteratio per lucem, & motus localis cœli, ergo ab illo non sumit maiorem perfectionem latio. Tertiò velactio generica motus localis est perfectior cæteris motibus ex parte subiecti, vel tantũ ratio motus cœli; non primum, aliàs motus elementorũ ex parte subiecti excedet alterationem & generationem mistorum, quod est falsum, nam elementa imperfectiora sunt mistis. Neque secundum, nam perfectio specifica motus ipsi admittũt quòd sumitur à termino supposita ratione generica, quę in motu locali sumitur ex subiecto: ergo perfectio specifica motus cœli supra cæteros motus ex termino debere sumi; iste autem est cæteris imperfectior, ergo ex nulla parte vel generis vel differentiæ habet maiorem perfectionem supra cæteros motus. Quòd verò ex fine suo motus cœli non sumat istam maiorem perfectionem probatur explicando prius quisnam sit eius finis.

Et de hoc possumus loqui vel vt Theologi, vel vt Philosophi. Philosophi commentantur eius finem esse assimilari Deo, & vniuersalem causalitatem omnium inferiorum. Theologi verò, vt est videre sæpè apud Diuum Thomam, quòd eius finis est productio omnium electorum. Et vt optimè docet Diuus Thomas. 4. contra gentes capite quarto, ad istum ille ordinatur. Nam cum omnia generabilia, & eorum conseruatio sit propter hominem: finis illius causalitatis vniuersalis omnium producibilium est producere hominem.

Hoc supposito restat ostendere, quòd ex isto fine nõ sumat specificam perfectionẽ motus cœli supra cæteros motus, alterationẽ &c. Et probatur primò. Nam Arist. 5. Physic. cap. 1. maximè text. 18. probat latè ab agere & pati nullum motum specificari, ergo neq; ab hac vniuersali causalitate; nã vel illa pertinet ad facere, vel ad post prædicamẽtũ. Prius. Secundò, nam si finis motus specificat ipsum sequitur alterationẽ specificari à substantia, Nã est eius finis generare substãtiam. Cõfirmatur. nã calefactio nõ specificatur à sanitate, quæ est finis eius, in eo qui per calorẽ sanatur, sed à qualitate per illã primò acquisita, scilicet, sanitate, ergo similiter in motu cœli. Tertiò. Causalitas nõ est pfectior quã qualitas, ergo etiã si ab illa specificetur motus cœli nõ erit perfectior. Cõsequẽtia inde patet. Nã secũdũ istos nobilitatẽ & speciẽ nõ accipit à nobilitate & perfectione rerũ productarũ, sed à causalitate earum. Nã similitudo eius consistit in causare. Antecedens probatur. Nã causalitas pertinet ad

Post

Post prædicamẽtã. Quartò. Rationi genericæ mõtus localis nõ conuenit ille finis, ergo non indè sumit specificã perfectionẽ. Antecedens probatur, aliàs cuicunq; motui localis id cõueniret; & sic motus lapidis causaret horũ inferiorum cõseruationẽ; nã quod cõuenit generi cõpetit cuilibet inferiori. Cõsequentia vero probatur. Nã ratio generica motus nõ debet sumi ex propria vnius speciei ratione, quale est cõseruare vniuersaliter inferiora, quod est propriũ cœli, & nõ cõpetit alijs. Quintò. Genera ratio hominis est perfectissimus effectus quẽ producit cœlũ, & adillã conecurrit homo vt causa principalis. cœlum vt instrumentum: ergo motus cœli nõ est perfectior generatione hominis etiã ex parte finis. Patet consequentia; nã finis idẽ est vtrobique, & actio causæ principalis nobilior est actione instrumenti, quando ad eundẽ effectũ vtraq; ordinatur, ergo. Restat ergo euidenter improbata hæc prima solutio. Secunda etiã respõsio falsum dicit. Supponit enim q motus sit priuatio, hoc autẽ impugnatur sufficienter lib. 3. Physic. Distinguitur enim in Post prædicamentis cõtra priuationem, & solùm dicit tendentiã & viam ad aliquam formã: constat autem, q via habet suam nobilitatem à termino positiue, ergo vbi terminus fuerit nobilior etiam tendentia & motus erit nobilior. Secundò. Sequitur generationẽ formicę esse nobiliorẽ mutationẽ generatione hominis, & motũ lapidis, quã motũ cœli. Patet; nã dicunt priuationẽ termini imperfectioris. Dicere autẽ quod illa ratio habet vim in diuersis generibus motuũ, & non in speciebus eiusdem generis: est non penetrare rationem quã assignãt. Nam ratio eorum est id esse, quia motus dicit priuationẽ, & priuatio nobilioris termini imperfectior est. At si hoc esset verum, etiam quælibet species motus esset priuatio, & sic quanto esset priuatio nobilioris termini, esset ignobilior eadem ratione; manet ergo in sua vi argumentum.

Secunda conclusio. Si motus cœli cõsideretur, vt passio cœli & ratione subiecti in quo est: nobilior est cæteris motibus accidentaliter. Probatur; nam vt passio & ratione subiecti in quo est, habet causare inferiora, esse perpetuum, vniformem, mẽsurare inferiores motus, &c. has autem perfectiones non habent alteratio, aut generatio; ergo &c. Explicatur hoc exemplo. Auditus & cæteri sensus in ratione potentiæ cognoscitiuæ imperfectiores sunt omnino visu, qui immaterialior potentia est, & alias plures perfectiones habet supra illos: at auditus in homine si consideretur vt passio illius ex parte subiecti, & sub ista ratione aliquas habet perfectiones quas non habet visus secundum suã rationem. v.g. vt sic deseruit intellectui: & alia multa habet, quę non habet visus secundum se. Et ideo in ratione passionis hominis, & ratione subiecti nobilior est visu, quæ secundum rationem erat imperfectior. Idem dicimus de motu cœli, quòd qui ex sua specifica ratione excedebatur alteratione & cæteris motibus, quatenus passio cœli illos omnes excedit ratione dictarum perfectionum, quas ex subiecto mendicat. Quòd verò ista maior perfectio sit illi accidẽtaria vt motus est, licet sit ei intrinseca vt est passio, patet manifestè. Nam nõ ingreditur rationem genericam motus, neq; specificam differentiã eius, nisi quatenus passio est: quia non se habet ex parte termini, ex quo desumitur species motus, ergo est accidẽtaria. Quicquid enim non conuenit speciei ratione generis aut differentiæ, est extra essentiam eius.

Ad argumenta in contrarium respondetur. Ad Arist. quòd ibi loquitur de perfectione, quã tribuimus motui cœli in. 2. concl. ex parte subiecti. Et id videtur concludere prima ratio, quę est solutio D. Tho. de malo. q. 16. arti. 10. ad primum, vbi ostendit, quòd hoc argumẽtũ Arist. tantũ probat, quòd motus localis cœli vel quicunq; motus alius localis sit perfectior cæteris ex parte subiecti & requirat subiectũ magis in actu, & in potentia tantũ ad Vbi, & sic idẽ D. Tho. 8. Phys. dicit, quòd illa ratio tantũ probat motum localẽ esse perfectiorem quodammodo: ly autẽ quodãmodo excludit perfectionẽ simpliciter & specificam, & tantùm ostẽdit eã, de qua loquuti sumus. Per idẽ patet ad secũdum, tantũ enim concludit maiorẽ perfectionem & actualitatẽ in subiecto, vel in motu secũdũ quid, scilicet, qualẽ poscit subiectũ magis in actu, nõ autẽ de perfectione essentiali & specifica. Nõ autẽ valet, poscit hoc accidẽs subiectũ nobilius, aut tantũ cõuenit entibus pfectioribus: ergo secundũ se est perfectius, vt patet clarissimè in ægritudine respectu sciẽtię, & lucis. Ægritudo enim tantũ potest cõpetere integro supposito viuẽti, & tamẽ ignobilior est sciẽtia, quę potest cõpetere parti, scilicet animę, & luce quæ potest reperiri in corpore inanimato. Ad cõfirmationẽ dictũ est. ¶ Ad tertium respõdetur, q cæteri motus mẽsurantur à motu cœli quantũ ad velocitatem, & esse regularem &c. non quãtum ad quidditatiuã perfectionẽ. ¶ Ad quartũ respondetur, q motus cœli nõ est causa, sed cõditio & applicatio virtutis, quæ est in causa. Hæc autem nõ est nobilior effectu. Ad D. Tho. respõdetur, q intelligitur iuxta tenorẽ. 2. conclusionis. Ex harũ quæstionũ solutione soluitur facilè secũdũ argumẽtum. Nã licet motus cœli nõ sit nobilior generatione, tamẽ cœlũ ipsum, de quo ibi, perfectius est motu ad formã intrinsecã, de quo hic, eũq; causat. Et ideo omnibus modis ille liber præferẽdus est, iste autẽ præponitur lib. Metheo. & alijs, in quibus agitur de ipsis corporib⁹ generabilibus, quia eorũ natura explicari nequit ignorata natura ortus, & interitus. ¶ Ita verò ad tertiũ principale aliqui vt Lycõ. & Auice. dicebãt, sciẽtiã esse de incorruptibilibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia sunt de vniuersalibus; & vniuersalia neq; incipiunt, neq; desinunt propter mũdi æternitatẽ secũdum Arist. Sed respõdetur ex D. Tho. de verit. q. 1. art. 4. ad. 14. quod esse incorruptibile nõ tribuitur vniuersalibus & omnibus scibilibus positiuè, quasi habeant aliquod principiũ causans incorruptionẽ, sed negatiuè, nõ cõueniũt eis materiales cõditiones quę sunt causa corruptionis indiuidui. Sicut materia prima dicitur vna negatiuè, quia nõ habet ex se formas diuersificãtes, non positiuè quasi ex se habeat vnitatem. Et eadem ratione dicuntur vniuersalia esse æterna negatiuè modo explicato. Quod vt amplius declaretur notandũ ex D. Tho. de Trin. q. 5. art. 2. quòd quidditas vniuersalis benè potest considerari sine materia signata, cũ non sit de eius quidditate: sine materia autẽ signata nullus motus potest alicui cõuenire. Nam vt dictũ est, motus præsupponit motũ localem, motus autẽ localis esse nequit sine hic, & nunc: & hoc poscit materiã signatam. Cum ergo vniuersalia abstrahant à materia signata, & sic abstrahant à motu & tẽpore: ideo dicũtur immobilia, æterna, incorruptibilia. Et iste modus incorruptibilitatis sufficit ad obiectũ scientię, & competit obiecto huius libri. Et si arguas; Si hoc sufficit vt obiectũ dicatur incorruptibile sequitur, quòd etiam homo dicatur irrisibilis; nã etiam abstrahit à principio ridendi, sicut vniuersalis homo à principio corruptionis: & ei vtraque passio conuenit primò, scilicet, corruptibilitas, risibilitas. Respõdetur quòd accidẽtia quę cõsequuntur materiã, tribuũtur indiuiduis, quę verò formã, accõmodãtur speciei. Cũ ergo corruptibilitas cõueniat ratione materiæ, attribuitur indiuiduis. Et sic vniuersale potest denominari incorruptibile modo explicato. At risibilitas cõuenit ratione formę, & sic tribuitur vniuersali, & ideo non potest contradictoriã denominationẽ subire. Vide cap. vlt. de Ente & essentia.

A

TAndem ad quartum principale respondetur, quòd petit disputandã quæstionẽ illam, vtrũ Philosophia quoad omnes sui partes sit vna scientia specie, de quo latius quidẽ disputari solet. 1. Physic. nunc autẽ breuiter agemus. Et quidẽ suadetur pars negatiua primo. Nã D. Tho. 1. Post. lect. 41. circa finẽ dicit, quòd corpus mobile diuidi tur in diuersas scientias specie, sicut corpus quantũ. Idem tenet Caiet. ibi. c. 22. & 22. q. 162. in introductione quæstionis. Sonci. 6. Metaph. q. 8. circa fin. & in epito. Capreol. q. 3. prolog. concl. 4. & probatur ratione. Nã diuersa abstractio à materia & motu diuersificat scientias, vt patet. 6. Met. text. 2. Sed in lib. de Generatione & Cœlo est diuersa abstractio à materia & motu, ergo. Explicatur maior. Nã obiectũ scientię debet esse immateriale & immobile; immateriale quidem quia est obiectũ intellectus, qui directè nõ percipit nisi immaterialia, immobile vero quia debet esse inuariabile, nã de his quę sic & aliter se habent, nõ est scientia: vnde qua ratione est immateriale abstrahit à materia, qua ratione est immobile, abstrahit à motu. Minor probatur. Nã in lib. de Cœlo tantũ cõsideratur vnus motus, scilicet, localis, & nullũ aliud sensibile: at in libris de Generatione agitur de omni motu augmẽtationis alterationis, &c. & de omni materia sensibili, & de primis qualitatibus, &c. ergo. Dices esse tantũ maiorem, vel minorẽ intra eandẽ speciem. Contra. Nã Arithmetica & Geometria conueniunt quidẽ in eodẽ genere abstractionis à materia sensibili, & tamẽ distinguuntur specie; quia Arithmetica abstrahit à continuitate, quę est quędã materia, à qua nõ abstrahit Geometria: sed similiter omnes partes Philosophię abstrahunt à materia singulari, & præter hoc liber de Cœlo abstrahit à corruptibilitate & alia materia sensibili, vt peregrinis impressionibus &c. à quo nõ abstrahit liber de generatione, ergo. ¶ Secundò scientiæ mediæ vt Perspectiua &c. distinguuntur specie à Physica, & tamẽ penes maiorẽ, vel minorẽ abstractionem à materia sensibili, ergo. Minor probatur. Nã Perspectiua nõ cõsiderat omnem materiã sensibilem, sed tantũ lineã visualẽ, Physica verò considerat omnẽ, ergo. ¶ Tertiò Aristo. docet. 1. Post. tex. 30. circa finẽ, quod scientia de Iride, quæ traditur. 3. Metheororũ, subalternatur Perspectiuę. Ex quo sic arguitur. Scientia quę alteri subalternatur, est distincta specie ab ea, quæ nulli subalternatur, sed pars illa Philosophiæ alteri subalternatur, aliæ partes non, ergo. Maior probatur. Nã ea quę nõ subalternatur, habet ex se euidentiã, probat suas cõclusiones ex proprijs principijs, eius obiectũ non cõponitur ex obiecto alterius, & differentia accidẽtalis at subalternata non habet ex se euidentiã, probat suas cõclusiones ex alterius principijs, eius obiectũ cõponitur ex subiecto alterius, & differentia accidẽtali; at hæc non possunt eidẽ cõpetere, maximè quia hæc distincta obiecta sufficiunt diuersificare scientiã, ergo. ¶ Oppositam sententiã tenet Soto. 1. Post. c. 25. & 1. Physi. q. 1. & Auerro. 2. Physi. tex. 79. qui tenent esse vnã scientiã specie quoad omnes partes. Quę sententia mihi placet, & probatur ratione. Nã tesle Arist. 1. Post. tex. 20. sciętiæ quæ nõ participant in subiectis, nõ possunt procedere ex eisdẽ principijs, quę vni illarũ sunt propria; nam principia cõstant ex subiecto ipso sciętiæ, & definitione, atq; prima passione, vbi verò diuersa sunt subiecta neq; est eadẽ definitio, neq; eadẽ prima passio, nõ ergo possunt procedere ex eisdẽ principijs proprijs & proximis: sed liber de Cœlo, de Generatione, & 8. lib. Physic. procedunt ex eisdẽ principijs primis, ergo participãt in eodẽ subiecto formali, & sic nõ distinguuntur specie. Minor probatur. Nã sicut in libris de Cœlo demonstratur, quòd motus illius debet esse à termino à

B

C

D

E

no à quo, ad terminũ ad quẽ, ita hic demonstratur quòd motus alterationis debet esse inter duos terminos, &c. & hęc per eadẽ principia cõmunia vtrique quę habẽtur in libris Physicorũ, quòd motus debet esse inter contraria, &c. Sed dices, satis esse vt ait ibidẽ Arist. quòd licet sciẽtiarũ subiecta nõ sint omnino eadẽ, sint tamẽ eadẽ aliquomodo, vt sic diuersæ sciẽtię possint eisdẽ vti principijs. Cõtra. Nã vt ibi explicat Arist. tũc aliquo modo sciẽtię participãt in subiectis, quãdo subiectũ vnius est inferius ad subiectũ alterius, vt sciẽtia de animali, & homine, aut quãdo subiectũ vnius addit differentiã accidẽtalẽ ad subiectũ alterius, vt Arithmetica & Musica: sed istæ sciẽtiæ de quibus agimus differũt specie, & subiectũ lib. de Cœlo nullo istorũ modorũ cõmunicat cũ subiecto sciẽtię de Generatione, ergo nõ possũt vti eisdẽ principijs. Secũdò. Ad eãdẽ scientiã pertinet agere de subiecto magis cõmuni, & minus cõmuni, & de qualibet eius passione quãdo considerãtur sub eadẽ ratione formali, vt habetur. 1. Post. tex. 42. ergo ad habitum qui fertur in octo lib. Physic. pertinet disputare de ente mobili in cõmuni & in particulari, & de qualibet eius passione, ergo habitus qui fertur in octo libros Physi. est idẽ numero & specie cũ eo, qui fertur in libros de Cœlo; quia obiectũ istorũ est inferius ad obiectũ illorũ sub eadẽ ratione & cũ eo, qui fertur in libros de Generatione. Nã obiectũ eorum est passio obiecti illorũ sub eadem ratione, ergo isti habitus sunt idẽ inter se numero & specie, cũ identificẽtur illi tertio numero & specie. Tertiò, nam sequitur q̃ in sciẽtia de animalib⁹ illa pars quę agit de animalibus perfectis distinguatur specie ab ea, quæ est de ostrijs, & conchilijs. Nã hic magis abstrahitur à motu, cũ non agatur de motu progressiuo, de quo ibi. Itẽ. Ergo Metaphysica, & illa pars quinti libri quæ agit de quãtitate & cæteris accidẽtibus distinguũtur specie. Nã ista definit per materiã intelligibilẽ, & sic min⁹ abstrahit à materia quã cæterę partes, quę nullo modo definiũt per materiã. Sequela verò probatur. Nã maior & minor abstractio intra eãdẽ speciẽ variat specie sciẽtiã de Generatione, & Cœlo, ergo variabit sciẽtiã de animalibus perfectis, & imperfectis. ¶ Ad primũ ergo respondetur, q̃ quãdo dixit D. Tho. quòd corpus naturale diuiditur in diuersas species scibilis, nõ accepit corpus naturale pro eo tãtũ, quod cõsideratur à Physica, sed etiã pro eo, quod considerat à sciẽtijs medijs. Pro quo notãdũ ex Arist. 2. Physi. tex. 20. q̃ quędã sciẽtiæ sunt mediæ inter naturales, & Mathematicas, vt Astrologia, & Musica, quæ magis reducũtur ad Physicã quàm ad Mathematicã, quia earũ consideratio terminatur ad materiã sensibilem: & vnumquodq; quod ad aliud ordinatur habet speciẽ à termino. De quo. 2. Physic. q. 2. & omnes istæ definiũt per materiã sensibilem, vt patet. Et aliqua earũ habet etiam obiectũ inferius ad ens mobile. De Physica ergo & de corpore mobili, vt extẽdit se ad istas scientias quæ ad illã reducũtur & ad earũ obiecta dicit D. Tho. quòd distinguũtur specie secundũ diuersos modos cognoscibilitatis: non tamen de Physica strictè loquendo, sicut hic agit.

A

B

C

D

Ad secundũ variæ sunt solutiones. Alij assignãt differentiã inter Mathematicam, & partes Philosophiæ, nã ibi est diuersitas non tantũ abstractionis, sed principiorũ vnicuique propriorũ, iuxta quorũ varietatẽ Arist. 1. Post. tex. 42. asserit distingui sciẽtias: at in partibus Philosophiæ sunt eadẽ principia, vt supra probatũ est. Sed contra hoc est, quòd nos cõtendimus, quòd sicut ibi diuersitas principiorum oritur ex maiori vel minori abstractione, quę est ratio formalis scientiæ, ita hic, vel si hic nõ, neq; ibi. Secũdò quia etiã Mathematicæ habẽt sua principia cõmunia, vt si ab æqualibus æqualia demas, &c. Alij dicunt quòd diuersitas sciẽtiæ nõ attẽditur tantũ penes abstractionẽ. Nã Medicina & Philosophia habent eandẽ abstractionẽ & distinguuntur specie: sed requiritur diuersa ratio obiecti quæ, & diuersa abstractio quæ est ratio sub qua. Et quia in Mathematicis reperitur diuersa ratio quæ, scilicet, in vna cõtinuitas, in alia numerus: etiã si haberẽt eandẽ abstractionẽ distinguuntur specie. At in partibus Philosophiæ quia omnes considerant eãdẽ rationẽ formalẽ quæ, scilicet, mobilitatẽ, ideo nõ distinguuntur specie. Sed contra hoc est. Quia sciẽtiæ distinguũtur & specificãtur ab abstractione. Nã scientia specificatur ab obiecto scibili vt sic, hoc autẽ habet ab immaterialitate & abstractione, ergo ab abstractione debet specificari. Alij aliter soluũt. Nos verò dupliciter soluimus. Primo q̃ differẽtia est. Nã abstractio significat quędã motũ rationis à materiali tãquã à termino à quo, ad immateriale tanquã ad terminũ ad quẽ. Et maior vel minor separatio à termino à quo facit maiorẽ vel minorẽ abstractionẽ; terminus autẽ à quo in abstractione Physica sunt singularia. Et in hoc quod est nõ considerare singularia omnes partes Philosophię eq̃dẽ cõueniũt. Nulla enim aliquo modo cõsiderat illa. At terminus abstractionis in mathematicis est materia sensibilis. Hæc vero duplex est. Alia propria vt visibile, audibile: alia cõmunis, scilicet, motus, quies, numerus, figura, magnitudo, vt habetur. 2. de anima. tex. 64. cõstat autẽ quòd si materia sensibilis est figura, & magnitudo; & ab istis abstrahit Arithmetica & nõ Geometria, licet concernat aliud sensibile cõmune, scilicet, numerũ, q̃ magis abstrahit quã Geometria, quæ plura sensibilia cõcernit. Secũdò respõdetur notãdo ex Caieta. de Ente, & essentia. q. 12. q̃ abstractio est duplex, scilicet, formalis, & totalis qua superius abstrahitur ab inferiorib⁹, vt homo à Petro & Paulo: formalis qua abstrahitur aliquid, quod est vt forma & aĕt⁹

E

respectu

Universidad de Deusto
Biblioteca

respectu illius, à quo abstrahitur, vt quando quan A
titas abstrahitur à materia sensibili, & penes hanc distinguuntur scientiæ. Differentia ergo est inter Arithmeticam & Geometriã ex vna parte, & partes Philosophiæ ex alia; nã obiectum Arithmeticę est magis abstractum abstractione formali quàm obiectum Geometrię: quia numerus respectu quãtitatis continuæ habet se vt forma & actualitas illius. At in partibus Philosophiæ hoc non reperitur, obiectum enim libri de Cœlo non se habet vt forma & actus respectu librorum de Generatione, & propterea non est maior abstractio formalis neque diuersitas scientiæ. B

Ad secundum patet per idem. Nã in sciẽtijs medijs est maior abstractio formalis quàm in Physica, nam linea visualis habet se instar formæ respectu entis mobilis, quod est subiectum Physicæ.

Ad tertiũ respondetur primò non esse inconueniens, vnam scientiam ratione alicuius particularis conclusionis subalternari alteri secundum quid. Quia illa altera dicit propter quid illius singularis conclusionis, & nihilominus talẽ scientiã secundũ omnes suas partes esse eiusdem speciei: quia talis C subalternatio secundũ quid non poscit diuersitatẽ obiectorũ, vt patet in Chirurgia, quæ videtur quo ad omnes sui partes esse eiusdem speciei, & tamen respectu huius conclusionis, vulnera rotunda difficilius curantur, subalternatur Geometriæ, vbi dicitur propter quid talis conclusionis, quia scilicet latera illorum magis distant; non tamen illi simpliciter subalternatur, vt habetur 1. Poster. text. 30. quia non addit differentiam accidentalẽ supra obiectum Geometriæ. Ita hæc scientia Metheororum quia eius obiectum non addit accidentalẽ differen D
tiam ad obiectũ Perspectiuę, non propriè illi subalternari dicitur, licet alicuius peculiaris cõclusionis causa reddatur in Perspectiua, vt quare Iris sic appareat, &c. Sed contra hoc est quòd Arist. ibidem distinguit propriè subalternas ab ijs, quę tales non sunt, sed tantùm secundũ quid. Et inter primas numerat scientiam de Iride respectu Perspectiuæ & Philosophiæ; inter secundas Medicinam respectu Geometriæ: sentit ergo scientiã de Iride esse propriè subalternatam. Secũdò quia Iris addit ad obiectum Perspectiuæ & Geometriæ differentiã acci E
dentalem. Nã ad lineam addit visuale, naturã verò visualis applicat ad talem materiã, scilicet, nubem roridam, ergo propriè subalternatur. Potest ergo aliter solui argumentum dicendo, quòd Physica propriè & stricte loquendo est vna specie, non tamen vt extendit se ad scientias medias. Inter has computatur scientia de Iride, de Hale, de Parallelis, de quibus si agitur in 3. Metheororum, non est quia propriè pertineant ad Physicam, sed veluti mutuatò à Perspectiua, vt ibi omnes metheorologicæ impressiones explicentur.

CAPVT PRIMVM.

DE Generatione autem & Corruptione, & de natura generatorũ et corruptorũ, & vniuersaliter de omnibus causas diuidendũ, & rationes eorũ determinandũ est. Et vtrũ existimãdũ sit eãdẽ esse naturã alterationis et generationis, aut semotã vt determinata sunt ex nominibus.

Antiquorum igitur hi quidem vocatã generationem simplicem alterationem esse inquiũt, hi verò aliud generationẽ, & aliud alterationẽ.

Quicunq; igitur vnum aliquid omne esse dicunt, & omnia ex vno generant, his quidem necesse est vtique generationem alterationem esse dicere, & quòd principaliter fit, alterari.

*Quicunque autem plures materias vnam ponunt, vt pote Empedocles, & Anaxagoras, & C
Leucippus & Democritus, his aliud.*

Sed tamẽ Anaxag. propriam vocem ignorauit, dicit enim quòd fieri, & destrui, idem existit, quod alterari. Multa autem dicit elementa quemadmodum & alij.

*Emped. quidẽ enim corporea quatuor, omnia autem cũ mouẽtibus sex ait numero. Anaxago. autẽ & Leucip. & Democr. infinita. Hic quidẽ homiomera elemẽta ponit vt pote, os, carnẽ, & D
medullã, & alia quorũ vnumquodq; synonyma pars est. Democ. autẽ, & Leucip. ex corporibus indiuisibilibus hæc & alia cõponi inquiũt. Hæc autẽ infinita, et multitudine, & formis esse. Illa autem inter se differunt his, ex quibus sunt, & positione, & ordine horum: contrariè autem videntur dicere qui circa Anaxago. eis, qui circa Empedoc. Hi quidem enim inquiunt, ignem & aquam, & aerem, & terrã, quatuor elementa, E
& simplicia magis esse quã carnẽ, & os, & talia similiũ partiũ. Hi autẽ hæc quidẽ simplicia & elementa, esse: terrã autem, & aquã, aerẽ, & ignem, composita, panspermia enim horum esse.*

His quidem igitur qui ex vno omnia constituunt, necesse est dicere generationem, & corruptionem, alterationem, semper enim manere subiectũ vnũ & idẽ: tale autẽ alterari dicimus.

*His autem qui genera multa faciũt, differre generationem ab alteratione. Coeuntibus enim & dissolutis, generatio contingit, & corruptio. A
Ideo dicit hoc modo Empedo. quòd natura nullius est, sed solum mistura & segregatio misterum. Quoniam igitur proprius hic sermo est eorum suppositioni, ita loqui manifestum est, & quoniam dicunt hoc modo.*

*Necesse est autem & his generationem esse aliud dicere præter alterationem. Impossibile tamen est secundùm ea, quæ ab eis dicuntur. Hoc autẽ quod rectè dicimus, facile est videre. Quem B
admodum enim videmus quiescente substantia, in ea transmutationem fieri secundum magnitudinem, quæ vocatur augmentatio, & diminutio, sic & alterationem. Sed tamen ex quibus dicũt, plura principia facientes vno, impossibile est alterari. Passiones enim secũdũ quas hoc dicimus contingere, differentiæ elementorum sunt. Dico autem puta calidum & frigidum, humidum & siccum, album & nigrum, durum & molle, & aliorũ vnumquodq;, vt inquit Emp. Solem album C
videri & calidum. Imbrem autem in omnibus, frigidum, nigrum, & nebulosum. Similiter autem determinauit de reliquis. Quapropter si nõ est possibile ex igne fieri aquam, neque ex aqua terram, neque ex albo nigrum, erit aliquid, neque durũ ex molli: eadem enim ratio & de alijs, hoc autẽ erat alteratio. Amplius autẽ & manifestũ. Quoniam vnã semper contrarijs supponere oportet materiã, siue transmutetur secũdũ locũ, D
siue secundũ augmentationẽ, & diminutionem, siue secũdũ alterationẽ. Amplius autẽ similiter necesse est esse hoc & secũdùm alterationem. Si enim alteratio est, & subiectũ vnũ elemẽtũ, & vna omnium materia habentiũ adinuicẽ transmutationẽ, & si subiectũ vnũ est, alteratio est.*

*Empedocles quidẽ igitur videtur cõtraria dicere, & ad apparẽtia, & ad se ipsum ipse. Simul autẽ non dicit alterũ ex altero fieri elementorũ vllum, sed alia omnia ex his. Simul autem quoniam in vnum coniungit omnem naturam, præ E
ter litẽ rursum vnũquodq; ex vno fieri. Quapropter ex vno aliquo manifestũ quoniam differẽtijs quibusdã diuersorũ & passionibus factum est, hoc quidẽ aqua, hoc autẽ ignis, quemadmodũ dicit, Solẽ hoc quidẽ album & calidum & leuem, terram autẽ graue & durũ. Ablatis igitur his differentijs (sunt enim auferibiles genitæq;) manifestũ est quidẽ necesse fieri, & aquam ex terra, & terram ex aqua. Similiter autem & aliorum vnumquodque: & non tunc solùm, sed nunc cum trãsmutantur passionibus. Sunt autẽ ex quibus dicit Emped. possibiles aduenire, & separari, rursus & aliter aduersantibus adinuicem lite adhuc, & amicitia. Ideoq; & tunc ex vno generata sunt. Non enim vtiq; ignis, & terra, & aqua, existentia vnum erant omne. Incertum autem, & vtrũ principiũ ei ponendum, multa, aut vnum. Dico autẽ ignem, & terrã, & coordinata horũ. Secundùm id enim quod vt materia supponitur ex quo transmutata propter motum fiunt ignis, & terra, & aqua, vnum elemẽtum, secundũ id autẽ, quòd hoc ex compositione fit cõuenientibus illis, illa autẽ ex dissolutione magis elementa quatuor illa & prima natura.*

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio. In hoc libro agẽdum est de ortu, & interitu eorum quæ natura generantur, & intereunt: distinguẽdæ sunt vniuersim causæ, & rationes eorũ; videndũ est de natura augmenti, & decrementi, & alterationis, & quomodo differant à generatione.

Secunda conclusio. Qui ponunt vnum tantùm principiũ materiale, non possunt distinguere inter alterationẽ & generationem simplicem eius, quod principaliter fit. Probatur. Vtrobiq; manet idem subiectũ actu secũdũ eos, ergo vtraq; est alteratio.

Tertia cõclusio. Qui ponebant plura principia materialia, vt Emped. qui ponebat quatuor elemẽta esse principia omnium, & Anaxagoras qui contrarium videtur dicere eis, quæ dicit Empedocles ponens partes infinitas homiumeras, vt carnis & ossis, ex quibus alia etiam elementa generarentur, & Democritus & Eleucippus qui ponebãt infinitas partes indiuisibiles diuersimodè figuratas, ex quibus alia componerentur, necessariò debent distinguere inter generationem, & alterationem. Nam coeuntibus illis partibus fit generatio, dissolutis corruptio, variatis alteratio.

Quarta conclusio. Inter hos solus Anaxagoras propriam vocem ignorat, dum ponit plura principia materialia, & non distinguit inter generationem, & alterationem.

Quinta conclusio. Ponentes plura principia materialia dicunt incomposibilia, quòd generatio & alteratio distinguuntur, & quòd non distinguuntur. De affirmatiua patet, de negatiua probatur. Nulla est posibilis alteratio secundùm eos, ergo non distinguitur à generatione. Antecedens probatur. Secundùm illos non potest fieri generatio, ergo neque alteratio. Probo antecedens.

Ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ipsi concedunt vnum elementum nō posse gene-
rari ex alio, nam sunt prima principia, quæ non
fiunt ex alterutris, & omnis substantiæ generatio
includit transmutationem in elemẽtis, ergo. Con-
sequentia vero probatur; nam si ex aqua non po-
test fieri ignis, aut ex vno elemento aliud, vnum
non poterit acquirere successiue qualitatem alte-
rius, quia secundum eos est propria eius forma &
differentia, & sic neq; poterit esse alteratio secun-
dum eos, quæ requirit vnum subiectum sub vtro-
que extremo, ergo non potest esse alteratio, aut
alius motus. Antecedens patet ex eorum sentẽtia,
qui ponunt plura principia materialia. Et conse-
quentia; nam in omni motu locali augmenti, vel
alterationis debet esse vnum subiectum sub vtroq;
termino. Etenim si alteratio est; vna materia est
omnium habẽtium ad inuicem trãsmutationem,
& conuertitur quòd si vnum subiectum est, alte-
ratio est.

Sexta conclusio. Empedocles dicit contraria ad
apparentiam, & ad se ipsum. Ad ea quæ sensui ap-
parent, dum dicit vnum elementum non posse ge
nerari ex alio, & tamen nos videmus ex aëre fieri
ignem, ex aqua aërem, &c. Ad seipsum verò quia
ipse dicebat, quòd antequam res distinguerentur
per litem, omnia continebantur in quodam chaos
per concordiam: & aduenientibus differentijs per
litem ex illo chaos segregabatur vnumquodq; ele
mentorum, vt hoc esset aqua, illud aer secundum
proprias differentias. Ex hoc sic arguitur contra
eum. Differentiæ illæ sunt auferibiles ab illo chaos,
ergo nunc poterit fieri vnum elementum ex alio.
Antecedens cõcedit ipse Empedocles, qui admit-
tit differentias posse per litem aduenire, & per con
cordiam separari. Et rursus probatur. Nam etiam
modo cõtrariantur lis & amicitia, ergo nunc pote
runt elementa transmutari secundum has diffe-
rentias, vt ex vno fiat aliud sicut in principio.

Septima conclusio. Incertum est, an Empedo-
cles debuerit ponere vnum, an quatuor principia.
Nam ponebat quatuor, quia dicebat illud chaos
fieri ex compositione elementorum conuenien-
tium in vnum per amicitiam: vnum verò in quan
tum ex illo chaos illa quatuor resultant. Tamen
dicendum est quòd illa quatuor sunt magis ele-
menta, & principia, & prius natura in quantum
fiunt ex illo vno per segregationem litis.

PRO explicatione huius capitis aduertenda
sunt aliquot circa literam Aristotel. deinde
quæstiones graues disputabuntur; qui ordo
etiam seruabitur in reliquis huius libri capitibus.
Circa primam rationem notandi sunt, & explican
di aliqui termini. Primus est, ortus siue generatio.
Vna enim litera dicit de ortu & interitu, alia verò
de generatione & corruptione. Et licet ab Aristo-
tel. hic & communiter ab alijs pro eodem accipian
tur, vt tamen statim dicetur, multum differunt, &
vnus eorum supponit alterum. Notandum ergo
quod generationis nomine dupliciter vtimur.
Vno modo cõmuniter ad omnia generabilia, &
corruptibilia, & sic generatio nihil aliud est quàm
mutatio de nõ esse ad esse, quo modo eam definit
Aristotel. 5. Physicor. tex. 7. dicens, mutationem
illam quæ est de non subiecto in subiectum, idest,
de non esse ad esse, generationem esse, & de hac
etiam loquitur idemmet Arist. libro. 2. de Gene-
ratione tex. 51. quando dicit generationem, & cor
ruptionem esse circa possibilia esse & non esse.
Alio modo reperitur generatio proprie in viuen-
tibus, & significat processionem viuentis à viuen
te coniuncto in similitudinem naturæ ex vi talis
processionis. Illa particula viuentis à viuente, non
habet difficultatem, & inferius amplius explica-
bitur. Exponendi sunt verò illi termini, coniuncto,
& in similitudinem naturæ, & ex vi processionis:
videntur enim habere difficultatem, & non re-
quiri ad generationem viuentium. Videmus enim
animalia genita ex putrefactione, & esse propriè
generata, & à viuente, scilicet, intelligentia motri-
ce cæli, & tamen non à viuente coniuncto, ergo
illud non requirebatur. Et secundò, quia vel simi-
litudo naturæ sufficiens ad generationem viuen-
tium est similitudo generica, & hoc non, aliàs ver-
mes & capilli essent filij hominis: vel specifica, &
hoc non, aliàs mulus genitus ab equo & asina neu
trius esset filius, cum non sit alicuius istarum spe-
cierum, ergo &c.

His tamen non obstantibus admittenda est il-
la definitio cum suis omnibus particulis. Et qui-
dem quòd generatio viuentium debeat esse à prin
cipio coniuncto, docet Aristotel. 5. Metheorо-
rum. tex. 5. vbi ostendit, quòd inanimata quæ ge-
nerantur, non sunt coniuncta principio gene-
ranti, bene tamen animata. Pro quo nota, quòd
in corporibus inanimatis emanatio vnius ab al-
tero fieri non potest nisi per actionem vnius eo-
rum in alterum; vt dum ignis alterat corpus ali-
quod extraneum, & reducit ad qualitatem, &
speciem ignis, & in his bene patet, quomodo ge-
nitus ignis sit separatus ab igne generante: at in
viuentibus secundum maiorem, vel minorem per-
fectionem gradus vitæ reperitur maior vel mi-
nor coniunctio geniti cum generante. In plan-
tis enim in quibus est infimus gradus vitæ, vide-
mus emanationem vnius ab altera procedere ab
interiori & ab exteriori. Ab interiori quidem in
quantum humor intraneus plantæ in semen con-
uertitur, ab exteriori verò inquantum illud se-
men oportet ab arbore seiungi, & terræ mandа-
ri, vt crescat in plantam. In animalibus verò per-
fectis emanatio vnius ab altero procedit omni-
no ab interiori principio, & semper animal ge-
nitum

nitum coniunctum est generanti. Semper enim
embrio in principio suæ generationis, vt docet
Arist. vbi supra, coniunctus & alligatus est matri-
ci fœminæ, & illa coniunctio semper durat vsque
ad animalis natiuitatem. Et licet genito non sit
coniunctum principium actiuum, scilicet, mas,
sufficit tamen ad hanc rationem generationis con
iungi fœminam, vt dicatur procedere à principio
coniuncto. Nam ipsa propter semen receptum
censetur vna caro cum mare, vt dicitur primo de
Generatione animalium cap. vltimo in fine; & ha-
betur Genes. 1. Erunt duo in carne vna. Et sic si
coniungitur fœminæ, coniungi censetur carni ma
ris, cò vel maximè, quòd quando dicitur in defini-
tione generationis, quòd est emanatio à principio
coniuncto, nõ intelligitur, quòd coniungatur om
ni principio secundum se, satis fuerit si cõiunga-
tur alicui principio secundum se, alijs verò secun-
dum suam virtutem vt patet in maribus, quibus
coniungitur fœtus secundum seminalem virtutẽ.

Ad argumentum verò in contrarium respon-
det D. Thomas. in. 3. distinct. 8. quæst. 1. artic. 1.
ad septimum, quòd in animalibus generatis ex pu
trefactione, virtus solis & aliorum corporum cœ-
lestium supplet vicem virtutis formatiuæ, quę est
in semine, in generatione eorũ quæ ex semine na-
scuntur. Et quia huiusmodi virtutes corporum cœ
lestium sunt per omnia inferiora corpora diffusæ;
ideo dicit Philosophus. 17. de Generatio. animal.
capite. 10. quod omnia plena sunt virtutibus ani-
mæ. Et ideo sicut animalia quæ generantur ex se-
mine, se habent ad fœminam, ita ista se habent ad
terram, quæ sine semine generantur. Et sicut illa
se habent ad patrem, ita ista se habent ad corpora
cœlestia. Propter quod quidã Philosophus, vt re-
fertur. 1. de Partib. animal. cap. 2. dixit, quòd Sol
est pater plantarum, terra verò mater. Vnde patet,
quod huiusmodi quę sine semine generantur, siue
sint plantæ, siue animalia, proprie dicuntur nasci,
& gigni, & oriri. Hæc Diuus Thomas. Ex qua so
lutione videtur haberi, quod sicut ad saluandam
coniunctionem nascentium plantarum cum suis
principijs, sat fuerit ponere virtutem seminis fuis-
se in principio coniunctam ipsi viuenti plantæ, à
qua fuit decisum: ita ad saluandam hanc imperfe-
ctorum animalium generationem, satis fuerit sal-
uare coniunctionem cum virtute angeli viuentis,
quæ illi coniuncta est. Sed maiorem coniunctio-
nem videtur poscere definitio generationis specia
liter sumptæ, cum principio à quo viuens proce-
dit. Nã hãc cõiunctionẽ quã hic saluamus effectus
cũ virtute causę etiã habet ignis genitus cũ igne ge
nerante, vt statim dicetur. Est enim in ligno calor
ignis generantis: & sic coniungitur virtuti gene-
ratis. Oportet ergo dicere, quod illa definitio tan-
tum datur de generatione proueniente à causa par
ticulari & vniuoca, nõ à quacunque alia etiam vni
uersali & æquiuoca. Nam in hac etiam desunt il-
læ aliæ particulæ definitionis, in similitudine na-
turæ, & ex vi talis processionis. Neque enim hæc
imperfecta animalia sunt eiusdem generis proxi-
mi cum angelo ea causante, neque ex vi suæ pro-
ductionis, ex materia, scilicet, & forma, similitudi-
nem possint habere cum formis ea producenti-
bus, quæcunque verò istarum particularum defi-
ciat, deficit etiam ratio propriæ & specialis genera
tionis.

Ad secundum respondetur, quòd plus requiri-
tur ad rationem filiationis, quàm ad generationẽ.
Nam ad filiationẽ requiritur primò, vt quod pro-
cedit per generationẽ, sit completũ in specie gene-
rantis, propter quod fructus arborũ, capilli &c. nõ
habent rationem filiationis quamuis dicãtur nasci.
Requiritur secundò, vt procedat similis in natura
eiusdẽ speciei, vel generis proximi: sicut homo pro
cedit ab homine, vel equus ab equo. Propter quod
vermes qui generantur in animali, nõ habent pro-
priè rationẽ generationis, & filiationis. Mulus ve-
rò, equus & asinus eiusdẽ sunt generis proximi in-
ferioris ad animal, & superioris ad has species, vt
habet Arist. 7. Met. tex. 28. & ideo vnũ potest dici
filius alterius. Requiritur tertiò quòd talis similitu
do proueniat ex vi illius processionis secundum
suam speciem & naturam. Propter quod dicunt
Theologi, quòd Spiritus sanctus licèt procedat si-
milis Patri, quia processio eius per amorem ex na-
tura sua non poscit similitudinem cum Verbo, in
essentia, à quo procedit nõ est Filius. Similiter Eua
quia ex modo suæ formationis non habuit hanc
similitudinem non fuit proprie filia Adæ. Vnde
D. Thomas benè notat. 4. cont. gent. cap. 23. fin. q
si Deus tribueret homini virtutem producendi al
terum, sicut facit artificiata, vel ex aliquo membro
suo, ille productus homo non esset filius produ-
ctus alterius: quia non producitur similis illi ex
modo, vitalis productionis. Addit verò idẽ D.
Thomas. 3. par. q. 32. art. 3. vlteriùs requiri ad ra-
tionem filiationis quòd sit perfectissima generа-
tio, qualis in solis animalibus perfectis reperitur;
Propter quod non dicemus proprie vnam plan-
tam esse alterius filiam, aut matrem. Hæc de illo
termino generatio. Ex cuius cognitione facilè pa-
tet quid sit corruptio. Ortus verò nõ omnino idẽ
est atque generatio. Et ideo pro eius expositione
nota ex Diuo Thoma in. 3. dist. in. 8. quæstione. 1.
articulo. 1. quòd in generatione viuentis tria repe-
riuntur, primum est, quòd generans habet suffi-
ciens principium ad productionem rei genitæ, &
licet animalibus videamus suppetere principium
actiuum sufficiens ex parte maris, & passiuum ex
parte fœminæ: idem tamen dicit reperiri in plan-
tis; quod possumus verificare ex eo quòd semen

ab arbo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab arbore decisum trahit succum & humorem, & paulatim cõuertit illud in se, vt arbores nutriãtur: & sic iam intra se vel intra aliquid ab illis decisum habent principium materiale rei generandæ. Secundo reperitur exitus quidam geniti à generante. Nam cũ debeant esse duo distincta: debet vnum ab altero exire. Tertiò inuenitur quædam colligatio inter generantem, & genitum in principio generationis, vel per contactum, vel per consolidationem, vt patet in fructibus respectu arboris, & in embrione respectu matricis. De quo videndus est Arist. 5. Metheo. text. 5. Secũdum has tres conditiones tria sunt nomina illas designantia. Ratione primæ res dicitur gigni vel generari loquendo de generatione speciali. Ratione secundæ quatenus generatur per modum exitus, dicitur oriri. Ratione tertiæ, quatenus generatur coniunctum generanti, dicitur nasci. Patet ergo quomodo differant ortus, & generatio, & quòd ortus supponat generationem. Nihilominus quia oriri proprie tantùm reperitur vbi est vera generatio, & oriri largè vbi generatio communiter dicta; pro eodem possunt accipi generatio & ortus. Et ità hîc accipit Aristo.

Secundo notandum est illud verbum, eorum quæ natura generantur, quod ponitur ad excludendum ab hoc tractatu generationem artificialium, & eorum quæ ex electione causantur. Pro cuius expositione scire oportet ex Arist. 5. Meta. text. 5, quòd natura primò significat generationẽ viuentium, vt idem sit natura quod natiuitas, quæ solis animatis competit. Et quia in generatione viuentium virtus seminis est ipsi semini intrinseca, & ab illa mouetur atque disponitur ad animalis generationem; inde deriuatum est nomen naturæ ad significandum quodcunque principium motus eius in quo est, siue sit actiuum vt in viuentibus, siue passiuum vt in rebus inanimatis. Alias acceptiones naturæ multiplicat ibi Aristo. quæ ad nostrum propositum non conducunt. Ex his autem habemus quod intendimus. Nam si natura significat principium intrinsecũ motus Physici, ea quæ secundum naturam generantur debent habere tale principium, illud verò non habent artificialia. Principium enim actiuum est extrinsecum ipsis existens in artifice, principium etiam passiuum respectu figurarum non habent, sed tantùm potentiam obedientialem, vt aliàs dicendum erit latiùs, non ergo secundùm naturam generantur per principium intrinsecum, quod inclinet ad talem motum vel generationem. Ea etiam quæ ex electione generantur vt amicitia, odium, & alia huiusmodi: cum careant etiam principio naturali ab hoc etiã tractatu aliena sunt.

Tertiò est notandum circa illud, causæ & rationes eorum, quòd ad scientiam, vt habetur. 1. Poster. sufficit scire res per causas, vel per rationes formales, quæ in hoc à causis distinguuntur, quòd causæ sunt res realiter distinctæ ab eis, quorũ sunt causæ, rationes verò formales non, vt ratio entis respectu suarum passionũ, diffinitio respectu diffiniti, &c. Quando hîc ponitur distinctio inter causas & rationes, sic debet intelligi, quòd ad habendã perfectam notitiam generationis oportet scire omnes eius causas, siue sint propriæ causæ realiter distinctæ, vt causa efficiens &c. siue non, sed tantùm formaliter, vel tantùm ratione vt eius definitio.

Dubitatur circa secundam cõclusionem. Nam motus distinguuntur ex terminis, ergo etiam si sit vnum tantùm subiectum omnium rerum, distinguentur generatio, & alteratio penes diuersos terminos, scilicet, qualitatem & substantiam. Confirmatur. Nam modo distinguuntur alteratio & augmentatio penes diuersos terminos, etiã si vtriusq; sit idem subiectum, ergo etiám tunc distinguerentur generatio & alteratio.

Item secundò. Quia non videtur quæ maior ratio posset esse, quare ex illa positione non distinguerent inter generationem & alterationem, quã inter generationem, & augmentationem.

Item tertiò ex hoc arguitur contra tertiam conclusionem. Nam si non potest saluari distinctio inter generationem, & alterationem, si demus vnũ subiectum vtriusq;, quòd sit ens in actu, ergo multo minus ponendo plura subiecta actu, vt ponunt illi qui referuntur in secunda conclusione, saluabitur ista distinctio. Militat enim eadem ratio vtrobique, semper enim forma adueniens enti in actu erit accidẽtalis, & sic erit alteratio. Ex quo rursus infero bene docuisse Anaxagorã, qui dicebat generationem esse alterationem: etiam si essent plura principia materialia, & sic iniustè repræhenditur ab Arist. in. 4. conclusione.

Item nam vel docet Arist. quòd saluabunt generationem secundùm veritatem, & tunc male infert in quinta conclusione, quòd quia non est vnũ subiectum, non possunt saluare alterationem vel generationem: vel tantum intendit, quòd saluabũt generationem secundùm apparentiam, & in quinta conclusione docet quòd secundùm veritatem id asserere non possunt propter pluralitatẽ principiorũ, & hoc non, quia idem Arist. 1. Physi. text. 32. docet, Platonem naturaliter fuisse loquutũ, & saluare motum, & generationem, & tantum Plato duo principia materialia ponebat, scilicet, magnũ & paruum; cum pluralitate ergo principiorũ materialium, & subiectorum saluatur generatio vel alteratio.

Quartò circa idem arguitur. Nam neque secundùm veritatem, neque secundùm apparentiam potest saluari generatio secundùm opiniones illas, quæ referuntur in tertia conclusione, nam nullum corpus componitur ex indiuisibilibus, ergo non potest

potest fieri generatio rerum quantarum ex indiuisibilibus corporibus, vt dicebant Democritus, & Leucippus. Item nam elementa maximè sunt similiaria & homogenea, ergo si Anaxagoras posuit partes homiomeras esse principia, id maximè intellexit de elementis, & sic non contrariatur Empedocli vt Arist. hîc docet. Vel si intellexit tantũ de partibus similaribus carnis & ossis, non potest saluare omniũ generationẽ: nã multa corpora sunt, quæ nõ habent carnẽ aut ossa, & sic ex earũ partiũ congregatione non potest fieri eorum generatio.

Quinto arguitur. Nam illa consequentia Aristo. quæ habetur in quinta conclusione non videtur valere, videlicet, Qualitates quæ sunt differentiæ elementorum non sunt transmutabiles, ergo alteratio non est possibilis. Poterit enim saluari alteratio in condensatione, & rarefactione quæ sunt verè alterationes, vt infra dicetur, sine transmutabilitate harum primarum qualitatum. Item poterit saluari in alijs qualitatibus, vt in luce & in alijs, ex quarum alteratione non sequitur, differentias proprias elementorum transmutari ab vno subiecto in aliud. Item nam multi Philosophi sustinent formas elementorum esse alterabiles, intensibiles, & remissibiles: & tamen non ex hoc tenentur concedere, q̃ differentiæ & formæ elementorũ reperiantur extra suũ propriũ subiectum, cuius sunt formę.

Sextò arguitur contra id quod dicit Aristot. in eadem quinta conclusione, quòd est vna materia omnium habentium transmutationem ad inuicẽ, nam vel intelligit esse vnam ratione & definitione, & sic non saluat quòd possit esse alteratio. Ad motum enim vnitas numerica subiecti requiritur. Vel loquitur de vnitate numerica, & sic certũ est, quòd non est vna materia omnium transmutabilium, nam elementa sunt in inuicem transmutabilia, & tamen non habent eandem numero portionem materię. Primo quia aliàs modo elementa essent vnum numero: nam vt habetur. 5. metaphysi. tex. 12. vnum numero sunt, quorum est vna materia. Secundò quia materia habet vnitatem à forma, cum ergo transmutabilia habeant diuersas formas, habebunt subinde diuersas materias. Tertiò, sequitur quòd omnium generabilium sit vna numero portio materiæ, quod est contra sensum. Patet, nam omnia sunt ad inuicem trãsmutabilia, ex terra potest fieri arbor, ex arbore homo, ex homine terra, &c. Itẽ habet difficultatẽ illa conditionalis Arist. Si vnũ subiectũ est, alteratio est. Nõ enim apparet, & in Sole videtur deficere, est enim Sol vnum subiectũ, & tamen inalterabilis, nõ ergo apparet quomodo antecedens & consequens conuẽiantur. Vltimò, difficultatem habet quod dicit Arist. in fine vltimæ conclusionis, quòd elementa magis habẽt rationem principij & prioris naturæ, quia fiunt ex chao illo posito ab Empedocle. Ex hoc enim potius videtur oppositũ probari, nam si fiunt ex illo chaos, potiùs chaos illud debet habere rationẽ principij. Hæc sunt quæ circa literã huius capitis maiorẽ quæstionẽ possunt excitare. Illud verò quomodo possit esse alteratio nõ existẽte generatione, infra in quæstione ostendetur & explicabitur. ¶ Pro expositione ergo harũ difficultatum notãdũ est, quòd Arist. in hoc excelluit omnes Philosophos antiquos, siue eos qui ponebãt vnũ tantum principium materiale rerum, siue eos qui ponebant plura, quòd ipse dixit, principiũ illud esse ens in pura potentia nullum includens actum aut formam substantialem, alij verò principia quæ ponebant, dicebãt esse entia perfecta habentia suam formam, vt ignis, terra, caro, &c. Est autem natura omnium talium subiectorũ, vt infra latiùs demonstrandũ erit, quod non possint recipere formã substantialem, sed omne quod eis aduenit, sit forma merè accidentaria, hęc autem si terminat motum debet esse quantitas, qualitas, vel vbi. De Vbi hîc nõ loquimur, nam tantùm agimus de acquisitione formæ intrinsicæ, vt in principio diximus, & sic excludimus locum. Omnis ergo forma quæ potest aduenire per motum enti in actu, debet esse quantitas vel qualitas; hæc autem vel prouenit ex acquisitione maioris partis substantiæ, vt contingit in augmentatione, quæ sequitur ad generationem, vel tantùm ex rarefactione eiusdem quantitatis præexistentis; & hanc vocat D. Thomas. 1. 2. q. 52. art. 2. ad primum. & 2. 2. q. 24. art. 5. ad primum, intensionem modaliter, scilicet, quia sicut in intensione qualitatis eadem forma magis radicatur sine additione nouæ partis formæ, ita in rarefactione eadem quantitas magis extenditur sine hoc quòd aliqua de nouo adueniat. Propter quod ipse Arist. 4. Physic. text. 63. dicit, aliquando augmentum fieri alteratione, quando scilicet fit per rarefactionem. Hoc supposito, bene patet vis rationis Arist. in. 2. conclusione, q̃ omnis acquisitio formæ intrinsecæ secundùm ponentes vnum subiectũ in generatione debet esse alteratio saltim modaliter. Et formetur sic ratio. Subiecto in actu nulla forma potest aduenire nisi qualitas, vel quãtitas per modũ intẽsionis, ergo omnis talis est alteratio saltim modaliter, ergo ibi non potest distingui inter generationẽ & alterationẽ, vel quia ibi nõ erit generatio, vel quia si ibi ponitur, erit necessariò acquisitio formę accidẽtalis. Et sic ratione dicta nõ distinguetur ab alteratione. Ad argumẽtũ ergo respõdetur, q̃ cum cuilibet formæ debeat correspõdere suũ subiectũ, & sua propria potẽtia, si autores istius sentẽtię ponũt ens in actu subiectũ & propriã potentiã formę generãdæ, cum eadẽ sit materia receptiua formę accidentalis, à posteriori possumus colligere secundũ eos non distingui formam, quæ est terminus generationis, & formam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ est terminus alterationis: & sic neque ex parte subiecti, neque ex parte termini distingui poterunt generatio & alteratio; nam secundùm eos nõ erant diuersi termini. Ad confirmationem respondetur, quòd si augmẽtatio & alteratio habent diuersos terminos, etiam habent diuersa subiecta formaliter, nam augmẽtatio non supponit in proprio subiecto quantitatem, at alteratio requirit subiectum quantum.

Ad secundum ex dictis patet, quomodo sub nomine alterationis intellexit Aristot. augmentum, quod non sequitur ad generationem: nam hoc tantùm est secundùm istam sententiam posibile ratione supradicta. Vel dicatur secundò, quòd fortè augmentum isto modo non est motus per se, sed quid consequens ad motum rarefactionis, vel condensationis, vt infra dicetur. Et ideo loquendo de motu per se non potest inferri de augmento, bene tamen de alteratione.

Ad tertium contra tertiam conclusionem respondetur, quòd tripliciter aliquid ex duobus vel pluribus constituitur. Vno modo ex aliquibus imperfectis, sicut ex anima & corpore fit homo, & similiter ex multis membris vnum corpus constituitur. Alio modo fit aliquid, vnum ex perfectis sed transmutatis, sicut ex elementis fit mixtum. Tertiò modo ex pluribus perfectis remanentibus, quod fieri non potest nisi in ijs, quorum forma est compositio, vel ordo, vel figura. Sicut ex multis lapidibus sine ordine coadunatis fit aceruus. Ex lapidibus verò & lignis secundùm aliquem ordinem & figuram compositis fit aceruus. Vnde ex his non fit vnum simpliciter, sed secundum quid. Ex duobus enim in actu non fit vnum simpliciter, sed ex actu & potẽtia. Vnde compositio, & ordo, & figura, non sunt formæ substantiales aut naturales, sed accidentales & artificiales: & sic non fit res naturalis aut substantialis, sed artificialis. Dicunt ergo aliqui, quòd isti Philosophi quos reprobat Aristotel. non ponebant generationem substantialem secundùm veritatem, vt argumentum conuincit, sed tantùm quandam generationem artificialem, & secundum apparentiam per ordinem & compositionem partium, vt fit in domo, ad quam possunt concurrere plures partes retinentes suam speciem & suum actum, & ideo (inquiunt) generantur per congregationem harum partium secundùm aliquem ordinem, & per disgregationem corrumpuntur. Propter quod verificatur quod dicebat Empedocles, quòd natura eorum non est nisi mistura, ideſt, iuxtapositio quædam. Hæc aiunt fere omnes expositores Aristot. cæterum id non videtur sequi ex eorum positione. Auerrois enim qui ponit quatuor elementa concurrere formaliter ad compositionem mistorum, non tenet eorum generationem esse accidentalem & artificialem, ergo neque Empedocles qui ponit pro principijs materialibus eadem quatuor elementa, id tenetur concedere. Secundo nã nos dicebamus, quòd ex multis imperfectis & partibus bene potest fieri vnum substantiale: cum ergo Anaxagoras & Empedocles dicant partes homiomeras vel indiuisibiles esse principia, nihil est quod illos conuincat non ponere generationem substantialem rerum. Tertiò, nam si sola variatio secundùm figuram, secundùm istos facit generationem, etiam si fit tantùm vnum subiectum, potest secundùm aliquam artem vel figuram variari. Et sic illa variatio erit generatio, & poterunt etiam ipsi distinguere inter generationem & alterationem. Quartò, aliàs illa secunda ratio quam facit Aristote. in probatione quintæ conclusionis, non militaret contra eos. Etenim sicut in compositione & ordinatione partium domus licèt concurrant plures partes, eædem tamen sunt subiectum motus quo ordinantur, & motus quo à compagine & colligatione quam habent dissoluuntur, ita hic eadem elementa, vel eædem partes sunt, quæ congregantur & quæ disgregantur; Bene ergo saluatur idem subiectum sub vtroque extremo. Dicendum ergo, quòd illi veram generationem substantialem ponebant, licèt in principijs vel in modo ponendi errarent: sicut errat Auerroes in generatione mistorum & alij in alijs. Neque Aristot. contra eos arguit quasi in hoc deficerent, sed quia cum hoc dicebant aliud falsum & incomposibile, scilicet, quòd qualitates primæ erant differentiæ elementorum, & in transmutabiles. Et ex hoc infert, quòd non sit posibilis alteratio quam ipsi admittebant, quia non potest dari vnum subiectum, quod sit sub duabus primis qualitatibus, cum ipsæ sint intransmutabiles, & nõ posint reperiri extra subiectum cuius sunt differentiæ. Et per hæc patet ad tertium cum suis omnibus confirmationibus. Illud verò quod tangitur de Platone explicabitur in libris Physicorum, vbi ostendetur Platonem non loqui de materia nuda & prima, sed de materia proxima & dispositа.

Ad quartum respondetur, quòd Democritus, & vt dicetur cap. 2. alij, non ponebant partes indiuisibiles quantitatiuè, sed physicè, ita quod caro v. g. componebatur ex pluribus partibus carnis indiuisibilibus physicè, quia quælibet earum erat minima caro, quæ rursus in alias partes carnis diuidi non poterat, bene tamẽ in quantitatem. Ex partibus verò sic indiuisibilibus bene potest corpus aliquod componi. Ad illud de Anaxagora respondetur, q̃ ille Philosophus ponebat res homiomeras esse in duplici differentia, alias purè tales vt caro, quæ nihil haberet admistum extraneæ naturæ, & similiter ignem cui nihil esset admistum:

alias

alias verò homiomeras ad sensum & apparẽtiam. Quia quanquam iudicatur constare ex similibus partibus, illis tamen aliquid de extraneis naturis admiscetur, vt aqua, & ignis quo vtimur habet aliquid de terra. Dicebat ergo Anaxagoras omnes res pure similares esse principia etiam rerum similarium secundùm apparentiam, vt purus ignis sit principium ignis, qui habet aliquid admistum licèt appareat esse similaris. Et pura caro carnes, quæ habet aliquid admistum & extraneæ naturæ. Empedocles verò dicebat omnem ignem omnino esse principium, & nullo modo principiatum: omnem carnem esse principiatam, & nullo modo principium; patet ergo ex his quomodo illi Philosophi contraria sentirent.

Ad quintum respondetur, quòd, vt infra dicetur, omnis materialis alteratio, de qua hic tantum loquitur Aristotel. pendet ex varietate in primis quatuor qualitatibus, & multò magis raritas vel condensatio, vt suo loco patebit. Ad illud verò de formis elementorum respondetur, quòd illi Philosophi decipiuntur, vt ostendetur in fine huius primi libri. Secundò, quòd non est eadem ratio de formis substantialibus elemẽtorum. Differentia est. Nam formæ substantiales cum non habeant contrarium, poterunt alterari sine admistione contrarij, at verò illæ primæ qualitates si remittuntur, est quia ibi magis admiscetur de contrario, & propterea oporteret duas qualitates esse simul, & sic vnam reperiri extra proprium subiectum.

Ad sextum multi multa dicunt de vnitate materiæ primæ requisita ad transmutationes. Nihil ominus meo iudicio impertinenter huic proposito. Aristoteles enim hic in illa propositione, Est vna materia omnium habentium transmutationem: non loquitur de vnitate vel pluralitate materiæ primæ, sed subiecti existentis in actu. Nam loquitur de subiecto alterationis, quod non est materia nuda, sed ens in actu. Neque verò loquitur de omnium rerum transmutatione, sed tantùm de primis illis qualitatibus, quas aliqui dicunt esse differentias elementorum, & per consequens non reperibiles extra elementum, cuius sunt differentiæ. Ex hoc enim infert, quod non posset esse alteratio, nam hæc requirit, sicut omnis alius motus, vnum subiectum successiuè recipiens formam, quæ expellitur, & quæ acquiritur. Et ideo si calor v. g. non posset esse extra ignem, neque in illo posset esse frigiditas: non posset esse vnum subiectum successiuè vtrunque recipiens; & ideo neque esset motus, neque alteratio. Si verò fiat vis, quia Aristotel. loquutus fuerat prius vniuersaliter dicens, vnam semper contrarijs supponere oportet materiam, siue transmutetur secundum locum, siue secundum augmentationem & diminutionem, siue secundùm alterationem. Inde etiam conuinco, eos non loqui de materia prima, sed de subiecto in actu. Nam tale requirunt isti motus proprie dicti, quos ipse refert. Quod verò attinet ad vnitatem in transmutabilibus ad inuicem dicetur infra text. 53. & 54. vel latiùs. 5. Physicor. Illa verò conditionalis Aristot. Si vnum subiectum est, alteratio est, cõfirmat quidem nostram sententiam. Nam si loqueretur de materia nuda, ex vnitate eius non posset inferri alteratio, & maxime vera est. Etenim cum ad alterationem istarum qualitatum, de quibus Aristotel. ibi loquitur, requiratur & sufficiat habere vnum subiectum vtranque formam successiuè recipiens, & quòd formæ posint ad inuicem agere, & pati, intendi & remitti, & ista duo vltima non possent habere ex defectu vnius subiecti: si ponimus vnam materiam istarum qualitatum adsunt iam omnia requisita ad alterationem, & sic bene sequitur, quòd debeat esse alteratio.

Ad vltimum respondetur, quòd bene probatur intentum. Nam cum illa quatuor elementa resultarent ex illo chaos, in quo antea adunata erant, & quod composuerant per sui congregationem, bene sequitur, quòd ipsa sint illius principia; sed sequitur quòd materia & forma sint principia hominis, quia resultant ex eius corruptione, & in illa resoluitur ex quibus componitur.

CAPVT II.

VNiuersaliter itaque de Generatione & Corruptione simplici dicendum, vtrum est, aut non est, & quomodo est, & de alijs simplicibus motibus, putà de Augmentatione, & Alteratione.

Plato igitur solum de generatione scrutatus est, & corruptione, quomodo existit in rebus: & de generatione non omni, sed de ea quæ elementorum. Quomodo autem carnes fiant, aut ossa, aut aliorum quid aliud, talium nihil. Amplius neque de alteratione, neque de augmentatione, quomodo existit in rebus. Vniuersaliter autem extra ea, quæ superficie tenus de nullo aliquis constituit præter Democritum. Hic autem videtur de omnibus curam habere. Iam autẽ in qualiter, & quomodo differt. De augmentatione enim nullus quicquã determinauit (vt dicimus) nisi quod, & quibus diceret. Quoniã adueniente simili augmentantur. Quomodo autẽ hoc fiat, nõ amplius, neq; de mistione, neq; de aliorũ consimili (vt ita dicam) vllo, vt puta de facere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& pati, quomodo hoc quidem facit, hoc autem A
patitur secundùm naturales operationes.

Democritus autem & Leucippus facientes figuras alterationem & generationem, ex his faciunt. Segregatione quidem, & congregatione generationem & corruptionem, ordine autem & positione alterationem.

Quoniam autem existimabant verum in apparendo: contraria autem sunt & infinita, quæ in sensu apparent, figuras infinitas faciũt. Qua B
propter transmutatione compositi idem contrarium videtur, alij & alij, & transmutatur paruo adueniente: & vniuersaliter aliud appareat vno transmutato. Exeisdem enim Tragœdia, & Comœdia fit literis.

Quoniam autem videtur omnibus penè esse aliud generationem & alterationem, (Generari quidem enim & corrumpi cõgregata & disgregata: alterari autem translatis passionibus) C
de his scientibus considerandum. Quæstiones autem habent hæc & multas & rationabiles. Siquidem igitur generatio est congregatio, multa impossibilia contingunt. Sunt autem rursus rationes aliæ cogentes, & non habiles solui, quòd non contingit aliter se habere. Et si non est generatio congregatio, aut vniuersaliter non est generatio: aut si est, alteratio est; aut si hoc difficile, dissoluere tentandum est.

Principium autem horum omnium, vtrùm D
sic generantur & alterantur, augmentantur entia, & contraria his patiuntur primis magnitudinibus existentibus indiuisibilibus, aut nulla est indiuisibilis magnitudo, differt enim hoc multum. Et rursus si magnitudines impartibiles sint, vtrum vt Democritus & Leucippus, hæ corporeæ sunt: vel vt in Timæo planities.

Hoc quidẽ igitur ipsum vt in alijs diximus, inconuenientis vsq; ad plana dissoluere. Ideo magis rationabile corpora indiuisibilia esse, sed E
hæc quidem multã habent irrationabilitatẽ, sed tamen & his alterationẽ & generationẽ cõtingit facere, vt dictũ est conuersione, & contactu transmutantes idẽ & figurarũ differẽtijs: quod fecit Democritus. Ideo & colorẽ non inquiunt esse: conuersione enim colorare. His autem quia plana formas diuidunt nõ adhuc: nihil enim fit præter solida ex compositis, passionem enim non suscipiunt generari aliquam ex ipsis.

Causa autem quare non potuerunt confessa videre, inexperientia fuit. Ideoq; quicunq; magis insudauerunt naturalibus, magis possunt supponere talia principia: quibus multa possunt complicare. Qui autem ex multis sermonibus inducti existentium intuentes, ad pauca respicientes facilè enuntiant. Videbit autem aliquis ex his quantum differunt qui Physicæ, & qui Logicæ intendunt. Qui enim aiunt quòd indiuisibiles sint magnitudines, hi quidem inquiunt, quia autotrigonum multa erit. Democritus autem videtur proprijs & Physicis sermonibus persuadere. Manifestum autem erit quod dicimus procedentibus.

Habet autem quæstionem, si quis ponat corpus aliquod esse, & magnitudinem omnino diuisibilem, & hoc possibile quod diuisionem effugit? Si enim omnino diuisibile & possibile hoc passim, & simul erit hoc omnino diuisum (& si non simul diuidatur) & si hoc fiat, nihil erat impossibile.

Quapropter & secundùm medium similiter, & vniuersaliter si omnino natura est diuisibile, & si diuidatur, nullum erit impossibile nascens. Quoniam neque si in mille millia diuisa fuerit magnitudo, nullũ impossibile, & si nullus vtique diuidat. Quoniam ergo omnino tale corpus diuidatur.

Quid ergo erit reliquum? magnitudo non enim est possibile, erit enim quippiam non diuisum, erat autem omnino diuisibile. Sed si nullum erit corpus, neque magnitudo diuisio autem erit, aut ex punctis, aut sine diuisione ea erunt, ex quibus compositum est, aut nihil omnino. Qua propter & generabitur ex nihilo, & si erit compositum: & omne vtique nihil, & non erit existens, sed apparens tantùm. Similiter autem, & si erit ex punctis, non erit quantum. Quando enim tangebant se, & vna erat magnitudo, & simul erant non faciebant maius omne. Diuisione enim in duo, vel plura, neque maius, neque minus priore. Quapropter & si omnes componantur, nullam facient magnitudinem.

Sed & si quid diuiso corpore, quasi rasura serræ fiat ex corpore: & sic magnitudine quidẽ corpus egrediatur, idem sermo, illud autem quo modo diuisibile?

Si au-

Si autem non est corpus, sed species aliqua se A
gregabilis, aut passio quidem quæ secessit, & est magnitudo puncti, vel tactus, hoc patientes inconueniens, ex non magnitudinibus magnitudinem esse. Amplius autem, vbi erunt immobiles, aut mutari puncti? Tactus enim semper est vnus duorum quorundam, quasi existente altero præter tactum, & diuisionem, & punctum. Si vero quæ quis prædictorum ponet quodlibet aut quantitatem, aut corpus, omnino esse diuisibile hæc contingunt. Amplius si cum diuisero lignum compono, aut quid aliud æqualiter & vnum. Quapropter sic se habet vt manifestum, B
quoniam & incido lignum secundùm quodcunque signum. Omnino igitur dicendum est potestate. Quid ergo erit præter diuisionem? Si enim & est aliqua passio. Sed quomodo in hæc resoluuntur & generantur ex his, aut quomodo separabuntur hæc? Quapropter si est impossibile ex tactibus, aut ex punctis, magnitudinem C
esse, necesse est corpora indiuisibilia esse, & magnitudines. Sed & hoc ponentibus non minus contingit impossibile. Scrutatum est autem de his & in alijs.

Sed & hæc tentandum est soluere. Ideo rursus à principio quæstionem dicere oportet. Omne quidem igitur corpus sensibile, diuisibile esse secundùm quodcunque signum, & indiuisibile non est inconueniens. Hoc enim potestate. Hoc D
autem endelechia existit.

Esse autem potestate simul omnino diuisibile, impossibile videtur esse vtique. Si enim possibile & fieret vtique, non vt sint simul actu ambo indiuisibile & diuisum, sed diuisum secundũ quodcunq; signum. Nullum igitur erit reliquũ, & in incorporeum erit corpus corruptum, & generabitur vtique quidem vnde, aut ex pũctis, E
aut omnino ex nihilo: & hoc quomodo possibile? Sed quoniam diuiditur in semper diuisibilia, & semper in minores magnitudines, & in secundùm partem diuidenti erit infinita fractura, neque possibile est simul diuisum esse secundum omne signum: (non enim possibile omnino, sed vsque ad quid.) Necessariũ est igitur indiuisibiles existere magnitudines, & indiuisibilia corpora, præsertim si & erit generatio, & corruptio, hæc quidem segregatione, hæc autem congregatione. Cogens igitur sermo esse magnitudines indiuisibiles hic est.

Quoniam autem latet paralogizans, & quomodo latet dicamus. Quoniam enim non est punctum puncto vndiq; contiguus, omnino esse diuisibile inest quidem aliquo modo magnitudinibus, aliquo autem modo non inest. Videtur autem quando hoc ponitur, & vndique & vbique, esse punctum. Quapropter necesse diuidi magnitudinem in puncta, vbique enim est punctum, quapropter aut ex tactibus, aut ex punctis esse. Hoc autem est quod existit vbique. Quoniam vna vtique, & omnis, & vnusquisque. Plures autem vna non sunt, consequenter enim non sunt: quapropter non vbique. Si enim secundum medium diuisibile, & secundum contiguum punctum erit diuisibile: non autem possibile. Nõ enim est contiguum, signum signo, aut punctum puncto: hoc enim est diuisio aut compositio. Quapropter est congregatio aut disgregatio, sed neque in atoma, & ex atomis (multa enim impossibilia contingunt, neque itaque vt diuisio fiat vbique. Si enim esset contiguum punctum puncto, hoc vtique esset:) Sed in parua & minima est congregatio, & segregatio ex minimis.

Sed non simplex & perfecta generatio, congregatione, & segregatione determinata est, vt quidam inquiunt, eam verò quæ in continuo est transmutationem, alterationem. Sed hoc est in quo errant omnia. Est enim generatio simplex, & corruptio non congregatione, & separatione, sed quando transmutatur hoc in hoc totum. Alij autem existimant alterationem esse omnẽ talem transmutationem. In hac autem differũt. In subiecto hoc quidem est secundùm rationẽ. Hoc autem secundùm materiam. Quando quidem igitur in his transmutatio fuerit, generatio erit & corruptio, quando autem in passionibus, & secundùm accidens alteratio.

Segregata autem & congregata leuiter corruptibilia sunt. Si enim in pauissimas aquas aqua diuidatur, citius aer generatur. Si autem congregetur tardius. Magis autem hoc erit manifestum in sequentibus. Nunc autem tantum determinatum sit, quoniam impossibile est generationem esse congregationem, qualem quidam inquiunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio. Vniuersaliter dicendum est de simplici generatione & corruptione, vtrũ sit an non, & de alijs simplicibus motibus, scilicet, augmento & alteratione. Probatur, nam alij Philosophi insufficienter de his tractauerunt. Plato nanque non egit de generatione mixtorum, sed tantum elementorum. Neq; verò tractauit de alijs motibus ipse aut aliqui alij Philosophi, nisi solus Democritus, qui omnium causas inquirit. Neque verò tractarunt de augmento, quomodo fiat adueniente aliquo simili. Neque egerunt de mixtione, aut de agere, & pati.

Secunda conclusio. Causæ mutationum assignantur à Democrito sic. Congregatio athomorum causat generationem, disgregatio corruptionem, variatio earum in situ vel ordine alterationẽ, additio augmentationem.

Tertia conclusio. Causa quare posuit Democritus infinitas athomos diuersarum figurarum esse rerum principia, fuit vt saluaret omne quod apparet esse verum, & quia diuersis contraria apparent, & sunt quasi infinita quæ apparent in sensu; ideo vt saluaret istas diuersas apparentias, posuit infinitas figuras in athomis.

Quarta conclusio. Istis athomis admissis saluat generationem, corruptionem, alterationem, augmentationem. Alterationem per transpositionẽ vnius athomi in alio loco superiori vel inferiori ante vel retrò. Probatur. Per transmutationem principiati causatur alteratio, ergo melius saluatur per transpositionem principij. Antecedens probatur. Collum columbæ diuersimodè motum vel translatum acquirit nouum colorem, ergo per illud alteratur. Probatur antecedens; nam apparet per illam motionem alterius coloris, ergo est alterius coloris: omne enim quod apparet est verum. Secundò. Ex eisdem literis variè transpositis fiunt diuersi versus & sententiæ, ergo ex diuersis athomis variatis fiet diuersum & alteratum compositum. Saluantur etiam alij motus. Nam quod apparet est verum, sed omnibus apparet, res generari per congregationem, augeri per additionem, corrumpi per separationem, ergo sic saluantur isti motus.

Quinta conclusio. Ista opinio dicit multa impossibilia, & vt veritas elucidetur videndum est, an generationis, alterationis, & augmenti principia sint diuisibilia, an indiuisibilia: & si indiuisibilia an sint corpora, vt dicit Democritus, an verò superficies, vt Plato docet.

Sexta conclusio. Opinio Platonis est irrationabilis. Nã licet saluet generationem, non saluat alios motus, vt augmẽtũ, vel alterationẽ. Probatur. Principia omnium mobilium secundum eum sunt superficies Mathematicæ, quæ abstrahunt à qualitate sensibili, ergo etiam abstrahunt ab alteratione.

Septima conclusio. Democritus melioribus rationibus fulcit suam sententiam. Primò, quia magis insudauit in naturalium inquisitione. Secundò quia vtitur rationibus Physicis, Plato verò Logicis. Prima autem ratio Democriti ad ponendum partes indiuisibiles est. Corpus potest diuidi in omnem suam partem, & facta diuisione non manent puncta, neque nihil, neque aliquid quod elabatur per modum ramenti & rasuræ præter partes principales in quas diuiditur, sicut remanet ramentum præter tabulas in serratione ligni, ergo manet magnitudines indiuisibiles. Maiorem probat. Nam posibili posito in esse nullum sequitur inconueniens: sed continuum potest diuidi in omnẽ suam partem, ergo nullum est inconueniẽs quòd ponatur inesse. Minor verò probatur quod non remanet magnitudo diuisibilis, aliàs non esset diuisum continuum in omnem suam partem. Quòd non remaneant puncta patet, aliàs componeretur continuum ex punctis diuisibilibus. Nam ex eo componitur res, in quod resoluitur. Secundo, istã puncta non faciunt rem quantam, aut maiorem, ergo. Antecedens patet. Nam in tot puncta potest diuidi res parua, atque magna, scilicet, in puncta medietatum, & quartarum partium &c. Et secundò, quia alias partes essent maiores toto, nã habet plura terminantia, totum vero tantum habet actu duo puncta terminantia. Consequentia verò probatur. Nam res quanta non componitur nisi ex rebus facientibus eam quantam. Quòd non remanet nihil; patet, aliàs composita esset & generata res ex nihilo: nam in ea res resoluitur ex quibus generatur. Quòd vero non remaneat aliquid probatur. Nam vel illud esset corpus diuisibile, & hoc non, nam aliàs non esset diuisum continuum in omnem suam partem, vel in corporeum per modum puncti, & hoc non. Primò, nam alias magnitudo componeretur ex nõ magnitudine, quod est falsum. Nam omnis res componitur ex rebus sui generis. Secundò, quia aliàs possemus assignare situm punctorum in magnitudine, quod est falsum, cum non habeant aliud præter situm magnitudinis. Sequela probatur. Nam cuiuslibet partis est assignare situm, quo loco concurrat ad compositionem, ante vel retro, supra vel infra. Tertiò. Ergo ex punctis illis coniunctis fiet rursus corpus æquale, consequens est falsum, ergo. Sequela probatur. Nam ex partibus in quas res diuiditur rursus coniunctis fit totum æquale, ei quod ante præexistebat. Minor verò probatur. Si à continuo auferatur punctum non minuitur, quia non aufertur aliquid quantum, ergo neque postea augebit, aut faciet æquale eadem ratione. Si ergo nihil istorum remanet, sequitur quòd remaneat magnitudo indiuisibilis.

Octaua

Octaua cõclusio. Illa maior aliquomodo est vera, scilicet, loquendo de diuisione in potentia, aliquo modo est falsa, loquendo, scilicet, de diuisione in actu secundum omnem partem, & omne signũ. Aliàs deueniremus ad ponẽdum aliquod corpus quod resolueretur in non corporea, deueniendum ergo est ad aliquem terminum, scilicet, ad corporea vel magnitudines indiuisibiles.

Nona conclusio. Secunda ratio Democriti est, corpus componitur ex corporibus, & non procedimus in infinitum, ergo debemus ponere aliqua corpora indiuisibilia, quæ nõ cõponãtur ex alijs.

Decima conclusio. Prima ratio Democriti non conuincit, nam illa consequentia; continuum potest diuidi in omnem suam partem, ergo potest poni quòd sit actu diuisum, non valet, quia est contra rationem magnitudinis. v.g. lineæ quòd sit diuisa in omnem suam partem, nam diuisio lineæ in actu nihil aliud est, quàm punctum esse in actu, si ergo esset in omnem partem diuisa, punctum esset vbique in actu in linea. Et ita puncta deberent esse cõtigua, quod non potest esse, nam multa similiter tantum facerent vnum punctum.

Vndecima cõclusio. Generatio simpliciter dicta nõ est congregatio nec corruptio, disgregatio nec alteratio est transmutatio athomorum. Probatur. Nam formæ rerum naturalium non consistunt in compositione & ordine, vt res artificiales: sed sit generatio, quia transmutatur vnum totum in alterum totum, & similiter alteratio potest contingere. Sed differunt quia subiectum alterationis est compositum actu existens, & solùm est transmutatio secundũ accidentia. Subiectũ verò generationis est materia, & fit transmutatio secundũ formã.

Congregatio vel disgregatio partium similariũ aliquando concurrit ad faciliorem generationem, vel corruptionem, vt aqua diuisa in paruas proximata est suæ corruptioni & generationi aeris, congregata vero tardius corrumpetur.

CIrca literam huius capitis pauca notanda sunt. Etenim illa sententia Democriti, quòd omne apparens sit verum, disputanda latiùs ab Aristot. in. 4. Metaphysi. & in lib. Physicorum agitur copiosius quomodo continuum non potest diuidi in infinitum, aliàs componeretur ex indiuisibilibus. Reiectis ergo huiusmodi difficultatibus in isthæc loca videndum est quam vim habeat ista ratio Arist. quam habet in. 10. conclusione, quòd non potest continuum diuidi in omnem suam partem, aliàs punctum vtique esset in actu in linea, &c. Hæc enim ratio dupliciter peccat. Primò quia non est contra sententiam quam impugnat; secundò quòd non conuincit. Primum sic ostendo. Nam Democritus non dicebat res diuidi in partes omnino indiuisibiles mathematicè, sed physicè vt dicebamus capit. 1. hic verò arguit contra eum, ac si dixisset diuidi rem in partes mathematicè indiuisibiles, & quod hoc non fit de mente Democriti patet ex concessis ab Arist. Etenim in hoc cap. tex. 7. laudat eum supra Platonem, quia Plato ponebat superficies componere corpora, Democritus verò quod superficies corpoream illa componunt. Secundò, nam tex. 9. ponit Democritum dicuisse rem posse diuidi vsque ad corpora indiuisibilia, corpora verò non possunt esse indiuisibilia mathematicè, sed physicè. Idem patet in secunda ratione ipsius Philosophi, quæ habetur hic conclusione. 9. Secundum etiam sic demonstro. Nam vel intendit inferre, quòd illa puncta essent vbiq; actu in linea quæ diuiditur, vel in partibus iam diuisis. Si primũ nihil efficit, non enim videtur q̃ si linea sit in duas partes. v.g. diuisa, q̃ ibi haberet puncta actu, sed tantum in potentia, ergo similiter licet in omni signo & parte esset actu diuisa linea non sequitur ibi in omni illa parte fuisse actu pũcta, sed tantum in potentia, hoc autem nullum est inconueniens. Nam sicut ex potentia ad diuisibilitatem in omnem partem non sequitur posse omnes partes esse actu diuisas, ita hic, ex hoc quòd in signo sint puncta in potentia nõ sequitur, quod possint esse simul actu in omni parte lineæ diuisæ. Si verò intendit secundum, primò nullum sequitur inconueniens sic diuersa puncta contiguari. Secundò nõ sequitur, quòd plura puncta nõ essent nisi vnum, nam tunc distinguerentur ex subiectis, scilicet, ex diuersis partibus lineæ in quibus sunt. Ad hoc dicendum est, quòd ratio Aristo. bona est, & procedit bene. Pro qua notandum est, quòd ipse Democritus supposuerat omne quod apparet ita esse. Dicebat secundò, quòd istæ magnitudines sunt minima quædam sensibilia, v.g. carnis, vel ossis, & in genere huiusmodi sensibilium indiuisibilia. Ex hoc sequitur secundùm eum, quòd si secundum sensum sunt indiuisibilia absolutè, sunt indiuisibilia omnino, & cum huiusmodi non sint alia, nisi puncta, inde bene potuit Aristoteles facere consequentiam, quam intulit. Ex quo sequitur, quòd licet opinio hæc de positione athomorum absolutè sumpta sit magis rationabilis quàm opinio Platonis, vt deduxerat Aristotel. iuncta tamen illi alteri sententiæ eiusdem Philosophi, quòd omne apparens est verum, & vt composibilis illi multo est absurdior. Absurdius enim est, corpus componi ex punctis, quã ex superficiebus. Ad secundum q̃ Arist. loquitur de partibus in quas diuiditur linea, & de istis inferũtur illa duo incõuenientia, quæ magna sunt, & ex illa positione bene sequuntur. Etenim si linea diuiditur in indiuisibilia, cum vt dictũ est, hæc non possint esse nisi puncta, nõ diuidetur in lineas per puncta, sed in puncta per se existentia seorsum, tanquam in partes, & cum partes sint sibi inuicem immediatæ, puncta etiam erunt contigua

Universidad de Deusto
Biblioteca

tigua & consequenter se habentia, quod est magnum inconueniens, licèt id non fit de punctis terminantibus lineam. Nam tunc sequitur secundum inconueniens, quòd plures puncti sint vnus punctus. Nam cum non sint in linea, si se contingant, tangunt se secundùm se totos. Et sic sunt in eodem situ, faciuntque vnum punctum tantùm, vt deducit Aristoteles.

CAPVT III.

Determinatis autem his, primò videndum est, vtrũ generetur aliquid simpliciter & corrumpitur, an propriè quidem nihil, semper autẽ ex aliquo est aliquid. Dico autem putà ex laborante sanum, aut laborans ex sano, aut parvum ex magno, aut magnum ex paruo, & alia omnia fieri hoc modo. Si enim simpliciter, erit generatio: simpliciter quidem quid generabitur ex non ente.

Quapropter verum erit dicere quòd existit quibusdam non ens. Quædam enim generatio est ex non ente aliquo, putà vt ex non albo album, aut ex non bono bonum. Simpliciter autem ex simpliciter non ente.

Simpliciter autem non ens, aut primũ significat secundùm vnumquodque prædicamentorum entis, aut vniuersale est & omnia comprehendens. Si quidem primum, substantiæ generatio erit ex non substantia. Cum enim non existit substantia, manifestum est quoniam neque hoc, neque aliorum vllum prædicamentorum, putà, neque quale, neque quantum, neque vbi. Separatæ enim essent per se passiones à substantijs. Si autem non ens vniuersaliter, negatio vniuersaliter erit omnium: quapropter ex nihilo necesse est generari generatum.

De his quidem & in alijs dictum est, & determinatum sermonibus amplius. Breuiter autem & nunc dicendum, quoniam modo quidem aliquo ex non ente simpliciter generatur, modo autem alio ex ente semper. Potestate enim est ens, actu autem non ens: necesse est quod dicitur præexistere vtroque modo.

Quod autem ex his determinatis habet mirabilem quæstionem rursus tentandum, quomodo est substantiæ simplex generatio, siue ex potestate ente, siue alio quoppiam modo.

Quæret enim quis, an est substantiæ generatio, & huius: sed non quanti, & qualis, & vbi, eodem vtiq; modo & de corruptione quæritur.

Si enim quid generabitur, manifestũ est quòd erit substantia aliqua potestate, actu autẽ non, ex qua generatio erit, & in quã necesse est trãsmutari quod corrumpitur. Vtrum quidem igitur existit quid aliorũ actu? Dico autem, putà, aut erit quantum, aut quale, aut vbi, aut verò potestate ens, & hoc ens, simpliciter autẽ neq; ens, neque hoc ens. Si enim nihil, sed omnia potestate: & separatum contingit quòd sit non ens. Et amplius, quod maximè timentes erant primi philosophantes ex nullo generari præexistente. Si autem hoc quidem esset hoc aliquid, & substantia non existit, aliorum autem prædicamentorum quid erunt, quemadmodum diximus separatæ passiones à substantijs.

De his autem quantũ fieri potest tractandũ, & quæ causa quæve generatio semper sit, & quæ simpliciter, & quæ secundũ partẽ. Existente autẽ causa, vna quidem vnde principium motus dicimus esse, vna autem materia; talem autẽ causam dicere oportet. De illa enim dictum est prius in de motu sermonibus, quod hoc quidem immobile est per omne tempus, hoc autem mouetur semper. Horum autem de immobili principio quidem diuidere alterius philosophiæ est opus. De eo autem quod idcirco alia mouet, quia continuè mouetur: postea assignandum est quænam sit talis causa singularium dictorum.

Nunc autem vt in materiæ specie positã causam dicamus: propter quam semper generatio & corruptio non deserunt naturã. Simul enim forsitan fiet, & hoc manifestũ, & de nunc quæsito: quomodo oporteat dicere: & quomodo de simplici generatione & corruptione.

Habet autem dubitationem sufficiẽtem, & quæ causa est quòd cõplicatur generatio: si quod corrumpitur, ad non ens secedit: non ens autem nihil est, neque enim illud quod est, neque quale, neque quantum, neque vbi quod non ens. Si igitur semper, quod ens secedit: quare non consumptum est olim, & inane omne si finitũ erat, ex quo fit generatorum vnumquodque.

Non enim vtique propter infinitum esse ex quo generatur non deficit. Hoc enim impossibile

bile est. Non enim est actui infinitum, potestate autem est, vt in diuisione. Quapropter oportet hanc esse solum causam non deficiẽdi, quoniam generatur quidem semper minus. Nunc autem videmus hoc minimè.

Quocirca propter huius corruptionem alterius generationem esse, & huiusmodi generationem alterius esse corruptionem: inquietã esse necesse est transmutationem. De generatione quidem & corruptione simpliciter semper circa vnumquodque entium, hanc existimandũ est esse sufficientem causam in omnibus.

Propter quid autem nunc hæc quidem simpliciter dicuntur generari & corrumpi: hæc autem non simpliciter, vursus scrutandum. Si idem est generatio quidem huius, corruptio autem huius, & corruptio huius, generatio autem huius, quærit autem hoc aliquam rationem. Dicimus enim quoniam corrumpitur nunc simpliciter, & non solùm hoc. Hæc autem est generatio simpliciter, hæc autem est corruptio. Hoc autem generatur quidem simpliciter, hoc autẽ generatur quidem non simpliciter. Dicimus enim discentem, fieri scientem, generari autem simpliciter non.

Quemadmodũ enim determinauimus multoties dicentes, quoniam hoc quidem significat hoc aliquid, hoc autem non, propter hoc contingit quod quæritur. Differt enim in quod transmutatur transmutans, putà forte quæ in ignem via generatio simpliciter, corruptio autem alicuius est, putà terræ. Terræ autem generatio aliqua generatio, generatio autem non simplex, corruptio autem simplex, putà ignis, quemadmodum Parmenides dicit duo ipsum ens, & nõ ens, esse inquiens ignem & terram. Hæc igitur, aut talia alia supponere nihil differt, modum enim quærimus, sed non subiectum. In non ens igitur simpliciter via est corruptio simpliciter. In simpliciter autem ens est generatio simpliciter. Quibus igitur determinatum est, siue igni, siue terræ, siue aliquibus alijs, erit hoc quidem ens, hoc autem nõ ens. Vno quidem igitur modo differt in hoc generari simpliciter, & corrumpi, à non simpliciter.

Alio autem modo materia differunt, qualiscunque ea sit. Cuius enim magis differentiæ hoc aliquid significant, magis substantia. Cuius autem priuationem non ens, putà calidum, prædicamentum aliquod, & species, frigiditas autem priuatio: differunt enim ignis & terra his differentijs.

Videtur autem magis multis sensibili & nõ sensibili differre. Quando enim in sensibilem transmutatur, & in materiã generari inquiunt. Quando autem in non materiam, corrumpi. Ens enim & non ens, in sentire & non sentire determinant. Quemadmodum quidem scibile ens, ignotum autem non ens. Sensus enim scientiæ habet virtutem.

Quemadmodum igitur illi in sentire, & posse sentire, viuere & esse existimanti, ita & res. In quo modo quodam prosequetur veritatem. Id autem dicentes, non verum.

Contingit itaque secundùm opinionem, & secundùm veritatem, aliter & generari simpliciter & corrumpi. Spiritus quidẽ enim, & aer, secundùm quidem sensus minus sunt. Ideo & quæcunque corrumpuntur, simpliciter in huius transmutatione hæc corrumpi dicuntur, generari autem quando in aliquid tangibile, vt in terram muratur. Secundùm veritatem autem magis hoc aliquid & species hæc quàm terra.

Esse quidem igitur hanc simplicem generationem alicuius corruptionẽ entem, corruptionem autem simplicem generationem alicuius existentẽ, dicta est causa. Propter materiã enim differunt, aut eò quòd substantia est, aut nõ, aut quod hæc magis, hæc verò non, aut quod hæc quidem magis sensibilis est materia ex qua, & in quam est, hæc verò minus est.

Dicuntur autem hæc quidem simpliciter generari: hæc autem aliquid solum, non ex adinuicem generatione, sed secundùm quem diximus nunc modum. Nunc quidem enim tantùm determinatum est, quare omni generatione existente corruptione alterius, & omni corruptione existente generatione alterius, non simpliciter attribuimus generari & corrumpi in adinuicem transmutabilibus. Quod autem posteà dicetur, non hoc quæret, sed quare discens quidem, non dicitur simpliciter generari, sed generari scies, quod autem nascitur generari.

Hæc autẽ distincta sunt prædicamentis. Nã hoc quidẽ hoc aliquid significat, hoc autẽ quale, hoc autẽ quãtũ. Quæcunq; igitur nõ substãtiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

significat, nõ dicũtur simpliciter generari, sed secũdũ quid fieri. Sed tamẽ in omnibus simpliciter generatio dicitur secundum quòd in alio ordine sunt. Putà, in substantia quidem, si ignis sed nõ si terra: in qualitate autem, sicut sciens sed non quando nesciens.

De generari quidẽ, hoc simpliciter, hoc autẽ secundũ quid, & Vniuersaliter dictũ est in substantijs ipsis. Atq; item quod cõtinuæ generationis causa tãquã materia sit semper ipsum subiectũ, quoniam transmutatur in contraria, & est alterius generatio in substantijs alterius corruptio, & alterius corruptio alterius generatio.

Sed nunc quærere oportet quare generatur aliquid semper ex corruptis alijs. Quemadmodũ enim, & corrumpi hoc simpliciter inquiunt, quãdo ad insensibile venit & non ens similiter generari ex non ente inquiunt, quando ex insensibili. Siue igitur subiectum aliquod subsit, siue non generatur ex non ente. Quare & similiter generatur ex non ente, & corrumpitur in non ens. Merito igitur non deficit generatio. Generatio enim entis, corruptio est non entis. Corruptio autem entis generatio non entis. Sed hoc nõ ens simpliciter, quæret aliquis Vtrum aliquod cõtrariorum est, putà, terra, & graue nõ ens, ignis autem, & leue, ens, aut nõ. Sed est & terra ens, non ens autem materia terræ, & ignis similiter. Et an alia vtriusque materia sit, an verò neque ex se, neque ex cõtrarijs. (His enim existũt contraria, igni, terræ, aquæ & aeri.) An est quidem, partim eadem, partim verò alia. Nam quod subycitur, idem est, esse autem non idem. De his igitur in tantum dictum est.

EXPOSITIO TEXTVS.

DVbium est vtrùm aliquid generetur simpliciter & proprie, an tantum secundum quid, vt ex sano egrotus. Nã si aliquid simpliciter generatur, generabitur ex non ente. Probatur, nam generario secũdum quid vt generatio albi fit ex non albo, ergo generatio entis simpliciter fit ex non ente, cõsequens verò est falsum, aliàs ens esset nõ ens; nã id ex quo aliquid generatur potest dici illud, vt arca potest dici lignum.

Secundò si fit ex nõ ente, vel illud nõ ens est nihil, & sic fit ex nihilo, vel est nõ substantia, & non est nihil absolutè, & sic sequitur idẽ, nã non existẽte substãtia nullũ accidens remanet, nã nõ possunt esse sine subiecto, ergo nihil remanet, ergo generabitur ex nihilo. Dices q generatur ex non ente in actu, sed tantũ ente in potẽtia ad formã substãtialem. Contra. Vel illud ens in potentia habet actu formas accidẽtales, etiã si non habeat substantiales, vel nõ. Si habet, ergo dantur accidentia sine substantia: si non, ergo datur ens sine omni forma & actu ex quo aliquid generetur, & per consequens generabitur ex nihilo. Quod enim nõ est ens actu nihil est. ¶ Dubiũ est, quæ nã sit causa perpetuitatis in generatione simpliciter, & secundũ quid. Duplex est causa materia, scilicet, & principiũ efficiẽs, & hoc vel est immobile, de quo tractare alterius est partis philosophiæ: vel mobile quod cętera mouet. Cõtra; Sequit q aliquãdo generatio finietur. Nã sicut quod generatur fit ex non ente, ita quod corrumpitur terminatur ad nõ ens, ergo ex parte materiæ generatio tandẽ finietur. Patet cõsequentia. Nã tota substantia rerũ ac materia est finita & paulatim consumitur in corruptione: quia corruptio tendit ad non ens, ergo tandẽ finietur. Dicere enim q sit diuisio per partes proportionales minores ac minores ostẽditur falsum experiẽtia, aliquãdo enim corrũpitur res maior quã fuisset generata. Respõdetur, q perpetuæ generationis sine corruptione materiæ est: quia quãdo est vnius rei corruptio, est alterius generatio. Quæ est ratio, quare quædã corrũpũtur, & generSTur simpliciter, quædã generantur & corrũpuntur secundum quidẽ: nã in omnibus generatio vnius est alterius corruptio. Duobus modis id contingit. Aut enim quod generatur est ens, vt ignis, & quod corrumpitur nõ ens vt terra, & tunc generatio simpliciter est illa quæ est generatio entis, & corruptio secundũ quid, quę est corruptio nõ entis: & è cõtra generatio secũdũ quid productio non entis, & corruptio simpliciter desitio entis & via ad non ens. Alio modo cõtingit fieri generationẽ & corruptionẽ simpliciter, vel secundũ quid ex parte formæ. Nã illud cuius forma significat hoc aliquid, est magis substãtia, & illius est generatio & corruptio simpliciter: illud verò cuius forma significat priuationem, est non ens vt frigiditas, & illius est generatio & corruptio secundũ quid. Ex hoc sequitur falli illos qui dicũt, q generatio simpliciter est generatio rei magis sensibilis, & generatio secundũ quid generatio rei minus sensibilis. Nã generatio aeris, qui est minus sensibilis, esset generatio secundũ quid, & generatio terræ esset generatio simpliciter, quia est magis sensibilis, cuius contrariũ dictũ est. Neq; eorũ ratio valet. Mouẽtur enim ad hoc, quia determinãt aliquid esse ens vel nõ ens, quia sentitur vel nõ sentitur. Putãt enim solũ id quod sentitur esse ens, sicut solum quod intelligitur est intelligibile, & ipsi pro eodẽ accipiũt sensum & intellectũ. Hęc vero ratio nulla est, nã si esse ens consisteret in sentiri, esse ens nullã perfectionem diceret in re, sed tãtùm in sentiente, quia est denominatio extrinseca. Ex quo rursus sequitur,

sequitur, quòd nulla veritas sit in rebus, nam veritas consistit in esse; si verò esse consistit in sentiri non erit in rebus, sed in sensu. ¶ Secũda conclusio. Iuxta ijs quæ non ad inuicẽ generantur, vt sunt diuersa prædicamẽta, generatio & corruptio simpliciter est quæ terminatur ad substãtiã: generatio & corruptio secũdũ quid est cuius terminus est accidẽs: siverò loquamur intra idẽ genus accidẽtis, generatio nobilioris formæ, vt generatio scientis, est generatio simpliciter, generatio verò ignobilioris vt generatio nesciẽtis, est generatio secundum quid.

Sed est dubium, quare semper aliquid generetur ex corruptis. Respõdetur, quòd terminus corruptionis est non ens, & generatio sit ex non ente. Ex quo sequitur non ens, in quod terminatur corruptio, & in quo incipit generatiõ non est aliquid cõtrariorum, puta terra quia habet actu formam, & hoc sufficit ad rationem entis, sed est materia terræ, vel ignis &c. hæc autem terra & ignis si non generarentur ad inuicem, vt dicebat Empedocles, sed essent prima principia, haberent diuersas materias, cum autem in inuicem transmutentur materia partim est eadem, partim alia.

QVæritur circa primum dubium motum ab Arist. Vtrum generatio simpliciter dicta sit possibilis. Pro parte negatiua arguitur primò. Non est possibilis corruptio, ergo nec generatio. Consequentia probatur; nam semper se concomitantur. Antecedens vero patet. Nã corruptio debet identificari cum suo termino, sicut omnis motus, vel mutatio: sed non potest identificari cum non esse, quod est eius terminus, aliàs aliquid valeret idem quod negatio.

Secundò arguitur. Quia Aristot. volens suadere cõtra antiquos, illam esse possibilem, solum vtitur illo argumento, quod habetur cap. 1. quia aliàs nõ esset alteratio, quod est contra experientiam, sed hæc sequela nulla est, nam fundatur in hoc, quòd alteratio ordinatur ad generationem, & si finis nõ esset possibilis, natura quæ non agit frustra, non ordinasset media ad illam, hoc verò non videtur. Primò nam dealbatio, illuminatio & aliæ huiusmodi non ordinantur ad generationem, ergo possunt esse sine illa. Antecedens probatur. Nam per alterationem non introducitur forma substantialis. Secundò nam non valet, finis est impossibilis, ergo à natura non dantur media ad illum. Nam omnibus grauibus est impossibile esse in centro & tamen habent à natura medium ad descendendum, & essendum illic, scilicet, grauitatem. Similiter noster intellectus pro hoc statu non potest habere omnes scientias, & tamen habet habitum principiorũ, & lumẽ, quo possit omnes acquirere.

Tertiò arguitur. Generatio si esset possibilis deberet fieri ex non ente in actu, at hoc est impossibile, ergo etiam generatio est impossibilis. Minor est Arist. hic & 5. Physic. tex. 7. minor vero probatur primò, quia generatio est accidens de prædicamento actionis, ergò supponit subiectum in actu. Secundò, nam est actus secundus, ergo supponit actum primum substantialem, per quem res est in actu. Tertiò. Id ex quo fit generatio, & quod trãsmutatur ad formam, debet contingi ab agente, ergo debet esse ens in actu, antecedens habetur. 7. Physic. 8. vbi agens ponitur necessariò contingere mobile. Consequentia vero probatur. Nam cõtactus debet fieri mediante quantitate, quæ non ineest nisi enti in actu.

Quartò principaliter arguitur. Generatio simpliciter dicta non potest habere vnum subiectum numero, ergo non est possibilis. Cõsequentia probatur. Quia axioma est tritum & in superioribus habetur ex Arist. quòd omnis trãsmutatio debet habere vnum subiectum, qua ratione probauit hic cap. 1. contra antiquos ponentes plura principia materialia, quòd non esset generatio ex defectu vnius subiecti. Sed probatur antecedens primò. Aliàs genitũ & corruptum essent vnum numero, quia vt habetur. 5. Metaph. text. 12. illa quæ habent eandem numero materiam sunt vnum numero. Secũdò nam materia quę habet vnitatẽ & pluralitatem à forma, habet diuersas formas ingenito & corrupto, ergo. Tertiò. Sequitur q eadem res transeat de vna specie essentiali ad aliam, nam materia saltem reductiue continetur essentialiter in genere substantiæ sub illa specie, cuius est pars: si vero postea eadem numero esset sub forma alterius speciei reducetur essentialiter ad illam speciẽ, & sic habeo intentum; neq; valet dicere, quòd manet eadem materia negatiue, quia ex se non habet per quid distinguatur, nam illo modo duæ materiæ existentiũ in actu essent eędem numero. Confirmatur. Ad hoc quòd vna res corrumpatur, & non maneat eadem, satis fuerit si amittat esse substantiale, materia corrupti amittit illud, ergo non manet. Probatur maior. Quia nõ oportet q amittat essentiã; nã essentia nõ fit, vt habetur. 7. Metap. text. 27. & per consequens nec corrumpitur; nec requiritur quòd non acquiratur aliud esse post illud, aliàs corruptionem semper comitaretur anihilatio, ergo satis est quòd amittat esse substantiale quod habet.

Quintò principaliter arguitur. Sequitur dari duo instantia immediata, patet nam si generatur res, incipit per primũ sui esse, & si corrũpitur desinit per vltimũ sui esse, & nõ dantur duæ formæ in eadem materia, neq; materia sine forma, ergo duo instãtia immediata. Quod verò res desinat per vltimũ sui esse, nam reliqua sunt certa, probatur. Nam duratio est accidẽs proprium, ergo terminatur intrinsicè sicut essentia; nam vt. 1. Physic. patet, accidentia per se terminantur intrinsicè.

Secundò

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEcūdò circa ea quæ dicit Arist. in solutione ter
tij dubij determinās quæ nā sit generatio simpliciter, quæ secūdū quid, est dubium an sint vera. Et huius decisio facit ad cognitionem & declarationem primæ difficultatis. Et videtur quòd non. Nam Aristot. docet quòd generatio entis est generatio simpliciter vt generatio ignis, & generatio non entis est generatio secundum quid vt generatio terræ; & quòd corruptio quæ terminatur ad non ens, est simpliciter corruptio, quando verò est corruptio non entis vt quando corrumpitur terra, & generatur ignis, est corruptio secundum quid: est dubium de istis exemplis, quæ ponūtur secundū opinionē Parmenidis vtrū sint vera. Et itē dubitatur quomodo Arist. dicat quod corruptio quæ terminatur ad non ens: est simpliciter corruptio. Hoc enim videtur falsum. Primò nam vel per non ens intelligit omnino nihil, & hoc non; nam corruptio fit per resolutionem ad aliquam materiam: vel intelligit quòd sit priuatio pura sine forma, & hoc non, quia materia nunquam denudatur ab omni forma, ita quòd sit sola sine priuatione, vel intelligit per non ens aliquam formam habentem adiunctam priuationem alterius, & hoc non, aliàs nulla diceretur corruptio secundū quid; nam cuilibet formæ est annexa priuatio alterius, & sic quæcumque forma resultaret, esset corruptio simpliciter. Secundo. Sequitur quòd generatio & corruptio sint non entia realiter; patet, nam identificantur cū suo termino, sed terminus in generatione secundum quid, & corruptione simpliciter est non ens, ergo. Tertiò, nam non ens non potest habere esse, ergo illius non potest esse aliqua generatio: quia generatio terminatur ad tribuēdum esse. Quartò. Ergo corruptio simpliciter est anihilatio; patet, nam habet cūdem terminum formaliter. Confirmatur, ergo creatura potest concurrere ad anihilandum, cuius contrarium docent Theologi ex doctrina D. Thomę. Probatur sequela. Ad corruptionem sufficit, quòd creatura suam actionem ponat in subiecto corrumpendo, & non requiritur, quòd attingat ipsum non ens ad quod corruptio terminatur, nam hoc non est attingibile: sed satis fuerit, quòd ex sua actione id sequatur; sed idem sufficit ad anihilandum, ergo creatura potest concurrere ad anihilandum.

Tertio dubitatur vtrum iste primus modus generationis & corruptionis simpliciter, & secūdum quid sit idem, atque secundus positus ab Aristot. in illis verbis, Cuius enim magis differētiæ hoc aliquid significant; & est ratio dubij diuersitas opinantium. Etenim D. Thom. hic diuersos modos esse dicit, & quòd differunt. Nam primus accipiebatur secundum differentiam entis, & non entis simpliciter, secundus autem secundum differentiā perfecti, & imperfecti. At verò Auerroes tenet eūdem esse modum: & quòd istæ generationes simpliciter & secundum quid sumuntur secundum perfectionem vel imperfectionem termini. Et confirmo hanc sententiam. Nam si generatio simpliciter & secundum quid in subiectis dupliciter potest contingere, cur non etiam in accidentibus? & tamen Arist. in secunda conclusione suprà posita ex textu. 20. tantum ponit vnam differentiam in generatione & corruptione accidentium; quòd accidens perfectius generatur, & corrumpitur simpliciter, imperfectius verò solùm secundum quid. Tertiò nam ipse Aristo. dicit in secundo modo, ꝙ illud cuius forma significat priuationem, est non ens, & illius est generatio & corruptio secundum quid. Et idem dicit in primo modo quòd non entis est generatio, & corruptio secundū quid, ergo.

Quoniam omnes istæ dubitationes pendent ex secundæ explicatione, ab illa exordiendum arbitror ordine quidem inuerso, sed necessario ad cæterarum intelligentiam permutato. Pro cuius decisione notandum est, quòd diuersimodè doctores explicant in quo consistat ratio generationis & corruptionis simpliciter, & generationis & corruptionis secundum quid. Alij aiūt, ꝙ illa est generatio simpliciter, quæ fit ex non subiecto in subiectum, & generatio secundum quid, quę fit ex subiecto in subiectum. Alij quòd generationis simpliciter terminus à quo est imperfectior termino ad quem: in generatione secundum quid è cōtra. Alij quòd illa est instantanea, hæc successiua. Alij aliter. Sed qui melius Philosophantur dicūt, ꝙ illa est simpliciter generatio, per quam producitur aliquid, de quo verificatur ens sine addito, scilicet, substantia. Et corruptio est desitio eiusdem entis, generatio verò secundum quid productio alicuius, de quo verificatur, quòd sit ens cum addito, scilicet, entis ens, quod est accidens. Sed contra hoc arguitur. Quia aliàs generatio terræ esset generatio simpliciter, & similiter generatio cuiuslibet substantiæ, quod hic negat Arist. Similiter quælibet accidentis generatio esset generatio secundum quid, cuius contrarium docet hic Aristot. sed hæc frivola sunt. Pro quorum solutione notandum ex D. Thom. de verit. quæst. 21. ar. 5. c. & de spiritual. creat. artic. 1. ad 9. quòd cum generatio sit via ad esse, illud dicetur simpliciter generari, per quod producitur quod habet esse absolute & simpliciter dictum, & generari secundum quid, quod habet esse secundum quid; vnumquodque autem dicitur ens absolutè propter esse substantiale, propter esse verò accidentale non dicitur ens absolute, sed ens tale, puta album, sciens &c. Generatio ergo entis substantialis completi & perfecti, quod absolutè dicitur ens, erit generatio simpliciter, cæterorum verò secundum quid. Secundo nota ex eodem D. Thom. 2. 2. quæst. 58. artic. 10. ad secundum

dum. &. 3. par. quæst. 50. quòd simpliciter tale dupliciter dicitur. Vno modo significat idem quod omnibus modis tale, alio modo idem quod absolutè & sine addito secundum suam naturam tale, v. g. virtutes dicuntur simpliciter bonæ primo modo, quia omnibus modis bonæ: diuitiæ etiam dicuntur simpliciter bonæ, quia secundum suam naturam bonæ & sine aliquo addito. Est autem hæc differentia inter istos duos modos, quòd id quod est simpliciter tale, idest, omnibus modis semper est tale, & nunquam seruat contrariam denominationem. v. g. Deus semper & respectu cuiuscunque est ens simpliciter, quia omnibus modis est ens. Et virtutes semper & quomodocumque considerentur, sunt simpliciter bonæ: quia omnibus modis bonæ. At quod est simpliciter tale secundo modo, non semper retinet eandem rationem, subit ergo cōtrariam denominationem propter aliquem respectum. v. g. substantia, quæ est simpliciter ens. Secundo modo respectu Dei non dicitur ens absolutè, sed ens causatum. Similiter diuitias respectu aliorum bonorum nihil duxit sapiens, & tāquam arenam æstimauit eas. Tertiò notādum est ex eodem D. Thom. de Verit. quæst. 7. ar. 5. ad tertium. quòd aliquid quod non erat absolutè tale, potest dici simpliciter tale cum aliquo addito, v. g. accidēs non est simpliciter ens, est tamen simpliciter ens in alio. Quartò est notandum, quòd formæ sunt in duplici differentia. Quædam enim sunt perfectæ quæ complent speciem alicuius rei naturalis, sicut forma ignis, aquæ, hominis, plantæ &c. Alia est forma imperfecta & incompleta, quæ neque perficit speciem aliquam naturalem, neque est finis intentionis naturæ, sed habet se in via generationis, vel corruptionis. Certum est enim in generatione compositorum putà animalis, quòd inter primum generationis quod est in semine, & vltimam formam animalis completam sunt multę generationes mediæ, vt experientia patet, & docet Auic. in sua sufficientia: quæ necessariò terminantur ad aliquas formas, quarum nulla facit ens completum secundum speciem, sed in completū, quod tamen sit via ad speciem aliquam. Ex quo sequitur, quòd si non est ens completum secundum aliquam speciem, cum nihil quod non absolutè cōtineatur sub aliquo inferiori membro absolutè cōtineatur sub superiori, vt docet Arist. in lib. 7. Metaphysic. quòd ens constitutum per talem formā non debet dici absolutè ens, cum sub nullo inferiorum absolutè contineatur. Et cum inter contradictorios terminos non sit dare medium in rebus existentibus, si est, & non est ens absolutè, erit non ens. Idē contingit ex parte corruptionis; sunt enim ibi multæ formæ mediæ & incompletæ vsque ad vltimam resolutionem in elementa ex parte corrupti. Non enim separata anima corpus animalis statim resoluitur in elementa, sed hoc fit per multas corruptiones medias succedentibus sibi in materia multis formis imperfectis: sicut est forma cadaueris, & forma putredinis &c. quæ sunt viæ ad formas perfectas & per se intentas à natura. Inter ipsas autem formas perfectas & per se intentas cū nullæ duæ species aut differentiæ possint reperiri æqualis perfectionis, vt disputatur in. 12. lib. Metaph. sequitur necessariò, quòd vna earum debeat esse altera perfectior; species verò imperfectior vocatur priuatio respectu alterius, & perfectior vocatur habitus, vt dicitur. 10. Metaphy. tex. 15. De quo ibi latiùs.

His suppositis dico primò. Sumēdo ens eo modo quo proximè dicebamus in quarto notabili, Generatio & corruptio entiū dicuntur simpliciter tales: generatio verò, & corruptio non entium sumendo non ens eo modo, quo ibidem dicebamus, dicuntur secundum quid tales. Probatur prima pars. Nam per primam generationem acquiritur & producitur ens simpliciter, & per eius corruptionem deperditur ens simpliciter completum & perfectum: ergo debet dici generatio & corruptio simpliciter. Patet consequentia ex primo notabili. Probatur etiam secunda pars eadem ratione. Nam in illis transmutationibus non fit variatio circa ens simpliciter & perfectum, sed tantum circa ens secundum quid & incompletum, ergo. Et hoc modo intelligendus est Arist. quando in prima conclusione responsiua ad tertium dubium dicit quòd generatio, vel corruptio entis dicuntur tales simpliciter, non entis verò secundum quid. Et ex his soluuntur facillimè omnia argumenta secundi dubij. Ad primum enim dicitur, quòd nullo illorum modorum sumitur non ens, sed vt explicatum est pro ente non completo secundum speciem. Ad secundum & tertium patet quomodo huiusmodi non entia possunt habere esse & identitatem cum aliquo reali. Patet etiam ad quartum quomodo corruptio quæ ad illa terminatur non sit anihilatio. Dico secundò pro solutione tertij dubij. Etiam reperitur generatio simpliciter, & secundum quid inter ipsas formas completas. Nā generatio entis habentis perfectam formam est generatio simpliciter, & illius corruptio erit etiā simpliciter corruptio, entis verò habentis formam cōpletam quidem secundum suam speciem, minus verò perfectam quàm aliæ eiusdem generis erit generatio, & corruptio secundum quid. Probatur ex secundo notabili. Nam licet aliquid sit simpliciter tale, idest, sine addito, si tamen non sit simpliciter tale, id est, omnibus modis & secundum omnem perfectionem possibilem reperiri in tali genere, licèt habeat perfectionem debitam suæ speciei, poterit dici, quòd nō est ens simpliciter, idest, omnibus modis; nam deficit ei aliquis modus perfectionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctionis, ex ijs quæ in illa natura reperiuntur; & sic erit ens secundum quid diminutum & secundum aliquem gradum perfectionis, & non secundum potissimum eorum qui in tali genere reperiuntur. Si ergo est aliquo modo ens secundum quid, eius generatio & corruptio dicetur talis secundū quid; at generatio & corruptio entium perfectissimorū: quia sunt talia simpliciter, idest, secundum vltimū gradum perfectionis dicentur generatio & corruptio simpliciter. Ex his sequitur primò quomodo isti duo modi generationis & corruptionis simpliciter & secundum quid distinguuntur. Nam prior attēditur penes formam siue perfectam in sua specie, siue non perfectam sed reductiuè ibi positam, quod D. Thomas ex Arist. vocat differentiā entis & non entis, vt explicatum est. Secundus autē modus attenditur penes formas quidem perfectas in suis speciebus; perfectas verò & imperfectas secundum rationem generis. Sequitur secundò q̄ licèt, vt Auerr. docet, vteréque modus sumatur penes rationem perfecti & imperfecti, quia tamen hæc ratio dupliciter variatur, vt dictum est, duplex etiā modus generationis simpliciter & secūdum quid constitui debet: & ideo ipse diminutus fuit in eorum assignatione, quin etiam errauit in ratione, quam reddit verificando quòd ignis sit ens, idest, perfectior, & terra non ens, idest, imperfecta. Dicit enim quòd ista in quorum compositione vincit ignis, sunt perfectiora ijs in quorum compositione vincitur ignis. Hoc enim falsum est. Quoniam homo est perfectissimum omnium mistorum, & tamen plus habet de terra. Item quia maior, vel minor perfectio in istis elementis ex proprijs & intrinsecis sibi & à priore deberet sumi, non à posteriori & extrinseco; qualia sunt ea quæ ex eis componuntur solum virtualiter. Sed de his suo loco.

Ex dictis patet solutio argumentorum, quæ in tertio dubio fiebant. Nam ad primum respondetur quòd etiam poterimus istos duos modos assignare in generatione accidentium, vt illa dicatur generatio simpliciter in qualitate, quæ est ad formam perfectiorem, vt dicit Arist. vel quæ est ad accidens per se intentum, ad cuius acquisitionem alia vt formæ mediæ producuntur, si aliqua sunt huiusmodi. Neque oportuit, id explicuisse Arist. Si namq; satis fuit eos in substantia explicuisse: vt inde ad accidentia extenderentur. Ad secundum verò respondetur, quòd non eodem modo accipit Arist. non ens vtrobique. Nam in primo modo accipit non ens, quia non est tale sine addito: in secundo verò quia non est tale omnibus modis, vt explicatum est. Ex quo sequitur, quòd non inconuenit vt illud quod erat vno modo ens simpliciter sine addito, & generabatur vel corrumpebatur simpliciter, non sit respectu aliorum ens vel generatum simpliciter, vt patet de terra, quæ respectu cadaueris generabatur simpliciter, & tamen respectu ignis non nisi secundum quid. Nam vt dictum est in secundo notabili nihil inconuenit ea, quæ dicuntur isto modo simpliciter talia, subire postea contrariam respectu diuersorum denominationē. Sed est argumētum. Nam videtur quòd respectu eiusdem sit generatio simpliciter & secundū quid. Nam generatio cadaueris quia est via ad terram v.g. vel aquam, & non est per se intenta sed vt via ad elementa, non dicitur generatio simpliciter, sed secundum quid: at quia est perfectior forma cadaueris forma terræ, cum sit forma mixti, quod est perfectius quolibet elemento, erit generatio simpliciter respectu illius. ergo. Respōdetur quòd eadem forma cadaueris habet duplicem rationē, & medij ad elementa, & rationem formæ mixti, cui secundum suū genus conuenit ratio termini per se intēti. Primò modo imperfectior est ipsa secūdo modo considerata, & ideo generatio illius primo modo est generatio secundum quid, secundo autē modo generatio simpliciter.

Tandem aduerte quòd generatio accidentium perfectiorum potest dici generatio simpliciter in qualitate, vt docet hic Arist. in secunda conclusione. Patet ex tertio notabili; nam licet eorum generatio non sit simpliciter generatio, ratione tamen illius additi, scilicet, in qualitate, bene potest dici simpliciter & absolutè generatio simpliciter in qualitate.

HIS terminis sic explicatis quid, scilicet, sit generatio simpliciter, quid sit generatio secundū quid; restat tertio loco explicare primam quæstionē, vtrū talis generatio sit possibilis; & loquimur de generatione naturali, cuius requisita explicuimus. c. 1. & ideo illis suppositis dico primò q̄ generatio simpliciter est possibilis. Probatur primo. In natura datur potentia passiua ad recipiēdā formā ignis, ergo dabitur potentia actiua ad illā introducendā, ergo dabitur generatio simpliciter. Antecedens patet in materia quæ est pura potentia omnium formarum generabiliū. Prima verò consequentia probatur: quia cuilibet potentiæ passiuæ correspondet actiua, vt habetur. 5. Metaph. tex. 17. aliàs esset frustra, cùm non posset acquirere suum actum sine illa. Secunda verò consequentia inde patet, quòd substantialis generatio perficitur per hoc, quod ab agente naturali introducatur forma substantialis in materiam illius receptiuam. Secundò probatur. Omne viuens perfectum appetit naturaliter generationem alterius indiuidui suæ speciei, ergo est possibilis generatio. Consequentia probatur. Nam appetitus naturalis nō est factus à natura frustra, vt habetur. 3. de Anima tex. 60. & primo Cœli. tex. 31. ergo nō est ad impossibile: nam illud dicitur frustra, quod finem suum consequi nequit. Antecedēs verò probatur. Nam

Nam omne agens appetit suum perpetuum & immateriale esse, vt ait Arist. secundo de Anima tex. 34. & illud non potest consequi in se cùm sit corruptibile, appetit ergo habere illud in sibi simili, vt se conseruet eo modo, quo potest. Ratio est Arist. vbi suprà. Tertiò probatur, quia generatio naturalis simpliciter dicta est productio substantiæ ex aliquo subiecto disposito ab agente naturali; sed videmus ab igne produci alterum ignē in aliquo subiecto disposito, ergo. Quartò probatur. Vel materia ignis potest amittere formam, quam habet, vel non; si non, ergo est incorruptibilis (nā res materialis corrumpitur per separationem formæ à materia) si autem potest; cum materia non possit manere sine forma, aliàs esset sine actu, sequitur q̄ debet acquirere aliam formam substantialem, ergo dabitur generatio. Probatur ista consequentia, nam hoc est generatio acquisitio formæ substantialis in materia in qua antea non erat. Vltimò arguitur ex operationibus; nam videmus in rebus multas operationes, quarum antea nullum præcesserat vestigium, ergo dantur de nouo in eis aliquæ naturæ, quæ antea non præcesserant; nam operatio sequitur rei naturam, ergo datur generatio. Patet consequentia, nam generatio facit, vt sit in rebus natura, quæ antea non erat. Ex hoc sequitur, quòd etiam corruptio substantialis sit possibilis; nam sequitur necessariò corruptio præcedentis rei ad generationem superuenientem, ergo. Secundò. Id quod est compositum ex contrarijs aliquando corrumpetur, dabitur ergo corruptio substantialis mistorum. Tertiò. Materia existens sub forma ligni appetit aliam formam, & ille appetitus non est ad impossibile, aliàs esset frustra, ergo hîc quando impletus fuerit, dabitur corruptio formæ substantialis præexistentis: non enim potest duas simul habere. Quartò. Si nihil corrumpitur, sed tota substātia quæ antea erat. v.g. equi manet, sequitur quod per agens naturale possit in statum pristinum restitui. Nam ante poterat, & modò materia est magis disposita, est enim organizata &c. ergo etiam modo poterit; non enim tūc dabitur regressus à priuatione ad habitum, qui modo posita corruptione impedit illum regressum: quia latere vel non latere nō facit priuationem, sicut nec causauit priuationem antequàm res latens in materia per generationem esset in medium educta. Imò etiam sequitur, quòd sit motus, vel mutatio naturalis. Patet; nam prouenit ratione materiæ, quæ est natura vt dicebamus in tertia ratione, ergo. Sed contra hoc est vnum argumentum. Nam si corruptio est motus possibilis & naturalis, sequitur finē eius esse intentum à natura, cōsequens est falsum, ergo. Sequela patet; nam omnis motus naturalis habet finem intentum à natura, ergo etiam corruptio. Minor verò probatur. Nam intentio non fertur nisi ad finem & bonum, de quo aliàs latiùs, ergo non fertur ad priuationem & non esse, quod est terminus corruptionis. Ad hoc argumentum concedo consequentiam. Pro cuius explicatione notandum est ex D. Thoma. 1. 2. quæst. 85. art. 6. quòd natura est duplex, alia est natura vniuersalis, alia particularis. Illa est virtus in aliquo vniuersali principio, quæ intendit bonum & conseruationem vniuersi, ad quod requiritur alternatio generationis & corruptionis, hæc verò est propria virtus rei actiua & conseruatiua sui ipsius: & licèt vtraque conueniat in hoc, quòd ambæ tendunt in melius quod possunt, differunt tamen, vt ait D. Tho. 3. cont. gent. cap. 94. quòd hoc bonum non eodē modo consideratur in toto, & in partibus; nam bonum totius consistit in integritate & distinctione partium, vnde melius est toti, quòd sit in eo partiū disparitas, quàm si omnes essent æquales, vt melius est homini habere manus, pedes, oculos &c. quàm si omnes partes essent caput, aut omnes essent manus: bonum verò partis per se consideratæ perfectius esset, si assequeretur gradū & perfectionē superioris partis, vt dignior esset pes, si esset oculus, non tamen perfectius esset corpus si pes ei defuisset. Ad diuersa ergo tendunt bonum totius & bonum partis. Nota secūdò quòd vniuersi perfectio consistit in distinctione corruptibilium, & incorruptibilium, & in eorum conseruatione, & ad hoc necessarium est alia corrumpi, alia generari, vt distinctio manifestetur, & conseruentur corruptibilia, quæ in vno indiuiduo perpetuari nequeūt. Notandum est tertiò, quòd intentio de qua hic loquimur non significat actum voluntatis, quo aliquis fertur ad finem consequendum per certa media, sed significat inclinationem naturæ & tendētiam eius in aliquem finem; hæc autem inclinatio in natura duplex est secundum D. Thom. in. 4. dist. 36. arti. 1. ad primum. Alia est primaria naturæ intentio, alia secundaria, id quod est omnino bonum & maior perfectio creaturarum est de primaria naturæ intentione, quæ nihil aliud est quàm inclinatio in sibi conueniens secundum omnem perfectionem, priuatio verò & defectus, & senium & alia huiusmodi sunt de secundaria intentione naturæ, quæ nihil aliud est, quàm inclinatio in sibi conueniens quātum fieri potest, supposito quòd nequit assequi totam perfectionem, quam intēdebat. v. g. natura quia intendebat conseruare esse corrupti bilium, quod est de primaria eius intentione supposito quòd non potest conseruare illud in vno indiuiduo, conseruat in altero, quod generatur; & sic alternatio generationis non est de primaria intentione naturæ, sed secundaria. Similiter natura quando non potest producere masculum, qui est magis perfectus, facit fœminā, quæ est minus perfecta, vnde vocatur mas occasionatum libro. 2. de

Genera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Generatione animalium capite. 3.

Hoc suppositò dico, quòd corruptio est de intentione & inclinatione naturæ vniuersalis, secundaria tamen, non tamen de intentione naturæ particularis. Prima pars suadetur ex autoritate D. Th. locis allegatis ex. 1.2. & tertio cont. gent. & quarto sententiarum, quod etiam habet. 1. par. quæst. 22. art. 1. ad secundum, & de potentiâ quæst. 3. ar. 6. ad 19. & probatur eius ratione. Natura vniuersalis intẽdit quod melius est toti, sed melius est vniuerso, q̃ sit distinctio & inæqualitas partiũ, q̃ vna corrũpatur, & alia generetur, quàm quòd omnes sint in æquali gradu perfectionis, ergo hæc corruptionis alternatio est de intentione naturæ. Secunda etiam pars patet in eisdem locis & ratione inde desumpta; Quia natura particularis est virtus vniuscuiusq; rei conseruatiua ipsius, ergo corruptio & destructio alicuius rei contra istam inclinationem erit. Sed non desunt argumenta etiã cõtra ambas huius cõclusionis partes, & cõtra illud, quod prius dicebamus, corruptionem esse naturalem. Contra primam enim partem conclusionis arguitur argumento fortissimo; nam id quod pertinet ad esse & ordinem vniuersi, est de primaria intentione naturæ vniuersalis, sed corruptio pertinet ad istum ordinem naturæ: nã ordo & distinctio vniuersi constat ex bono & malo, corruptione & generatione rerum, ergo saltim corruptio ita debet pertinere ad primam intentionem naturæ vniuersalis quo modo pertinet speciẽrum conseruatio, nam sicut illæ distinguunt, ita & ista. Secundò contra secundã partem arguitur; Quia natura particularis magis inclinatur ad bonum vniuersi quàm ad suum, ergo saltem vt est pars vniuersi magis inclinabitur natura particularis in sui corruptionem, quàm in sui conseruationem. Itẽ arguitur; Quia naturalis est mistis corruptibilitas, ergo & corruptio. Potentia enim est propter actum. Præterea arguitur. Nã corruptibilitas sequitur materiam, quę est natura, ergo non debet absolutè dici contra naturam particularem, & contra inclinationem eius, licèt sit cõtra inclinationem formæ, quæ etiam est natura: sicut calefactio est naturalis motus aquæ licet sit cõtra inclinationem formæ. Quartò arguitur. Nam D. Thom. 1. par. quæst. 19. art. 9. in corp. & quæst. 49. ar. 1. in corp. & 3. contr. gent. ca. 4. 5. & 6. docet corruptionem & alios defectus esse per accidens intentos, ergo non sunt de intentione vniuersalis naturæ etiam secundaria; nam id quod est per accidens, est præter intentionem.

Sed respondetur ad hæc argumẽta. Ad primũ quòd ea quæ per se pertinent ad decorem & perfectionem vniuersi, sunt de primaria intentione naturæ. Cæterum malum, priuatio, & corruptio non isto modo pertinent, sed tanquam ea ex quorum comparatione, vt docet D. Thom. 1. par. quęst. 19. art. 9. ad quartum, bona magis eluescunt, & ideò non oportet quòd sub illa intentione cadant. De quo latiùs videndus est idem D. Thom. in. 1. dist. 46. art. 3. in corp. Ad secundùm respondetur quòd si aliquid probat, solùm concludit naturam particularem vt partem vniuersi inclinari in sui corruptionem, cum quo tamen stat, quòd secũdùm suã peculiarem naturam sui conseruationem appetat, vt manus sui conseruationem appetit, & cõtra eius inclinationem erit si à corpore abscindatur, licèt pro conseruatione totius & vt pars eius est magis appetat eius, quàm suam conseruationem, imo se exponat pro illo tuendo. Dico secundo quòd forte neque vt pars ratione suæ speciei hunc appetitũ habet; etenim si pars magis debet appetere quod est bonum & perfectio totius, quam suũ; hoc intelligitur de bono, quod cadit sub primaria ipsius intentione: modò autem cum natura vniuersalis de primaria intentione tantum appetat esse & cõseruationem specierum, & nihil curet de corruptione vel rerum defectibus, non oportet, q̃ ipsæ particulares naturæ etiam vt partes specificæ vniuersi id appetant, eò vel maximè quòd si appetit conseruare suum esse etiam vt pars vniuersi magis inclinetur in id, quod natura vniuersalis intendit, & in maius eius bonum; nã natura vniuersalis magis vellet conseruare speciem in vno indiuiduo, & quia id non potest intendit generationem, maius ergo bonũ erat naturæ vniuersali cõseruatio vnius indiuidui, & ideo illud magis debet appetere natura particularis etiam vt pars eius. Ad tertium argumentum respondetur, quòd quia virtus actiua cõsequitur formam & non materiam, vnumquodq; enim agit vt est actu, ideo dicitur vnũquodq; secũdùm intentionẽ naturæ, id est, secũdũ inclinationẽ formę, & non secundùm quod conuenit rei ratione materiæ, licèt id dicatur naturaliter conuenire. Corruptio, ergo quia conuenit ratione materiæ, dicitur simpliciter naturalis, quia rem corrumpi cõuenit ratione materiæ, & vt à principio proprio vnaquæque res dicitur simpliciter talis, quia illud prædicatum competit ei ratione proprij principij, à quo oritur: vt homo vocabitur simpliciter crispus ratione capitis, non tamen dicetur de intentione naturæ, quia non est secundùm inclinationẽ formæ, cuius est dare esse. Ad quartum respondetur q̃ D. Tho. in illis locis accipit per accidens, id est, per aliud, non enim appetit hos effectus ratione sui, sed quatenus vias ad alia bona, vel quatenus ex necessitate materiæ consequuntur ad alia bona per se intenta, & ita se explicat D. Thom. in illis locis libri contra gentes. Nam dicit ca. 6. quòd licèt intentio sit vltimi finis, volũtas verò est eorũ, quæ quis vult propter aliud, etiam si simpliciter non vellet, vt qui vult proijcere merces, vt saluet vitam, vult illam proiectionem per accidens, & ita inquit hoc

hoc modo sunt volita malitia, defectus &c. Et isto modo non solùm natura vniuersalis, sed etiam particulare agens vult corruptionem; nam quia ignis. v. g. non potest generare alterum ignem sine corruptione ignis, inde est quòd secundariò saltem intendit corruptionem eius, de quo vide Soto. 2. Physicorum quæstione vltima ad quintum, & Soncin. 8. Metaphysic. quæstione. 25. Et licèt hoc ita sit, bene tamen dictum est in conclusione, quòd corruptio est contra naturæ particularis inclinationem, nam cum natura sit principium agendi ei in quo est, & dictum etiam sit, quòd naturæ particularis intentio est virtus conseruatiua sui ipsius, ex hoc quòd vna res particularis velit alteram corrumpere, non sequitur quòd illud sit de intentione naturæ, nam adhoc oporteret, illam inclinationem esse in re corrumpenda. Ex his patet quàm bene concesserimus sequelam argumenti, scilicet, quòd finis corruptionis est intentus. Ad probationem verò minoris respondetur quòd illud habet verum de rebus per se, & non ratione aliarum volitis, non verò de ijs quæ propter aliud sunt intentæ. Istæ enim non oportet, quòd sint bonæ secundùm se, sed satis fuerit si sint necessariò requisitæ aut coniunctæ fini per se intento, & sic sunt bonæ extrinseca denominatione. ¶ Ad argumenta verò facta à principio quæstionis respondetur. Ad primum quidem varij sunt modi dicendi. Alij enim tenent, quòd corruptio identificatur cum forma generationis, quæ ipsam corruptionem concomitatur, & sic iam dant terminum realem, & quòd identicè est aliquid reale. Sed huius falsitatem infrà ostendemus, dum demonstrabimus esse duas mutationes reales. Item quia motus vel mutatio ab eo habet speciem cum quo identificatur, sed corruptio habet speciem à termino à quo, scilicet, à forma quæ corrumpitur, ergo. Minor probatur, nam Arist. 5. Physicor. text. 51. docet quòd ab ea forma quæ corrumpitur, habet corruptio contrarietatem cum generatione, patet autẽ in motibus vel mutationibus, quod ab eodem sumitur cõtrarietas & species, & ita asserit Soto ibi text. 4. Alij dicunt quòd corruptio non identificatur cum forma quæ corrumpitur, sed cum toto composito, & in eius desitione remanet aliquod ens reale, scilicet, materia, & sic iam cum ista potest identificari; nam identificabitur cum suo termino ad quem, scilicet, non esse, quod non est non esse simpliciter, sed nõ esse actu, sed in potentia quod est proprium materiæ. Hoc autem potest suaderi, quia debet identificari cum eo quod corrumpitur, hoc autem est totum compositum, non forma. Item, nam aliàs corruptio hominis non terminaretur ad nõ esse, cum forma remaneat, ergo. Sed de hoc agitur cap. 4. vbi disputabimus de termino generationis, vel corruptionis. Alij dicunt quòd motus acquisitiui specificantur quidem & identificantur cum terminis acquisitis, qui sunt termini ad quos; motus verò deperditiui identificantur cum illis terminis qui deperduntur & termino à quo, & sic in corruptione equi cum terminus qui deperditur sit forma equi, corruptio cum illa debet identificari & non cum non esse: & sic soluitur argumentum propositum. Sed contra, sequitur ex hac doctrina quòd nunquam erit verum dicere, quòd corruptio est, neque dabimus instans in quo sit verum dicere, quòd corruptio est actu & idem cum aliquo reali. Patet euidenter, nam corruptio est instantanea, nec est ante illud instans in quo est verum dicere, nunc est corruptio, tunc verò non est forma, patet nam sic exponitur, nunc est corruptio equi. v. g. nunc non est equus & immediatè ante hoc erat, ergo tunc non identificatur cum aliquo reali existente, nec verò antea identificabatur, quia antea non erat corruptio. ergo nunquam; & ex hoc sequitur etiam, quòd nũquam sit verum dicere, corruptio est. Nam non potest esse nisi quando fuerit id cum quo realiter identificatur, sed non sunt cõpossibiles corruptio, & forma cui identificatur, nam quando illa est, non est corruptio, quãdo est corruptio, illa non est vt patet per suam exponentem, scilicet, nunc nõ est equus & immediatè ante hoc fuit, ergo. Ad hoc facilis est solutio si vera est doctrina, quam ex Ægydio dicemus solutione ad vltimũ huius quæstionis. Iste enim doctor tenet, quod res, que corrumpitur definit per positionem de præsenti, & negationẽ de futuro, sic, equus corrũpitur vel definit esse exponitur sic, nũc est equus & immediatè post hoc non erit, & tunc quando est equus, est corruptio, & forma realis cum qua identificatur. Vnde non habet difficultatem argumentum. Cæterum quia istam doctrinam non omnes admittunt, ideo alij aliter dicunt, quòd corruptio consideratur vt in via & in fieri, & vt in termino & facto esse. Et licèt in istis instantaneis in eodem instanti temporis sit fieri, & factum esse, nihilominus prius natura intelligimus esse fieri, quàm factum esse, sicut prius intelligimus viam quàm terminum. Dicunt ergo quòd quando corruptio consideratur in termino, tunc forma est expulsa, & iam non est, nec corruptio dicetur esse, nec realiter cum illa identificari. Cæterum quãdo corruptio consideratur vt via, tunc quidem forma realiter expellitur, sed non est expulsa, & ideo tunc corruptio identificatur cum illa forma, & dicetur esse, non quidem simpliciter, ità quòd absolutè posimus concedere, corruptio est, sed secundùm quid, scilicet, vt in via; & hic modus essendi diminutus (inquiunt) sufficit enti tam diminuto, qualis est corruptio, & satis est quòd pro illo tunc identificetur cum forma expulsa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

His tamen non obstantibus mihi aliter occurrit dicendum, scilicet, quòd corruptio sicut quælibet alia priuatio identificatur cum suo termino ad quem, scilicet, non esse formæ, quæ corrumpitur. Probatur primò, quia hoc est commune omnibus motibus, quòd identificentur cum suis terminis ad quos. Secundò quia Diuus Thomas de Veri. quæstione. 28. articulo. 6. in corp. docet, quòd corruptio non albi, & generatio albi sunt idem, quia harum mutationum termini, scilicet, non esse non albi, & esse albi, idem prorsus sunt, at si identificaretur corruptio cum forma quæ corrumpitur, scilicet, nõ album, nõ esset idem generatio albi & corruptio non albi, sicut nec sunt idem album, & non album. His suppositis respondetur ad argumentum, quòd corruptio sicut quælibet alia priuatio vel quodlibet aliud malum dicetur esse in rerum natura simpliciter, non quòd aliquid ponat, sed quòd tollat, & sicut dicimus, quòd cęcitas est, quia non est quod tollit, ita dicemus, quòd corruptio est, quia non est forma, quæ expellitur, ita quòd ad veritatem illius requiritur formam non esse; & de corruptione quidem in actu exercito ita concedit Caietanus ex D. Thom. 1. part. quæstio. 48. articulo. 1. de illa vero in fieri patet. Nam eadem est omnino & eiusdem rationis ac diffinitionis, ergo si est priuatio, & dicitur esse quia remouet, idé habebit in fieri. Secundò, si corruptio in illo instanti quomodocumque sumatur non est omnimoda priuatio, erit via ad priuationem, vel priuatio in fieri, ergo suscipiet magis & minus, ita quòd in instanti quo res corrumpitur, erit verum dicere de vna re, quòd corrumpitur magis quàm alia, quod tamen est falsum. Nam omnes res substantiales, quæ corrumpuntur æquè cito in illa via instantanea corrumpuntur, & nihil magis remanet in vna de forma quæ corrumpitur, quàm in alia, magis autem aut minus his tantùm duobus modis poterat hìc contingere. Sequela verò patet; nam priuationes in fieri vt ægritudo, optalmia recipiunt magis & minus. Neque his obstat, quòd etiam isto modo non potest saluari, quòd identificatur cum aliquo reali, & quod est mutatio realis, ergo non priuatio; nam dicitur quòd semper quidem identificantur cum re reali prædicamentali, scilicet, forma corrupta, non tamen oportet, illam identificari cum re actu existente, sicut neque ipsa positiuè existit. Ad hoc autem vt sit mutatio realis, satis fuerit, quòd sit priuatio formæ realis & substantialis in subiecto, quod antea habebat illam. Sicut idem sufficit ad hoc quòd corruptum esse sit terminus motus realis, & hæc de isto argumento. Ad secundum argumentum respondetur, notandum verò pro illius solutione, quòd alteratio duplex est, altera propria, quę fit cum corruptione contrarij & caA
B
C
D
E

fatur à corpore agente secundùm rationem corporis: altera, quæ non fit inter contraria, & causatur à corpore agente secundùm quòd participat aliquid de modo agendi substantiarum separatarum sine motu, de quo dictum est in prologo huius, vt illuminatio, receptio specierum in sensu, vel intellectu. Rursus illa duplex est. Altera inter qualitates immediatè actiuas, quales sunt illæ primæ caliditas & frigiditas, humiditas & siccitas &c. Altera inter qualitates actiuas non secundùm se sed ratione primarum, quales sunt colores, sapores &c. Hoc supposito dico, quòd Aristotel. ratio bona est, quam etiam habet. 8. Physic. in principio, intellecta tamen de alteratione, quæ fit inter qualitates immediatè actiuas; Et probatur, aliàs daretur forma sine necessarijs dispositionibus earu conseruantibus. Patet, nam per alterationem remouentur formæ eam conseruantes, ergo si non introducitur alia, quæ sine illis quæ auferuntur conseruetur, iam erit forma sine proprijs accidentibus. Secundò. Ex parte materiæ omnis materia habet certam dispositionem secundùm quam recipit formam & sustentat eam, sed alteratio inducit nouam dispositionem in materiam, ergo alteratio de se inclinat materiam ad nouam formam. Tertiò confirmo rationem, quam argumentum impugnat. Quàdo ignis alterat lignum, hoc agit vt assimilet sibi passum, ita habetur in hoc lib. text. 51. sed non perfectè assimilat nisi generet ignem, ergo propter generare alterat. Secundò. Mutationes naturales sunt inter se ordinatæ vt habetur in secundo huius text. 56. & 57. at generatio, & alteratio se concomitantur in eodem subiecto, ergo vel generatio ordinatur ad alterationem, quod est falsum, cum sit posterior & acquisitio nobilioris formæ, vel alteratio in generationem, & sic habeo intentum. Tertiò. Generationem semper præcedit alteratio, vt experientia patet, & non à casu, quia natura agit propter finem, vt patet secundo Physicorum, & secundò quia ea, quæ fiunt à casu, non contingunt regulariter, ergo propter finem ex intentione naturæ. Dico secundò Non intelligitur nec currit illa ratio Aristotel. in cæteris qualitatibus, quæ vocantur secundæ aut quæ non habent contrarium. Patet argumentis factis à principio dubij. Et ratio discriminis est; nam primæ qualitates sunt dispositiones ad formam substantialem introducendam, cæteræ verò non, sed consequentes, vt lux, color &c. Vnde licèt color, vel sapor intendantur per se, non inducunt aliam formam; secundò quia intensio primarum qualitatum non compatitur quamcumque formam, reliquarum verò sic. Dico tertiò. Ex ea parte qua secundæ qualitates non constãt sine primis, earum alteratio arguit generationem, nam arguit alterationem in primis. Per hæc

patet

patet ad secundum argumentum. Ad confirmationem eius respondetur quòd cum frustra dicatur esse aliquid, quod non assequitur suum finem quãdo, vbi, & in quo debet assequi, vt notat benè Caietanus. 3. parte. quæstione. 9. articulo. 4. si existente alteratione in illo gradu, in quo est vltima dispositio ad aliquam formam nunquam sequeretur eius generatio, diceretur eius medium frustra datum, quia nunquam assequeretur finem quando deberet assequi. At omnia grauia non habent frustra grauitatem, quia non sunt simul in centro, quia non debent esse simul sed seorsum nisi impediãtur, & adhoc quòd illa grauitas non dicatur esse frustra, satis fuerit quòd aliquod graue illum finem assequatur, similiter intellectus non habet frustra habitum principiorum, primò quia per illum assequitur aliquam scientiam, & non datur ad omnes simul acquirendas, secundò quia nõ debet illas pro isto statu habere. ¶ Ad tertium negatur minor. Ad probationem dicitur notando, quòd differentia quæ assignatur inter generationem, & alios motus, quòd illa aduenit entì in potentia, isti entibus in actu, non intelligitur de ipsis mutationibus, sed de earum terminis, quòd terminus generationis recipitur in materia nuda, termini aliorum motuum in ente in actu: at verò ipsa generatio etiam in ente in actu recipitur. Quando enim est generatio equi. v. g. est verum dicere, nunc est equus, & sic iam habet subiectum in actu, in quo possit recipi, & supponit actum primum in materia, scilicet, formam substantialem: & ad compositum illud ex tali forma & materia terminatur in instanti generationis cõtactus requisitus ad generationem; in termino verò præcedenti terminabatur ad compositũ, quod corruptum est, in quo ponebantur præcedentes dispositiones. ¶ Ad quartum vt respõdeatur notandum est ex Diuo Thoma opusculo. 32. capite. 5. quòd vnitas vel distinctio numerica materiæ prouenit à forma, & non ab aliquo accidenti, non enim est distinctio, aut vnitas accidentalis sed substantialis & positiua; quomodo autem hoc sit explicat dicens, quòd sicut tota materia est in potentia ad omnes formas educibiles ex ea; ita hæc numero portio materiæ non est in potentia ad tot formas educibiles ex illa, ad quot tota materiæ latitudo, sed ad aliquas: quæ verò illæ sint potest explicari, quod sicut tota materia est in potentia ad omnes formas educibiles ex ea, ita hæc portio materiæ est in potentia ad eas solum, quæ per agens naturale ex ea educuntur; nam si haberet potentiam ad omnes, daretur etiã potentia actiua, quæ omnes illas educeret. Cuilibet enim potentiæ passiuæ correspondet sua actiua, hoc autem patet esse falsum, nam non omnes formæ dependent in fieri & conseruari ab hac
A
B
C
D
E

portione materiæ. Item forma indiuiduatur ex materia, ergo respicit aliquam particularem portionem materiæ, & non aliam: indiuiduatio enim non fit ab aliquo communi & vago. Explicatur autem hoc exemplo. Et enim intellectus meus pura potentia est secundùm se in genere intelligibilium, & oculus meus in genere visorum; & tamen ex hoc non sequitur, quòd intellectus possit producere quamcumque intellectionem, aut oculus quamcumque visionem etiam obiecti sibi proportionati: nam non potest producere intellectionem aut visionem pauli, sed illas tantùm quæ ad ipsas singulares potentias ordinem important. Eodem ergo modo licet hæc portio materiæ sit pura potentia, non oportet quòd respiciat, aut recipere possit tot formas, quot potest materia in tota sua latitudine; satis fuerit quòd nullam de se dicat, & respiciat ex qualibet specie generabilium aliquas, quæ, scilicet, per agens naturale ex illa educi possunt. Sit quia has distinguere in speciali non valemus dicit Capreol. in. 4. distinctione 44. quæstione. 1. ad primum & tertium, quòd ista distinctio portionum materiæ poterit intelligi ex ordinatione ad primas formas, sub quibus primò fuerunt, quem respectum non habent ad alias formas; sicut materia formæ Adæ habet aliquem ordinem ad eius animam, quem non habet ad animam leonis tunc primò productam in alia portione materiæ, & illum ordinem (inquit) semper & perpetuò retinet, & per illum potest ab alia portione materiæ distingui substantialiter. Quia distinctio partium materiæ non est accidentalis per quantitatem &c. sed substantialis, & ideo oportet dare substantiale distinctiuum, scilicet, illam inclinationem ad illam formam, & cæteras quæ de illa educi possunt, quæ nihil aliud est, quàm ipsamet natura portionis materię quatenus capax harum formarum & nõ aliarum, & sic est aliquid substantiale, hanc autem inclinationem ad has formas, & nõn ad alias habet ex se in genere causę materialis, & à forma in genere causæ formalis. Pro quo notat idem Capreol. ibidem, quòd distinctio actualis vnius portionis materiæ ab alia licet prouenit à forma vel in ordine ad formam in genere causæ formalis, tamen etiam subiectiuè & fundamentaliter prouenit ab ipsamet portione materiæ, & ideo ad hoc quod duæ partes materiæ sint actualiter diuersæ secundum esse & rationem, satis est diuersa forma, ad hoc verò quòd sint eædem vel diuersæ subiecto & materialiter, non satis est illa formarum diuersitas, aliàs omnes materiæ successiuè vnitæ animæ Petri essent eadem materia realiter, & materia quæ manet in cadauere non esset magis eadem cum materia Petri, ex cuius morte resultauit cadauer, quàm eum materia Pauli, vel Leonis nam etiam habent

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersas formas. Sed oportet ponere eandem vel diuersam ipsarum materiæ portionum inclinationem. Ratio est, nam cum id quod dat esse det vnitatem, & materia nõ habeat esse essentiæ à forma sed tantùm esse actuale, ab illa habebit tantùm actualem distinctionem; at verò cum essentia eius sit esse subiectum formarum, etiam vnitatem essentialem, potentialem tamen, habebit à sua essentia quatenus subiectum harum formarum, & non aliarum, & hoc est quod docet Aristotel. hûc text. 22. quòd in genito & corrupto manet eadem materia secundum subiectum, quia manet eadẽ quæ est capax diuersarum formarum, non tamen manet eadem secundum esse & rationem, quia habet diuersas formas, quę tribuunt illi actualem distinctionem. Patet ergo ex his quomodo in genito & corrupto manet eadem numero materia positiuè & fundamentaliter, neque oppositum huius doctrinæ reperitur in D. Thoma, qui tamen si aliquando contrarium videatur docere vt in quæstionibus de Spiritualibus creaturis articulo. 8. & alibi dicens, omnem numericam distinctionem materiæ esse per quantitatem: intelligitur eo modo quem infrà explicabimus, dum tractauerimus de principio indiuiduationis, scilicet, per habere capacitatem & radicem quantitatis; vel loquitur non de subsantiali differentia indiuiduationis, sed de ijs quæ ad indiuiduationem accidentaliter concurrunt, scilicet, esse hîc & nunc, & de ijs per quæ notificatur ipsa ratio singularis, de quo ibi latius. His suppositis ad quartum argumentum negatur antecedens; & ad primam probationem respondetur quòd Aristot. loquitur de vnitate potentiali & actuali materiæ: ad saluandum autem vnitatem subiecti satis fuerit ponere vnitatem potentialem, & subiectiuam. Et per idem patet ad secundam; nam vnitatem actualem habet à forma, & sic in genito, & corrupto est diuersa secundùm esse & rationem, at potentiale vnitatem habet à se, & sic remanet eadem subiecto. Ad tertiam, quod est difficile argumentum respondetur dupliciter. Primò quòd forsitan materia non continetur simpliciter sub aliqua specie athoma, sed est reductiuè sub omnibus speciebus, quarum est pars. Qua ratione videtur docuisse Aristotel. 5. Metaphy. text. 10. quod genus habet vnitatem similem vnitati materiæ; nam sicut genus distinguitur varijs differentijs, qua ratione eius natura modò pertinet ad vnam speciem, modò ad aliam, ita materia ratione diuersarum formarum modo ponitur sub hac specie, modò sub illa, nec hoc reputo inconueniẽs in ente omnino potentiali, quòd transeat de vna specie in aliam. Sed quia semper remanet eadem essentia materiæ primæ, etsi ratione illius modò pertinebat ad vnam speciem, postea videbitur ad eandem pertinere, nisi dicas, quòd non remanet eadem secundùm rationem, vt dictum est. Poteris respondere secundò quòd pertinet ad vnam speciem athomam, quæ reducitur ad corpus corruptibile. Pro quo nota, quòd non est necessarium, quòd id quod ponitur reductiuè sub vno genere, licèt dicat vnam rationem specialissimã contineatur sub vna specie athoma illius generis. v.g. in genere substantiæ continetur reductiuè modus particularis subsistendi, qui est vnius athomæ speciei, continetur etiam hoc, quod est substare, secundò accidentibus realibus, quod est eiusdem rationis indiuisibilis in omnibus secundis substantijs, & tamen nullus istorum modorum reducitur ad aliquam speciem athomã. Satis enim est, quòd secundò substare reducatur ad substantiam. Ita hîc licèt materia inferiorum sit vnius athomæ speciei, quia tamen continetur reductiuè sub substantia potest reduci ad vnam speciem athomam, scilicet, corpus, & ideo negatur quòd contineatur essentialiter sub illa specie, cuius forma actuatur. Explicatur hoc optimè, nam vt docet Caietanus. 1. par. quæst. 15. materia prima cognoscitur à Deo per ideam corporis, ergo ad eius naturam & speciem pertinet, nam entia incompleta ad illam speciem pertinent, per cuius ideam cognoscuntur. Ad quartum negatur maior. Nam si haurias aquã à fonte, illa existit existentia sibi propria, quæ antea habebat existentiam totius aquæ & tamẽ non est corrupta, oporteret enim, quòd amitteret esse essentiæ per separationem formæ à materia, & sic saltem per accidens corrumperetur essentia, quod Aristot. non negat posse fieri. At verò in materia quæ est omnino simplex ad hoc quòd non maneret eadem secundùm subiectum, oportebat quòd non remaneret illa habitudo suprà dicta, quę quia remanet, licèt non remaneat idem esse, dicetur eadem materia secundùm subiectum.

Ad quintum principale respondetur primò, q duratio quæ terminatur, per motum desinit ad modum ipsius per primum non esse; intrinseca autem terminatio accidentium siue per maximũ, siue per minimum non habet locum in ijs, quæ per motum incipiunt, vel desinunt. Secundò respondet Ægydius hîc quæstio. 20. notando, quòd sicut in panno damus duplicem mensuram, aliam intrinsecam, scilicet, eius quantitatem, aliam extrinsecam videlicet, vlnam: ita in motu reperitur duplex duratio, alia intrinseca, quæ formaliter inest motui, alia extrinseca, scilicet, tempus coexistens durationi motus aut vitæ &c. Notat secundò q licèt in continuo nõ dentur duo indiuisibilia immediata, benè tamẽ in rebus cõtiguis, vt in eadẽ superficie non dãtur duę lineæ immediatæ, benè tamẽ duæ lineæ diuersorum corporum possunt se immediatè tangere; dicit ergo q licèt duo instantia tẽporis, qđ est cõtinuũ nõ possint dari immediata, benè tamen duo instantia duarum durationum, quæ sunt tantum contiguæ. Et sic ex hoc, quòd res desinat per vltimum sui esse, & alia incipiat in eadem materia per primum sui esse, in tempore tamen correspondet vnum instans. In durationibus verò intrinsecis rerum duo, sicut duobus punctis duarum linearum contiguarum correspõdet vnũ tantùm extrinsecum in loco. Sed hæc solutio sustineri non potest. Primò, nam quæro, in illo vltimo instanti temporis vel forma quæ corrumpitur est in materia cum forma generanda, vel non. Si primum, ergo duæ formæ in eadem materia, quod infrà impugnabitur. Si secundum, ergo eum tũc nõ sit, & immediatè antea fuerit, sequitur quòd desinat extrinsecè per primum non esse. Secundò & loquor de generatione ignis, quæ requirit calorem vt octo. In instanti temporis quo introducitur calor vt octo per primum sui esse, vel est forma aquę, & hoc non, habet enim incompossibilem corruptionem: vel non, & sic iam desinit per primũ non esse, nam ante illud instans semper fuit. Tertiò, nã hõc est expresse contra D. Tho. qui hûc modum dicendi impugnat. Vera ergo est & bona prima solutio, vbi etiam assignatur tertia ratio contra hanc secundam solutionem, nam res terminatur per motum, ergo non per vltimum sui esse: sicut neque ipse motus. Neque valet similitudo de punctis, non enim repugnantia, quam dicimus, ex hoc quòd res desinat per vltimum sui esse, prouenit ex impossibilitate quę reperitur in immediatione instantium, sed ex incompossibilitate duarum formarum in eadem materia, & ex incompossibilitate formæ corrumpendæ cum dispositione generandæ, & ex impossibili ratione motus per vltimũ sui esse. Argumenta verò Ægydij non conuincũt aliquid, neq; hîc soluenda sunt, tangũt enim quæstionem de nunc temporis, & ideo ad lib. Physicorum remitenda sunt, & hæc de hac quæstione.

Circa illud quod dicit Aristotel. in primo argumento huius capitis, quòd id ex quo aliquid fit prædicatur de eo, quod fit, dubitatur vtrum hoc ita senserit. Videtur enim ipse Arist. aliquando cõtrarium docere vt. 7. Metaph. tex. 25. vbi docet, q statua non est lapis &c. & tamen fit ex lapide. Secũdò. Etiò hoc sit verum in entibus artificialibus, vt dicitur simulachra gentium argentum & aurũ, non tamen habet verum in generatione substantiali, nam materia ex qua aliquid fit non prædicatur de toto, sicut neque aliqua pars physica de eo, quod cõponit. Tertiò. Esto prædicaretur materia de suo toto, non tamen materia informis, ergo nec prædicabitur materia de ente quod fit non ens; nam significabitur per Iv non ens materia sub priuatione. Ad hoc dubium facilè dicitur, quòd omnis materia etiam quæ est sub priuatione potest prędicari saltim denominatiuè de suo toto. v.g. dicimus cathedra est lignea, homo est materialis &c. non tamen per terminum significãtem ipsam priuationem vel informationẽ materiæ; nã tunc habenti formam tribueretur eius priuatio. Probatur hoc ex illo Phãl. quod attulimus, & ex illo. 7. Met. vbi suprà vbi Aristot. ita asserit, & ex D. Thom. 1. Periherm. concedente, quòd scutella est lignum, & in denominatiuis id clarè patet, nam termini significantes huiusmodi composita sunt connotatiui, ergo possunt supponere prò materiali. v.g. materiale significat totum compositum ex materia non præscindendo à forma, ergo & supponit pro eo, connotando, quòd habeat eiusmodi materiæ compositionem, ergo poterit de homine prædicari. Idem est de terminis concretis subiectis formarum artificialium, quæ huiusmodi nomina sunt connotatiua; ergo supponunt pro suo materiali ligno vel ære, ergò pterimus dicere lignum est cathedra, & è contra. Quod verò non prædicetur forma sub priuatione patet euidenter, aliàs duo termini contradictorij de eodem prædicarentur, nam si subiectum cathedræ sub priuatione est non cathedra, ergo &c. Ex hoc sequitur quare non poterimus dicere, quòd id quod generatur, est non ens. Etenim nõ ens sicut & ens potest sumi & pro abstracto, vt materia, & pro concreto & denominatiuo, vt materiale. Si primo modo sumatur nõ prædicabitur de eo, quod generatur, quia tãtum sic significat partem præscindendo. Si secundo modo significat compositum sub priuatione cuiuslibet formæ, ergo. Ex hoc sequitur solutio ad primum. Et eniim quia in artificialibus priuationes ipsarũ formarũ non sunt manifestæ & nominatæ, sicut priuatio domus, ideò vtimur aliquando materia pro materia, & priuatione simul. Et ideo dicit Arist. secundùm hunc sensum, quòd statua non est lignũ. Ad secundùm, quòd etiam in substantialibus prædicatur materia denominatiuè, vt dictũ est, & quia non ens poterat etiam accipi vt supponeret pro denominatiuo à materia, ideo poterat de eo esse dubium, vtrum prædicaretur. Ad tertium verò dictum est, q concludit & ita illud argumentũ Arist. pro parte negatiua quæstionis facile soluitur.

Circa secũdum dubiũ de causa perpetuitatis in generationibus simpliciter, & secundũ quid, vbi docet Arist. principiũ efficiẽs illius esse quoddã ens immobile dubitatur vtrum omnis generatio debeat reduci in substantiam separatam tanquam in causam efficientem, an verò etiam sint aliæ causæ inferiores, quę efficienter agant. Et quidẽ Arist. hîc videtur tenere, quod substãtia separata sit sufficiens causa. Nam cum eadem sit causa generationis in eo, & perpetuæ generationis, non enim differunt nisi ratione, sed substãtia separata est causa sufficiens perpetuæ generationis, aliàs Arist. fuisset diminutus in assignandis principijs efficiẽtibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

illius, cum proprias & immediatas causas non explicuisset, & scientia nō sumatur nisi ex proximis causis rei, vt docet D. Thom. 1. par. quæst. 45. ar. 3. ad quintum, ergo. Secundò, omne quod est per participationem causatur ab eo quod est per essentiam tale, sed substantia separata est per essentiam forma, creatæ generabiles participant formas, ergo causantur ab illa. Tertiò, id generat quod causat formam: sed solum primum immobile principiū eas producit, ergo. Minor probatur, nam producuntur per creationem cum fieri non possint ex materia, non enim componuntur ex ea tanquam ex parte sui, creare autem est proprium Dei. Quartò, In istis inferioribus nulla virtus actiua inuenitur, nisi accidentalis, & illæ non sunt sufficientes causare aliquid substantiale, ergo tota substantiarum productio prouenit à substantijs separatis. Quintò. Animalia ex putrefactione generata nō procedunt ex sibi similibus, ergo ex substantia separata, ergo similiter aliæ nobiliores formę. Sextò. Omne agens est nobilior re facta, sed nulla res corporalis est altera nobilior saltim in rebus eiusdem speciei; ergo nulla res producit alteram eiusdem speciei, & cum non possimus aliud principium assignare debemus dicere, quòd illud sit substantia separata. Septimò. Substantiæ corporales sunt in vltima distantia à primo agente, ergo sicut Deus est tantum agens substantiæ, erit tantum patiens. Octauò. Substantia separata sola est causa efficiēs hominis in quantum homo, & equi in quantum equus, ergo etiam sola est sufficiens causa effectiua omnium generationum. Antecedens probatur, nam si vnus homo causaret alterum in quantum huiusmodi, etiam esset causa sui ipsius; nam causa per se alicuius est causa eius vbicumque reperiatur. Nonò. Nullum agens inferius potest dare esse, ergo nec generare, ergo omnis generatio reducitur ad substantiam separatam. Antecedens probatur, nam esse est perfectior qualibet forma corporea, ergo. Vltimò idem probatur, nam Boetius in lib. de Trinitate docet, quòd formæ, quæ sunt in materia prouenium à formis sine materia, sed istæ sunt substantiæ separatæ, ergo.

In hac quæstione oportet scire diuersas fuisse Philosophorum sententias, qui stultissimè errauerunt in assignandis causis rerum. Alij enim putarūt, quòd nulla creatura habet aliquam actionem in productione rerum naturalium, ita quòd ignis non calefacit, sed Deus ad præsentiam ignis, & sic de alijs. Quibus consonāt quidam Sarracenorum, qui vt refert commentator. 9. Metap. tex. 7. & lib. 12. text. 18. dicunt, q̄ quia forma à solo Deo creatur, res à solo Deo possunt produci. Plato autem in Thimæo & 10. de Republica & alibi, ponit species rerum sensibilium esse quasdam formas separatas, quæ sunt causæ essendi his sensibilibus secundùm quòd eas participant, & mouebatur secūdo argumento suprà facto. Post hunc insaniuit Auicena, qui tractatu. 9. Metaph. ca. 4. & 5. posuit omnes formas substantiales ab intelligentia agēte effluere, at accidētales dicebat esse dispositiones materiæ, & ideo prouenire ex actione agentium inferiorum disponentium materiam, & mouebatur quinto & sexto argumento. Huic consonat Auicembron in libro de materia & forma, quam appellauit fontis vitæ, qui vt autor est Albert. Magnus. 1. Physi. tract. 3. cap. 11. ponit nullum corpus esse actiuum, sed virtutem substantiæ separatæ trāseuntem per corpora agere actiones, quæ per corpus fieri videntur. Alij autem ex lege Maurorum, vt recitat Rabbi Moyses addunt huic sententiæ, quòd neque accidentia possunt à corpore produci, sed quòd tantum à Deo creantur. Sed cōtra has omnes sententias est veritas fidei & Philosophiæ cognita lumine naturali.

Pro cuius explicatione sit prima conclusio. Certum est, quòd corpora inferiora habent virtutem producendi substantiam & accidentia. De substātia quidem poterat probari tanquam dogma de fide ex cap. 1. Genes. vbi dicitur terræ, aquæ, plantis, & animalibus tributam esse virtutem producēdi substantiam. Sed physicè agendum est, & ideo probatur primò ex Arist. 7. Metaph. à tex. 22. vsque ad. 32. vbi id longa inductione manifestat. Et probatur ratione. Primò, nam si intelligentia sola omnia operatur, frustra ad diuersos effectus applicarentur diuersæ substantiæ, vt ignis ad alterius productionem, homo ad alterius generationem, & sic de alijs, hoc autem est contra ordinem naturæ, vt aliquid in ea reperiatur frustra factum, ergo. Secundò sequitur quòd debeamus ab vniuerso tollere eius ordinem & armoniam: nam hæc tantum conseruatur, quia in eo quædam sunt quæ agunt, quædam quæ patiūtur. Tertiò sequitur, quòd nullam cognitionem scientiæ naturalis possimus habere, nam hanc assequimur deueniendo in cognitionem naturarum per suos effectus, ergo sublata causalitate hac aufertur etiam hic modus veritatē inuestigandi. Quartò. Substantia separata non est cōposita ex materia & forma, ergo nō potest producere compositā, ergo debet dari aliqua creatura corporea, quæ illā producat. Antecedens manifestū est. Prima verò consequentia prob. quia simile semper generat suum simile, sed quod generatur est cōpositum, ergo generans debet esse simile, sic q̄ vel sit cōpositum ex materia, vel habeat virtutē producēdi materiā, quod nō cōpetit substantiæ separatæ; de cuius rationis vi infrà plura dicēda erūt. Secunda autē consequentia manifesta est. Quintò arguitur. Formæ accidētales habēt virtutē producēdi similes sibi effectus, ergo & formæ substātiales. Patet cōsequentia. Quia cum operari sequatur ad esse

ad esse in actu, inconueniens est denudare formas perfectiores illis virtutibus, quas tribuimus imperfectioribus. Antecedens verò probatur primò, quia aliàs non poterimus ponere actus vitales in animalibus. Nam isti manent in suo principio essi cienti aut in potentijs, manent autem in ipsis animalibus, ergo ab eis producuntur. Secundò, aliàs debemus tollere habitus; nam sunt qualitates operatiuę. Tertiò, nam aliàs nulla esset differentia augmentationis & motus localis viuentium, & non viuentium. Nam secundùm istam sentētiam omnes isti motus fierent ab extrinseco, & sic viuens non moueretur ab intrinseco principio. Quartò id probatur in effectibus habentibus annexam malitiam vel imperfectionem, vt in habitu vitioso, in claudicatione &c. Tribuere enim Deo huiusmodi efficientiam deficientem indignum est eius perfectione. Vltimò hæc conclusio probatur. Nam cum Deus sit summè bonus & liberalis, cōsonum fiet, vt suæ communicabilitatis similitudinem tribueret creaturis, quòd etiam se possent alijs communicare.

Secunda conclusio. In omni creaturarum inferiorum operatione operatur etiam substantia separata. Patet, nam virtus inferiorum creaturarum communicatur, conseruatur, & applicatur ad agēdum ab illa, ergo in sua operatione dependet ab illa, sed de hoc in lib. Physi. latiùs, interim vide D. Thom. 3. contra gentes cap. 70. & Capreol. in. 2. d. 1. quæst. 2. conclus. 6. vbi soluit argumenta, quæ contra hanc conclusionem fiunt à Durando, Aureolo & alijs.

Tertia conclusio. Sola substātia separata & cœlum est causa efficiēs perpetuitatis generationum, & corruptionum. Hæc conclusio significat quòd licēt dictum sit ad generationem substantialem cooperari agentia corporea tanquam causæ principales licēt secundariæ rerum generatarum, v.g. homo generat hominē, & equus equum, vult tamen, quòd ad perpetuam harum generationum successionem nulla corporalis causa ex inferioribus concurrit, sed tantùm substantia separata, & cœlum. Conclusio est Arist. 8. Physi. & 12. Metaphysic. tex. 32. & probatur eius ratione. Nam perpetuæ generationis non est causa aliquod corruptibilium; nam hoc non durat semper, quando cōtinuatur perpetua generatio, ergo tunc non potest causare. Neque vero omnia indiuidua simul collecta. Probatur. Nam causæ alicuius per se non debent esse infinitæ, aliàs non sequeretur motus, at indiuidua secundum Aristot. sunt infinita. Item omnes causæ debent esse simul, aliàs non essent causæ per se, quandoquidem vna deficiente cæterę haberent effectum, indiuidua non sunt simul, ergo omnia simul collecta non sunt causæ, ergo debet dari alia causa perpetua quæ moueat, & hoc est cœlum; & cum omne quod mouetur debeat ab alio moueri, debet etiam dari vnum principium mouens immotum, quod est substantia separata. Pro cuius adhuc maiori explicatione notandum est, quòd homo. v.g. eo modo quòd huc attinet est causa generationis, quo est causa hominis: nam non causat generationem nisi vt causet hominem. Secundò est notandum, quòd perpetua series generationis non est vnus effectus per se, nisi tantum vnitate ordinis, quatenus vna alteri succedit, homo autem non sic causat hominem, quòd ille qui causat Petrum. v. g. per se causet Paulum eius filium & Ioānem nepotem etiam per se. Auus enim & proauus causæ sunt per accidēs nepotis, quoniam pater licēt acceperit ab auo virtutem generandi, non tamen illa virtus est essentialiter illi alteri subalternata, neque dependet ab ea in operari. Si ergo causa Petri per accidens causat Ioannem, sequitur necessariò, quòd per accidens etiam concurret ad generationem ipsius Ioannis. Quod etiam patet, nam virtus Pauli causans generationem Ioannis non dependet à virtute Petri in operari. Ex hoc sequitur quòd cum omnia indiuidua quomodolibet sumpta sint causæ per accidens istius ordinis & perpetuæ successionis in generatione, quòd debeat dari alia causa per se istius ordinis, qui est intentus à natura vniuersali, & hanc dicimus esse cœlum & intelligētiam. Et hæc est sententia Commentatoris. 8. Physicorum suprà; Recte ergo Arist. docuit causam per se perpetuæ successionis esse tantum intelligentiam & cœlum. Nam licēt generationis istius vel alterius hominis sit causa per se iste vel alter homo, nō ordinis quem istæ generationes habēt inter se.

Ad argumenta verò respondetur. Ad primum patet ex dictis quomodo substantia separata est causa immediata per se ordinis in generationibus, & non ipsarum generationum. Nam ordo & successio non habent aliam causam per se, sicut habent ipsę generationes, sumēdo quamlibet per se.

Ad secundum respondetur quòd non oportet id quod est tale per participationem fieri immediatè ab eo, quod est essentialiter tale, sed immediatè quidem ab alio quod est tale per participationem, quod tamen agat in virtute illius, quod est tale per essentiam, sic enim agens producit effectum similem sibi.

Ad tertium argumentum negatur minor. Ad eius probationem negatur rursus antecedēs; nam vt infrà dicendū erit in generatione propriè ex. 7. Metaph. tex. 26. & 27. & lib. 8. tex. 8. id quod propriè fit, est compositum, formę autem corruptibilium aliquando sunt, & aliquando non, sine hoc quòd generentur, aut corrumpantur, sed genitis, aut corruptis compositis, quæ per eas habent esse. Et ideo licet non componantur ex materia, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

creantur, quia creatio tantùm terminatur ad rem, quæ propriè fit, si tota simul producatur.

Ad quartum respondetur quòd licèt omnis virtus immediatè actiua in corporibus sit accidentalis, & huiusmodi formæ ex propria virtute non possint attingere productionem substantiæ, benè tamen in quantum agunt, vt virtutes & qualitates substantiæ, cuius sunt instrumẽta, quod latiùs explicare alterius negotij est.

Ad quintum argumentum negatur vltima cõsequentia. Animalia enim imperfectiora potest fine semine producere, & sine causa vniuoca, mediante tamen actione corporis cœlestis; non tamen perfectiora animalia propter maiorem sui nobilitatem & perfectionem. Pro cuius maiori explicatione nota, quòd cum forma non possit fieri nisi in materia disposita, & perfectior forma nobiliores exposcat dispositiones, inde est, quòd formæ perfectorum animalium fieri non possint nisi ex semine; Ex illo enim & non sine illo possunt causari dispositiones ad eas formas introducendas necessariæ, formæ verò imperfectorum quia requirunt dispositiones, quæ in putri materia reperiuntur vel etiam in ipsa terra, inde est, quòd ex illis sine semine fieri possint. Tota tamen difficultas est in cognoscendo quare cùm causa æquiuoca tribuat animali totam virtutem quam habet ad producendum semen, & ex illo animal, ipsa ex se hoc non possit immediatè; neque enim quiescit animus si dicamus, quòd causa vniuersalis debet determinari ad istum vel illum effectum producendum à causa particulari, rationẽ enim huius quærimus. Et præterea, nam ad producenda animalia imperfecta ipsa causa vniuersalis determinatur ex dispositionibus materiæ, quas tamen ipsa causat & si in illa materia reperiatur aliqua virtus actiua ad eorum formationem, vt docet Commenta. 12. Metaphy. tex. 13. & D. Thom. 7. Metaph. lect. 8. tamen illa eadem virtus sine alia causa prouenit à cœlo. Quare ergo cum habeat virtutem perfectiorem virtute generatiua equi, ipsa ex se sine concursu equi non poterit determinari vel per aliquas dispositiones, vel per aliquam virtutem actiuã, quam ipsa causet sine alia virtute animalis, eò vel maximè quòd à causa secunda nullam virtutem accipit, imo eius actiuitas limitatur ab ea; Quare ergo limitata & coarctata eius virtus potest, quod illimitata & cum omni sua perfectione nequit? Propter hoc Auicena in libro de diluuio orbis tenet, quòd omnia animalia etiam homines potest cœlum, vel intelligentia sine concursu agentis vniuoci producere, tenuerunt idem Euripides Tragicus discipulus Anaxagoræ, & Empedocles. Dicendũ tamen quòd vt ait Caietanus in fine primæ partis S. Thomæ, aliqua virtus est in his inferioribus, quę non prouenit ex virtute cœlesti, vnde fieri potest, vt inferius agens aliquid agat, quod efficere non possit virtus superior, vt patet, quoniam animalia perfecta generant sibi similia.

Ad sextum argumentum respondetur primò, quòd inter corpora vnum est formalius altero & magis actiuum, sicut ignis respectu inferiorũ corporum: in corporibus autem eiusdem speciei cum corpus agat ratione formæ (vnumquodque enim agit in quantum est actu) & alterum patiatur secundum materiam, in quantum materia eius est in potentia ad formam agentis, aliàs si haberet illam nõ posset ab eo pati; hæc maior nobilitas secundùm rationem agendi & patiendi sufficit ad hoc, quòd vnum corpus sit actiuum in alterum.

Ad septimũ negatur antecedens. Materia enim est in vltima distantia à primo agente, & ideo non est actiua. Ratio verò tantæ distãtiæ est, quia Deus est actus purus, materia verò pura potentia, à puro autem actu magis distat pura potentia, qualis est materia, quàm res quæ includit actum & potentiam, qualis est corpus.

Ad octauum dicetur latiùs cap. 4. modò sufficiat dicere, quòd cum generatio, vt ibi dicetur, terminetur ad naturam vt singularis est, & non secũdùm rationem specificam ad hoc quòd intelligentia sola non canset equum; satis fuerit quòd vnus equus concurrat ad alterius generationem vt singularis est, licet non generet eum vt equus est, sed ad hoc tantum concurrat causa æquiuoca, de quo dicetur copiosius vbi dictum est.

Ad nonum multi multa dicunt. Alij quod generans effectiuè dat esse, nam efficienter generat, & generare est dare esse. Secundò, nam lib. 3. contra gent. cap. 66. dicit D. Thom. quòd causæ secundæ dant esse, & quòd esse est effectus communis omnium rerum. Tertiò. Nam generans effectiuè producit formam rei genitæ, & ad illam per se cõsequitur esse, sicut per se conuenit rotunditas circulo; nam vnumquodque est ens actu secundùm quòd habet formam, ergo etiam effectiuè causat esse, nam qui dat formam dat ea, quæ ad illam consequuntur. Confirmatur, nam esse est passio formæ, ergo causatur ab illa in triplici genere causæ efficientis, formalis, & materialis. Alij dicunt, quòd esse est effectus formalis formæ. Ita Ferra. 2. contra gent. cap. 54. & fundatur in quoddam dicto D. Thomæ, qui dicit ibidem, quòd forma se habet ad esse sicut lux ad lucere, & albedo ad esse album, ergo. Alij aliter. Cæterùm nos in Commentarijs in primã partẽ S. Thomæ. quæst. 3. arti. 4. Dubita. 4. multa de hac re diximus, in quibus sententiam S. Tho. ni fallor, ostẽdimus cõtra modernos quosdã Thomistarũ. Nũc ergo breuiter respõdetur, q̃ esse neq; est effectus formalis, neq; in genere causę effi ciẽtis ipsius formæ. Probatur, est perfectior omnibus formis etiã substãtialibus, actualitasq; earũ, ergo.

go. Neque valet dicere cũ Soncin. 4. metap. q. 13. q̃ essentia est perfectior forma quã existentia, hoc enim est falsum. Perfectissimæ enim causæ, qualis est Deus, perfectissimus debet esse proprius effectus, quod est esse, vt supra loco citato diximus. Hinc sequitur quòd nullum agens secundũ, causat esse saltim vt causa principalis, nisi tantũ instrumẽtaliter disponendo materiam ad receptionẽ eius. Et non loquor tantùm de esse absolutè sumpto, sed de hoc vel illo esse, quod habet effectus producẽtus à causa. Nam etiam illud est actualitas & perfectio formæ & nobilior qualibet alia forma, ergo. Dicitur autem generare & dare esse, quia producit formam vel compositum, quod est propriũ susceptiuum esse, & determinare pertinet ad causam formalem: determinat autem constituendo essentiam determinatam, quæ necessariò requirit determinatam existentiam, sicut quælibet determinata potentia recipit determinatum actum.

Ad vltimum argumentũ respondetur, q̃ non intelligit formas materiales procedere immediatè à formis separatis, sed mediantibus causis secundis.

Circa illud verbum Aristot. quòd tractare de principio immobili est alterius partis philosophię notandum est breuiter, quòd eandem sententiam tenet. 2. Physic. text. 73. sed est intelligenda cum grano salis. Etenim de primo immobili motore possumus loqui aut quantùm ad quid est eius, aut quantùm ad quia est. Si loquamur primo modo, cum abstrahat omnino à materia, nec sit ens naturale, non pertinet eius cognitio ad considerationẽ philosophicam, quæ tantum coarctatur intra limites rerum materialium. Si autem secundo modo agamus, sic agitur de eo in. 8. lib. Physic. & ad Philosophiam pertinet eius consideratio. Probatur primò; quia non est aliud medium naturale ad ostendendum tale principium esse. Secundò, nam ad physicam pertinet agere de motu, ergo de omnibus eius causis, ergo de primo motore.

Circa illam celebrem propositionem Arist. quã habet tex. 17. Generatio vnius est corruptio alterius & è contra, dubitatur; nam videtur omnino falsa. Quia istæ mutationes differunt specie, & termini cum quibus identificantur sunt realiter distincti, ergo neque realiter, neq; formaliter vna est altera. Secundo, nam videmus sæpè vnam istarum mutationum sine alia. v. g. si à fonte aquam haurias, generatur nouum suppositum, quod antea non erat, & tamen nihil corrumpitur: & è contra, quando ex cibo nutritur homo nihil generatur ex corruptione alimenti. Item in generatione accidentium id videmus. Quando enim generantur lux, scientia, species non oportet aliquid corrumpi, aut quando corrumpuntur nõ oportet aliquid generari, ergo. ¶ Sed contra est doctrina Aristotelis.

Pro huius expositione notandum, quòd aliqui vt Marsil. & Albe. de Sax. verificant illam propositionem ratione subiecti. Dicunt enim quòd generatio & corruptio sumitur pro materia, quæ his mutationibus subiacet. Et quia in hac successiuè aduenit generatio & corruptio, ideo generatio vnius est corruptio alterius. Quia facit sensum q̃ eadem sit materia generationis & corruptionis. Alij vt Augustinus Nyphus dicunt, quòd sicut in relatiuis non inconuenit idem subire diuersas relationes respectu diuersorum, ita etiam non inconuenit idem esse generationem vnius, & corruptionem alterius. Quia generatio & corruptio sunt relatiua, quod putat esse de mente commentatoris 5. Physic. tex. 9. Et istæ duæ rationes possunt eidẽ respectu diuersorum conuenire; sed istorum sententiæ indignæ sunt, vt impugnentur. Etenim generatio nunquam accipitur pro subiecto, aliàs etiã hæ essent veræ, albefactio est nigrefactio, caliditas est frigiditas, augmentatio est diminutio: dicerem enim ego etiam hæc nomina accipi pro suis subiectis. Item, nam cum generatio & corruptio sint species mutationis, non possunt pertinere ad genus, Ad aliquid, neque vnquam Auerroes aliquid huiusmodi insinuauit. Alij verificant istam propositionem in successiuis. v. g. in motu. Nam in istis simul est generari & corrũpi; quo enim amplius est de motu, amplius desinit esse. Et corrumpuntur tunc quando primò generatur in illis, ergo idem erit generari & corrumpi. Sed etiam isti fallunt maximè. Primò quia Aristo. non dicit, q̃ generatio vnius rei est eiusdem corruptio, sed est alterius corruptio; isti verò nõ verificãt istã propositionẽ, nisi in vna eadẽq; re. Secũdò, nã etiã in istis generatio & corruptio differunt specie, nã generatio est ad esse, corruptio ad non esse, ergo vna istarum mutationum non est altera, neque prædicatur de illa. Tertiò, nam secundùm istos generatio & corruptio deberent ad motum terminari contra Arist. 5. Physic. ponentem motum vel mutationem tantùm in tribus vel quatuor generibus Quãtitate, Qualitate, & Vbi atq; Substãtia: at motus ad nullum istorum generum pertinet, ergo motus non generatur neque corrumpitur, sed est id quo aliquid generatur.

His ergo & alijs expositionibus omissis pro veritatis intelligentia notandum est, quòd ista propositio; Generatio vnius est alterius corruptio, potest sumi vel in sensu identico, ita quòd eadem res sit generatio quæ est corruptio, vel in sensu formali, ita quòd eadem sit ratio & definitio generationis & corruptionis, vel vt significet tantum concomitantiam. Et facit istum sensum, quòd vna istarũ mutationum semper alteram consequitur vel præcedit, & se inuicem concomitantur. Notãdum est secũdò quòd de generatione & corruptione possu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus loqui aut in quantum sunt mutationes identificatæ & terminatæ ad suos terminos, aut inquãtum sunt actiones generantis & corrũpentis. Rursus si loquimur de eis vt sunt mutatiões, aut loquimur de generatione & corruptione substantiæ, quæ vocantur tales simpliciter, aut de corruptione & generatione secundum quid, scilicet, accidentiũ. Et istæ aut assignantur inter terminos positiuos vt corruptio albi, & generatio nigri, aut inter positiuum, & priuatiuum vel negatiuum, vt generatio albi & corruptio non albi. Vltimò distinguẽdum est de termino generationis & corruptionis. Nam aut loquimur de termino quo, scilicet, forma, aut de termino quod, scilicet, composito.

His suppositis sit prima conclusio. Si loquamur de generatione & corruptione vt actiones sunt, idest, de actione qua generat aliquid & corrumpit oppositum, tunc identicè generatio vnius est corruptio alterius. Quia eadem est actio, qua ignis generat calorem, & corrumpit frigiditatem, scilicet, calefactio, quæ in quantum terminatur ad calorẽ primò vocatur generatio actiuè, in quantum verò corrũpit frigiditatẽ dicitur corruptio actiuè. Conclusio est Caiet. 1. 2. q. 113 art. 6. ad secundum. & probatur ex D. Thoma ibidem dicente, quòd eodem actu Deus remittit culpam, & largitur gratiã. Vbi licèt duorum terminorum intercedat corruptio & generatio, tamen docet, quòd ex parte agẽtis eadem est actio, qua vtrumq; fit.

Secunda conclusio. Loquẽdo de eis vt sunt mutationes substantiæ, & considerantur veluti passiones, tunc distinguũtur realiter generatio & corruptio, nam generatio identificatur cum suo termino, scilicet forma quæ introducitur, corruptio cũ suo, scilicet, forma quæ desinit esse, ergo. Non verò est eadem realiter, quæ in generatione equi. v. g. desinit esse, & incipit esse, ergo. Secundò, nam docet D. Thom. de Verit. quæst. 28. art. 1. quòd hęc est differentia inter motum, & mutationem quòd est vnus motus, quo abijcitur vna forma & contraria introducitur, non tamen sunt eadem mutatio. Et ponit rationem. Nam motus est de subiecto in subiectum, vt dicitur. 5. Physic. text. 7. per subiectum autem intelligitur hoc affirmatiuè monstratum, vt album & nigrum. Vnde vnus motus alterationis est, quo album abijcitur, & acquiritur nigrum. Sed in mutationibus quæ sunt generatio & corruptio, aliter est, nam generatio est de non subiecto in subiectum, corruptio de subiecto in non subiectum, vt de albo in non album, & ideo in abiectione vnius affirmati, & adeptione alterius oportet duas mutationes intelligi, quarum vna sit generatio & altera corruptio vel simpliciter, vel secundũ quid. Ex his duabus conclusionibus videbatur sequi, quòd cum multiplicetur actio non multiplicata passione vel mutatione, quòd actio & passio non sint eadem omnino res, sed de hoc aliàs. Fortè enim tenebimus cum Caietano, actionem esse in agente. Quo posito hæc nulla inuoluunt difficultatem.

Tertia conclusio. Generatio & corruptio accidentium, quæ fiunt inter terminos positiuos, vt generatio albi, & corruptio nigri non sunt idem realiter. Nam istæ mutationes identificãtur cum suis terminis distinctis realiter, ergo.

Quarta conclusio. Loquendo de istis mutationibus quando fiunt inter terminos positiuum, & negatiuum, tunc identificatur generatio vnius cũ corruptione alterius, vt corruptio non albi, & generatio albi. Probatur ex D. Tho. de Verit. q. 28. artic. 6. & ratione eius. Nam cum istæ mutationes identificentur cum suis terminis, & idem sit esse albi, & non esse albi, sequitur quòd ipsæ inter se identificentur. Idem docet Conradus. 1. 2. quæst. 113. art. 6. ad secundum. Sed hæc conclusio, licèt certa videatur, habet tamen eius ratio magnam difficultatem, quomodo sit verum idem esse non albi, & esse albi. Nam primum nihil dicit in rerum natura, & potest verificari de re non existente, cp non sit non album, de qua tamen non verificabitur quòd habeat esse album, & tamen si essent idẽ vtrunque de eodem verificaretur. Secundò, nam siue termini explicentur contradictorie, siue priuatiuè idem sunt omnino. v. g. calefactio siue terminus à quo explicetur per frigidum siue per non calidum, idem omnino est, ergo si quando explicatur generatio & corruptio per terminos positiuos distinguuntur realiter, etiam sic poterunt distingui, cum explicantur inter terminos contradictorie oppositos. Sed respondetur, quòd ratio D. Thomæ non loquitur de terminis secundum modum significandi quomodo, scilicet, contrariè, an contradictoriè significentur, sed de re ita quòd terminus à quo rei sit contradictorius aut negatiuus termino ad quem. v. g. in generatione specierum sensibilium & aliorum non habentium contrarium, aut propriè priuatum, in generatione autem albi potest etiam eodem modo sumi terminus à quo, v. g. quando de nouo generatur mistum ex elemẽtis, tunc fit album nõ ex contrario termino. Quia elementa non habent colorẽ, sed ex negatiuo, vel contradictorio, scilicet, non albo. Vbiid quod corrumpitur est non album. Et ideo de isto generationis & corruptionis modo loquitur D. Thomas. Notandum secundò, quòd licet absolutè posit de aliquo verificari quòd non sit non album, de quo non verificatur esse album. v. g. de non existenti: cum tamen ista generatio & corruptio secundum quid supponat subiectum existens, & subiectum existens non sit non album formaliter per albedinem, idem omnino erit non esse non album, & esse album in subiecto alterationis. Ex his sequitur, quare

quare hoc non habeat verum in substantijs, quòd sit idem generatio hominis & corruptio non hominis: nam in corruptione non hominis non remanet idem subiectum actu, & potest non homo supponere pro aliquo positiuo. v. g. embtione, terra, aere, &c. & cum corruptio identificetur cũ istis formis quæ sunt distinctæ etiam ipsæ mutationes erunt distinctæ. In creatione verò hominis vbi verè fit productio ex non homine negatiuè, idem omnino sunt productio hòminis & desitio nõ hominis eadem ratione. Et per hæc patet ad hæc argumenta quæ modò fecimus.

Quinta conclusio. Loquendo de istis mutationibus in sensu formali nunquam generatio est corruptio. Probatur, nam Arist. cap. de motu in Post-prædicamentis ponit generationem & corruptionem tanquam duas species motus, ergo differunt formaliter, ergo vna de altera non prædicatur in sensu formali. Secundò, nam habent diuersas definitiones, scilicet, productio entis, aut productio non entis, ergo.

Sexta conclusio. Loquendo de termino qui est vt quod generationis substantiæ, semper est verũ, quod generatio vnius est corruptio alterius per concomitantiam, & è contra. Probatur. Suppona mus autem duas formas substantiales non posse esse in eadem materia, & quòd materia non potest esse sine forma, & quòd id quod corrumpitur non anihilatur, sed aliquid eius manet, scilicet, materia. Tunc sic arguitur. Post corruptionem remanet materia & non cum forma præcedenti, quia corrupta est, nec omnino sine forma, quia requirit aliã: ergo sic iam est generatio post corruptionem. Itẽ, in cuiuslibet generatione præsupponitur materia cum forma, quia hæc non potest esse nuda, & in instanti generationis excluditur illa forma, quia introducitur alia, & duæ non possunt simul esse, ergo generationem præcedit corruptio. Ex hoc sequitur, quòd si tota ratio quare generatio & corruptio se concomitantur est ne detur materia sine forma, vel duæ formæ substantiales in eadem, vel ipsa materia desinat esse, & hoc æquè bene saluatur, siue ex illa materia generetur nouum suppositum, siue noua pars suppositi præexistentis, vt patet in aggeneratione, sequitur inquam, quòd non est necessarium vt ex corruptione integri suppositi generetur aliud: sed satis fuerit quod præexistens aggeneretur per nouæ partis additionem: & & similiter sequitur, quòd non est necessarium vt idem numerus entium semper perseueret, quia ex multis corruptis potest vnum generari vel prodici multa ex vno.

Septima conclusio. Loquendo de termino quidicitur, vt quo generationis, corruptionem vnius semper sequitur alterius generatio, non tamen è cõtra. Probatur prima pars, nam aliàs maneret materia sine forma, vel ipsa desineret esse. Secunda verò patet, quia quando moritur homo, generatur forma cadaueris sine corruptione formæ hominis. Anima enim est immaterialis, propter quod dixit Arist. 12. metaphysi. tex. 17. quòd causa formalis manet dustructo effectu, non omnis, sed mens, id est, anima rationalis. Debemus etiam dicere, quòd cum terminus quo generationis hominis non sit forma, sed illã inesse, ita in generatione formæ cadaueris præcedit aliqualis corruptio formæ, scilicet, quoad inesse, quod producebatur per generationem.

Vltima conclusio. Omnem etiam generationẽ accidentium siue habentium contrarium, siue nõ habentium, siue per se productorum siue per accidens, & consequenter ad productionem substantiæ præcedit corruptio. Probatur, nam saltim habent terminum à quo contradictorie & negatiuè oppositum: at huiusmodi terminorum etiam datur sua corruptio saltim secundum intellectum, vt diximus ex D. Thoma in. 4. conclusione, ergo. Si autem loquamur de corruptione termini realis nõ habet verum in accidentibus non habentibus contrarium immediatum, vt quando generatur lux, species visualis, vel scientia sine præuio errore non oportet aliquid positiuum corrumpi. Secundò, quando accidentia licèt habeant contrarium comproducuntur ad generationem totius, vt cum ex mistione elementorum producitur substantia, ibi comproducitur sapor, odor, color, & tamen contraria non corrumpuntur, non enim erant contraria accidentia in elementis, quoniam erant illorum incapacia. Ex his patet facile ad omnia argumẽta.

Ad secundum verò facile respondetur, quòd attinet ad generationem noui suppositi, quod illa potiùs est totius homogenei diuisio, quàm vera generatio.

CIrca corollariũ quod infertur ex cõclusione prima tertij dubij respondua, & habetur text. 19. nota quòd Aristot. reprobat antiquos ponentes generationem simpliciter esse generationem rei magis sensibilis: & quòd omne ens est sensibile; quia alias sequeretur, quòd esse rerum non poneret perfectionem aliquam in re sed in sentiente: cum esse sensibile sit denominatio extrinseca, & dicit perfectionem sensus. Et secundò, quia aliàs nulla veritas esset in rebus, quia veritas consistit in esse, & esse consistit in sentiri, quod non est in rebus. ¶ Sed contra hanc consequentiã, & ratio nẽ Aristo. est obiectio quoniam videtur, quòd eodem argumento probaret, quòd suppositis etiam veritate esse rerum nullam perfectionem dicat in re, nam omne ens est intelligibile, & esse intelligibile est denominatio extrinseca, quia est in ordine ad potentiam intellectus, ergo. Si dicas, quòd intelligibile fundamentaliter est denominatio intrinseca,

Universidad de Deusto
Biblioteca

seca,licèt intelligibile formaliter sit extrinseca ;idè ergo dicam ego de sensibili, quod radicaliter dicit aliquid intrinsecum licèt formaliter dicat aliquid extrinsecum. Secundò, nam aliud est esse aliquam perfectionem intrinsecam desumptam ab extrinseco, & aliud est esse extrinsecam. Modo verò licet esse sensibile dicat aliquid per ordinem ad sensum,qui est extrinsecus, tamen dicit hoc intrinsecum,quod est potentia ad hoc quòd sentiatur, & sic ex hoc quòd sit extrinseca sensatio non sequitur potentiam ad hoc quòd sentiatur esse extrinsecam,sicut sensitiuum licèt denominet per ordinem ad extrinsecum sensibile ;tamen non est extrinseca denominatio,quia fit à potentia sentiendi actiua,quæ est intrinseca licèt respiciat extrinsecum.Idem ergo erit de sensibili.

Secunda obiectio est circa id quod Aristot. docet text.21.quòd id non ens, in quod aliquid corrumpitur,non est aliquid contrariorum,sicut terra,quia hæc habet formam actu,materia autè non; Est itaque prima ratio dubitandi,nam materia etiã includit actum sibi intrinsecum,aliàs non cõstaret ex genere & differentia,ergo ex defectu huius nõ potest dici non ens.Item nam Arist.1.Physi.text. 43.probat, conditiones primorum contrariorum conuenire primis principijs,& sic quòd prima contraria sunt prima principia,& loquitur de propriè contrarijs.Ex hoc sic arguitur.Prima cõtraria quæ sunt prima principia non sunt accidentia, sed substantiæ,ergo materia quę est vnum de primis principijs habet contrarium.

Tertia obiectio circa id, quod eodem textu dicit,quod si elementa non essent adinuicem generabilia,haberent diuersam materiam. Quæritur nam quę quam vim habeat illa conditionalis.Nam omnes cœli communicant in eadem materia, & tamè non sunt ad inuicem generabiles & corruptibiles. Antecedens probatur. Nam ita tenent doctores graues.Capreolus in.2.dist.12.quæst.1.ad argumenta contra primam conclusionem, & Soncin. 12.Metaph. quæst.10. Et probatur eius ratione. Species materiæ non sumitur à forma qua actuatur (aliàs materia hominis & materia equi essent diuersarum rationum) sed à modo quo actuatur à forma,sed materia omnium cœlorum eodem modo actuatur,nam per eorũ formas completur eius capacitas sine aliqua priuatione,ergo.

Quarta obiectio circa illud, quod omnium ad inuicem transmutabilium est eadem materia, est autem ratio dubitandi id quod cap. 1.proposuimus,nec eius argumenta soluimus, vtrum intelligatur de eadem numero,an de eadẽ specie.Quodlibet enim istorum dicas habent difficultatem argumenta ibi proposita.

Ad has obiectiones textuales figillatim respondendum est. Pro solutione primæ est notandum, quòd isti dicebant rerum entitatem consistere in earum sensibilitate,& in hoc quòd possent sentiri, sensibilitas verò dicit veluti potentiam passiuam, cuius vltima perfectio consistit in actuali sensatione,quæ est perfectio sentientis: & non sensibilis, infert ergo Aristot.quòd tunc perfectio rerum cõsisteret in aliquo extrinseco, quia consistit in actu illius potentiæ, quæ est quid extrinsecum. Nihil verò horum sequitur ex hoc quòd nos ponamus, omne ens esse intelligibile, quia nõ ponimus sicut ipsi entitatem rerum consistere in formali intelligibilitate, & ex hoc etiam bene infertur secunda consequentia,quòd veritas non sit in rebus,nam si rerum essentia consistit in sensibilitate, cum actus sensationis nihil ponat in illis, neque potentia ad illum actum ordinata aliquid ponet, quia erit ens rationis,cum actus & potentia sint in eodem genere,& actus sit ens rationis, & ex alia parte cum veritas consistat in esse reali, si hos non ponimus in rebus,sed tantum in sensu,si ponimus sensationem realem,bene infertur in rebus nullam realem veritatem esse.Secundo dico & magis ad mentem Aristo.notando ex eodem Arist.4. Metaphysi. text. 21.quòd isti qui putabant omne ens esse sensibile; & non distingui sensum ab intellectu, similiter dicebant quod veritas rerum dependet ex hoc quia sensui apparet.Cum ergo veritas rei,& eius entitas idem sit re,& differat ratione,& veritas eius consistat in apparentia sensuum, ita quod est perfectio eorum & in eis consistit, bene sequitur, quod etiã entitas rerum sit perfectio extrinseca & existens in sentiente,& similiter veritas earum quæ fundatur in earum entitate.

Secunda obiectio petit singularis dubij decisionem. Vtrum materia includat aliquem actum.Primò enim videtur suaderi pars affirmatiua argumento facto.

Secundò nam ex natura sua materia distinguitur à forma,ergo habet actum ex se.Nam actus est qui distinguit,vt habetur.7.Metaph.tex.49.

Tertiò,materia ante omnem formam aduenientem ab extrinseco existit, ergo ex se habet actum. Cõsequentia patet.Nam esse actu est effectus formæ,& nõ eius quæ adueniat illi exterius,ergo quę competat illi ex natura sua.Antecedẽs verò & hæc minor probantur simul. Quia materia causat formã aduenientẽ extrinsecus in aliquo priore,ergo tunc est.Nihil enim potest realiter causare nisi sit.

Quartò,nam si essentia materiæ esset esse purã potentiam passiuam, non posset cognosci non cognita potentia actiua,siquidem ab illa essentialiter dependet,& dicit ordinem ad illam:consequens tamen est falsum, aliàs substantia non posset cognosci nisi per additum,& per aliquid alterius generis, scilicet, potentiam actiuam,quæ collocatur in genere qualitatis.

Quintò,

Quintò,materia est subiectum generationis,ergo includit actum.Antecedens habetur.5.Physic. text.8. vbi assignantur diuersa subiecta motui & generationi. Et consequentia probatur. Nam generatio est accidens & non potest esse sine subiecto in actu.

Sexto,sequitur quòd materia esset corruptibilis, nam si ex se non habet actum, ergo corrupto quocunque ab extrinseco illi adueniente amittit esse,quod antea habebat,& sic corrumpetur.Nam corruptio terminatur ad non esse.

Vltimò,D.Thom.3.contra gent.capite.20.ex Dionysio probat materiam esse bonam, quia appetit formam quæ est bona, & nihil appetit bonũ nisi sit bonum,sed bonum dicit ens actu,ergo si ex se est bona,ex se includit actum. Confirmatur.Nã D.Thom.de Verit.quæst.22.art.1.ad tertium dicit,quòd omne quod appetit aliud,habet aliquam similitudinem cum illo, sed materia appetit formam,ergo habet similitudinem cũ illa; nam similitudo est vnitas in forma. Alia argumenta facit Scotus, quæ refert Capreolus in.2.distin.13.q.1. circa quintum argumentum.

In hac quæstione Simplicius.3.Physic.tex.58. negat esse materiæ consistere in sua potentia,& sic quòd immerito vocatur non ens quasi nullum includat actum. Idem tenet Themistius text.77.in sua Digressione de materia, vbi ait, quod nulla potestas includitur in ratione materiæ, sed ipsa primum intelligitur secundùm se in actu, & secundò in ordine ad alia, & sic habet rationem potentiæ. Idem videtur tenere commentator de substantia orbis,vbi ait quòd posse quo sustentatur hoc subiectum differt à natura substantiali eius. Sed contra est D. Thom.1.Physic.tex.79.&.1.par.q.66. art.1.& de Potentia.q.4.& quodlib.3.vbi tenet,q essentia materiæ est, esse purum potentiam ad esse substantiale,& sic secundùm se non est ens. Et probatur ratione. Nam in rebus datur aliquid, quod sit actus purus, ergo debet dari aliquid, quod sit pura potentia. Nam si in natura datur vnum extremorum,debet dari & alterum; hæc enim ratione vtitur Arist.12.Metaph.tex.37. Datur in natura vnum mouens non motum, ergo debet dari vnum motum non mouens.

Pro decisione veritatis sit prima conclusio.Materia est vera substantia incompleta. Probatur ex 2.de Anima tex.2.&.7.Metaphysi.tex.7.& lib.8. text.4.

Secundò,materia est prior substantia completa,ergo non est accidens. Antecedens patet, quia est principiũ eius;& consequentia probatur, quia accidens est posterius substantia.

Tertiò. Est ens reale,siquidẽ subiectũ est transmutationis realis,scilicet, generationis, & non est accidens in alio subiecto, siquidem est primum subiectum,ergo est substantia.

Quartò. Nulla substantia componitur ex non substantijs, vt habetur.1.Physic.tex.52.sed substantiæ componuntur ex materia, vt habetur. 8. Physico.tex.3.ergo.Argumentum verò,quod poterat fieri contra hanc conclusionẽ: videlicet quia materia nullius speciei essentialiter est, iam supra solutum est.¶Secunda cõclusio. Materia nullum includit actum physicum. Pro quo nota,q actus physicus est forma distincta à materia quæ est altera pars compositi, at verò actus metaphysicus, qui vocatur differentia & determinatio,non sic se habet, sed significat naturam eandem sub quadã specialiori ratione. Si ergo loquamur de actu metaphysico,cum materia possit concipi sub communi ratione subiecti, & sub particulariori quatenus pura potentia ordinata ad actum,scilicet,formam, ille ordo habebit se vt differentia, & vt actualis respectu illius.Et per hoc patet ad primum & secundum. Iste enim actus est qui requiritur ad definitionem & distinctionem. Si autem loquamur de actu physico,qui est forma distincta probatur cõclusio.Quia si haberet aliquam naturalem,nullam aliam posset recipere;non enim potest duas simul habere. Secundo,sequeretur quod generatio esset alterationem est acquisitio formæ aduenientis enti in actu. Tertiò, quia aliàs nõ esset primum subiectum receptiuum cuiuslibet formę;sicut si intellectus haberet aliquam formam naturalem,nõ esset cæterarum omnium receptiuus. Quartò, quia in rebus datur aliquid quod est purus actus nihil habens de materia vt substantiæ separatæ, aliquid quod componitur ex materia & forma actu & potentia vt substantiæ corporales, ergo dabitur tertius gradus entis,qui nihil includat in actu.Sed nota,quòd materiam ex se nullum actum includere, non intelligitur positiuè, ita quòd eius naturæ repugnet habere actum,aliàs nunquam illum haberet.Sed intelligitur negatiuè,idest,est talis naturæ, cui ex se,si solitariè sumatur,nullus actus debetur. Pro maiori autem huius intelligentia nota,q Scotus conatur persuadere, quòd licèt materia non includat actum formalem, includit tamè actum entitatiuum.Pro quo distinguit duplicem potentiam, scilicet, subiectiuam quæ potest aliquam formam in se recipere, & obiectiuam quæ non dicitur potentia,quia aliquid in se recipiat: sed res quæ prius nõ erat, poterat tamen esse, vocatur potentia obiectiua,vt Antichristus modò. Illi potentiæ correspondet actus informatiuus, qui,scilicet, recipitur in ipsa potentia,vt calor respectu subiecti,huic verò respondet actus entitatiuus,scilicet, ipsamet res quando actu existit. De harum distinctione vide Soncin.7.metaphy.quæst.17.&.9.metaphy.q.2. Dicit ergo Scotus.7.metaphysi. quòd licet materia nullum actum informatiuum includat, dicit tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

men actum entitatiuum, scilicet, ipsam materiam, quæ antea erat possibilis produci, & modò est producta, & est actu. Et quidem quàtum ad rem nulla est differentia. Concedit enim ipse materiam de se nullam formam aliam à se distinctam includere, sed quod est in potentia ad cæteras formas, sed quantum ad distinctionem potentiæ obiectiuæ fallus est. Etenim potentia obiectiua potest dupliciter intelligi. Vno modo solum per extrinsecam denominationem, scilicet, quòd sit logica potētia: quia res potest ab alio produci. Altero modo q sit aliqua res distincta à potētia actiua, & passiua. Si primo modo intelligatur, datur quod quid est talis potētiæ ita vt à potētia actiua extrinseca res denominetur possibilis, sicut dicitur intelligibilis à potē tia actiua extrinseca intellectus, propter quod nihil amplius requiritur. Nā posita potentia cū nō repugnātia terminorū, illa res erit possibilis produci sine aliquo alio, ergo potētia obiectiua distincta superflua est. Si autem intelligatur secundo modo, sicut intelligit eam Henric. quodlib. 1. quæst. 9. & quodlib. 3. quæst. 9. ad primum, & alij, falsa omnino est. Nam aliàs non daretur creatio: quoniam mundus antequàm crearetur erat in potentia obiectiua, & illa potentia erat aliqua res, & non tantum non repugnantia terminorum vt ipsi dicunt, ergo non fuit productus ex nihilo, sed ex illa re, & sic neque creatus. Secundò. Vel illa potentia obiectiua, quæ ponitur res realis distincta, fuit creata, vel non: non potest dici quòd non, quia omnia per ipsum facta sunt, Ioan. 1. & quia cætera à Deo sunt entia per participationem, & sic dependēt à Deo. Si sic: tunc arguitur. Priusquàm res illa produceretur erat producibilis, ergo dabatur ante illam alia res, quæ esset potentia obiectiua. Et idem argumētum fiet de illa altera re, & sic sequitur processus in infinitum. Tertiò. Illa res quæ dicitur potentia obiectiua potest anihilari vt patet; (Deus enim omnia libere conseruat) ponatur ergo in esse. Tunc illa creatura est possibilis produci, nam ante producta fuit, & modo non habet Deus minorem potentiam, ergo includit aliquam entitatem: & tamen est anihilata, ergo anihilatio nihil ibi destruxit. Alia argumenta vide apud M. Soto supra.

Vltima conclusio. Ratione negationis omnis actus physici materia potest dici non ens, quo nomine eam vocat Aristo. hic. Pro cuius probatione supponendum est quòd esse in rebus materialibus est effectus formæ physicæ respectu materiæ, ad quam à forma deriuatur ipsum esse.

Hoc supposito patet conclusio nostra. Nā materia secundum se non habet formam, ergo secundū se non habet esse, ergo secundùm se nōn est ens, ergo est non ens secundum se.

Ad argumenta verò quę pro parte cōtraria obiecti respondetur. Ad primū & secundum dictū est.

¶ Ad tertiū respōdetur satis esse ad causandum, q existat pro quolibet instanti tēporis quo causat, licet nō existat pro quolibet instanti prioritatis naturæ. Sicut non valet, in illo priore causat, ergo iam simpliciter est in illo priori: quia causare materialiter non includit formaliter esse simpliciter, hoc enim est propriū causæ efficientis & formalis, non autē finalis vel materialis. Causa enim finalis finalizat, quando nondū est, materialis autē etiā si dū causat est, tamen nō intelligitur esse actu simpliciter ex eo q causat. ¶ Ad quartū negatur sequela.

Ad probationē respondetur, q potētia passiua respectu actus accidentalis, qui est passio, nequit cognosci sine potentia actiua: bene tamen potentia passiua respectu actus substantialis qualis est materia. Differentia est; nam cùm potentia sufficienter cognoscatur per actum, & in potentia respectu actus substantialis, scilicet formæ, non dicat aliquē ordinem ad potentiam agentē, cognita forma sine alicuius alia cognitione sufficiens notitia habetur de potentia, at in potentia, quæ est respectu passionis accidētalis, cū nō possit cognosci sine suo actu, scilicet, passione, & passio necessario claudat in suo conceptu agens, quia claudit actionē, & hæc includat agēs, inde est, q nequit sine illa cognosci. ¶ Ad quintum potest dici, q differentia inter motum & generationem attenditur penes terminos. Itaq; terminus motus vt albedo requirit subiectum actu, terminus mutationis ens in potentia. Sed contra. Nam idem videtur esse subiectum mutationis huius, quæ est generatio, quod per illam mutatur (implicat enim mutari nisi habeat in se causam formalem huius denominationis, scilicet, mutationem) at materia est quæ mutatur, vt ibi dicitur, ergo illa est subiectum talis mutationis. Respondetur quòd pari ratione huc possent accersiri omnia argumenta quæ probant accidentia in esse materię, vt ostēderetur materiam esse ens actu: & ideo ad hoc argumentum cum cæteris dicetur inferius. ¶ Ad sextum dominus Caiet. in. 3. par. q. 17. ad quintū Scoti respondet, q corruptio nō attēditur penes perditionē vnius existentiæ, vt si separes guttam aquæ à mari, habet aliud esse. Quia antea existebat per existentiam totius, modo non: & tamen non est corrupta. Similiter si Christi humanitas dimitteretur, haberet aliud esse, & nō esset corrupta. Requiritur ergo q essentia eius non maneat. Et quia in materia manet eius essentia qualibet existentia recedente, ideo non corrumpitur. ¶ Ad septimum respondetur, quòd Diuus Thomas ibi non tantùm vocat materiam bonam in potentia, sed etiā in actu. Pro quo nota, quòd hæc est differentia inter ens, & bonum, quòd ens non dicitur absolutè nisi de ijs, in quibus suum formale reperitur: at bonum dicitur de ijs, quę dicunt ordinem ad bonum, vt patet in rebus vtilibus. Et propterea D. Tho-

D. Thomas de Verit. quæst. 21. art. 2, ait, quòd bonum primò dicitur de fine, secūdariò de vtili quod ducit ad illum. Hoc ergo secundo modo dicitur materia bona in actu secundum se, non quia in se habeat bonitatem & existentiam; sed quia ordinatur ad formam vnde prouenit existentia. ¶ Ad cō firmationem supponendum est ex Commen. tex. 52. & D. Thom. ibi, & tex. 43. Aristot. hic non demonstratiuè, sed disputatiue & probabiliter procedere. Vnde & antiquorum opiniones citat ad probandum principia esse contraria. Et quia illi ponebant principia rerum esse accidentia primò contraria, scilicet, magnum & paruum &c. de quo tex. 32. vel par & impar, de quo text. 48. vel alij ponebant raritatem & densitatem, de quo itidem text. 32. ideo Arist. ex eorū positione procedit ad probandum principia esse contraria. Et ideo text. 41. recitat omnium opiniones ponentium accidentia contraria esse principia. At mihi aliter videtur dicendum, scilicet, quòd Aristo. nunquam dixit prima contraria accidentalia habere has cōditiones, sed cùm vellet probare principia esse contraria assumpsit; Prima contraria habent conditiones principiorum, ergo sunt principia, ergo per conuersionem prima principia sunt contraria. At verò per prima contraria non intelligit primas qualitates, sed illa opposita priuatiue, habitum, scilicet, & priuationem de quibus dixit Aristo. 10. Metaphysi. tex. 15. quod prima contrarietas est habitus & priuatio. Itaq; ratio sit. Ista prima contraria priuatiue habēt cōditiones principiorū, ergo. Et sic ruūt obiectiones: nunquā enim loquitur nisi de primis cōtrarijs in genere substantiæ, scilicet, habitu & priuatione, & istis conuenit esse prima principia, & q omnia fiant ex illis &c. Et hæc pro solutione secūdi argumenti principalis.

Iam ad tertiam obiectionem respōdetur, quòd illa conditionalis est vera & necessaria. Pro cuius declaratione notandum est, quòd materia secundum se nihil aliud est, nisi substantialis potentia ad formam. Hoc autem non contingit vno modo. Nam potest esse potentia ad formam secundùm genus, & ad formam talem specificam. Nam indiuidua relinquuntur ab arte. Est autem differentia inter hos duos modos. Prima, quòd potentia ad formam secundùm genus est in potentia ad plures species formæ, potentia verò ad formam specificam non est in potentia ad plures, nisi per accidens, quia illa species est numeraliter multiplicabilis. Secunda differentia quæ nascitur ex hac, quòd potentia primo modo habet priuationem annexam, non verò potentia secundo modo. Et ratio est. Nam potentia ad plura si actu habeat vnum, adhuc potest recipere aliud, ac per hoc priuatur illo. Potētia enim ad aliquid cum negatione illius constituit priuationem. Materia verò in potentia ad solam vnam formam cum habendo illam nullo sibi possibili careat, nullam habet priuationem. Ratio est. Quia nulla res appetit malum, nisi appetat aliquod bonum, cui illud est annexum, sicut ignis appetendo sui perpetuitatem, appetit ex consequenti corruptionem aquæ. Ex hoc sequitur, q si materia non est in potentia ad aliquam aliam formam præter eam quam habet, non habet nec potest habere aliquam priuationem eius formæ quam habet; aliàs appeteret non esse. Materia autem horum inferiorum est primò in potentia ad formam generabilium secundum genus, sub qua quia multæ species cōtinentur, oportet ipsam sub vna esse in potentia ad aliam, & consequenter illa priuatam, & sic omnia esse ad inuicē generabilia. Ex his patet euidentia illius conditionalis. Nam si ad hoc quòd sint elementa inuicem generabilia requiritur, quòd materia quādo est sub forma vnius habens priuationem formæ alterius, eadem materia poterit recipere illam formam qua est priuata, & sic communicabunt in materia. Et à contrario, si nō sunt ad inuicem generabilia, materia vnius non est in potentia ad formam alterius, neque illa priuata, aliàs illam posset recipere, & sic iam ad inuicem generarentur. Et per consequens si non est in potentia ad illam, non est eadem materia quæ sub forma alterius. Nam materia quam debet habere est in potentia ad suam formam. Ad illud verò de materijs cœlorum respondetur, quòd materia cuiuslibet cœli, vel stellæ differt specie à materia alterius cœli, vel stellæ. Ita Caietanus. 1. par. q. 66. art. 2. Et probatur. Nam si materia lunæ esset eiusdem speciei cum materia Solis, ergo est potentia receptiua & passiua respectu formæ Solis, ergo illi potentiæ deberet respondere alia actiua potentia, quæ reducat ad actum talem potentiam, & sic produceretur nouus Sol, & per consequens esset generabilis, & corruptibilis. Prima consequentia probatur. Nam quicquid essentiale conuenit indiuiduo vnius speciei, cōuenit essentialiter alteri, sed materiæ solis competit per se respicere formam solis, ergo etiam materiæ lunæ. Secunda verò consequentia probatur. Nam cuilibet potentiæ passiuæ correspondet sua actiua. Secundo, ergo luna. v. g. est corruptibilis. Nam propterea corrumpitur homo, quia materia eius habet priuationem alterius formæ, quam potest habere & non habet, sed materia lunæ si est eiusdem speciei cum materia solis potest recipere formam eius, & non habet, ergo. Tertiò, quia D. Thomas. 2. cont. gent. capit. 93. ex Arist. docet, quodlibet corporum cœlestium constare ex tota materia suæ speciei, ergo non remanet pars illius materiæ in alio corpore. Neque huic obstat, quòd Arist. 2. Cœli. tex. 48. & 49. docet ex vnitate motus circularis, qui competit omnibus corporibus cœlestibus omnia esse eiusdem natu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ræ,& per consequens habere materiam eiusdem rationis. Nam loquitur de natura generica, non de specifica. Quodlibet enim est diuersæ speciei, vt probat D. Thom. 2. Cœli. tex. 59. & 2. cont. gent. cap. 93. & de Spiritualibus creaturis. art. 8. corp. & ad duodecimum. & Comment. 3. de Anima. text. 5. aliàs haberent eosdem effectus, & non mendicarent lucem à Sole, neque haberẽt motus diuersos, scilicet, ab oriente in occidens, vel è contra, & motum trepidationis, &c. ¶ Ad argumentum verò in contrarium positum à principio respondetur, ꝙ distinctio materiæ sumitur ex actu, quem primò respicit: & quia materia horum inferiorum primò respicit genus formarum generabilium, inde sumit suam speciem. Materia verò cœli non est ad actum vnum secundùm genus, sed secundùm speciem athomam, ita quòd nõ est putandum, quòd materia cœli respiciat formam cœlestem vt actum adæquatum. Quia sic sequeretur potẽtia ad plura, & priuatio & corruptibilitas ab intrinseco, sed ꝙ materia solis est in potentia tantùm ad formam solis, &c. Itaque tot sunt species materiæ respicientes diuersas formas tanquam actus adæquatos, quot species corporum cœlestium. Et hoc dico, quòd materia cœli non significat vnam materiam, sed vnum commune omnibus materijs corporum cœlestium. ¶ Ad quartam obiectionem respondetur, quòd illud verbum, Ex se inuicem, habet explicitè relatiuum reciprocum. Et etiam si non addas, Ex se, sed dicas tantùm, Inuicem generabilia, ibi includitur tale relatiuum. Vnde cum huiusmodi reciprocum relatiuum dependeat in resolutione à suo antecedenti; videndum est quod sit antecedens, an habeat vnitatem specificam an verò numericam. Et quidem si loquamur de generabilibus ex se inuicem transmutabilibus secundũ speciẽ, sic requiritur eadem materia secundùm speciẽ: nam cum illa transmutatio etiam sit vna secundũ speciem, non oportet habere vnum numero subiectum. Si verò loquamur de transmutabilibus ex se inuicem secundum numerum, vt putà hic ignis cõuertitur in istum aerem, cùm talis transmutatio sit vna numero, etiam habebit vnam materiam numero modo supra dicto. Et hæc de isto capite.

CAPVT IIII.

DE generatione autem & alteratione dicamus quid differunt. Dicimus enim has transmutationes esse inter se diuersas ab inuicem. Quoniam igitur est aliud subiectum, & aliud passio quæ de subiecto innata est dici, & est transmutatio vtriusque horũ, Alteratio quidem est, quãdo manente subiecto sensibili existente trãsmutatur in eius passionibus, aut cõtrarijs entibus, aut medijs. Puta corpus sanũ est, & rursus laborat manens idem; & metallum quandoq; rotundum, quandoq; angulare idem existens.

Quando autem totum transmutatur non manente aliquo sensibili, vt subiecto eodem, sed quasi ex semine toto sanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere omni aqua, Generatio iam hoc tale huius autem corruptio.

Maximè autem generabitur, si transmutabitur ex insensibili in sensibile, aut tactu, aut omnibus sensibus, puta quando aqua generatur ex aere, aut corrumpitur in aerem. Aer enim mediocriter insensibilis est.

In his autem si aliqua passio manet eadẽ contrarietatis in generato & corrupto, putà quando ex aere aqua, si ambo diaphana, aut frigida, non oportet huiusmodi passionem, sed alteram esse in quam transmutatur. Si autem non, erit alteratio. V. g. musicus homo corruptus est, homo autem immusicus generatus est: homo autem manet in idem. Si igitur huius non passio esset, sed secundũ se, musica & immusica, huius quidem generatio esset, huius autem corruptio. Ideo hominis quidẽ hæc est passio, hominis autẽ musici, & hominis immusici generatio quædã, & corruptio. Nunc autem passio hæc manentis, ideoque alteratio est secundum talia.

Quando quidem igitur secundum quantum est transmutatio contrarietatis, augmentum & diminutio. Quando autem secundũ locum, latio, quando autẽ secundũ passiones & quale, alteratio est. Quando autem nihil manet, cuius alterũ passio, & accidens vniuersaliter, hoc quidem generatio est, huius autem corruptio.

Est autem & materia maximè subiectũ quidem proprium generationis & corruptionis susceptibile, modo autẽ aliquo & in alijs transmutationibus, quoniam omnia subiecta susceptiua sunt cõtrarietatum aliquarum. De generatione quidem igitur, siue est, siue nõ est, quomodo est, & de alteratione determinatum sit hoc modo.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio. Videndum est quomodo differant generatio, & alteratio. Probat hanc conclusionem Arist. quia supra dictum est, ꝙ generatio & alteratio sunt diuersæ transmutationes adinuicem, ergo oportet inquirere in quo hæc diuersitas consistat. Quam quæstionem vt Arist. explicet supponit duplex fundamentum. Quorum primum est, quòd aliud est subiectum siue substantia, aliud accidens siue passio quæ nata est dici de subiecto, vt aliud est homo, aliud nigredo, aliud corpus, aliud color, aliud animal, aliud sanitas. Secundum fundamentum est, quòd contingit secundùm vtrumque eorum esse transmutationem: nam quandoque fit transmutatio in ipsa substantia, quandoque autẽ in accidentibus. Exemplum primi, quando est mutatio ipsius totius & subiecti, vt cum aer in aquam, & cibus in sanguinem conuertitur. Exemplum secundi, vt cum homo ex albo fit niger manente tamen ipso homine. ¶ Secunda conclusio. Alteratio est, quãdo manet idem subiectum sensibile nulla transmutatione facta in substantia, sed tantùm in accidentibus eius siue extremis siue medijs. Ponit duo exempla, scilicet, cum corpus animalis idem manens prius est sanum, & postea infirmatur: secundum est, quãdo æs siue metallum idem manens quandoque est rotundum, & quandoque angulare. ¶ Tertia cõclusio. Generatio est quando est transmutatio secundùm totam rei substantiam, in quantùm, scilicet, materia accipit formam substantialem, ita tamen quòd nõ maneat aliquod sensibile vel ens in actu quasi idem subiectum numero; vt cum totum semen conuertitur in sanguinem, aut tota aqua in aerem.

Quarta conclusio. Maximè fit generatio quando generatur magis sensibile secundùm tactum aut alium sensum ex minus sensibili, vt cum aqua generatur ex aere; & maximè corruptio, quando magis sensibile corrumpitur in minus sensibile, vt cum aqua corrumpitur in aërem. ¶ Quinta conclusio. In corporibus quæ adinuicem transmutantur quandoque manet eadem passio & qualitas, eadem generatio & corruptio. Hanc probat Arist. exemplo. Sicut quãdo ex aëre fit aqua, quæ habent qualitates symbolas, quia ambo, scilicet, sunt diaphana, id est, transparentia siue frigida, nõ oportet, quòd si aër ex quo aqua generatur est diaphanus, quòd aqua genita non sit diaphana. Experientia enim patet aquam esse transparẽtem. ¶ Sexta conclusio. Non oportet quòd omne id circa quod fit transmutatio alio adueniente, sit passio illius manentis. Hanc probat exemplo, & ratione. Exemplum est positum in præcedẽti conclusione. Non enim oportet, quòd huius permanentis, scilicet, diaphani vel frigidi alterũ in quod fit transmutatio, scilicet aër, vel aqua sit passio. Ratio est. Quia si hoc non esset verum, sequeretur quòd quando ex aëre fit aqua, esset alteratio. Patet cõsequentia, quia semper videmus, quòd quando id quod transmutatur est passio permanentis, est alteratio: tunc autem generatio est, quando id quod transmutatur non est passio permanentis. V. g. si ex immusico fiat musicus non est generatio, sed alteratio, quia manente eodem subiecto, scilicet, homine variatur secundum passionem, quia ex immusico fit musicus.

Septima conclusio. Licèt omnes motus poscãt subiectum actu ex natura, differentia est inter alterationem, & alios motus ex parte terminorum. Nam quando est transmutatio de cõtrario in contrarium secundum quantitatem, putà de magno in paruum aut è contra, est augmentum & diminutio, quando secundum contrarietatem loci, scilicet deorsum, & sursum est latio, id est, motus localis, quando secundum contrarietatem in passionibus & qualitatibus alteratio, quando verò nihil manet actu existẽs, est generatio & corruptio.

Octaua conclusio. Materia est maxime proprium subiectum generationis & corruptionis: aliquo autem modo est etiam subiectum aliorum motuum.

POstquam Arist. in præcedentibus capitibus definiuit dari generationem simpliciter, & secundum quid, & quid vtraque sit, quod etiam vnius generatio sit alterius corruptio, & quæ sunt potiora in illis: in præsenti capite quarto quod incipit tex. 23. quia dixerat supra tex. 10. esse diuersas transmutationes alterationem & generationem, intendit explicare differentiam quæ inter has mutationes cõsistit. Quod exequitur per conclusiones à nobis positas. Circa quas secundùm earum ordinem multæ & grauissimæ & perneccssariæ difficultates enodandæ sunt, in quibus etiam multa quæ ad literæ expositionem pertinent adducentur. Et quidem circa primam & secundam conclusionem in quibus Arist. definitionem alterationis ponit, & differentiam eius à generatione assignat, agendum nobis est de alterationis natura & essentia. Et quia alteratio est quoddam genus & totum potestatiuum continens sub se intensionem & remissionem, & cognitio totius dependet ex partium cognitione, vt dicitur 1. Physic. tex. 10. ad perfectè cognoscendam eius naturam, explicanda erit etiam natura intensionis & remissionis.

Ante tamen quàm ad quæstiones definiendas accedamus, non erit abs re assignare rationem & causam, qua motus Aristot. prius de alteratione quàm de augmẽtatione & eius speciebus disputationẽ instituerit. Cuius prima ratio est. Quia qualitas, ad quam est alteratio, nobilius accidens est quàm quãtitas ad quã est augmẽtatio, vtpotè quæ in intelligentijs etiã proprijssimè reperitur. Quod si quis cõtra hoc arguat, quia eadẽ ratione Arist. prius agere debuerat in prædicamẽtis de qualitate quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

te quàm de quantitate, quod tamen falsum est, ergo. Respondetur, quòd est dispar ratio, quia Arist. in prædicamentis non tam considerauit ordinem dignitatis, quàm ordinē substandi, vt patet ex cap. de Substantia, vbi per hoc quod est accidentibus subsstare definiuit substantiam. At quantitas cū sit tale accidens, vt nullum aliud corporale saltim nisi mediante ipso inesse substantiæ possit, oportuit eius naturam priùs explicare quā qualitatis, licet hæc illam dignitate antecellat. At verò Aristot. in præsentiarum non intentiones rerum vt Logicus, sed vt grauissimus Philosophus naturas earū inuestigat atque inquirit. Quapropter necessum fuit priùs de alteratione quā de augmentatione verba facere. Secunda est, quia alteratio maiorem habet cum generatione affinitatem & conuenientiam quā reliqui motus. Et quia Arist. in præcedentibus naturam generationis explicauit, facilius auditores in cognitionem alterationis, vt potē similitudinem maximā cum generatione habentis peruenire poterant, optimo ordine disposuit, vt priùs de alteratione quā de reliquis motibus tractaret. Quod verò alteratio habeat maiorem conuenientiam cū generatione videtur satis apertum & clarū. Etenim quemadmodum alteratio est ad qualitatē potest etiam quodammodo dici generationis terminum qualitatem esse. Etenim qualitas, vt in confesso est apud omnes, dupliciter accipitur, scilicet, cōmuniter & proprie. Qualitas cōmuniter sumpta est indifferēter omnis forma actuans aut perficiens aliquod subiectū. Quo loquēdi modo vtitur Porphyrius in. 4. Prædicabili de differētia, vbi ait, q differētia prædicatur in quale, & Arist. in prædicamento Substātię ait, quòd Substantia prędicatur in quale quid, & sic cōcedi potest substātiam esse qualitatē, iuxta determinationē Arist. in. 5. metaph. Qualitas autē propriè sumpta est forma prædicamēti Qualitatis secundū definitionē datam ibi à Philosopho. Qualitas est secundum quā quales esse dicimur. Et hęc est ratio, quare alteratio maiorem cōuenientiā habet cum generatione quàm reliqui motus. Vltima ratio est; quia veteres Philosophi, vt refert Arist. suprà text. 1. existimauerunt alterationem & generationem esse idem. Quare vt debitum docendi cursum teneret priùs oportuit hunc errorē destruere, quàm reliquorum motuum naturam inuestigare. ¶ Quibus positis circa primā & secundam conclusionem huius capitis, & circa intentionem Arist. in hoc capite est.

QVÆSTIO I.

¶ Vtrùm alteratio differat à generatione, & in quo hæc differentia consistat.

ET videtur q̄ non. Primò. Omnis motus quo aliquid manēs aliter se habet quā priùs se habuerit, est alteratio, vt patet per definitionē alterationis, & ex Arist. 5. tel. hic, at generatio est huiusmodi, ergo. Probatur minor. Nā per generationē materia eadē manēs, quæ est generationis subiectum aliter se habet quā priùs se habebat. ¶ Secūdò, Arist. disputās in principio huius lib. c. 1. tex. 1. cōcludit cōtra Philosophos antiquos dicētes solū esse vnū principiū materiale, q̄si hoc esset verū, generatio nō differret ab alteratione: sed ipse Arist. tātū ponit vnicū principiū materiale generationis, scilicet materiam primā, vt patet. 1. Physi. c. 5. tex. 66. lect. 13. apud D. Tho. ergo iā secūdū Arist. sentētiā generatio non differt ab alteratione, alioquin eius argumentatio nihil cōtra Philosophos antiquos cōcludit. ¶ Tertio arguitur. Albedinis & nigredinis est generatio, earūdē est etiā alteratio, ergo. Maior probatur, nā albedo & nigredo generari possunt, ergo saltim generatio secūdū quid & alteratio nō differūt, sed habēt se sicut inferius & superius, ergo. ¶ Quartò arguitur argumento Philopponi in principio huius lib. text. 1. Nā Arist. vt patet in hoc cap. ponit vnū subiectū, scilicet materiā primā, quę eadē manet in mutatione, ergo alteratio est generatio. Patet cōsequētia, quia tuc est generatio quādo manēte eodē subiecto fit transmutatio circa aliquid. Vide si vis alia multa argumenta pro hac parte apud Marsil. lib. 1. de Gene. & Corrup. q. 3. & apud Alber. de Saxo. q. 2. In oppositū est Arist. in hoc. 4. cap. ¶ Pro explicatione huius aduertēdū est primò, q̄ generatio sumitur dupliciter. Primo modo pro ipsa mera introductione instantanea formæ substantialis in materia dispositā. Secūdo sumitur pro alteratione præcedente introductionē formæ, sicut eam sumit Philosophus in. 6. Physicorum. vbi inquit, Omne quod generatur, prius generabatur. Necesse est enim priùs naturam disponi ad formam susciendam per alterationem præuiam. Sumendo igitur generationem hoc secundo modo non differt ab alteratione, imo est ipsa alteratio, neque modò sic de generatione loquimur. Sensus igitur quæstionis est, Vtrùm generatio primò modo sumpta ab alteratione differat. ¶ Secundò aduertendum est, quòd inter generationem & alterationem solent multæ assignari differentiæ præter illam quam ponit hic Aristoteles ex parte subiecti, quarum prima est penes terminum ad quem, quia in generatione est substantia, in alteratione qualitas. Secunda est penes terminum à quo, quia in generatione terminus per se est priuatus, in alteratione verò positiuus & contrarius. Ratio est, Primò, Nā alteratio est successiua, & sic oportet esse à contrario in contrariū. Nā si fiat à priuatione vt à non albo ad albū fiet in instanti. Generatio verò instātanea est, & ideo nō potest esse inter terminos positi uos cōtrarios. Tertia differentia est quæ ex hac ratione deducitur, q̄ alteratio est successiua, generatio verò instantanea. Quarta est. Omnē generationē præcedit per se aliqua alteratio, sed non omnē alterationem præcedit per se alteratio. Prima pars probatur, quia impossibile est duo individua diuersæ speciei habere omnia accidētia similia, imò verò sæpissimè habent opposita, scilicet, hæc aqua habet humiditatem & frigiditatem, hæc terra siccitatem, hic aer caliditatem. Si ergo ex aqua generatur aer, vel aqua, necesse est vt prius per alterationē remouēatur ex aqua dispositiones oppositę humiditas, scilicet, & frigiditas, & introducātur necessariæ ad generationē ignis. vel aquæ, scilicet siccitas & caliditas. Cū antē generatio fiat semper ex trāsmutatione vnius speciei in aliā speciem, necesse est vt alteratio semper generationē præcedat. Secūda pars probatur. Nā aliquādo per accidens res simul atq; generata est incipit alterari; hoc tamē non est per se. Quinta. In generatione expulsionem vnius formæ necessario sequitur alia in eadem materia, nā generatio vnius semper est corruptio alterius vt dictum est. at in alteratione potest vna qualitas introduci sine expulsione alterius, vt patet in lumine quod nullā formā expellit quando introducitur, neq; quādo expellitur, alia introducitur. His positis est prima conclusio. Generatio si sumatur in primo sensu in primo notabili explicato non est alteratio. Hæc conclusio est Arist. in hoc. 4. capite conclusione. 2. & D. Tho. ibidem. Et probatur eorum ratione, quę explicata sic habet. Altera tio est transmutatio facta in qualitatibus eodem subiecto sensibili manente sub vtroq; termino, generatio autem est transmutatio facta in substantijs nullo subiecto sensibili manente eodem sub vtroque termino, ergo alteratio non est generatio. Prima pars antecedentis probatur inductiuè. Primò quidē in qualitatibus contrarijs, cuiusmodi sunt caliditas & frigiditas, albedo & nigredo. Idem enim lignum numero, quod dicitur subiectum sensibile, primò est sub frigiditate & albedine, deinde sub caliditate & nigredine. Secūdò patet idem in qualitatibus medijs, cuiusmodi sunt pallor & rubedo, quoniam idem homo numero prius est rubeus, & postea pallidus. Patet idem tertiò in exemplis ab Arist. in textu positis, scilicet in sanitate & ægritudine. Nam idem animal numero successiue est sanum & ægrum: & idem æs numero transmutatur à rotundo in angulare. Probatur secundo conclusio. Nam generatio & alteratio habent diuersos terminos ad quos, ergò distinguuntur. Antecedēs probatur. Nā generatio substantialis terminatur ad substantiam ad ens in actu; at verò alteratio ad qualitatē ad ens secundū quid. ¶ Secunda conclusio. Generatio secundū quid differt ab alteratione.

A Aduerte, quòd vt patet ex superioribus, generatio secundū quid est duplex. Altera generatio substātiæ partialis: altera generatio accidentis; & de vtraque generatione secundū quid intelligitur conclusio. Et est contra Marsil. & Alber. de Saxo. vbi suprà: nihilominus eam tenet D. Tho. in q. de veritate. q. 28. art. 1. & Capreol. in. 1. dist. 17. q. 2. contra secundam conclusionem, & probatur ratione. Primò, nam generatio secundū quid est instantanea, alteratio verò est successiua, ergo differunt. Maior probatur. Nā terminus à quo generationis est priuatio vt cū ex nō albo fit albū, & ex non nigro nigrū, ergo est instātanea. Patet consequētia. Nā hac ratione generatio simpliciter sine substantialis est instātanea, quia eius terminus à quo est priuatio, vt patet per secundā differentiā à nobis suprà assignatā. Quod si quis arguat cōtra hanc cōclusionē quia generatio secūdū quid, & alteratio, habēt eosdē terminos. v. g. qualitatē, ergo nō differūt. Respōdetur q̄ habēt eundē terminum materialiter non formaliter, nam per generationem secundū quid acquiritur qualitas in instanti, qui modus resundi-
B tur in rationem formalē termini: at verò per alterationem acquiritur successiuè, atque ità illa qualitas diuersō modo terminat alterationem atque generationem. Ex quo infero argumentū aliud ad confirmandam nostram conclusionem. Nam illi motus qui habent diuersos terminos formales sunt di
C stincti, at alteratio & generatio secundū quid sunt huiusmodi, ergo. Itaque quod volumus dicere est, q̄ generatio secūdum quid non est motus, sed mutatio quædam; quod probatur amplius. Nā motus semper debet esse inter terminos positiuos vt manifestum est in Arist. Philosophia, quod probat in. 5. Physic. tex. 7. 8. & 9. at generatio secundūm quid non est inter terminos positiuos, sed priuatiuos, nam quādo generatur album, ex nō albo
D generatur, ergo generatio secundùm quid nō est propriè motus sed mutatio. Tunc vltra, ergo differt ab alteratione. Si quidem alteratio est propriè motus. ¶ Ad argumenta in principio posita respō detur. Ad primum respōdetur, q̄ ad hoc q̄ aliquid sit alteratio est necesse, q̄ subiectū sensibile, id est, cōpositū ex materia & forma & hoc aliquid aliter se habeat quā priùs se habebat, vt Arist. asserit in
E hoc. c. in. 2. concl. quod nō contingit in generatione. Licet enim materia prima sit subiectum generationis, & aliter se habeat per illam quā priùs se habuerat, tamen quia materia prima non est hoc aliquid & subiectum sensibile, generatio recedit a ratione alterationis. ¶ Ad secundū respōdetur, quòd Philosophi ponentes vnum principium materiale dicebant illud esse cōpositū ex materia & forma & hoc aliquid, & ita ratio Arist. optimè contra illos concludit. Cæterum ipse Aristote. principium materiale quod ponit nō ait esse subiectum sensi-

Biblioteca
Facult. Philosophiae
Provinciae Loyolitanae S.I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bile, quin potius puram potentiam appetentem habere formam.

Ad tertium patet quid sit dicendum ex secunda conclusione. ¶Ad quartum ipse Philoponus respondet eadem solutione qua nos secundum argumentum soluebamus. Etenim aliter ponebant illi vnum principium materiale, aliter Aristotel. Illi enim ponebant vnum ens actu determinatum putà ignem, aquam, aut quid simile: at Aristoteles vnum ens potentia & indeterminatum. Alteratio autem non est, cum vnicum manet subiectum in mutatione, sed cum illud subiectum est ens actu completo & determinatum, & hoc aliquid. Constat autem (quod nos ex eius doctrina in sequenti quæstione satis apertè ostendemus) quod non sic posuit Aristotel. principium, & subiectum vnum in ipsa generatione. Et hæc de hac quæstione.

QVÆSTIO II.

¶Vtrùm alteratio sit motus ad qualitatem.

ETvidetur quòd non. Primò; de ratione motus est esse quid successiuum, sed si alteratio esset motus ad qualitatem, non esset quid successiuum, ergo alteratio non est motus ad qualitatem. Probatur minor; quia qualitas est forma quædam simplici essentia consistens, ergo. Confirmatur. Nam cum quod mouetur sit partim in termino à quo, & partim in termino ad quem, vt probatur in. 6. Physicorum tex. 32. & 33. oportet in omni motu saluare successionem aliquam, ergo si forma accidentalis in simplici essentia consistit, non potest induci successiuè, & sic alteratio non erit motus ad qualitatem.

Secundò. De ratione motus est, quòd in eo non sit dare primum mutatum esse, vt probatur. 6. Physicorum, text. 52. 53. & 54. sed in alteratione datur primum alteratum esse, ergo alteratio non est motus. Probatur minor. In alteratione enim semper acquiritur forma & aliqua qualitas naturalis. Forma autem & huiusmodi qualitas non potest reseruari in materia quantumcunq; minima: quia in tantum potest diuidi, quòd forma & qualitas naturalis, quæ per alterationem acquiritur, in eo reseruari non posset, ergo oportet ad minus tantam partem simul alterari, in qua reseruari possit forma per alterationem inducta. Patet consequentia. Quia si aqua. v.g. debeat calefieri, non inducetur calor in partem aquæ quantumcunque minimam, sed ad minus tanta pars aquæ simul calefit, in qua possit reseruari forma calotis. ¶In oppositum est Aristoteles in hoc capite. conclusione 2. & 7.

Pro huius quæstionis intelligentia est prima cõclusio. Alteratio est verè & propriè motus. Hæc conclusio est Aristotel. in. 5. Physicor. in. 1. & 2. capite & in Postpræd. capite. 13. Et probatur ratione eius. Nam illud est propriè motus, quando ens actu manet sub vtroque termino, nam solum subiectum propriè mouetur, motus enim cum sit accidens entium naturalium non habet propriè pro subiecto nisi primam substantiam: at alteratio est quando manente eodem subiecto, quod est ens completum & actu, fit transmutatio in eius qualitatibus, vt ait Aristotel. in. 2. conclusione, ergo est propriè motus. Et confirmatur. Nam hac ratione generatio & corruptio excluduntur à ratione propria & strictà motus ab Aristotel. in. 5. Physicor. vbi suprà, præcipuè tex. 8. quia ibi non est aliquod subiectum sensibile quod transmutetur: at in alteratione est huiusmodi subiectum, ergo est propriè & verè motus.

Secunda conclusio. Alteratio est motus ad qualitatem. Hæc conclusio est Aristotel. in infinitis penè locis suæ doctrinæ, præcipue in. 5. Physicor. text. 18. & 19. & in Postpræd icamentis capite. 13. & hic in conclusione. 7. & probatur ratione. Nam alteratio est motus, vt patet per præcedentem conclusionem, & nõ est ad Vbi, aliàs esset motus localis, neque ad Quantitatem, aliàs esset augmentum vel decrementum, ergo ad Qualitatem. Patet consequentia, quia vt Aristo. demonstrat. 5. Physico, per totum caput. 2. solùm ad ista tria prædicamenta est per se motus.

Tertia conclusio. Alteratio diuiditur in tres species, scilicet, in alterationem, intẽsionem, & remissionem. Pro huius conclusionis intelligentia aduerte, quòd sæpissimè fit diuisio generis alicuius in species, quarum altera propter nominum penuriam vindicat sibi generis nomen. V.g. diuiditur dispositio in habitum & dispositionem, & manet dispositio cum nominis genere, licet non cum ratione illius præcise, sed supra ipsam generis naturam addit differentiam. Nam de ratione dispositionis est qualificare subiectum taliter, de ratione verò dispositionis quæ est species, præter hoc est esse facile mobilem, de ratione vero habitus difficile. Eodem modo alteratio, quæ est motus circa qualitatem, diuiditur in alterationem quæ est motus circa qualitatem, sic quòd producat totam qualitatem; vt quando aliquis ex nigro fit albus, motus ille quo acquiritur nigredo, & expellitur albedo, dicitur alteratio, ita quòd alteratio quæ est species terminatur ad productionem totius qualitatis, quæ antea non erat. Intensio verò terminatur non ad productionem totius qualitatis, sed ad nouum modum essendi ipsius qualitatis in subiecto, secundũ q̃ magis radicatur qualitas præexistens. Remissio verò ad esse imperfectius ipsius qualitatis secundùm quòd qualitas præexistens minus radicatur. Hæc conclusio sic explicata, probatur primò. Nam de intensione & remissione quod termi nentur illa ad esse perfectius qualitatis, hæc autem ad esse imperfectius, satis constat: quòd verò alteratio terminetur ad qualitatem de nouo productam. Probatur. Nam quando aliquis. v.g. ex albo fit niger, illud habet per alterationem & non per intentionem nec remissionem, ergo per aliam speciem, quæ dicitur alteratio distincta ab illis. Minor probatur. Nã per remissionẽ minimè fit, quia remissio est motus ad esse remissum qualitatis alicuius, ergo non est ad productionem. Quòd non per intensionem patet etiam, qui. intendio supponit qualitatem iam existentem, ergo non terminatur ad illam quæ de nouo producitur. Antecedens patet, quia intensio est motus, quo magis aliqua qualitas radicatur in subiecto, sed quod radicatur, iam supponitur esse, sicut quod augetur, supponitur quantum esse, ergo est alia species distincta, siquidem habet alium terminum distinctum, scilicet, qualitatem primò productam. Secũdò probatur conclusio. Nam quòd aliqua qualitas consideretur secundùm perfectiorem vel imperfectiorem gradum facit distinctionem specificam inter intensionẽ & remissionem, ergo quòd consideretur secundùm esse ipsius de nouo vel per fectionem gradus aduenientis erit sufficiens causa distinctionis inter alterationem, intensionem, & remissionem. Tertiò probatur. Nam quando primò producitur albedo per primum non esse non dicitur intendi, neque remitti, & tunc est alteratio ad ipsam, ergo alteratio est distinctus motus specie ab illis. ¶Et si quæras, quid ergo dicit alteratio in genere secundum quod ad istas species est communis. Respondetur, quòd dicit acquisitionẽ qualitatis abstrahẽdo ab hoc, quòd est totam qualitatem producere, vel intendere, vel remittere.

Sit quarta conclusio. In alteratione non datur primum alteratum esse. Hæc conclusio est contra Ægidium libro. 1. de generatione quæstio. 24. Et probatur primò, de ratione motus est, quòd in eo non sit dare primum mutatum esse, vt ostendit Aristotel. tribus demonstrationibus in. 6. Physicorum capit. 5. text. 46. 47. 48. & 49. Sed in alteratione seruatur ratio motus, ergo in ea non erit dare primum mutatum esse. Secundò probatur conclusio. Nam illud alteratum esse, vel est quid diuisibile, vel indiuisibile. Si primum; iam illud alteratum esse non est primum, siquidem aliud prius illo potest dari, diuisibile enim semper est partibile in diuisibilia. Si secundum ergo quando est primũ alteratum esse non est alteratio, hoc autem est falsum, ergo. Probatur sequela. Nam in illo indiuisibili non potest esse motus, vt latè probat Aristot. 5. Physic. tex. 29. ergo neque alteratio, siquidem destructo superiori destruitur etiam inferius. Tertiò. Ante omne mutatum esse precedit moueri, vt probatur in eodẽ. 6. lib. Physic. sed in omni motu sunt infinita mutata esse, sicut in omni linea sunt infinita puncta, ergo ante omne mutatum esse sunt infinita mutata esse & per consequens ante omne alteratum esse præcedit alterari, in quo sunt infinita alterata esse, ergo non est dare primũ alteratum esse.

Ex his omnibus deduci potest diffinitio alterationis in genere & specierum eius. Est enim alteratio motus ad qualitatẽ manente eodẽ subiecto sensibili. In qua diffinitione motus ponitur pro genere, cæteræ autẽ particulæ rationẽ differentiæ habẽt. In primis enim alteratio ad qualitatẽ est motus, nõ ad quantitatẽ, aut locũ, aut aliam quampiam rem, quo nomine plurimũ differt ab augmento quod est ad quãtitatem, & à motu locali, qui est ad Vbi, atq; etiã à cæteris mutationibus si quæ sunt. Deinde cum in diffinitione dicitur alterationẽ fieri manente eodem subiecto sensibili, alteratio distinguitur à generatione, vt hic Arist. asserit, qui per hanc particulam assignat differentiam inter generationem & alterationem. Per subiectum autem sensibile, vt optimè D. Tho. & Philoponus exponunt, intelligimus subiectum constitutũ ex materia & forma, atq; hoc aliquid; ad differẽtiam materiæ primæ, quæ licet maneat eadem in generatione, non tamen est aliquod ens actu. ¶Diffinitio verò alterationis quæ est species, est huiusmodi. Alteratio est motus ad productionẽ totius qualitatis de nouo eodem manente subiecto sensibili. ¶Intensio verò sic diffinitur. Intensio est motus ad esse perfectius præexistentis qualitatis eodem manente subiecto sensibili. v.g. si albedo quę erat vt quinq;, intenderet vsq; ad decem. ¶Remissio verò sic definitur. Remissio est motus ad esse imperfectius qualitatis præexistẽtis eodẽ manente subiecto sensibili, v.g. si albedo, quę erat intensa vt decẽ remitteretur vsq; ad quinque. Explicationes harũ diffinitionũ satis patent ex his quæ dicta sunt in hac quæst. præcipuè in. 3. cõclusione & ex his quæ infrà dicenda sunt manifestiores fient. ¶His positis ad argumẽta in principio posita respondendũ est. Ad primũ dicitur, q̃ de hoc argumẽto infrà in hoc cap. redibit nobis copiosior sermo. Pro nunc breuiter dico, q̃ licet secundùm se qualitas sit indiuisibilis, tamẽ in ordine ad subiectum per maiorẽ radicationem in illo potest suscipere magis & minus, atq; esse diuisibilis, ac per consequens in ordine ad illud poterit intendi & remitti. ¶De secundo etiam argumento plura dabimus infra cũ disputabimus. An alteratio sit motus continuus, vbi demonstramus in accidẽtibus non dari primum esse eorum. Et ita ad argumentũ modo breuiter respondetur negãdo in al-

Universidad de Deusto
Biblioteca

teratione dari primum alteratum esse, & ad probationem dico, quòd determinata qualitas requirit determinatam materiam in qua cõseruari possit. v. g. albedo vt decem requirit tantam materiæ quantitatem, in qua subiectari possit. Atverò in alteratione non datur aliqua qualitas determinata, sed ante quamlibet qualitatem erat alia prior, & alia, & sic in infinitum, atque hac ratione huiusmodi qualitas per alterationem acquisita non indiget ad sui conseruationem aliqua materia determinata. Et hæc de hac quæstione.

QVÆSTIO III.

¶Vtrùm aliqua qualitas possit intendi, & remitti, & quæ sit ista.

ET videtur quòd nulla qualitas possit intendi aut remitti; quod probatur primò. Nam omnis qualitas consistit in indiuisibili, ergo nulla qualitas potest intendi aut remitti. Antecedens est Aristotel. 8. metaphysi. text. 10. vbi ait, quòd essentiæ rerum consistunt in indiuisibili sicuti numeri. Consequentia verò probatur, quia res quæ consistunt in indiuisibili non habent latitudinem, vbi verò non est latitudo, neque est magis aut minus, neque intensio aut remissio. Confirmatur. Nam forma est simplici & inuariabili essentia constans, ergo non intenditur neque remittitur. Patet consequentia, quia aliàs eius essentia variaretur.

Arguitur secundò. Propterea vt ait Diuus Thomas. 1-2. quæstione. 52. articulo. 1. forma substantialis non suscipit magis & minus, quia participans eam specificatur per ipsam; vnde Aristotel. 8. Metaphysi. text. 10. ait, quòd sicuti numerus non habet magis neque minus, ita neque substantia quæ est secundùm speciem, cuius ratio est; quia specificans constituit speciem vt vltimum & terminus: termino autem & vltimo vt sic repugnat latitudo, aliàs secundùm aliquid constitueret, & non secundùm aliud, sed similiter qualitates constituunt subiectum in specie accidentali, ergo non potest suscipere magis & minus, aliàs secundùm aliquid constituerent, & non secundùm aliud.

Arguitur tertiò. Ad intensionem requiritur, vt in toto motu remaneat eadem forma, at in intensione non remanet, ergo. Maior patet ex Aristotel. 5. Physicor. text. 37. & 38. cuius ratio est. Nam motus identificatur cum termino & forma producta, ergo si est vnus motus, erit & vna forma. Minor verò probatur. Nam quando agens intendit formam, agit aliquid quod anteà non erat, & non nisi formam, ergo producit nouam formam. Minor huius prosyllogismi probatur. Nam producit nouum gradum aut nouam perfectionem formæ, hic autem gradus albedinis. v. g. nihil aliud est quàm albedo, aliàs si esset aliud, mutatio secundùm illos gradus non esset mutatio secundum formam.

Arguitur quartò. Admisso quòd maneat eadẽ forma, adhuc tamen videtur quòd nulla qualitas intendatur. Nam maximè hoc esset, quia eadem numero forma modò magis, modò minus perficitur. Sed hoc non sufficit, aliàs substantia susciperet magis & minus. Nam anima rationalis non habet tantam perfectionem quando est separata, atque quando est coniuncta, vt expresè asserit Sanctus Thomas in infinitis penè locis suæ doctrinæ, præcipuè verò in. 1. part. quæstione. 89. articulo. 1. & 2. ad primum, & quæstione. 90. articulo. 4. & 4. contra gentes. capite. 85. & quæstione de anima. articulo. 17. ad primum. Quod probatur etiam ratione, tum quia ex natura sua est pars, ergo non est ita perfecta quando est separata, atque quando est coniuncta. Et secundò ratione Diui Thomæ, quia secundùm suam essentiam est causa potentiarum organicarum, sed hanc causalitatem non habet quando est separata, ergo tũc non habet completam suam essentiam. Et confirmatur. Nam ex eo quòd vna anima sit perfectior alia, non dicitur quòd substantia suscipit magis & minus, neque quod intenditur, ergo neque vna qualitas dicetur intendi aut remitti, aut suscipere magis aut minus, ex hoc quòd vna est perfectior alia.

Arguitur quintò. Vna albedo non dicitur magis albedo quàm alia, ergo non suscipit magis aut minus per intensionem & remissionem. Nam si intenderetur bene diceretur magis talis. Et confirmatur. Quia albedo est illarum formarum quæ secundùm se habent speciem, ergo in ratione suæ speciei includitur indiuisibilitas, ergo non potest intendi aut remitti, & suscipere magis & minus.

Arguitur sexto. Eadem albedo est in abstracto, & in concreto, sed in abstracto non intenditur neque remittitur, ergo neque in concreto. Probatur minor, quia si albedo in abstracto intenditur, vel est in seipsa, & hoc non; vel in subiecto, & hoc est esse in concreto. Dicetur quòd intenditur in concreto, quia magis radicatur in subiecto. Contra. Nam albedo in concreto est album, sed album non intenditur, ergo. Minor probatur. Album dicit aliquid compositum ex corpore & albedine, sed huiusmodi compositum non intenditur, quia corpus cum sit substantia non intenditur, aliàs substantia susciperet magis & minus.

Arguitur septimò. Nam si intensio & remissio qualitatũ daretur, etiã cõueniret habitibus: sed hoc est falsum, ergo. Minor probatur. Nam habitus sunt quædam perfectiones potentiarum, potentiæ autem consistunt in indiuisibili. Et confirmatur. Nam habitus non alterantur, cum alteratio sit solum ad tertiam speciem qualitatis, vt quæstione sequenti probabitur, ergo neque intenduntur, neque remittuntur, nam remissio & intensio species sunt alterationis.

De hac quæstione habemus doctrinam Sancti Thomæ. 1-2. quæstione. 52. vnde potissimùm ea quæ dissimenda sumenda sunt. Et quia ista quæstio est difficillima, quæque clarissimorum Philosophorum ingenia multum vexamit, vt in ea quid tenendum sit breuiter & dilucidè explicemus, oportet vt quædam fundamenta præiaciamus, ex quorum cognitione facilior via ad apertam quæstionis intelligentiam patebit. Ante omnia igitur notandum est quid sit formam intendi. Est enim augmentum recipere & persici. Nam & si nomen, augmentum, proprium sit ratione quantitatis, tamen inde vsurpatur ad significandam perfectionem aliarum formarum, quia cum res habet suam quantitatem videtur habere perfectionem suam, atque ita ad quamlibet formæ perfectionem translatum est nomen augmenti. In ijs quæ non mole magna sunt idem est esse maius quod melius, vt ait D. Augustinus in. 8. de Trinitate.

Secundò notandum est, quòd sicut alteratio est motus ad qualitatem, ita intensio est motus quo qualitas ad perfectius esse deducitur, vt si aliquid ex minus albo fiat magis album. Et intelligitur quòd deducatur ad perfectius esse in eadem parte subiecti, vt excludamus perfectionem qualitatis maiorem per hoc tantum quòd ad plures partes extenditur: vt si aliquis dum sanatur in pede, sanetur & in manu sine aliqua maiori perfectione sanitatis in manu, illa erit extensio sanitatis, non intensio. Remissio verò est motus ei oppositus quo à magis perfecto ad minus perfectum aliqua qualitas deducitur: vt si ex calido vt quatuor fiat calidum vt duo.

Tertio aduertendum est ex F. Chrysostom. Iauello in. 8. Metaphysi. quæstione. 6 in principio, quòd secundum doctrinam Thomisticam radix intensionis & remissionis in formis est indeterminatio vel indifferentia formæ, quæ indeterminatio est vt participetur à subiecto magis perfecte, & minus perfecte, ex qua indeterminatione habet forma quod sit intensibilis aut remissibilis. Nam formam intendi aut remitti propriè est esse talis naturæ, quod est apta diuersimodè sine diuisibiliter per motum recipi in subiecto, & ex consequenti actuare ipsum secundùm magis & minus, & educi actione agentis de imperfecto ad perfectum stante vnitate non solum specifica, sed etiam numerica ipsius, vt in sequentibus explicabimus. Ex opposita autem forma redditur non intensibilis nec remissibilis, vnde cuicunque formæ repugnat acquiri per motum & diuersimodè participari in subiecto, repugnat intendi & remitti, & breuiter quæcunque consistunt in esse indiuisibili vt numeri, non possunt intendi neque remitti. Quæ doctrina valde est notanda pro cuius maiore explicatione.

Est quartò notandum, quòd perfectio formæ duplicter potest pensari, vno modo secundum se, idest, secundum rationem suæ speciei: alio modo secundum quòd à subiecto participatur. Primò modo omnis forma potest magna, aut parua dici comparatione ad aliam diuersæ speciei, vt albedo maior est, idest, perfectior nigredine, & scientia Metaphysicæ Mathematica. Respectu autem subiecti, scilicet, respectu participationis dicitur etiam seipsa intensior, quare & magis albuit seipso efficitur subiectum. Hoc autem diuersimodè in diuersis formis reperitur. Quare, ¶ Aduerte quinto ex Diuo Thoma & Caietano vbi suprà; illud quod alicui rei speciem tribuit, oportere quòd cõstitat in indiuisibili, & sit fixum & stans; ita quòd quæcunque illud attingunt sint in eadem specie, & quæcunque distant ab illo siue per excessum, siue per defectum sint diuersæ speciei, quia species rerum sunt sicuti numeri: & sicuti numerus attingens quatuor vnitates. v. g. est quaternarius, & non attingens est alia species numeri, ita debet esse in rerum essentijs. Et ratio est, quia specificatiuum vt sic constituit speciem vt vltimum & terminus, vltimo autem & termino vt sic repugnat latitudo; ergo est aliquid indiuisibile. Minor probatur. Quia si vltimum & terminus habet latitudinem, vel constituit speciem secundum totum quod habent, & hoc non, quia aliàs species rerum non essent sicuti numerus, qui constituitur per indiuisibilem vnitatem, vel non constituit secundum totum quod dicit, sed secundùm vnam partem sic, & secundùm aliã non. Et hoc est falsum. Nam posset esse quod aliquid constituens speciem vnam, vt rationale, attingeretur ab aliqua alia specie secundùm illam partem quam non constituit; & non esset illius speciei, quod est impossibile. Nam omnis res quæ attingit differentiam albedinis, albedo est. Cum hoc tamen stet, quòd posita hac indiuisibilitate differentiæ, constituens latitudo secundùm aliam rationem possit consistere, videlicet, sicut vltima differentia quantitatis alicuius in indiuisibili consistit, & tamen quantitas est diuisibilis in partes: & ita in albedine & scientia contingit. Nam sunt gradus albedinis & scientiæ vt experientia ipsa compertum est, cum vna sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfectior alia. Et vt ea quæ in hoc quinto notabili dicta sunt, perspicacius intelligas, lege Aristotel. 8. libro Metaphy. tex. 10. & Diuum Thomam ibi lect. 3. circa finem. ¶ Supponendum est sextò, quòd qualitates aliæ specificantur per ordinem ad aliquid extrinsecum, vt scientia, sanitas, motus, & multa huiusmodi quorum differentiæ sumuntur in ordine ad obiectum, siue terminum. Aliæ sunt quæ nullum aliud extrinsecum respiciunt ratione propriæ differentiæ, præter subiectum quod respiciunt secundum communem rationem accidentis, vt albedo, dulcedo, nigredo, &c. quarum differentiæ nihil extrinsecum respiciunt præter subiectum, ad quod dicunt ordinem propter rationem communem accidentis. Hæ autem omnes possunt considerari & in abstracto, vt albedo & scientia: & in concreto, vt album & sciens. Rursus inter has aliæ sequuntur immediatè substantiam rei, & immutabiliter, vt intellectus & voluntas: aliæ vèl non sequuntur immediatè substantiam rei, vel si sequuntur & sunt passiones alicuius essentiæ, non tamen sequuntur eam immutabiliter, vt esse mollem in cera, durum in ferro, &c. Tandem aliæ sunt de quarum ratione est indiuisibilitas, vt pentagonum, quadratum, &c. Aliæ de quarum ratione non est hæc indiuisibilitas vt albedo, &c.

Quibus positis est prima conclusio. Aliquæ qualitates intenduntur & remittuntur. Probatur primò. Nam si aliqua qualitas non intenditur, sequitur quòd statim in introductione qualitatis cessaret motus. Patet consequentia, quia tunc esset acquisita qualitas secundum modum quo potest terminare, ergo cessaret motus, consequens autem est contra experientiam. Secundò probatur. Formæ contrariæ, vt calor & frigus, non se compatiuntur in eodem subiecto aliquando, aliquando verò fiet & hæc incompossibilitas nō prouenit ex essentia formæ, ergo prouenit ex hoc q̃ sunt magis vel minus intensæ. Nam in gradibus remissis se compatiuntur, non in gradibus intensis. Probatur tertio ex manifesta experientia qua constat, quod vna res modò est magis alba, quàm antea, quod nisi per intensionem fieri non potest, ergo.

Secunda conclusio. Omnis forma & res quæcunque consequuntur mediate substantiam, & specificatur ab aliquo intrinseco, non possunt intendi secundum se, ideſt, secundùm suam rationem specificam non sumitur radix augmenti, bene tamen potest intendi in ordine ad subiectum, ideſt, radix augmenti in ipsis sumitur ab illo ordine. Hæc conclusio quæ Diui Thomæ est vbi supra probatur primò, quoad primam partem ratione Diui Thomæ. Nam forma & qualitates huiusmodi accidentales secundum suam naturā specificam nihil habent nisi quod sortiuntur à suo specificatiuo, sed suum specificatiuum consistit in indiuisibili, ergo secundum illud non possunt intendi, neque remitti. Maior patet. Nam in forma considerata secundum suam rationem specificam non est nisi genus & differentia, & non considerātur modo à nobis secundum rationem generis, sed secundum rationem speciei, sicut si considerāretur homo secundum rationalitatem. Minor verò patet ex quintò fundamento à nobis suprà posito. Consequentia verò est euidens; nam intensio & remissio debent competere secundum aliquam latitudinem, quæ albedini & aliis qualitatibus habentibus differentiam in ordine ad aliquod intrinsecum non competit. Secundò probatur. Nam cum vltima differentia harum qualitatum sit intrinseca & non habita ab extrinseco, non potest ad illam fieri accessus, ergo non potest fieri intensio in huiusmodi qualitatibus, quæ debet fieri per accessum ad aliquid. Tertiò probatur. Nam considerando formas istas secundum vltimas differentias tollitur ab illis radix augmenti, quæ est ordo ad subiectum, ergo secundum hanc considerationem non poterunt augeri, neque diminui. Ex hoc sequitur quòd substantiæ non possunt intendi, neque remitti, quia habent vltimam differentiam intrinsecam, & sic non potest ad illam fieri accessus, neque ad illud vnde sumitur, cum non sumatur ab extrinseco. Secunda verò pars conclusionis, quòd fiat in illis intensio in ordine ad subiectum patet. Nam tales formæ in ordine ad subiectum habent quandam latitudinem graduū, quia modo possunt subiectum magis actuare quā antea, ergo per accessum ad illam latitudinem poterit perfici qualitas respiciēs subiectum, quod est illi etiam essentiale, non secundum rationem specificam, sed quarationē est accidens. Accessus autem consistit in hoc, quòd forma modò habet vnum gradum illius latitudinis quem anteà non habebat, & sic est perfectior. Secundo probatur. Nam albedo modo dat esse perfectius in ordine ad subiectum quàm antea, ergo vt sic suscipit magis & minus, & est perfectior quàm antea. Antecedens patet experientia. Nam videmus rem aliquam modo esse magis albam quàm aliam. Cōsequentia probatur, quia implicat effectum formalem esse perfectiorem, si ipsa forma à qua procedit non sit perfectior. Cum ergo esse album sit effectus formalis albedinis, & contingat suscipere magis & minus, necessum est qualitatem à qua prouenit magis & minus suscipere. Quæ ratio non solum conuincit subiectum secundum qualitatem esse magis aut minus tale (vt quidā Philosophi, quos D. Thom. reprehendit. 2. 2. quæst. 24. artic. 4. ad. 3. existimauerunt) sed etiam probat quòd essentia ipsa accidētis in seipsa sit perfectior; quod euidenter probatur ratione D. Thom. ibi.

Nam

Nam essentia accidentis est inesse, sed per hoc q̃ accedit ad gradus latitudinis in subiecto magis, & perfectius inhæret, ergo perficitur ipsa essentia in ordine ad subiectum. Pro cuius intelligentia sciendum est, quòd quando dicimus qualitatem istam secundum se & secundum suam vltimam differentiam non suscipere magis & minus, in ordine verò ad subiectum maxime, non est sensus quòd ipsa non perficiatur, & subiectum perficiatur, sed explicamus causam & radicem huiusmodi intensionis. Etenim radix augmenti & intensionis in huiusmodi formis est non differentia specifica, cum latitudinem non habeat, sed est ordo quem ad subiectum importat, quoniam in ordine ad illud sibi conuenit quædam latitudo. ¶ Tertia conclusio. Qualitates quæ sumunt speciem ex aliquo extrinseco etiam si secundùm se considerentur, possunt augeri manente vnitate specifica ex vnitate eius ad quod ordinantur. Itaque radix augmenti in illis est respicere extrinsecum. Hęc conclusio est D. Tho. vbi suprà & ponit exemplum de motu, qui secundum se est remissior & intensior, & tamen remanet eadem species propter vnitatem termini ex quo specificatur. Probat præterea S. Tho. hanc conclusionem exemplo sanitatis. Nam corpus pertingit ad rationem sanitatis secundùm quòd habet dispositionem conuenientem naturæ animalis, cui possunt dispositiones diuersæ conuenientes esse. Vnde potest variari dispositio in plus vel minus, & tamen semper remanet sanitatis ratio. Vnde Philosophus in. 10. Ethic. dicit, quòd sanitas ipsa recipit magis, & minus. Non enim eadem est commensuratio in omnibus, neque in vno & eodem semper, sed remissa permanet sanitas vsque ad aliquid, huiusmodi autem diuersæ dispositiones vel commensurationes sanitatis se habent secundum excedens, & excessum. Vnde si nomen mensurationi, tunc ipsa sanitas non diceretur magis vel minor. Hæc S. Thom. Nihilominus etiam probatur secundò ratione. Nam istæ qualitates respiciunt specificatiuum extrinsecum, sicut scientia respicit scibile, motus terminum, sanitas commensurationem humorum, ergo possunt ad ipsum magis vel minus accedere, plura vel pauciora de ipso cognoscendo, vel magis aut minus ad terminum accedendo, ergo possunt secundum se augeri vel minui: quia huiusmodi augmentum sit per accessum ad aliquid in quo est latitudo, & ita potest mea scientia modo terminari ad vnam conclusionem & postea ad duas &c. Per hoc tamen (vt ait S. Thom.) non variatur species, quia semper manet specificatiuum vt sic indiuisibile, & est respicere taliter obiectum, variatur autem materialiter, quia ille habitus magis aut minus approximatur subiecto, plura vel pauciora de ipso cognoscendo, quod est materiale differentiæ. Tertiò probatur conclusio. Nam albedo & aliæ qualitates huiusmodi propterea augeri possunt in ordine ad subiectum quia est illis quid extrinsecum, & possunt ad illud accedere magis aut minus; sed etiam istæ qualitates considerate in ordine ad obiectum possunt magis aut minus ad ipsum accedere, plura vel pauciora de ipsis cognoscendo, & est illi quid extrinsecum, ergo.

Sed contra istas duas conclusiones vltimas sunt quædam argumenta satis difficilia, quorum quintum est contra secundam conclusionem. Nam si albedo. v. g. suscipit magis & minus, sequitur quòd mutetur species, hoc autem est falsum, ergo. Patet sequela, nam species rerum sunt sicuti numeri vt patet ex quinto notabili, ergo si huiusmodi species in se variantur, mutatur species. ¶ Secundò. Si Deus separet albedinem niuis ab ipsa, & albedinē niuis ab homine, perfectior erit illa quàm ista; ergo iam intēditur albedo sine ordine ad subiectum secundum suam rationem specificam. ¶ Tertiò arguitur. Qualitates contrariæ in summo sunt incompossibiles, remissa verò in eodem subiecto cōpatiri se possunt: sed hæc impossibilitas prouenit ex gradibus, nam si prouenirent ex essentia etiam in gradibus remissis non se compaterentur; nam ibi esset integra essentia earum causans hanc incompossibilitatem. Rursus, ergo latitudo, & gradus conueniunt istis formis priusquam respiciant subiecta. Patet consequentia. Quia prior est incōpossibilitas formarum in se quàm in subiecto, pro terea enim nequeunt recipi in eodem, quia inter se repugnant, & non è contra. Ex hoc sic arguitur. Intensio formarum prouenit ex hoc quòd forma habet gradus & latitudinē; sed hāc latitudinē secundùm se, & non in ordine ad subiectū habent, ergo istæ formæ secundùm se augentur. ¶ Quartò arguitur. Albedo dicitur intendi & perfici, quia subiectum est magis album, sed magis album esse habet in genere causæ formalis ab ipsa albedine, quę secundum suam essentiam est magis perfecta, ergo talis intensio primò prouenit ab ipsamet forma in genere causæ formalis, licet in genere causæ materialis proueniat à subiecto, ergo simpliciter prius prouenit à forma, quia simpliciter id dicitur prius, quod est prius illo genere causæ, quæ est ptior in genere causalitatis; huiusmodi est forma respectu materiæ, ergo. ¶ Arguitur quintò. Nam vt dicit tertia nostra conclusio, propterea qualitate quæ specificantur ab aliquo extrinseco secundum se intenduntur & remittuntur, quia ratione obiecti, quod est illis extrinsecum, hoc conuenit illis, licet ex intrinseca sua ratione illud respiciant; sed etiam albedo. v. g. intenditur ratione subiecti, quod illi est extrinsecum, quod nihilominus sua intrinseca ratione respicit, ergo etiam secundum se

D 5 dicetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicetur intendi. ¶ Vltimò arguitur. Nam D. Tho. in. 2. 2. vt modo adducebamus ait, quòd propriam vocem ignorant, qui dicunt qualitates quæ augentur per maiorem radicationem in subiecto, non etiam augeri secundùm se, ergo iam secundùm D. Thom. ait, qualitates non solum in ordine ad subiectum, sed secundum se intenduntur & remittuntur.

SEd contra tertiam conclusionem sunt argumenta nõ minoris momẽti. Imprimis D. Tho. 10. Eth. lect. 3. dicit, quòd sanitas & pulchritudo possunt secundùm se augeri: at non respiciunt quid extrinsecum, ergo conclusio nulla. ¶ Secundò arguitur. Tantum illæ formę intenduntur, quę sunt actiuæ vel producuntur actione Physica: sed habitus non sunt huiusmodi, ergo. Minor patet, quia non pertinent ad tertiam speciem qualitatis. Confirmatur. Nam intensio prouenit ratione contrarietatis, sed non habent contrarietatem, ergo. ¶ Arguitur tertiò. Nam ex ista tertia conclusione sequitur quòd habitus principiorum & alij naturales possint intẽdi, & remitti. Patet sequela; nam propterea dicitur scientia augeri, quia modò ad plures, deinde ad pauciores conclusiones extenditur, & ex natura sua non vendicat ferri in omnia: sed habitus principiorum similiter modò fertur in plura principia modò in pauciora, vt patet in rustico, qui demùm addiscit scientias, & sic paulatim assentitur diuersis principijs, quę anteà ignorabat, ergo. Cõsequẽs autẽ est falsum; nã est propria passio quæ immediatè sequitur essentiam, & à nullo alio extrinseco agente potest produci, ergo augeri nequit secundum eam quæ in secunda conclusione diximus. ¶ Arguitur quartò contra illud exemplum quod adduximus ex S. Thom. in hac tertia conclusione de motu. Nam difficillimum est assignare intensionẽ motus secundùm se, quia motus vna pars transijt, & alia nondum est, ergo subiectum non magis participat formam illam, scilicet, motum vt motus est, in motu autem locali vix potest signari ratio intensionis neque ratione termini. ¶ Quinto & vltimo arguitur. Potentia visus est forma quæ specificatur ex obiecto, tamen non augetur neque perficitur secundùm se, ergo. ¶ His argumentis est satisfaciẽdum. Quare ad primum factum contra secundam respõdetur, quòd etiam si sint sicuti numeri habent quandam latitudinem gradualem & materialem, & secũdum hãc intenduntur: specifica verò differentia manet indiuisa semper vt specificans est, cum consistat in indiuisibili. ¶ Ad secundum respondetur, quòd albedo nijuis erit perfectior propter ordinẽ, quem dicit ad subiectum, à quo magis est participabilis, & perfectiori modo. Sicut vna anima separata est perfectior alia, quia importat ordinem ad corpus perfectius. Et ratio est, nam si separarentur secundum actualitatem quam modò habent, & illa nihilò sit perfectior in se, etiam post separationem manebit imperfectior propter ordinem perfectiorẽ, quem importat ad subiectum. Et si contra hoc arguas. Nam D. Thom. dicit, quòd si daretur albedo separata haberet omnem perfectionem possibilẽ albedinis, ergo. Respondetur quod D. Tho. debet intelligi, si daretur separata actu, & aptitudine, quia tunc non haberet per quid limitaretur, limitatur autem per ordinem ad subiectum, sicut anima separata; & quia est impossibile, quòd non dicat ordinem albedo, etiam est impossibile quòd habeat omnem perfectionem. ¶ Ad tertium quod est Scoti. in primo sent. dist. 17. quæstione vltima, quo vult probate intensionem & remissionem nõ conuenire formis in ordine ad subiectum, nec oriri quoquomodò ex subiecto, sicut si quãtitas molis si per impossibile separaretur à subiecto, vna esset maior alia, vel minor. Itaque vult dicere Scotus quòd quelibet forma si per impossibile ita abstraheretur à subiecto, vt nullum ordinem ad ipsum diceret, nihilominus in se susciperet magis & minus, & intenderetur atque remitteretur. Sed hæc opinio Scoti est falsa, vt patet ex secundo & quinto not. quod amplius probabitur infrà. Et ad argumentum Caietanus. 1. 2. quæst. 52. art. 2. circa finẽ duplicem solutionem adhibet. Prima est negando illam primam consequẽtiam; ergo incomposibilitas prouenit ex gradibus. Nam contraria sicut per suam specificam differentiam contraria sunt, ita per eandem incomposibilia sunt, vt latè probat Aristotel. 10. Metaphy. Et ad probationem quòd in gradibus remissis se compatiuntur; Respondetur quòd hoc non est, quia in gradibus remissis non sunt contraria & incomposibilia in eodem subiecto, sed hoc prouenit ex forma substãtiali continente vtrumque; & nihilominus mutuò contra se nituntur, & alterum contra alterum pugnat, sicut remissa in summo proportionabiliter tamen. Secunda solutio est, quòd incomposibilitas in formis est duplex. Altera essentialis, quæ cõuenit formis ex contrarietate, & hęc conuenit illis ex suis specificis naturis, & non consurgit ex gradibus, sed abstrahit ab eis sicut ipsa forma; quæ incomposibilitas prius reperitur in formis secũdum se, quàm in ordine ad subiectum. Altera ex gradibus, & hæc conuenit formis ea ratione qua respiciunt subiectum cum quadam latitudine, & non est prior quàm forma sit participabilis à subiecto. Vnde quando dicitur; prius est latitudo formarũ in se quàm in subiecto, concedo hoc sed non est prius quàm respiciant subiectum. Et sic sicut conuenit illis latitudo illa ex hoc quòd respiciunt subiectum, ita & illa incomposibilitas quæ oritur ex gradibus conuenit eis quatenus subiectum, & ea ratione solum intenditur intensio per ordinem ad subiectum.

subiectum. ¶ Ad quartum respondetur distinguo consequens illud, ergo intensio prius prouenit à forma; secundum rationem communem accidentis habentis indifferentiam vt diuersimodè participetur, concedo consequentiam, à forma secundum illud specificum quod addit ad rationẽ communem accidentis, nego consequentiam. Nam licet esse album proueniat à tali ratione specifica; at illud magis conuenit ratione cuiusdam communis, & ideo dicitur cõuenire ratione subiecti. ¶ Ad quintum posset dici, quòd id quod essentialiter cõpetit accidenti in ordine ad subiectum, non est inesse actualiter: hoc enim separatur in Eucharistia, & secundò quia significat existẽtiam, quæ de nullius est essentia. Neque verò aptitudinalis inhærentia; primò quia adhuc significat esse, & esse siue actuale siue aptitudinale non est de essentia alicuius. Secundò; quia posse esse per se non est de essentia substantiæ, ergo neque posse inhærere de essentia accidentis. Tertiò; quia aliàs eadem esset quæstio; Quid est, & An est accidẽtis. Nam quæstio; An est, quærit aptitudinalem existentiam: sed essentia eius est esse rem cui conuenit esse in alio vt habet D. Thom. 3. par. quæst. 77. ar. 1. ad secundũ, & quodlib. 9. ar. 5. ad secundum. Notandum secũdo quòd suscipere magis vel minus non conuenit ex hoc quòd est res quæ potest inhærere, sed ex hoc quod actu inest subiecto qualitas habens indifferentiam, & posse suscipere magis & minus ex hoc quòd potest sic inhærere. Ex quo patet quòd nõ inest ratione essentialis ordinis, quem dicit accidens ad subiectum. At verò augmentum in scientia prouenit ex tendentia ad obiectum, quæ est de essentia, & ideo benè assignata est differentia in secunda & tertia conclusione. Sed contra hoc est quòd posse suscipere magis & minus, est passio qualitatis, ergo ratione essentiæ tanquam ex prima radice debet ei competere. Quare respondetur aliter ex Caietano, 1. 2. vbi suprà quòd D. Thom. posuit formas habere quicquid habent, aut ex ratione formali specifica, aut ex subiecto, ita q̃ quicquid non specificum est in eis, posuit ex materia & subiecto conuenire. In quo videtur significare quod quicquid conuenit accidentibus ex ratione specifica dicitur conuenire eis ex sua essentia; id autem quod conuenit non ex sua essentia specifica, sed ratione generica & communi accidentis ratione cuius hoc accidens respicit subiectum, dicitur ei conuenire ex subiecto. Concedo ergo quòd albedo intenditur ratione alicuius essentialis & generici, non tamen ratione alicuius specifici secundùm id quod differetia albedinis. v. g. addit suprà rationem accidentis; & ideo non dicitur conuenire ex sua essentia specifica, sed ex subiecto quod respicit, in quantum habet rationem communem accidẽtis; Quæ omnia explicat solutionem datam ad quartum argumentum. ¶ Ad sextum argumentũ respondetur, aduertendo vt duæ solutiones præcedentes amplius etiam declarentur, quòd quæcũque species accidentis dupliciter potest considerari. Vno modo in ratione accidentis, & sic inquantum accidens habet essentiam comparatione ad subiectũ; & hic est sensus illius vulgaris dicti, Accidentis esse est inesse, idest, essentia accidentis accipitur per respectum ad inhærentiam subiecti, non quòd ipsa inhærentia sit essentia eius, sed quia essentia eius est esse rem cui conuenit esse in alio. Secundo modo consideratur vt habet essentiam huius speciei, scilicet, vt est calor, vt est albedo; & sic eius differentia non sumitur per comparationem ad inhærentiam subiecti, sed aut in se absolutè habet vt albedo, aut respectu alicuius extrinseci vt scientia, aut per conuenientiam ad naturam subiecti, vt sanitas hominis specie distinguitur à sanitate equi. Respondetur ergo ad dictum S. Tho. quòd intellexit augeri essentialiter per maiorem radicationem in ratione accidentis, non quòd addatur aliquid essentiæ ipsi accidentis, sed quia essentiæ accidentis melius est magis inhærere, cum respectu inhærentiæ definiatur essentia accidentis & ita se videtur exponere D. Tho. 1. 2. quæst. 52. artic. 1. vbi dixit, scientiam secundùm suam speciem augeri.

Nunc respondendum est ad argumenta secundo loco posita contra tertiam conclusionem. Et ad primum respõdetur, quòd D. Thom. cuius est nostra conclusio debet sic intelligi, quòd quando aliqua forma respicit obiectum extrinsecum taliter quòd mediatè sequatur ad substantiam vel in sui ratione importat proportionem multorum ordinatorum ad vnum, potest secundùm se augeri, cuiusmodi est pulchritudo quæ consistit in proportione partium cum debito colore, & sanitas quæ consistit in proportione humorum. De quo vide D. Thom. 10. Ethic. lect. 3. & de Virt. quæst. 1. art. 11. ad primum. ¶ Ad secundum respondetur, q̃ argumentum hoc probat primò & per se non esse ad illos contrarietatem neque intensionem Physicam, sed secundariò vt sequenti quæstione amplius explicabitur. Et per hoc patet ad confirmationem. ¶ Ad tertium respondet Caietanus. 1. 2. quæst. 52. arti. 1. circa finem, quòd naturales potẽtiæ sunt in duplici differentia; Quædam consequũtur subiectum immutabiliter, & eiusmodi nõ magis minusue participantur. v. g. intellectus, voluntas. Aliæ quæ mutabiliter, & eiusmodi suscipiunt magis & minus, vt molle & durum, de quo plura dicemus infrà in hac quæstione conclusione septima. Cæterùm in habitu primorum principiorum sunt duo; & habilitas, & lumen intellectus ad assentiendum primis principijs, & hoc est naturale, & consequitur essentiam hominis immutabiliter. Et

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt ſpecies repræſentantes,& proponentes obiectum. Ratione primi, quod eſt naturale, huiuſmodi non augetur. Illa enim habilitas ex ſe ſine hoc quòd augeatur eſt ſufficiens propoſitis terminis ad aſſentiendum omnibus principijs. Quod non habet ſcientia. Nam illa, quæ extenditur ad quatuor concluſiones non extendetur ad quinq; etiã ſi termini proponantur, niſi fiat demonſtratio & ipſum lumen augeatur. At non ſic in habitu principiorum, ipſe enim extenditur ad omnia. Vnde non oportet ipſum habitum augeri, ſatis eſt de nouo proponantur ſpecies & termini (quorum defectu illa habilitas, ſine lumen) erat impeditum, vt ſe exerat in actum in quem anteà nõ poterat per defectum propoſitionis terminorum. ¶ Ad quartũ reſpondetur, quòd ratio intenſionis motus in hoc conſiſtit, quòd partes motus magis ſibi ſint proximæ ratione temporis in hoc ſubiecto, dum enim velocius quid mouetur, magis videtur participare totum motum ſimul quàm ſi ſegnius moueatur. Sed fortè huius exempli non requiritur tanta veritas.

Ad quintum reſpondetur quòd S. Thomas nõ ſentit omnes eiuſmodi formas neceſſariò poſſe perfici, ſed ſenſus eius eſt, vt quantum eſt ex eo, quòd ab alio ſpecificãtur poſſunt perfici; niſi aliũde hoc eis repugnet. Vt ſi in Geometria ſint tot concluſiones, & nõ plures quàm quot Petrus iam acquiſiuit, non poterit augeri talis ſcientia.

Sit iam quarta concluſio huius dubij. Si qualitates conſiderentur in ordine ad ſubiectum, ſic quædam earum ſuſcipiunt magis & minus, quædam vero non recipiunt. Cuius ratio eſt duplex. Altera ex Simplicio in prædicamentis eſt, quia ſubſtantia ſecundùm ſe ipſam ſpecificatur, neque forma eius accidentaliter participatur à ſubiecto, ſed ſubſtantialiter; Vnde formæ accidentaliter etiam participatæ ſi tamen propinquæ ſunt ſubſtantiæ non ſuſcipiunt magis, & minus, vt quantitas, figura. Aliæ verò formæ quæ magis diſtant à ſubſtantia ſuſcipiunt magis & minus. Altera ratio huius diuerſitatis eſt elegantior & melior; Tripliciter enim forma eſt in aliquo ſubiecto, vno modo à qua ſubiectum habet ſpeciem. Et ſic de ratione eiuſmodi formæ eſt indiuiſibilitas, vt ſunt omnes formę ſubſtãtię. Alio modo à qua nõ recipit ſpeciẽ ſubiectum, ſed tamẽ ſpecies in ſui ratione includit indiuiſibilitatem quare ſubiectum participans illam modo indiuiduo participat. v. g. numerus, & omnes eius ſpecies, & ſpecies figuræ quæ ſecundùm numerum variantur, & circulus cuius ratio conſiſtit in hoc quòd lineæ ductæ à centro vſque ad circunferentiam ſunt æquales. Et huius doctrinæ videtur eſſe Ariſtoteles in ſecunda proprietate Prædicamenti Quantitatis, vt videre eſt in ipſo prædicamento in quo Ariſtoteles docet quòd triangulus non ſuſcipit magis & minus (vel in abſtracto) neque ea quæ trianguli rationem habent, quia ſimiliter trianguli ſunt, quia in concreto etiam dicuntur triangulus, circulus &c. Tertiò deniq; modo aliæ ſunt formæ accidentales, de quarum ratione non eſt indiuiſibilitas, id eſt, non repugnant diuiſibilitati, & hæ magis minuſue participari poſſunt à ſubiecto, vt albedo, & frigiditas. Sed obijcere poteſt quis contra hanc concluſionem, quia albedo eſt illarum formarum, quæ ſecundùm ſe habent ſpeciem, ergo in ratione ſuæ ſpeciei includitur indiuiſibilitas, ergo. Reſpondetur, quòd in ſui ratione includere indiuiſibilitatem dupliciter intelligi poteſt. Vno modo quia in ſua ſpecie non habet vnde diuidatur, alio modo quia vltra hoc repugnat ſuæ rationi vt vel per accidens ſcilicet ex participatione ſubiecti magis minuſue ſuſcipiat, quia ſubiectum pariter denominatur. Primò modo albedo in ſui ratione includit indiuiſibilitatem. Secundo modo triangulus. Nam & ſubiectum triangulus denominatur, vnde ſi magis minuſue ſuſciperet, tunc iam ratio trianguli ſuſciperet magis; quod non ſequitur, quia magis album aliquid dicatur, vt albedo in ſui ratione magis ſuſcipiat, quia denominatio, quæ ſumitur ab albedine non ſignificat ipſum indiuiſibilitatem.

Quinta concluſio. Habitus vtroque modo augentur & in ordine ad ſubiectum, & in ordine ad aliquid extrinſecum, ſcilicet, obiectum, vel terminum. Hæc concluſio eſt Diuo Thomæ 1.2 quæſtione. 52. articulo. 2. & probatur. Scientia enim poteſt augeri ſecundùm ſe ipſam per additionem, ſicut cum aliquis plures concluſiones Geometriæ addiſcit, augetur in eo habitus eiuſdem ſcientiæ ſecundùm ſpeciem. Augetur nihilominus ſcientia in aliquo ſecundùm participationem ſubiecti per intenſionem, prout, ſcilicet, expeditius, & clarius vnus homo ſe habet alio in eiſdem concluſionibus conſiderandis. De hac concluſione vide D. Thom. ibi. & Caietanum.

Sexta concluſio. Quando participans formam aliquam habet ſpeciem ſecundùm ipſam vel quãdo indiuiſibilitas eſt de ratione formæ, tales formæ nullo modo ſuſcipiunt magis & minus. Hæc concluſio eſt Diui Thomæ vbi ſuprà. articulo. 1. & prima pars probatur. Nam ſpecies rerum conſiſtunt in indiuiſibili, ergo forma ttibuentes tales ſpecies in indiuiſibili debent conſiſtere, patet antecedens, quia ſpecificans vt ſic debet conſiſtere in indiuiſibili, & ſic conſtat quòd omnes formę ſubſtantiales magis & minus non ſuſcipiunt, quia dãt ſpeciẽ abſolutè, accidentales vero non, ſed ſecũdũ quid, ſcilicet, ſpeciẽ albi. Secũda pars probatur. Nã ſi de ratione eius eſt indiuiſibilitas, quocũq; addito vel ſubtracto variabitur ſpecies, ergo nõ poterit augeri,

augeri nec minus; cuiuſmodi ſunt ſpecies numerorum; quia dempta vel addita vnitate variatur numerus & ſpecies figurarum, quæ ſecundùm ſpecies numerorum ſumuntur, vt circulus, triangulus. ¶ Vltima concluſio. Qualitates aliquæ quæ immediatè ſequuntur eſſentiam rei & ſunt propriæ paſſiones, poſſunt ſuſcipere magis & minus. Pro huius intelligentia aduerte quæ diximus ſuprà in ſolutione tertij argumenti contra tertiam concluſionem. Aduerte ſecundò quòd communiter ſolet dici quòd huiuſmodi propriæ paſſiones poſſunt dupliciter conſiderari; vno modo vt ſunt propriæ paſſiones & immediatè conſequuntur ſubſtantiã rei, & ſic nunquã ſuſcipiunt magis & minus; Alio modo vt pertinent ad tertiam ſpeciem qualitatis, ſcilicet, vt ſunt paſſiones vel paſſibiles qualitates, nam in vtraque ſpecie collocantur. v. g. frigiditas eſt paſſio aquæ & naturalis potentia ipſius, & vt ſic non ſuſcipit magis & minus; eſt etiam paſſio vel paſſibilis qualitas & vt ſic ſuſcipit magis & minus. Probantque ſuam ſententiam, nam iſtæ paſſiones immediatè conſequuntur eſſentiam rei, ergo ſi illa manet inuariabilis, & accidentia manent inuariata; aliàs non aucta neque mutata cauſa augeretur & mutaretur effectus. Nihilominus concluſio noſtra eſt euidẽs meo iudicio, & ponitur cõtra iſtos, volumusque dicere quòd aliquæ potentiæ naturales & paſſiones vt ſic ſuſcipiant magis & minus, quod certiſsimum eſſe debet ſaltim in accidentibus. Etenim intenſa, & remiſſa eſſentia albedinis, neceſſe eſt vt propria eius paſſio, ſcilicet, diſgregare viſum, intendatur & remittatur. Sed de paſſionibus ſubſtantiæ idem etiam patet. Nam eſſe durum eſt paſſio ferri vel lapidis, eſſe molle paſſio ceræ vel butyri, & tamen hæc aliquando duriora, aliquando molliora ſunt. Similiter eſſe coloratum eſt paſſio corporis miſti, & tamen vnum idò minus. Deinde qualitates elementorum vt frigiditas aquæ, ſiccitas terræ ſunt earum paſſiones, & tamen aqua aliquando eſt frigidior quàm antea, ergo. Neque valet dicere quod intenditur intentia viſiua, auditiua, & cæteris potentijs exterioribus hæc duplex conſideratio reperiri non poteſt, & tamen experientia conſtat, quòd ſuſcipiũt magis & minus, ergo. Hæc concluſio noſtra eſt Caieta. 1.2. quæſt. 52. arti. 1. circa finem & Alberti Magni tract. 2. de differentia capi. 2. & Aſſudillo hic, & quæſt. 7. concluſione. 4. Et ad argumentum illorum dicimus, quòd paſſiones aliæ conſequuntur immutabiliter eſſentiam, vt intellectus, voluntas &c. & de his concludit argumentum quòd nõ ſuſcipiunt magis & minus; nequeunt enim produci niſi ab eſſentia quæ inuariata manet. At verò aliæ ſunt, quæ licet immediatè conſequantur eſſentiam, ab agente tamen extrinſeco poſſunt ſimiliter produci, vt diximus de frigiditate, & duritie &c. & hæ licet ex parte eſſentiæ variari non poſſint, ex actione tamen extrinſeca variantur. Vnde ad argumentum nego conſequentiam, nam mutatio illius effectus redũdat ex varietate cauſæ, quæ non ſemper eſt ipſa eſſentia, ſed aliquando eſt aliquod agens extrinſecum, vt patet de igne remittẽte frigiditatem aquæ.

Supereſt nunc reſpondere ad argumẽta in principio facta. Ad primum reſpondetur cum ſua confirmatione quod ſpecificatiuum formaliter conſiſtit in indiuiſibili, vt dictum eſt in quinto notabili, licet materialiter habeat quandam latitudinẽ, quæ omnia ſatis explicata manent ex his quæ diximus in tota hac quæſtione. ¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd ratio D. Tho. intelligitur de forma ſpecificante ſimpliciter, quod tãtum cõpetit formæ ſubſtantiali, non de ſpecificante ſecũdum quid, qualiter ſpecificant accidentia. Ratio verò differentiæ eſt, quia licet ſpecificans vt ſic cõſiſtat in indiuiſibili vtrobique, res tamen quæ ſpecificatur in ſubſtantia non habet latitudinem ratione dicta; res verò quæ ſpecificatur in accidentibus hanc latitudinem admittit propter rationes dictas in hac quæſtione. Aliter ſoluit Capreolus hoc argumentum in. 1. diſt. 17. quæſt. 2. ar. 1. ad quartum Greg. contra ſeptimã concluſionem. fol. 168 colum. 2. vide ibi. ¶ Ad tertium negatur minor, ad probationem reſpondetur, quòd per intenſionem non producitur noua forma, ſed præexiſtens perficitur. De quo plura infrà dicemus. ¶ Ad quartũ reſpondetur negando minorẽ, & ad probationem quod illa minor perfectio quam habet anima ſeparata, eſt imperfectio ſtatus, nõ eſſentiæ. Ad hoc verò vt ſuſcipiat magis & minus, oporteret vt eſſentia perficeretur. Hanc verò habet conſiſtẽtem in indiuiſibili, licet ex diuerſo ſtatu ſeparationis vel coniunctionis competat ei diuerſa perfectio accidentalis, qualis etiam competit homini puero vel viro, & tamen non dicitur ſuſcipere magis vel minus propter talem variationem, quia eſſentia manet immota. Ad confirmationem reſpõdetur, quòd vt aliquid ſuſcipiat magis & minus, non ſufficit quòd ſit alio perfectius, ſed quòd habeat vel habere poſſit perfectius eſſe, quàm anteà habebat. Vtrum vero Anima ſeparata ſit perfectior coniuncta, & vtrum vna anima ſit perfectior alia, non eſt huius loci diſputare: habent enim propriam ſedẽ in libris de anima, vbi nos illas explicabimus. Habemus enim præ manibus iam commentarios elaboratos in illos, quos propediem Deo dante in lucem edemus. Breuiter tamen pro nunc aduerte ex in hac quæſtione vltima ſunt duæ opiniones. Altera aſſerentium quòd vna anima nõ ſit perfectior alia in ſe & intrinſecè, benè tamen extrinſecè propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter diuersam corporis dispositionem & meliores vires sensitiuas & alias qualitates extrinsecas. Hãc opinionem sequitur Henr. quodli. 3. quæst. 5. Durand. in. 2. distin. 32. & inter discipulos D. Thomę eam tenent Sonc. 8. Metap. quæst. 26. & Magister Soto in Prędicamento Substantiæ. Altera sententia est multorum discipulorum D. Thom. qui existimant quòd vna anima est perfectior altera non solùm extrinsecè sed etiam intrinsecè perfectione substantiali indiuiduali tamen. Hanc sequuntur Caietanus. 1. par. quæstione. 85. arti. 7. (& appellat cæcos qui hoc non vident) Capreol. in. 2. sentent. dist. 32. quæstione vnica & Ferra. lib. 1. cont. gent. cap. 3. & eam videtur tenere expresse D. Thom. in 1. part. quæst. 85. artic. 7. & in. 2. sentent. distin. 32. quæst. 2. arti. 3. & in 1. sent. distin. 8. quæst. 5. art. 2. ad 6. videndus est etiam in. 2. distin. 21. quæstio. 2. ad 2. Hanc sententiam etiam multi sequuntur, qui non sunt ex schola D. Thomæ, imprimis Magister sentent. in. 2. distinct. 32. cap. 8. docet eam esse probabilem, & D. Bonauentura ibi in explicatione literæ consentit cum Magistro Richardus etiã in eadẽ distin. 32. ar. 4. quæst. 1. eam sequitur, quãuis in modo explicandi eam dissentiat à D. Tho. & veritate. Aegydius etiam ead. distinct. quæst. 3. tenet eandem. Nihilominus hisce nouissimis diebus surrexit quidam nouus Philosophus, qui in. 3. de Anima quæst. 16. ait, quòd hæc sententia quæ asserit vnam animam esse perfectiorem altera secundùm substantiam & in seipsa, non est D. Tho. sed Caietani & quòd illa est temeraria, & periculo si, & nullo modo tenenda. Hæc censura contra Caietanum indigna est autore Christiano, quoniam notat temeritatis & periculi sententiam quam tot & tam graues autores reputant veram aut saltem probabilem: hoc autem sine graui iniuria fieri nõ potest. Quare breuiter pro nũc dico quòd neutrà istarum opinionum habet aliquid temeritatis vel periculi, sed ambæ opiniones sunt probabiles, & cõtrarium asserere (quicunque illud asserat) est inferre iniuriam grauissimis viris. Quæ autem sit verior & conformior doctrinæ D. Thomæ in loco citato exponemus. ¶ Ad quintum argumentum respondetur, quòd vt albedo intendatur & aliæ formæ, satis fuerit quòd vna sit perfectior alia vel seipsa, non autem est necesse quòd sit magis albedo. Nam in hoc denotatur quòd in differentia albedinis formaliter sit latitudo; propter perfectionem autem materialem, quam habet ratione latitudinis, potest vna albedo perfectior dici, quàm alia. Ad confirmationem respondimus suprà in cõclusione quarta. ¶ Ad sextum respondetur, quòd est benè responsum; & ad replicam quòd albedo in concreto est alba, si importetur per hãc vocem album, ita concedendum est: si autem importetur per significationem huius termini albedo in concreto, non videtur dicendum quòd sit album secundùm actum signatum, licèt in actu exercito ita sit. Et vt albedo in cõcreto dicatur intendi, satis fuerit quòd modò inhæreat subiecto secundùm magis & minus. Et si album accipiatur pro composito ex his non augetur; si autem accipiatur pro composito huic, quia solum importat albedinem augetur & intenditur. Materiale vero vt corpus dicitur magis album quàm aliud corpus, quia habet albedinem magis intensam, & radicatam in subiecto. ¶ Ad vltimum argumentum respondetur ex his quæ in vltima conclusione diximus. Et hæc de hac quæstione difficillima sufficiant.

QVÆSTIO IIII.

¶ Vtrùm ad tertiam speciẽ qualitatis sit solũ per se alteratio.

ET videtur quòd nõ. Primò; nam Aristot. in hac secunda conclusione explicatis quid sit alteratio, dicit tunc contingere, quando manente subiecto fit mutatio circa passiones; & adducit exemplum de sanitate, vt quando animal mutatur ad sanitatem, tunc alteratur, & quando idem æs manẽs fit rotundum, aut angulare: sed primum exẽplum pertinet ad primam speciem qualitatis, & secundũ ad quartam, ergo iam alteratio est per se ad alias species quàm ad tertiam speciem. Nam Aristo. distinguens inter generationem, & alterationem debuit adducere exempla, in quibus verè & per se alterationis ratio saluaretur. ¶ Secũdò arguitur. Accipio sanitatem & reliquas omnes species, quæ secũdariò acquiruntur, & argumentor sic. Quando acquiritur sanitas ex hoc quòd acquiritur calor vel aliquid huiusmodi, illa qualitas acquiritur per motum qui identificatur cum illa; nam cum modò sit sanitas, & anteà non fuerit, per motum seu mutationem producitur, & illa mutatio seu motus non est id quo acquiritur qualitas tertiæ speciei, quià ille motus nõ potest idẽtificari cũ duabus formis specie distinctis, sed identificatur cum qualitate tertiæ speciei, ergo non cum qualitate quartæ, ergo ista qualitas quartæ speciei per alium motum acquiritur, sed ille motus nõ potest esse aliud quã alteratio, ergo illa alteratio per se est ad qualitatem quartæ speciei. Et confirmatur. Nam ille motus quo acquiritur qualitas quartæ speciei, nõ est motus quo acquiritur qualitas tertiæ speciei. Patet hoc, quia solum identificatur cum qualitate quartæ speciei, & est alteratio, si quidem est ad qualitatem, ergo ad qualitatem quartæ speciei per se est alteratio, si quidem per se motus iste ad illam terminatur. ¶ Arguitur tertiò. Ad sanitatem est per se motus, ergo per se aliqua species motus: non augmentatio neq; motus localis, ergo alteratio. Maior patet; nam sanitas acquiritur, & est aliquid positiuum suscipiens magis & minus, vt ait Aristo. in hoc libro cap. 5. & habet contrarium, nam ægritudo contrariatur sanitati, vt ait Arist. in Post prædicapite de oppositis. Consequentia probatur. Nam quod per se est in superiori, per se debet esse in aliquo diuisiuo superioris, cum superius includatur in inferiori, & inferius dicat aliquid aliud. ¶ Arguitur quartò. Nã albedo consequitur ad primas qualitates, ergo ad illam non est per se motus sicut neque ad sanitatem. Item, nam gaudium, ira &c. sunt passiones, & tamen ad illas non est per se motus, quia consequuntur ad motum localem sanguinis, & idem de visione dicendum est. Item, nam sculpturæ & picturæ primus & per se terminus est imago, tamen pertinet ad quartam speciem. Item ad durum & molle est per se alteratio, & pertinẽt ad secundam speciem. Item, nam ad frigiditatem est per se alteratio, tamen est in prima specie, nam est habitus conueniens naturæ aquæ. Item, nam ad habitus morales est intensio & remissio per se, ergo alteratio. In oppositum est Aristot. 7. Physic. text. 11. & 17.

Pro huius quæstionis intelligentia reuocandæ sunt in memoriã quatuor species qualitatis, quas Arist. ponit ih Prædicamento Qualitatis, & quid sit quælibet illarum: tum etiam sciẽdum est, quòd benè potest vna qualitas secundùm diuersas rationes esse in pluribus speciebus illarum, vt ibi Soto ostendit, & patet in calore, qui est in prima & secunda specie; nam secundum quòd disponit rectè in ordine ad naturam est habitus vel dispositio, secundùm verò quòd causat aliquam passionem vel passibilem qualitatẽ, vel est terminus alicuius passionis, est in tertia specie. ¶ Nota secundò quòd esse per se alterationem ad tertiam speciem Qualitatis, nihil est aliud quàm quòd alteratio primò & per se, & non ex consequenti mediante alia qualitate acquisita per ipsam alterationem terminetur ad tertiam speciem Qualitatis; sicut quãdo albedo primò & per se acquiritur per albefactionem, secundariò verò similitudo, quia consequitur ad albedinem primo acquisitam per albefactionem. ¶ Prima conclusio. Ad solam tertiam speciem qualitatis, quæ est passio vel passibilis qualitas, est per se alteratio. Hæc conclusio est Arist. 7. Physic. vbi suprà & D. Thomæ ibidem & est communis animi consensio omnium Philosophorum, & probatur primò; Negatiua illius exponibilis, & q nõ ad primam speciem quę est habitus vel dispositio, patet, quia in prima specie ponuntur habitus morales, & naturales, & similiter dispositiones, sed ad nullum horum est per se alteratio, ergo. Quòd nõ ad habitus naturales & corporales probatur. Nam sanitas consequitur ex proportione quatuor humorum & qualitatum primarum, & ex debito tẽperamento illarum, ægritudo è contrario, ergo nõ est ad sanitatem per se alteratio, si quidem prius præcesit circa qualitates primas. Idem dicendum est de pulchritudine & deformitate, nam cõsequitur ad proportionem caloris &c. ad quę primò terminatur alteratio. Quòd verò ad habitus morales existentes in parte sensitiua non sit per se alteratio probatur, quia illi habitus consequuntur moderationem passionum putà iræ vel gaudij, ergo iam consequuntur alterationem præcedentem. Nam illæ passiones sunt cum alteratione. Nam ira fit cũ accensione sanguinis circa cor, gaudium cum dilatatione. Quòd verò ad habitus intellectuales non sit per se alteratio probatur etiam, quia illi sunt formæ spirituales, & non qualitates Physicę, & acquiruntur sine motu Physico, ergo habitus intellectuales per se non acquiruntur per alterationem.

Quòd verò ad secũdam speciem Qualitatis nõ sit per se alteratio, probatur quia naturalis potẽtia vel impotentia vt intellectus, voluntas &c. consequuntur generationem qua res generatur & fit, ergo potius per generationem secundùm quid generantur ad substantiæ productionem, quàm per alterationem.

Quòd verò non sit ad quartam speciem, patet etiam. Etenim forma vel figura aut sunt naturales vt forma & figura hominis, vel acquiruntur postmodum à re aliqua. Si sunt primi generis, non est ad illas alteratio sicut neque ad potentiam naturalem, quia ad productionem hominis, v. g. producuntur per generationem secũdum quid. Si postmodum acquiruntur, non est ad illas per se alteratio, quia semper antecedit aliqua alteratio. Aduertendum tamen est hic quòd Aristot. 7. Physic. vbi suprà adducit multas rationes ad probandam nostram conclusionem, scilicet, quòd neque ad primam, neque ad secundam, neque ad tertiam speciẽ Qualitatis sit per se alteratio, quæ difficillimæ sunt, & multas patiuntur calumnias. Quas tamen optimè defendit D. Th. super illum locum Arist. & Iauellus. 7. Physic. quæst. 5. & Ferr. quæst. 4. & Magister Soto quæst. 1. art. 2. Nos verò supersedebimus hic ab earum defensione, tum quia nostra conclusio satis clarè & euidenter per rationes suprapositas est explicata, tum quia non est aliqua vtilitas in referendis & defendendis illis rationibus, tum vltimò ne longiores simus quàm par est in rebus præcipuè non tanti momenti & ponderis. Quapropter probatur affirmatiua propositio posita in nostra conclusione, scilicet, quòd ad tertiam speciẽ Qualitatis sit per se alteratio. Nam albedo acquiritur per alterationem primò & per se & non mediante alia qualitate primò acquisita, item, caliditas & frigiditas: sed illæ pertinent ad tertiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertiam ſpeciem, ergo. Deinde; Ad Qualitatem eſt per ſe alteratio, non ad primam ſpeciem, neque ad ſecundam, neque ad quartam vt probatum eſt, ergo ad tertiam ſpeciem.

Hic tamen eſt aduertendum quòd nõ dicimus nos ad omnem Qualitatem tertiæ ſpeciei eſſe alterationem, nam ad calorem ignis non eſt alteratio, cum acquiratur ſine motu ad generationem ignis, & conſiſtat in ſummo; ſed volumus dicere q̃ ad nullas alias qualitates eſt per ſe alteratio niſi ad qualitates tertiæ ſpeciei: cæterùm neque ad iſtas omnes eſt per ſe alteratio ſed ad aliquas; quæ autẽ ſint iſtæ, Ariſtot. explicat optimè. 7. Phyſicorum text. 11. & reliquis. ¶ Secunda concluſio. Ad reliquas ſpecies Qualitatis eſt alteratio per accidẽs & ſecundariò. Probatur hęc concluſio. Ad illas qualitates eſt ex conſequenti, & non per ſe alteratio, quæ ad aliam alterationem per ſe conſequuntur, ſed huiuſmodi ſunt tres reliquæ ſpecies, ergo. Probatur minor inductione; nam virtus quæ pertinet ad primam ſpeciem quandam moderationem paſſionum, quæ ſunt quidam motus appetitus ſenſitiui, cõſequitur. Durities autem & mollities quæ pertinent ad ſecundam, ſiccitatem quandam & humiditatem, forma autem & figura quę pertinẽt ad quartam, raritatem & denſitatem aut alias qualitates ſenſibiles, ergo. De hac concluſione in ſolutionibus argumẽtorum dicemus plura. ¶ Tertia concluſio. Non ſolum tres iſtæ ſpecies qualitatis verũ etiam multæ aliæ formæ, quæ in alio prædicamento præter qualitatem ponuntur, ſi fundantur in eis formis quæ ſuſcipiunt magis & minus, ſimiliter & ipſæ, conſequenter tamen & ſecundariò, ſuſcipiunt magis & minus, aliàs non. V. g. in relatione, illa relatio quæ fundatur in qualitate vt in albedine, ſuſcipit magis & minus. Nam vnus dicitur altero ſimilior. Aſi fundetur in aliquo, quod huiuſmodi intenſionem & remiſſionem non admittat: neque ipſa ſuſcipiet magis & minus, vt ſimilitudo in eſſe quadrati, relatio dupli, &c. Similiter in actione & paſſione, quando dicunt formas quæ acquiruntur per motum & diuiſibiliter, vt calefactio quæ dicit calorem in motu, quia talis forma ſuſcipit magis & minus, ipſe motus etiam dicetur has eaſdem denominationes ſuſcipere nõ per ſe, ſed ex conſequenti ratione fundamenti. Et ita ſolet dici, quod vnus ignis calefacit magis, quã alius, & vnum lignum calefit magis quàm aliud, ſi verò forma quam dicit actio vel paſſio non ſit in motu ſed in ſola mutatione, cum talis forma non ſit apta ſuſcipere magis vel minus, nec etiam talis actio vel paſſio ſuſcipiet magis vel minus. Vnde generans vel creans non dicitur magis vel minus generans aut creans. Augmentatio autem & diminutio nũquam ſuſcipit magis aut minus, quia nec per ſe cum alteratio tantum terminetur ad qualitatem, neque conſequenter cùm neque ſint via, neque conſequantur ad intenſionem qualitatum. Idem eſt de Quãdo, Vbi, Situm eſſe, quæ nõ ſuſcipiunt magis & minus, quia ſumũtur à formis quæ huiuſmodi alterationẽ nõ ſuſcipiunt. Nam Quando ſumitur à tempore, quod non ſuſcipit magis & min⁹. Vbi verò ſumitur à loco, & Situs à partibus locati in ordine ad locum. At neque locus, neque partes locati in ordine ad locum huiuſmodi intenſionem aut remiſſionem admittunt, & propterea neque ipſæ formæ quæ ab eis fumuntur. Eodem modo Habitus, qui eſt vltimum prædicamẽtum, quia denominatur à ſubſtantia, vt à veſte, ab armis &c. & ſubſtantia nõ ſuſcipit magis & minus, ideo neque habitus ſuſcipit magis & minus ſecundum intenſionem. At verò quia aliquando hoc magis & minus non ſumitur ab intenſione denominantium, ſed ab eorum pluralitate, ſicut dicimus ignẽ calefacientem tria ligna magis calefacere, licèt intenſiùs non agat: ideo aliquando habitus dicitur ſuſcipere magis vel minus, quia idem homo à pluribus veſtimentis poteſt denominari magis veſtitus, & à paucioribus minus veſtitus. Hoc autem neq; eõuenit Quando, neque Vbi, aut Situi. Nam Quando dicitur à tempore, nihilque habet duo tempora ſe menſurantia, niſi vnum ſit pars alterius, ſimiliter Vbi ſumitur à loco adæquato totius; Situs à loco adæquato partium, at non ſunt plura loca adæquata totius vel partium. Vel poteſt dici etiam, quòd habitus ſuſcipit magis & minus ſecundum intenſionem. Nam habitus non ſumitur à ſubſtantia abſolutè, ſed vt habet modum qualitatis, ſcilicet, plicabilitatem, mollitiem &c. hæ autẽ qualitates cum ſuſcipiant magis & minus, habitus etiam qui in eis fundatur, ſuſcipere magis & minus poterit. Hæc concluſio deſumpta eſt ex D. Tho. Opuſc. 48. tract. de actione & paſſione. ca. 2. & tract. de Habitu cap. 3. In quo etiam opuſculo videndus eſt S. Tho. tract. de ſubſtantia. ca. 4. qui noſtram quæſtionem principalem optimè ibi explicat. ¶ Quarta concluſio. Non omnes qualitates quæ intenduntur poſſunt remitti. Hæc concluſio patet in charitate, quæ licèt in infinitum intendatur, diminui tamen nõ poteſt, vt habet Sanctus Tho. 2.2.q.24. art. 10. Cuius ratio eſt, quia ad diminutionẽ requiritur cauſa diminuens, hanc non habet charitas, vt latè probat S. Tho. in corpore illius articuli, ergo. Vide D. Tho. ibi. & 1.2.q.53. artic. 2. Iſtæ duæ concluſiones poſitæ ſunt hic ad perfectam intelligẽtiam huius & præcedẽtis quæſtionis. ¶ Sed contra hanc cõcluſionem ſunt optima argumenta. Primum. Nam contraria habent fieri circa idẽ, ſed omnes habitus augeri poſſunt, ergo & diminui. Conſequẽtia probatur. Nam augmentatio & diminutio cõtraria ſunt. Confirmatur. Nam D. Tho. 1.2. vbi ſupra concludit hoc argumento,

gumento, quòd habitus poſſint diminui, ergo ſi in aliquibus concludit, de omnibus etiam concludere debebit, aliàs ratio D. Thom. inſufficiens erit. ¶ Secundò. Omnis habitus, qui naturalis non eſt, corrumpi poteſt, ergo & diminui. Probo conſequentiam. Nam diminutio eſt via ad corruptionem. ¶ Tertiò & videtur argumentum eſſe ſatis difficile. Omnis habitus habet latitudinem, ergo poteſt eſſe maior vel minor, ergo diminui etiam poteſt. Confirmatur, quia ratione iſtius latitudinis poteſt augeri, ergo & minui; nam non videtur maior ratio. Vide alia tria argumenta cõtra iſtam concluſionem apud S. Thom. in 1. 2. vbi ſuprà in principio articuli. ¶ Ad primum argumentum reſpondetur ex D. Tho. 2.2. vbi ſupra quòd contraria ſunt circa idem, quando ſubiectum ſe habet æqualiter ad vtrumque eorum: quapropter ſi alterum ineſt naturaliter, alterum ineſſe non poteſt. Atque ita ſi detur aliqua qualitas cuiuſmodi eſt charitas, quæ non eodem modo ſe habeat ad augmentum & diminutionem, non quia augetur poterit diminui. Charitas autem non æqualiter ſe habet ad augmentum & diminutionem. Nam habet cauſam augentem, & non diminuentem. Huius rei exemplum aliqui aſſignant in calore, qui in igne remitti non poteſt, quia ſubiectum naturaliter eſt determinatum ad calorem vt octo. Nam ignis nullo modo poteſt eſſe frigidus. Ad confirmationem reſpondetur, quòd ratio D. Thom. eſt optima & concludit de omnibus qualitatibus ſi eodem modo ſe habeant reſpectu augmẽti, & decrementi in ordine ad ſubiectum. ¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd non eſt aliqua cauſa à qua charitas diminui poſſit. Eſt tamen aliqua à qua corrumpi, atque ita eſt diſpar ratio. ¶ Ad tertiũ cum ſua confirmatione ex eadem radice reſpondetur, quòd non ſufficit habere aliquod accidens in ſe latitudinem vt diminui, aut augeri poſſit, ſed præter hoc requiritur, quòd habeat cauſam, quæ illud diminuat & augeat. Vnde ſi detur aliqua qualitas, quæ huiuſmodi cauſam non habeat reſpectu diminutionis, licèt habeat reſpectu augmentationis, poterit augeri, non tamen diminui. ¶ Supereſt iam tandem, vt ad argumenta in principio poſita ſatisfaciamus. Ad primum reſpondet D. Tho. hic lectione. 10. quòd Ariſtot. debet intelligi ſic quòd primò & per ſe eſt alteratio ad tertiam ſpeciem qualitatis, ad alias verò poteſt eſſe alteratio ſecundariò. Sicut per aliquam alterationem calidi & frigidi mutatur homo de ſano in ægrum, & è conuerſo. Et quando qualitates ſecundò acquiſitæ fuerint contrariæ & ſucceſſione aliqua acquiruntur, erit ibi propriè alteratio, licèt ſecundariò & per accidens diſtincta à prima, vt contingit in ægritudine & ſanitate, quæ per veram alterationem ſecundariò acquiruntur. Quando verò fuerint formæ illæ, quæ ſecundariò acquiruntur, non habentes contrarium, & ſunt acquiſitæ in inſtanti, habent mutationem quandam, per quam ſecundariò acquiruntur; ſicut quando figura acquiritur ad acquiſitionem alterius qualitatis, quod clarius patet in acquiſitione ſecundaria relationis. Et cum dicitur, quòd ſecundariò acquiruntur iſtæ formæ per motum antecedentem, intelligendum eſt cauſaliter, id eſt, quòd ſecundus motus cauſatur ex hoc quòd primus cauſatur, & ſecunda qualitas acquiritur ex hoc quòd prima acquiritur. Poterat ſecundò dici quòd ibi nullus motus, nec mutatio ſecundariò reperitur, ſed totum ſit per primam mutationem ſeu motum, diuerſimodè tamen, nam vnum primò & per ſe, & aliud ſecundariò; & non eſt neceſſe quòd motus identificetur cum forma ſecundario acquiſita, ſed cum forma quæ primò acquiritur. Et hoc videtur tenendum; nam ſi ponimus duos motus, ille ſecundus per ſe primò terminabitur ad illam formam: & cum non ſit alius niſi alteratio, habetur intentum argumenti. Et per hoc patet ad ſecundum. ¶ Ad tertium reſpondetur, quòd non eſt per ſe motus ad ſanitatem, quia præceſſit motus circa qualitates ad quas conſequitur, & ſic nec per ſe eſt alteratio, vt dictum fuit in corpore quæſtionis. ¶ Ad quartum reſpõdet Soto. 7. Phyſic. & Aſtudillo. 7. Phyſi. lect. 6. Nihilominus breuiter reſpõdetur, & ad primũ exẽplũ de albedine dicimus, q̃ aliquãdo acquirũtur albedo & aliæ qualitates ſecũdæ ſine hoc q̃ acquiratur prius qualitates primæ, & antecedãt ſecũdarũ qualitatũ productionẽ, & tunc eſt ad qualitates ſecũdas per ſe alteratio. Aliquando verò conſequuntur ex qualitatibus primis primò per alterationem productis, & tunc ad albedinem eſt alteratio, cæterùm non per ſe, ſed ſecundariò. Ad illud de ira & cæteris paſſionibus reſpõdetur, quòd paſſiones animæ ſenſitiuæ, vt ira, gaudium &c. ſemper debent fieri cum aliqua tranſmutatione corporali & alteratione, & ita paſſio dicit alterationem illam & cõmotionẽ materialiter, & eſt illi commixta. Quapropter ſic definitur paſſio corporalis & animalis, q̃ fit cum quadam corporis tranſmutatione ex cognitione cõuenientis, vel diſconuenientis prouenies. Cum ergo habeãt paſſiones hãc alterationẽ annexam, ad illas eſt per ſe alteratio, ſed melius reſpondetur, quòd ad materiale alterationis eſt per ſe alteratio nam eſt qualitas tertiæ ſpeciei, ſcilicet, calor, frigiditas vel aliquid huiuſmodi cum commotione corporali. Ad formale verò minimè, quia formale eſt actio quædam vitalis & actus appetendi, ſicut quamuis ſanitas habeat annexam alterationem corporalem, non tamen ad illam eſt per ſe alteratio. Ad illud de ſculptura & pictura reſpondetur, quòd imago depicta ſeu ſculpta ſemper

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur ad prænios motus locales, & ita ad illam non est per se alteratio. Ad illud de duro & molle respondetur, ex Alberto Magno. 7. Physicorum tract. 1. capite. 5. quòd dupliciter dicuntur mollia & dura. Vno modo aliena siccitate & humiditate, quæ scilicet, est extrinseca à natura rei, & tunc pertinent ad tertiam speciem qualitatis, & ad illam est motus. Alio modo propria humiditate & siccitate, & tunc ad naturalem potentiam pertinent, & ad illa hoc modo non est motus alterationis, nisi secundariò. Ad illud de frigiditate respondetur, quòd quia est in tertia specie qualitatis & etiam in alijs speciebus, est ad illam alteratio vt pertinet ad tertiam & non vt ad alias species. Ad illud de habitibus moralibus respondetur, quòd quia intenduntur & generantur præcedente alteratione in materiali passionum sensitiuarum non est ad illos per se alteratio. Si de his omnibus exēplis vis multa alia videre, lege supradictos autores in prima conclusione. Vide etiam F. Matthiam Aquarium in Annot. super quæstiones Ferrar. in octo libro Physicorum. 7. lib. quæst. 4. qui quædam ibi affert ad huius quæstionis intelligentiam satis necessaria. De qua hæc dicta sufficiant.

QVÆSTIO V.

¶ Vtrùm intensio fiat per maiorem radicationem in subiecto.

ET videtur quòd nō. Primò. Nam magis radicari vel est difficilius remoueri posse à subiecto, & hoc non. Nam ephimera & rubor ex verecūdia sunt intensiores formæ quàm ethica & rubor naturalis & tamen facilius transeunt. Vel est quòd plures partes informent, & hoc est extensio, ergo intensio non fit per maiorem radicationem in subiecto. ¶ Secundò. Nam ex receptione in materia limitatur forma, ergo non perficitur per maiorem radicationem. Patet consequentia, quia per intensionem forma perficitur. ¶ Tertiò. Ante omnem ordinem ad subiectum qualitates intensibiles dicuntur intendi & remitti, ergo intensio non fit per maiorem radicationem in subiecto. Consequentia patet, & antecedens probatur. Latitudo, & gradus conuenit huiusmodi formis priusquàm respiciant subiecta, ergo & intensio & remissio. Probatur antecedens. Qualitates contrariæ in summo sunt incompossibiles, remissæ verò in eodem subiecto compati se possunt: sed hæc impossibilitas prouenit ex gradibus. Nam si prouenirent ex essentia etiam in gradibus remissis non se compaterentur. Nam ibi esset integra essentia earum causans hanc impossibilitatem, ergo latitudo & gradus cōueniunt istis formis priusquam respiciant subiecta. Patet consequentia, quia prior est incōpossibilitas formarū in se quàm in subiecto. Propterea enim nequeunt recipi in eodem, quia inter se repugnant, & non è contra. ¶ In oppositum est Sanctus Thomas in. 1. 2. quæstione 52. artic. 2. & 2. 2. quæst. 24. articulo. 5. & 1. Sent. dist. 17. quæst. 2. art. 1.

De hac quæstione sunt variæ sententiæ, propter quarum varietatem, & argumentorum multitudinem quæ fieri solent, satis ambigua & difficilis ista dubitatio redditur. Prima sententia est, quam recitat Sanctus Thomas in 1. Sentētiarum vbi suprà quam sequitur Burleus, & Godfredus quodlibeto. 2. quæstione. 3. & Durādus in. 1. Sententiarum quæstione. 5. & 7. & eam refert etiam Scotus in. 1. distinct. 17. quæstione. 5. & Soncinas 8. Metaphy. quæstione. 20. & Capreolus. 1. dist. 17. quæstione. 2. Hæc igitur sententia asserit, quòd intentio fit per additionem nouæ qualitatis corrupta priori minus perfecta. Vt si mea albedo est vt quatuor adueniente noua qualitate vt quinque corrumpitur illa quæ erat vt quatuor, & sic fit intensio firmarum. Hanc opinionem suam corroborant autores supracitati multis argumētis quorum primum est. ¶ In omni motu terminus à quo & ad quem non sunt idem, & ille abijcitur, iste acquiritur, sed in intensione terminus à quo est forma remissa, ad quem forma intensa, ergo in tali motu forma remissa abijcitur & acquiritur intensa, ergo iam in toto tempore intensionis non manet eadem forma. Ad hoc argumentum respondet Capreol. vbi suprà ad argumenta Godfredi contra secundam conclusionem, quòd terminus à quo non abijcitur semper quantum ad entitatem suam, sed quatenus habet annexam priuationem gradus perfectioris; quæ solutio communiter huic argumento assignari solet. Sed contra hanc solutionē arguitur primò. Quia ad transmutationem per se tantùm pertinent subiectum, terminus à quo & ad quem, sed ad intensionem requiritur forma remissa secundùm suam essentiam, & non vt subiectum, neque vt terminus ad quem, ergo vt secundum suam essentiam est terminus à quo. Minor probatur, quia motus intensionis nequit terminari in illud, quod non habet essentiam formæ. Secundò idem est terminus à quo intensionis, & terminus ad quem remissionis, sed terminus ad quem remissionis vt sic est quid positiuum & non priuatiuum, ergo & termi nus à quo intensionis. Minor probatur. Nam 5. Physic. tex. 7. mutatio ex subiecto in non subiectum, id est, ex affirmatiuo in negatiuum, vel priuatiuum nō vocatur motus, sed mutatio, at remissio est

sio est motus, ergo eius terminus debet esse quid positiuum. Confirmatur. Nam ex hac solutione sequitur intensionem non esse proprie & stricte motum, sed mutationem quandam. Patet sequela: nam vt habetur. 5. Physicor. tex. 51. quando terminus à quo vt sic est priuatio vel negatio; & non quid positiuum, non est motus, sed mutatio. ¶ Arguitur secundò principaliter pro opinione ista. Agens intendens formam imprimit aliquid, ergo aliam formam distinctam à præcedente. Neque valet dicere quòd imprimit & facit non nouā formam, sed quod præexistens perfectius esse habeat. Nam illa perfectio, quæ acquiritur per intensionem est aliquid positiuum, aut ergo est idem quod essentia formæ, aut non. Si secundum habemus intentum, tum etiam id esse non potest, quia forma nō potest perfici per aliquid à se specie, vel numero distinctum. Neque secundum dici potest, quia non potest intelligi quòd per intensionē acquiratur noua perfectio essentialis, & quòd non acquiratur nō essentia formæ. Secundò, quia noua actio & totaliter alia habet nouum terminū, & totaliter alium, sed actiones intendentis & producentis formam sunt distinctæ totaliter & sunt nouę, ergo & termini. Maior probatur, quia actiones identificātur cum terminis. Minor probatur, quia aliquando contingit quòd producens formā est distinctum ab intendente, & quandoque cadit inter ipsas multum tempus, ergo forma quę est terminus intensionis est totaliter alia à forma priore, quæ fuit terminus prædictæ productionis: si ergo intēdens formam aliquid producit, illud est totaliter diuersum. Item si nihil imprimit, sed perficit & sic agit, ergo perficit per nihil & agit nihil agendo, quæ absurda sunt & impossibilia. ¶ Arguitur tertio principaliter. Essentia essentialiter variata nō est eadem essentia, sed forma intensa & remissa, dicunt essentiam formæ essentialiter variatam, ergo forma intensa & remissa non sunt eadem essentia. Maior patet, quia idem manens idem vt sic non est variatum, propter quod essentia manēs eadem essentia non variatur essentialiter, & si variatur essentialiter non manet eadem essentia. Minor similiter probatur, quia cum perfectio formæ sit ipsamet essentia formæ; variatio perfectionis formæ est variatio essentiæ formæ, & essentialis. Confirmatur. Quia quandocunque aliqua sunt idem realiter adæquatè & conuertibiliter, à quocunque differt vnum differt & reliquum. Sed in forma intenta essentia formæ & eius perfectio sunt idem realiter adæquatè & conuertibiliter, quia nō est aliud neque secundum totum, neque secundum partem essentia formæ & eius perfectio, sed sunt penitus idem, ergo si forma intēsa differt à remissa ratione maioris perfectionis quam habet intensa, necesse est vt differant quātum ad essentiam. ¶ Arguitur quarto. Nam in motu locali corrumpitur primū vbi per aduentum secundi, ergo & in motu intensionis fit corruptio formæ præexistentis & continue alia atque alia generatur. Consequētia patet, quia vterque motus habet successionem, & videtur esse eadem ratio. Sed probatur antecedens ex 6. Physic. tex. 32. vbi dicitur mobile non esse in spatio sibi æquali nisi per instans, quia si esset in eodem vbi per duo instantia, cum inter quælibet duo instantia mediet tempus, sequitur quòd dum mouetur esset in eodem vbi per tempus, & consequenter quiesceret. Et confirmatur. Nam intensio est quidam motus, sed adueniente posteriore parte motus corrumpitur prior, vt patet in motu locali, ergo adueniente posteriori parte intensionis corrumpitur prior, & cum identificetur cum qualitate, corrumpetur etiam qualitas, & aduenier alia. ¶ Arguitur quinto. Termini motus sunt incōpossibiles, ergo forma quæ est terminus à quo corrumpitur aduenientę ea quæ est terminus ad quem, sicut aduenientę frigore corrumpitur calor. Et confirmatur, quia impossibile est contraria esse simul, sed minus album & magis album sunt contraria, vt dicitur 5. Physicor. tex. 19. ergo aduenientę magis albo corrumpitur minus album. ¶ Arguitur sextò. Nam in intensione albedinis ab albo vt vnum vsque ad octo per rubeum acquiruntur diuersæ formæ distinctæ realiter, scilicet, color pallidus, rubeus & albus, ergo in alteratione non manet eadem numero forma. ¶ Arguitur septimò. Nam motus & ipsa forma in intensione idem prorsus sunt, sed motus est vnus continuitate in quo reperiuntur diuersæ partes inuicem succedentes, ergo etiam in ipsa forma sunt huiusmodi partes, quarum vna additur alteri in intensione. Alia argumenta pro hac opinione, & contrà vide apud Durandum vbi suprà sed nobis hæc sufficiant. Ex horum enim solutione reliqua facilè solues.

Secunda sententia est Scoti in. 1. distinct. 17. quæstione. 3. quam sequuntur ferè omnes, quòd intensio fit per additionem gradus ad gradum. Quam sententiam quidam sic explicant, quòd per gradus in formis intelligunt illud minimum formæ in intensione, quod per se manere potest in subiecto, pars verò gradualis illa tam parua portio formæ, quæ non potest per se separata manere propter sui remissionem. Sed hæc explicatio neque est ad mentem Scoti, vt patet ex ipso in fine quæstionis, & de ea redibit sermo in sequēti quæstione quapropter omittenda pro nunc est. Scotus igitur, & eius discipuli dicunt quòd gradus isti sunt realiter distincti tanquam res à re, & ex primo gradu & sequenti resultat vna forma, quæ à principio non fuerat secundùm totam essentiam producta, sed secundùm vnū gradum, & post mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum tota producitur per productionem aliorum graduum, qui inter se quendam ordinem habent. Sicut in scientijs primus actus produxit habitum, ita & sequentes producunt habitum, & sicut primus ignis produxit aliquid caloris, ita alij ignes aduenientes producunt alium distinctum calorē, & ex istis duobus gradibus fit vnus sicut vna aqua ex duabus, & corpus ex multis membris distinctis realiter, scilicet manu, pede, capite &c. Hanc sentētiam Scoti fere sequitur quidam modernus hic super. ca. 3. q. 4. & copiosius in. 4. Phys. q. 2. sed nihil affert noui iste autor, sed tantum opiniones iam reiectas & ab scholis relegatas suscitare conatur. Fundamentum potissimum huius sententiæ est argumentum secūdum, quod fecimus pro opinione Durandi, scilicet; Intensio est motus realis, ergo habet terminum realem, sed non habet qualitatem, quæ est producta pro termino, ergo habet aliam distinctam, & sic intensio fit per additionem. Minor probatur quia sequeretur, quòd motus terminaretur ad qualitatē quæ est actu in mobili, quod est contra rationem motus, qui est actus entis in potentia & terminatur ad acquisitionem alicuius qualitatis. Et etiam quia per motū producitur terminus illius, ergo si illa qualitas esset terminus, bis produceretur & per alterationem præcedētem, & per istam intensionem. Confirmatur. Nam quando ignis calorem intendit vel aliquid efficit, vel nihil: secundum dici non potest, nam incredibile videtur, quod nihil efficiendo perficiat calorem; si vero aliquid efficit, ergo producit nouum calorē, & sic fit additio graduum. Confirmatur secundò. Per intēsionē qualitatis aduenit subiecto aliquid, quod antea non erat in illo, ergo vt acquirat qualitatem quam non habet. Nihil enim mouetur ad acquirendum quod iam habet. Nec sufficit dicere, ꝙ acquirat nouū modū: nam iste modus nō est per se terminus motus, & probatur, quia intensio qualitatem respicit. Confirmatur tertio. In remissione verē deperditur qualitas, & non solum modus qualitatis, ergo in intensione non solum aduenit nouus modus, sed nouus gradus. ¶ Arguitur secundo. Nihil est perfectius quàm antea nisi per acquisitionem alicuius qualitatis, quam antea non habebat, sed qualitas in fine intensionis est perfectior quàm in principio, ergo habet aliquam perfectionem, quam antea non habebat, quæ cum fit eiusdem speciei cum qualitate præcedēti cui additur, in intensione necessariò fit additio. ¶ Arguitur tertio. Intensio quæ terminatur ad calorem vt quatuor & quæ postea trāfacto aliquo spatio temporis terminatur ad calorem vt sex, sunt duæ intensiones distinctæ tanquam res à re, ergo habent distinctos terminos tanquam res à re. Antecedens probatur ex Arist. 5. Phys. qui ait, quod ad vnitatem motus requiritur vnitas mobilis, spatij & temporis, sed deficit vnitas temporis, ergo. Prima consequētia probatur. Tum quia motus distincti debent habere distinctos terminos, tum quia illi motus identificantur cum terminis, ergo vel termini sunt distincti, vel motus non sunt distincti. Patet consequentia. Nam si in terminis identificantur, inter se nō possunt distingui tanquam res à re. Nam quæ sunt eadem vni tertio sunt &c. ¶ Arguitur quarto. Nam in motu locali semper acquiritur aliud & aliud vbi, ergo & in intensione acquiretur alius, & alius gradus. Patet consequentia, quia eadem videtur ratio. ¶ Arguitur quintò. Si quis assentiatur huic propositioni Deus est per scientiā & fidem, vel huic; Quantitas distinguitur à re quātà per medium demonstrationum, & rationem probabilem, certius assentitur, quàm si per solam scientiam vel per solum medium demonstratiuū assentiretur, sed hæc intensio certitudinis non potest fieri nisi per additionem nouæ certitudinis distinctæ à præcedente, ergo intensio fit per additionē. Maior patet, & minor probatur. Nam certitudo fidei, & certitudo scientiæ sunt diuersarum rationū, ergo non potest vna certitudo intendere aliā, quin noua certitudo distincta realiter addatur. ¶ Arguitur sexto. Experientia constat, quòd maiorem calorem producunt ignis magnus, & ignis parus superueniens, quàm solus ignis magnus produceret, sed illa maior perfectio caloris nō fit, quia aggregatum ignium habeat maiorem virtutem producendi calorem intensiorem, ergo quia paruus ignis producit nouum gradum, qui vnitus præexistenti facit intēsiorem calorem. Minor probatur. Nam ignis non potest habere maiorem calorem quàm vt octo quē vterq; illorū habet. Consequētia verò patet. Quia nō videtur quo alio modo intēsio caloris in isto casu fieri possit. ¶ Arguitur septimo. Lumen augetur additione noui luminis, vt patet quādo in domo lumē accrescit ex additione nouæ candelæ superaccensæ, & tunc magis intenditur lux, ergo intensio fit per additionem. ¶ Tertia sententia est D. Thomæ, & omnium Thomistarum, quòd intensio fit solum per maiorem radicationem, & inhesionem in subiecto. Hanc sententiam probant primò autoritate Aristot. 4 Physicorum tex. 84. vbi ait, quòd ex albo fit magis album nullo facto albo de nouo, vbi clarè videtur dicere, ꝙ fit per maiorē radicationem. ¶ Arguitur secundo. Nam qualitates intenduntur, vt experientia constat, non per aduentum noui gradus realiter distincti, nec per aduentum nouæ qualitatis, & corruptionem præexistentis, vt infra euidenter probabitur, ergo per radicationē in subiecto. Nam non potest alia causa assignari. ¶ Tertio. Nam, vt dictum est in quæst. 3. huius capitis, intensio & remissio, in formis quæ intenduntur & remittuntur, non fit ex parte ipsius formæ secundum se consideratæ,

deratæ, quia forma secundum hanc rationē est indiuisibilis, ac per consequens neque intēdi, neque remitti potest, sed ex diuersa participatione subiecti, ergo intensio penes maiorem inhæsionem, & radicationem in subiecto debet pētari. ¶ Quarto. Nā formā de nouo produci in subiecto est ipsam educi de potentia subiecti, ergo intendi & perfici nihil aliud erit, quàm ipsam magis reduci ad actū & quòd educatur de potentia subiecti secundum alium gradum, quem in potentia habebat. Hoc autem est magis radicari, ergo. ¶ Hæc sentētia Sancti Thomæ verissima est, & absq; dubio tenenda. Sed in eius explicatione non omnes Thomistæ concordāt. Capr. in. 1. d. 17. q. 2. ad argumēta cōtra tertiā & quartā conclu. Astudillo hic q. 9. Flandren. 8. Met. q. 4. tenent hanc maiorem radicationē nihil aliud esse, quàm q forma acquirat successiuè diuersa esse, quorū vnum sit altero perfectius, ita quòd sicut dicebat prima opinio, in quolibet instāti esse nouam formam, & præexistentem corrumpi, ita prorsus dicunt ipsi de existentia, quòd manēte eadem forma, acquirit successiuè diuersas existētias. Neque ex hoc infertur, vt aliqui arguunt contra ipsos, quòd forma ipsa corrumpatur, licet amittat existentiam. Nam ad hoc requiritur, vt amitteret illam & nullam aliam acquireret: sicuti si humanitas Christi relinqueretur à verbo, per naturalem sequelam habebit nouam existentiam humanam, quæ antea habebat esse diuinum, & tamen licēt amittat esse, quia acquirit aliud, non corrumpitur. Adhuc tamen isti autores partiti sunt. Nam Capr. ibid. fol. 167. col. 2. tenet ex diuersitate esse, formam ipsam variari, ac Astudillo ait, quòd existente diuerso esse forma semper manet indiuisibilis. ¶ Sonci. vbi suprà dicit radicationem hanc nihil esse aliud, quàm quòd subiectum mediante qualitate recedat à potentia & magis accedat ad actum. ¶ Caietanus. 2. 2. vbi suprà explicat hanc maiorem radicationem per hoc, quòd qualitates istæ habent latitudinem graduum secundum quēdam ordinem taliter, quòd præexistentes comparentur aduenienti, vt potentia ad actum, & ideo adueniente nouo gradu desinit esse, & corrumpitur terminatio qualitatis sub anterioribus gradibus, & incipit terminari sub gradu aduenienti. Hæc explicatio Caiet. est optima, & ad mētem S. Thomæ, eamque amplius in sequētibus explicabimus. ¶ Pro cuius expositione est prima cōclusio. Plusquam falsum est asserere intensionem fieri per successionem nouæ qualitatis, & præexistentis corruptionem, vt asserebat prima opinio, sed toto tempore intensionis manet eadem numero qualitas. Hæc probatur primo ratione D. Thom. in. 1. sent. vbi suprà quia accidens non corrumpitur nisi vel per se à suo contrario, vel per accidens ad corruptionem subiecti vel causæ cōseruantis. Sed in intensione præcedēs qualitas non corrūpitur à suo contrario, neq; propter defectū subiecti & causæ, ergo nullo modo corrumpitur. Secūdò quia alias sequitur, quòd nulla alteratio sit vna numero. Ad vnitatem itaque numericā motus posuit Arist. 5. Phys. tex. 34. vnitatē formæ. Cuius ratio est, quia motus in vnitate sui idētificatur cum termino, sed est vnus motus in intensione, ergo vna forma. Tertio. In augmentatione manet eadem quantitas diuersimodè terminata, ergo & in intēsione eadem qualitas. Consequentia patet ex paritate rationis. Antecedens verò probatur, quia aliàs si corrumpitur quantitas præcedens corrūpuntur omnia accidentia, quæ in ea fundantur & consequenter corrumperetur ipsum individuū, quia corruptis omnibus accidentibus substantiæ corrumpitur etiam ipsa substantia. Quarto. Sequitur quòd in brevissimo tempore fuerint corruptæ infinitæ qualitates realiter distinctæ tanquam res à re. Hoc autem videtur falsum, ergo. Probatur sequela, quia in quolibet instanti illius tēporis, in quo fit intensio, qualitas perfectiori modo se habet. dū intensio fit motus continuus, vt etiam aduersarij concedunt, sed quando perfectiori modo se habet, aduenit noua qualitas, & præexistens corrumpitur, ergo. Consequentia probatur, quia in brevissimo tēpore sunt infinita instantia. Sit cōfirmatur. Quia loquitur eadem ratione, quòd in brevissimo tēpore sint productæ infinitæ qualitates realiter distinctæ tāquā res à re, quod est impossibile. Quintò, quia ex ista opinione sequitur, quòd productio cuiuslibet formæ intensioris non esset motus, sed mutatio. Nam producitur in instāti, ergo. Vltimo. Nam sequitur, quòd per actum charitatis perdatur charitas & homo maneat sine charitate quam modo habet per hoc quòd dilexit Deum. Patet sequela. Quia charitas augetur per actū intensiorē, ergo sic corrūpitur præexistens per aduentū alterius perfectioris, iam charitas mea corrumpitur per actum charitatis. ¶ Sed operæpretium erit, vt antequam hic sermonem ad alia reuocemus, argumenta facta pro hac opinione dissoluamus. Ad primum igitur respondetur pro cuius solutione notandū, quòd in naturalibus quædam accidentia sunt per se formæ, vel actiones &c. vt cursus, albedo, nigredo &c. quæ dā cōditiones suppositarū formarū, vt magis, minus, fortiter, velociter, nequeunt inesse nisi suppositis formis. Velocitas enim vel fortiter &c. inesse alicui nō possunt nisi suppositā actione. Inter has autem conditiones hæc est differentia, quòd sicut in formis non est æqualitas, sed vna est perfectior altera & imperfectior, licet sit quid positiuum, habet se vt priuatio respectu perfectionis: ita in his modis imperfectior, licet sit quid positiuum, habet tamen se vt priuatio respectu perfectionis, quia nō dicit tantam perfectionem sicut alter; veluti tardè

Universidad de Deusto
Biblioteca

& remisse si comparentur ad velociter & intense. Ad primum igitur bene responsum est. Ad primã replicam concessa maiori & minori distinguitur consequens, vt secundũ suam essentiã est terminus à quo, id est, vt secũdum suã essentiã est in potẽtia ad vlteriorem gradũ & priuata illo, cõcedo consequẽtiã, vt secũdum suã essentiã est terminus à quo sine ista priuatione nego consequentiam. Ad secundam replicam distinguitur maior. Idẽ est terminus à quo intensionis, & ad quem remissionis, materialiter verum est, formaliter nego, quia ille modus formæ, scilicet, remisse licet sit quid positiuum, imperfectior tamen est quàm alter modus, scilicet, intense propter primum, quia scilicet, est quid positiuum, terminat remissionẽ, propter secundum vero est terminus à quo intensionis, & dicitur priuatio. Ad confirmationẽ nego sequelam, ad probationem dico, quòd ad hoc quod intensio esset mutatio & non motus, deberet terminus à quo esse priuatio simpliciter & absolutè. Sicuti generatio dicitur mutatio & non motus, quia terminus à quo est absolute priuatio. Nam homo ex nõ homine generatur, & equus ex non equo. At forma remissa nõ dicimus, quòd sic est priuatio, quin potius est quid positiuum, habet tamen se vt priuatio respectu vlterioris gradus, quia est in potentia, vt sit perfectior, & magis intendatur in subiecto. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd responsio ibi ussignata est optima, & est D. Tho. in 1.2. vbi supra. Ad primam replicam dico, quòd perfectio quæ acquiritur per intensionem non distinguitur ab ipsa forma nisi tãtum ratione. Nam albedo vt quatuor non distinguitur ab albedine vt quinque, sed est eademmet albedo, vna tamen habet maiorem perfectionem quàm alia. Ad secũdam replicam respõdetur, quòd ad nouam actionem satis est quod habeat nouum terminum formaliter. At terminus intensionis, & productionis de nouo alicuius qualitatis distinguuntur formaliter. Licèt enim materialiter vtriusq; terminus sit eadem res, scilicet, eadem qualitas; tamẽ eademmet qualitas terminat nouam productionẽ secundùm gradum vt vnum. v.g. at verò terminat intensionem cum nouo modo, quem per illam acquisiuit, scilicet, cũ perfectione vt quatuor, vel vt quinque. Et hoc sufficit ad hoc quòd illi motus distinguantur ex terminis. Ad vltimam replicam negamus omnia illa inconuenientia, quia per intensionem acquiritur nouus modus, per quem essentialiter perficitur qualitas intensa. ¶ Ad tertiũ cõcessa maiori negatur minor, & ad probationẽ nego quòd variatio perfectionis formæ variet essentiã formæ. Nam forma vt quatuor est in potentia ad vlteriorem gradum, per quem eius essentia nõ variatur, sed perficitur. Sicuti ex hoc quòd puer acquirit vires, & crescit in quantitate, non variatur eius essentia, perficitur tamẽ, quia hoc debetur naturæ hominis, vt habeat talem quantitatem, talem proportionem, tales vires &c. Et per hæc patet ad confirmationẽ. ¶ Ad quartũ nego consequẽtiam. Discrimẽ est in hoc, quia cum aliquis mouetur ad locum. B. trãsiens per multa loca, quæ sunt media, tametsi sunt eiusdem speciei, quatenus ordinantur ad terminum vltimum, tamen non subiectantur illa loca in mobili, sed in medio. Vnde non potest alium locum acquirere, quin relinquat priorem, quia locus est adæquatus locato, vnde neque magis est in loco in fine motus, quàm in principio. At albedo, quæ recipitur in subiecto, quod mouetur est eiusdem speciei; vnde non est quare desinat vna albedo, vt alia introducatur, neque vero existente priore, alia potest recipi in eodem subiecto, quia neque differrent numero, accidentia enim supposito quòd sint eiusdem speciei distinguũtur numero ex subiecto. Ad cõfirmationẽ nego consequentiam. Nam motus corrumpitur, quia est eius successiuum, non autem qualitas, quia est permanens. Et quamuis identificetur, non sequitur quòd vno corrupto aliud corrumpatur, vt patet in similitudine & albedine, sed solum sequitur quòd corrumpitur aliud in ratione motus, non in ratione qualitatis. ¶ Ad quintum distinguo maiorẽ. Terminus à quo, & ad quem sunt incompossibiles vt sic, id est, secundùm talem terminationem quam habet vt est terminus à quo, & ad quem concedo, absolutè verò secũdùm rationẽ qualitatis & entitatis nego. Ad cõfirmationẽ respõdetur, q̃ solùm probat non posse manere simul ratione magis & minus, & secũdùm terminationẽ maiorẽ & minorem; manent tamen in ratione albi, quia est eadem albedo & sic dicuntur esse contraria secundùm quid. ¶ Ad sextum respondetur, quòd forma quæ est terminus intẽsionis illius nõ est color medius, sed albedo. At hæc siue in colore pallido, siue in rubeo, siue quando iam est deputata, eadem semper manet magis vel minus contrarijs permixta. ¶ Ad vltimum argumentum patet ratio discriminis ex his quæ diximus ad confirmationem quarti argumenti. Ex dictis in hac conclusione manet decisa alia quæstio, quam tractat Sonc. 8. q. 20. Vtrùm scilicet, in toto tempore intẽsionis maneat eadem forma numero, affirmatione enim ad eam respondendum est, vt patet ex dictis. Et hęc de prima opinione. ¶ Secunda conclusio. Falsum est dicere, q̃ intensio fit per additionem gradus ad gradum, vt asserit secunda opinio. Probatur primo ista cõclusio autoritate D. Tho. in. 1.2. q. 52. art. 2. vbi ponit vnam rationẽ optimã, in cuius explicatione Caiet. ibi multa expendit verba, sed ratio Diui Thomæ breuiter resumpta est hæc. Nam hæc additio fieri non posset nisi vel ex parte formæ, vel ex parte subiecti, ita quòd forma adderetur formæ vel subiectum

iectum subiecto. Primum esse non potest, quia talis additio vel subtractio variat speciem, sicut variatur species coloris, quãdo de pallido fit album. Neque secundũ. Quia hoc non potest esse nisi vel quia aliqua pars subiecti recipit formam, quam prius non habebat, vt si dicatur frigus crescere in homine, qui prius frigebat in vna parte, & modo friget in alijs etiam partibus, vel quia aliquod aliud subiectum additur participans eandem formam. Sicut si calidum adiungatur calido, vel albũ albo. Sed nullo horum modorum aliquid intẽditur, sed extenditur, ergo intensio non fit per additionem. Secundo. Quia ex pluribus formis actu distinctis non potest fieri vna, nisi vna respectu alterius se habeat vt potentia, & altera vt actus, & isti gradus cum sint eiusdem speciei, neutra se habet vt potentia vel actus respectu alterius, ergo. Neque valet dicere, quòd efficiunt vnũ continuatione, sicut duæ partes aquæ per solam continuationem efficiunt vnam aquam totalem sine hoc, quod vna sit potentia aut actus respectu alterius. Nam in qualitatibus immaterialibus, vt volitione, intellectione &c. reperitur propriè intensio. Hæc autem continuitas inueniri nequit, cum ibi nulla sit quantitas, cuius effectus est ipsa cõtinuitas. Tertiò. Sequitur quòd forma intensior sit imperfectior remissiore. Nam est composita magis remissiore: at secundũ D. Dionysca. 5. de divin. nom. hæc est differentia inter formas, & earũ subiecta, quòd subiecta quanto magis composita ex pluribus formis, tanto habent plures perfectiones, sed tamen forma quantò simpliciter tantò erit perfectior, ergo nõ potest fieri intensio per additionem graduum, qui semper maneãt distincti. Quartò. Nam illi gradus, vel differunt numero, vel differunt specie. Hoc secundum esse non potest. Sicut enim albedo non perficit dulcedinẽ, nec gradus subsequens poterit præexistentem intendere. Neque differunt numero, quia tunc vel perficit præexistentẽ per hoc quod est in eadẽ parte subiecti, vel in diuersa. Si per hoc quod est in eadem, ergo duo accidentia solo numero differentia sunt in eadẽ parte subiecti, quod implicat. Si in diuersa, ergo non facit intensius album, sed extẽsius. Vide alias multas rationes apud Capr. in 1. dist. 17. q. 2. & apud Sonc. 8. Met. q. 21. & apud commentatores D. Tho. 1.2. q. 52. arti. 2. & in. 2.2. q. 24. art. 5. Sed ad argumenta huius opinionis est respondendum. ¶ Ad primũ argumentum secundæ opinionis iam dictum est, quòd intensio habet pro termino qualitatem productam non vtcumque sed perfectiori modo se habẽtem. Et vt fit terminus motus realis non est necesse, q̃ producatur de nouo, sed sufficit quòd perficiatur vt patet in augmento. Ad primã confirmationem resp. q̃ perficit per illũ nouũ modũ, quẽ acquirit. Ad secundam, q̃ motus intensionis nõ ordinatur ad acquirendum aliquid de nouo, sed ad perficiendum id quod antea erat. Est enim duplex motus alter per quem forma habet esse, alter vero per quem forma perficitur. Primus motus est ad esse quod antea non erat, secundus motus est ad perfectionem eius quod antea erat; & quia sicut esse rei est quid reale, ita & eius perfectio est quid reale, vtrumque potest per se terminare motũ. Ad tertiã confirmationẽ respon. q̃ per remissionem nõ desinit noua entitas, sed maior perfectio formæ. ¶ Ad secundum negatur maior. Quia sufficit q̃ habeat nouum modum, quem antea nõ habebat, per quã forma perficitur. ¶ Ad tertium conceditur antecedens, sed negatur consequentia. Ad primam probationem dico, q̃ motus nõ distinguũtur numero penes terminos. Ex his enim tantũ sumitur distinctio specifica. Distinguuntur autem numero vel per subiecta, vel quia non est vnicum tẽpus in quo fit motus, vel vnicum spatium, atque ita nõ est inconueniens quòd licet ibi sint duo motus, habent vnicum terminum, quia tantum distinguũtur numero. Ad secundam probationem concedo antecedens, & nego consequentiam, quia nõ est inconueniens, quod vna & eadem identificetur cũ duabus rebus distinctis. Sicut vna, & eadem albedo identificatur cum duabus similitudinibus realiter tanquam res à re distinctis, & eadem quantitas cũ duabus æqualitatibus. Modo enim ego sum similis Petro albo, & si Petrus moriatur desinit illa similitudo, & Paulo albo nato de nouo aduenit mihi alia similitudo distincta à priore, cum quibus duabus similitudinibus mea albedo identificatur. Et ad illam maximam, quæ sunt eadem vni &c. Respondetur, q̃ intelligitur si existant extrema, & tertium. Tunc enim verum habet, aliàs minimè, & ita contingit in proposito q̃ motus desinit quia desinit vnitas temporis; hoc tamen est in ratione motus, non in ratione qualitatis. ¶ Ad quartũ iam est responsum in solutione quarti argumenti Durandi. ¶ Ad quintũ iam diximus in 2.2. q. 1. art. 5. quòd certitudo scientiæ non auget certitudinem fidei intensiue, ita q̃ scientia & fides producãt vnũ actum in se magis certũ quam sola scientia, vel sola fides produceret. Et idem est dicẽdum de ratione demonstratiua, & probabili tum propter rationẽ in argumẽto assignatam, tum etiam quia habitus non intẽditur ab alio actu, nisi à quo producitur, sed actus fidei non producitur à scientia, neq; actus scientiæ à fide, ergo neq; vnus intẽdit aliũ, & è conuerso. Sed dicitur augere certitudinẽ extensiue, & ex parte subiecti, quia qũ habeo sciẽtiã solũ produco actũ scientiæ circa obiectũ illud, quãdo habeo opinionẽ & scientiã produco duos actus, alterum scientiæ, alterum opinionis, & sic sum certior extensiuè, & pluribus titulis ex parte subiecti, & hoc modo rationes ꝓbabiles adiuuãt demõstratiuas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex quo colligitur, quòd maior assumpta in argu- A
mento debet distingui; Nam si intelligatur quòd
est certior extensiuè, & pluribus titulis, vera est: si
verò intensiuè falsa est, quia qui habet scientiã, &
fidem de illa, Deus est, nõ est certior, quàm qui il-
lam solùm credit, nisi dicatur certior pluribus mo-
dis. Non enim fides intenditur per demonstratio-
nem neque è conuerso. ¶ Ad sextum argumen-
tum & septimum respondebimus in quæstiun-
cula quam faciemus infrà q.2. super ca.7. ad quar-
tum argumentum; Vtrùm lumen possit intendi.
Ex his omnibus patet tertiam opinionem, quæ B
D. Tho. est, amplectẽdã esse. Cæterum necesse est
vt quæ sit potior eius expositio aperiamus. ¶ Pro
quo sit tertia conclusio. Expositio Capreoli, &
reliquorum neque est ad mentem D. Tho. & falsa
est. Probatur primò. Nam sequitur ex ista sententia, quòd pluries generetur & corrumpatur in ea-
dem intẽsione eadẽ forma, quod est impossibile.
Patet sequela. Quia tunc res deperditur, quando
eius existentia deperditur, vt patet in equo, leone.
&c. sed pluries perditur eius existentia & acquiri-
tur, ergo pluries generatur & corrumpitur. Secun- C
do arguitur ad hominem. Nam sequitur secũdùm
istos Doctores, quòd aliquando sit forma, & non
habeat propriam existentiam. Ipsi enim dicunt, q
alteratio est motus discretus, ita quòd nunquam
successiuè variatur esse, sed variatur in vno instãti,
& postea expectat tempus vsque ad aliud instans,
in quo varietur & aliud esse acquirat. Ex hoc sic ar
gumentor. Illud esse primum corrũpitur per vlti-
mũ sui esse; & nõ in instanti quo aliud acquiritur,
ergo in instanti quo ipsum generabatur, ergo tem
pore intermedio inter illa duo instãtia manet for- D
ma sine existẽtia. Maior probatur. Nam si per pri-
mũ non esse, ergo successiuè & per motum conti-
nuum. Nam solum in continuis non datur vltima
pars. Minor patet. Nam duæ existentiæ simul in
eodem esse non possunt. Prima autem consequen
tia probatur. Nam nullum aliud instans datur, nisi
illa duo in quo corrumpatur. Nam etiamsi corrũ-
patur in aliquo intermedio, sequitur etiam idem
inconuenieus. Tertiò specialiter contra Astudillo.
Nam, vt ait D. Tho. 2.2.q.24.artic.4.ad 3. illi pro-
priam vocem intensionis ignorarunt, qui dixerũt E
qualitatem augeri per maiorem radicationem in
subiecto, & non penes essentiã, quia cum acciden-
tis essentia sit inesse, si magis inhæret & perfectiori
modo, perfectior erit essentia accidentis, & sic non
fiet variatio solum penes existentiam. Et quidem
hęc opinio incidit cum prima à nobis expugnata.
Reiecta ergo horum Doctorum explicatione,
Caiet. D. Tho. optimè interpretatus est. Pro cuius
expositione notandum est, quòd radicari, vt colli-
gitur ex ipsa metaphora loquutionis, nihil est
aliud, quã firmius hærere, & magis ac tenacius in-
esse subiecto instar arboris, quæ tũc dicitur magis
radicari, quando vel fusiùs protendit radices, vel
maiori robore, & fortiùs terræ conglutinatur. Ita
in accidentibus hæc maior radicatio fit, quãdo ma
gis sibi subijcit passum, subijcit autem sibi magis
passum, quando magis complet eius potẽtiam ad
esse talis accidẽtis, in quo bene dixit Sonc. qui in
hac parte cum Caiet. sentire semper mihi visus est,
quicquid alij dicant. Itaque hæc radicatio formæ
nihil est aliud quàm formam magis perfici in sub-
iecto, & magis educi de eius potẽtia, & subiectum
per illam reducẽdo magis ipsum ad actũ, ita quod
si ante intẽsionem habebat forma in subiecto gra-
dus perfectionis vt duo, post modũ habeat vt tria,
& sic successiuè, nõ quòd producatur, aut destrua
tur aliqua qualitas de nouo, sed ex eo solùm quòd
corrumpitur actualis terminatio vt duo, & genera
tur vt tria; & sic saluatur etiam, quòd in omni mo-
tu est corruptio & generatio, corrumpitur enim
terminus à quo secũdum actualem terminationẽ,
& solum manet terminus in potẽtia, vt si remitte-
retur qualitas illucusque inuenitur generatio, quia
producitur alius terminus secundum nouũ gradũ
in actu existẽtem, qui est vt quatuor. Qui quidem
gradus non sunt realiter distincti, sed sunt eadem
forma antiqua aliter, & aliter se habens. Est exem-
plũ. Quãdo ex tripedali generatur quadripedale,
tunc non corrumpitur tripedale, sed solum actua-
lis terminatio quantitatis ad illud, nam iam nõ ter
minat tripedale, sed quadripedale, & ita contingit
in formarum intensione. Et si quæras, quid est illa
terminatio quæ abijcitur, & est terminus à quo in
tensione; Respondetur, quòd nihil addit supra
rem, scilicet, supra calorem vt quatuor nisi actualis
tatem quinti gradus, quia actus est qui distinguit,
& separat, & cum terminatur ad calorẽ vt quinq;
deperditur, quia iam non manet actu terminãs, sed
in potentia, & si remitteretur vsque ad illũ gradũ,
tunc maneret in actu. Quod diximus de intensio-
ne, dicendum est etiam de remissione, quòd remis-
sio fit per minorem radicationem, & quod minus
qualitatem radicari in subiecto est deperdere ali-
quem gradum perfectionis, quem antea habebat.
Ex dictis patet quid sit dicendum ad argumẽta
in principio huius quæstionis posita. Ad primum
enim patet ex hac vltima conclusione. ¶ Ad se-
cundum respondetur, quòd limitatio formæ pro-
uenit à subiecto prædominante ipsi formæ, perfe-
ctio autem ex ipso subiecto magis actuato, & cui
magis prædominatur forma. Et hoc patet, nam
quãdo forma omnino separatur à subiecto est per
fectissima, ergo quo minus illi immiscetur, & mi-
nus ipsi prædominatur subiectum, magis erit per-
fecta. ¶ Ad tertiũ iam respondimus in q. 3. huius
capitis in solutione argumenti. 3. facti cõtra secun
dam conclusionem, & hæc de hac quæstione.

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

¶ Vtrùm alteratio siue intensio fit motus continuus.

ESt videtur quòd non. 1. autoritate Arist. 8. Phys. tex. 23. vbi ait. Dicere alterari cõtinuè, est rebus perspicuis aduersari. Et post ait. Alteratio nõ fit per partes sicut congelatio, sed subitò; & dicit fieri eo modo, quo fit cauatio lapidis ab vltima gutta, quæ fit in instanti. Et idem ait. 6. Phys. text. 32. B
Quam sentẽtiam tenet Comm. 3. Phys. comm. 6. & D. Tho. 6. Phys. lect. 5. & in. 1. d. 8. quæst. 3. art. 3. ad 3. & 2. cont. gen. c. 49. & 8. Phys. lect. 5. vbi idem asserit, quod Aristot.

¶ Secũdò arguitur ratione. Si alteratio est mo-
tus continuus, sequitur quòd nõ detur primũ esse
qualitatis, consequens est falsum, ergo. Probatur
sequela. Quia non datur primum in motu, ergo
neque in qualitate acquisita per motum. Minor
vero probatur. Primò quia cum qualitas sit res per
manens secundum Arist. 6. Phys. in illa debet da- C
ri primum, quia in instanti intrinseco per primum
sui esse debet incipere, sicuti omnia alia entia per-
manentia. Secundò quia datur minima dispositio
ad introductionem formæ substantialis, ergo da-
tur minima qualitas, quæ in instanti incipit, ac sub-
inde discretè producetur, & intendetur. Tertiò.
Nam vix intelligi potest, quòd detur forma ali-
qua permanens, & incipiat, nec detur pars primò
producta, cum agens sit certæ, & determinatæ vir-
tutis. Quę sentẽtia de minimo est expressa Auerr.
8. Phys. comm. 23. & Iandu. lib. 6. quæst. 15. & D
Ægidij quæst. 25. huius libri. ¶ Arguitur tertio.
Nam si intensio caloris est cõtinua, sequitur quòd
in fine horæ qualitas sit infinitè intensa, conse-
quens est falsum, ergo. Probatur sequela. Nam in
quolibet instanti calor aliter, & aliter se habet;
& perficitur, sed sunt infinita instantia, ergo infi-
nitè intenditur. ¶ Quartò arguitur. Qualitas spi-
ritualis intenditur in instanti. Nam potest intendi
per actum demonstrationis, qui cum non inue-
niat in subiecto contrarium, in instanti operabi- E
tur suum effectum. Item etiam lumen potest in-
motus continuus. ¶ Quintò arguitur. Quando
intenditur albedo. v. g. aut agens incipit intendere
albedinem per primum sui esse, aut per vltimum
non esse. Si primum, habemus intentum. Nam sic
datur primum in motu, & sic erit discretus, & non
continuus, quia in continuis non datur primum.
Si verò incipit per vltimum non esse, ergo tunc
agens est applicatum passo, & nihil agit positis
omnibus requisitis ad operandum, quod est im-
possibile. Confirmatur. Nam quando ignis pro-
duxit gradum caloris in aqua, vel intendit illum
in instanti immediato aut mediato, non primum
quia non datur instans immediatum instanti, er-
go in mediato, & sic mediat tempus, in quo datur
quies, & consequenter intẽsio non est motus con-
tinuus. ¶ Arguitur Sextò. Productio qualitatis, &
intẽsio sicut & generatio cuilibet rei corporeæ fit
per applicationẽ agentis ad passum, vt constat; sed
datur primum applicatum esse, ergo datur primũ
in intensione qualitatis, & consequenter erunt
duo motus discreti. Consequentia probatur. Quia
in instanti in quo agens est applicatũ aliquid ope
ratur, non nisi qualitatem, ergo in illo instanti in-
cipit qualitas. Quòd verò detur primum applica-
tum esse, probatur. Nam agens non applicatur
per vltimum non esse, ergo per primum sui esse.
Minor probatur. Nam falsum est dicere nunc
non est applicatum designando aliquam partem
spatij, & immediatè post hoc erit applicatũ, quia
cum spatium sit diuisibile, necessariò consumitur
tempus in eius transitu, & sic non immediatè post
hoc erit applicatum. Et confirmatur. Nam distat
per aliquid diuisibile vel non distat. Si primum, er- C
go non immediatè post hoc applicabitur, quia ad
pertranseundum diuisibile requiritur tempus, vel
non distat, & sic erit applicatum. ¶ Arguitur vlti-
mo. Nam datur maximum in qualitatibus, vt pa-
tet in calore qui vsque ad octo potest crescere, &
non plus, & etiam minimum, quia non potest esse
calor minor quàm vt vnum, ergo incipiet motus
in instanti. ¶ Propter aliqua horum argumentorũ
Capr. in. 2. dist. 17. q. 2. ad finem, quem sequitur
Sonc. 8. Met. q. 22. & Iauellus. 8. Phys. q. 7. & Ferri
ibi. in eadẽ quæst. & Astudillo. 1. de Generatione
q. 10. affirmãt moti præcipuè autoritate D. Tho.
à nobis in primo argumento allata ex. 8. Phys. in-
tensionem esse motum discretum, quam sententiã
sequuntur aliqui discipuli D. Thomæ nostri tem-
poris. Sed in oppositum est, quod tertio Physic.
motus distinguitur à generatione, quòd ista fit in
instanti, ille verò in tempore, sed alteratio & inten
sio est motus, ergo fit in tempore & consequenter
est cõtinuus. ¶ In explicatione huius dubitationis
duo articuli erunt nobis instituẽdi. In primo enim
principalem quæstionẽ examinabimus: in secũdo
vero disputabimus an in intensione, seu alteratio-
ne detur primum esse qualitatis, & necessariò hæc
secunda quæstio hic disputari debet, vtpote ex cu
ius intelligentia dependet euidens prioris cogni-
tio. Quare vt ad primũ articulum accedamus no-
tandum est, vt colligitur ex D. Thom. 1. p. de mo-
tu angelorum, motum discretum à continuo per
hoc distingui, quòd discretus componitur ex di-
uersis mutationibus non copulatis vnico termino
communi, ita vt inter illos sit quies: vt si in instanti
calefactionis produceretur minimum caloris, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea subsequeretur quies, & in alio instanti intenderetur calor præcedens, istæ omnes mutationes seu mutata esse faciunt vnum motum discretum, sicut duæ vnitates faciunt vnum numerum, quia vnum mutatum esse dicit ordinem ad aliud. sicut vna vnitas ad aliam, & motus nec consistit in primo mutato esse, neque in secũdo, sed in primo & secundo, vt dicunt inter se ordinem. Sicut ratio numeri neque consistit in prima vnitate neque in secũda, sed in vna & alia. Et ita possumus vno modo intelligere alterationem seu intensionem esse motum discretum, id est, cõpositum ex pluribus mutatis esse non copulatis vnico termino communi. Secundo modo possumus intelligere esse motum discretum, quia durat modo per tempus aliquod & post modum interrumpitur, & iterum durat, &c. E conuerso vero motus cõtinuus est, cuius partes copulantur vnico termino communi, sic adeo vt inter vnam, & aliam partem non interueniat quies, sed mobile dum durat motus, sit in continua quadam successione, vt patet in motu locali sic, quod hoc mutatum esse continuet partem antecedentem motus, & subsequentem. Secũdo modo possumus intelligere ipsam alterationem esse continuam eo quod perpetuò duret, sicut motus primi mobilis, sicut ponebat Heraclytus omnia semper moueri, & nunquam quiescere, licet aliquando lateat nos, vtrum moueantur vel nõ, quia motus eorum est imperceptibilis, sicut narrat Philosophus 8. Phys. tex. 23. vbi reprobat ex proposito prædictam positionem. ¶ His positis est prima conclusio. Intensio seu alteratio nõ est motus continuus, id est, perpetuò durans, sicut motus localis cœli. Hæc conclusio est contra prædictum philosophum & probatur autoritate Arist. D. Tho. & Comm. in primo argumento adductis, & experiẽtia quotidiana. Constat enim, quòd mea albedo non semper intenditur, & alteratio cessat aduenięte forma substantiali ad quã ordinatur. ¶ Secunda conclusio. Alteratio & intensio sunt motus continui, sicut motus localis. Hæc conclusio probatur primo (& loquimur modo de intensione, seu alteratione Physica) ex Arist. 3. Phys. quod motus est de genere continuorum, & quòd est actus nõ intercisus. Et 5. Phys. tex. 10. post quam constituit distinctionem inter mutationem & motum exclusa mutatione à propria & stricta ratione motus, ait augmentationem, alterationem, & lationem esse strictè motus. Cuius nulla alia ratio potest esse, nisi quia de ratione horum est continuitas. Et 6. Phys. probat motum esse diuisibilẽ & continuũ, quando res quæ acquiritur est diuisibilis, & ponit exemplum in quantitate, sed qualitas corporalis diuisibilis est, ergo. Item probatur ex D. Thom. quodlib. 9. art. 9. vbi dicit, quod motus localis, augmenti & alterationis sunt continui. & 2. 2. q. 24. art. 7. per cõtinuam alterationem inquit posse per pallorem peruenìri ad albedinem. & 1. de Generatione tex. 84. ait, quòd motus continuus non est nisi in tribus Quantitate, Qualitate, & Vbi. Idem habet 5. Phys. tex. 23. & 6. Phys. tex. 36. & 37. & specialiter de alteratione hoc asserit in. 2. d. 5. q. 2. artic. 1. Probatur deinde conclusio ratione. Nam si alteratio non est motus cõtinuus, sequitur quod agens naturale optimè applicatum passo, & sublatis omnibus impedimentis nõ ageret. Consequẽs est falsum, ergo & illud ex quo sequitur. Probatur antecedens. Applicetur perfectè calidum frigido, tunc vno gradu caloris producto, quæro an immediate post hoc agit in frigidum. Si agit, ergo continuè fit motus alterationis, & idem de motu intensionis est dicendum. Si nõ agit habemus intentũ, ergo. Tertiò. Si applicetur luminosum per motũ localem alicui disposito, illuminatio est motus cõtinuus, ergo & alteratio. Sequela patet, quia illuminatio est alteratio. Antecedens probatur. Nam illuminatio causatur à motu locali, & fit ad motum eius, ergo. Idem argumentum fieri potest de calefactione quæ causatur ex continua approximatione agentis ad passum, & nos experimur, quod sicut continuè mouemur versus ignem, ita continuè recipimus ab illo calorem. Et confirmatur. Nam non potest extendi albedo per aliquod corpus in instanti, si per motum producatur, secus est si producatur ad productionem subiecti, sed extenditur per alterationẽ, ergo alteratio est motus continuus, siquidem non fit in instanti.

¶ Tertia conclusio. In qualitatibus spiritualibus licet intensio possit esse continua, hoc tamen ibi non est necessarium, sed possunt intendi in instãti. Prima pars probatur. Nam non est repugnãtia ex parte habitus spiritualis, cum habitus scientiæ habeat suos gradus latitudinis vt aliæ formæ corporeæ, neque ex parte subiecti nam sicut visio quanuis fiat in instanti potest continuari multo tempore, ita intellectio. Secundò. Nam experientia compertum est, quòd potest aliquis multo tẽpore continuare actum scientiæ circa aliquã conclusionem, & ex illa continuatione perficitur habitus intellectus, ergo. Secunda pars probatur. Quia cum actus intellectus possit esse in instanti, poterimus circa aliquam conclusionem habere actum in instanti, & ex illo actu habitus intenderetur, & fiet perfectior.

IN secũdo articulo videndũ à nobis est. Vtrùm detur minimũ in accidentibus quę intenduntur? Et quidẽ illud certũ est in hac quæstione, quòd qui asserunt alterationem seu intensionẽ esse motum discretum, necessario concedere tenẽtur tale minimum, & ita existimat Soncl. lib. 8. Met. q. 23. Quam sententiã probare contendunt argumento secundo in principio quæst. à nobis posito &. 6.

Et qui-

Et quidem isti consequenter loquuntur, cæterum hisce nostris diebus surrexit quidam nouus Philosophus qui in commentarijs suis super primum librum de Generat. q. 6. existimat quidem alterationem esse motum continuum, in quo quidem verum asserit, existimat nihilominus, quòd in alteratione datur primus gradus acquisitus, & prima pars secundum subiectum. Sicuti cum ignis accedit ad aquam, datur vnus primus gradus caloris in vno instanti introductus, similiter prima & minima pars aquæ calefacta. Quod probat primo quãtumcumque ad minimum extensionis, quia si non datur prima pars quæ sit calefacta, sed semper minor, & minor præcedit, sequitur quòd nec datur minimũ ignis & substantiæ: quod quidem falsum est. Probatur sequela. Quia calor disponit ad formã ignis, sicut ergo non datur primum in calore, nec dabitur ignis minimum. Quia demus. v. g. minimum ignis sit. A. B. si in medietatem potest induci calor, detur quod intendatur ibi vsque ad octo, peto, an erit ignis vel non. Si est, ergo minor minimo; si non ergo posita summa dispositione non erit forma. Præterea, quia summus calor erit cum forma aquę vel erit materia sine forma; necesse est igitur, quod si non datur ista diuisio in igne, sed est minimum, quod etiam sit in accidenti. Præterea, quia agens & alterans semper est applicatum æqualiter alicui parti passi, & sic non in minori, & minor prius inducit qualitatem. Idem probat de intensione probatione tertia in secundo argumento à nobis posita. Cæterum quæ iste autor hac in parte affert inter se nullo modo cohærent, quod infra amplius patebit. Interim pro solutione huius dubij aduertendum primo est quòd de huiusmodi qualitatibus dupliciter loqui possumus & de eorũ productione, vno quidem modo absolute & secũdum eorum esse; alio modo vt sunt dispositiones ad introductionem alicuius formæ substantialis. Secundò notandum est ex. 6. Phys. quòd quælibet pars motus signata incipit per primum sui esse, at verò ipse motus non signãdo partem incipit per vltimum non esse. Versus finẽ verò datur vltimum mutatum esse in motu. Est tamen discrimen inter motum acquisitionis & deperditionis, quòd in primo. v. g. in intensione qualitatis qualitas quę acquiritur habet suum terminum intrinsecũ. v. g. calor vt. 8. qui correspondet nõ motui, sed vltimo mutato esse, at in motibus deperditionis vltimo mutato esse non correspondet gradus productus, sed corruptus, & ideo ille qui remanet est extrinsecus motui. Vt si calor vt. 8. remittatur vsque ad calorem vt quatuor exclusiuè, in motu verò omnino deperditiuo vltimo mutato esse correspondet omnimoda corruptio qualitatis, & sic non debet dari versus finem qualitas quæ maneat, sed quæ non maneat. Cum ergo sphera actiuitatis procedat à summo gradu vsque ad non gradum per modum cuiusdam remissiuæ extensionis, vltimus terminus talis motus est omnimoda expulsio qualitatis, ante illud tamẽ mutatum esse vltimum sicut dabatur motus, dabatur etiam pars qualitatis sine hoc tamen quòd vltimam partem illius posses signare, sicut neque in motu. Ex quo patet quomodo sphera terminenetur extrinsecè non enim possumus signare vnam lineam intrinsecam in quam ignis extendit calorem & vltra quam non extendat, sed vnam extrinsecam in quam non extendit, & citra quam in quamlibet extẽdit. At vero intra ipsam sphæram possumus signare plures lineas ad quas vsque intrinsecè calorem extẽdit. Et hoc notandum est pro solutione. 6. argumenti. His positis est prima conclusio. In alteratione seu intẽsione non datur primum esse qualitatis. Ista conclusio est M. Soto. 1. Phys. q. 4. artic. 3. & probatur ibi ab eo optimè. Nihilominus potest etiam esse ratio, quia quæ incipiunt per motum debẽt incipere ad modum motus, sed in motu nõ datur primum, ergo neque in eo quod incipit per motũ, sed qualitas quæ incipit per alterationem incipit per motum, ergo. ¶ Secunda conclusio. Si qualitates considerentur vt sunt dispositiones requisitæ ad introductionem alicuius formæ substantialis, vt sic in eis & datur minima qualitas, & etiam maxima, & quoad paruitatem & magnitudinẽ intrinsecè terminantur. Hæc etiam est M. Soto vbi supra conclusione. 3. & eam satis probant argumenta, quæ facit pro sua sententia nouus ille opinator, & nihil aliud quam hanc conclusionem probant. Hinc fit q̃ quandoque calor vt quatuor qui non est minimus calor in esse caloris, sit minimus in esse dispositionis, si forma substantialis ad quam disponit exposcat ad sui introductionem calorem vt quatuor, imò vero calor vt octo est minima dispositio vt sic ad ignem. ¶ Tertia cõclusio. Tenendo quòd alteratio seu intensio est motus continuus nullo modo dici potest quòd datur primum esse qualitatis intensæ. Hæc cõclusio explicatur. Licet enim autores qui tenent intensionem esse motum discretum consequenter asserant dari primũ esse in qualitate, quanuis in vtraque assertione fallantur, qui tamen existimat esse motum continuum, & tamẽ dari primum esse qualitatis, & peius errat, & consequenter ad antecedentia non loquitur. Hæc conclusio sic exposita probari potest argumentis factis pro prima conclusione. Deinde etiam probatur. Nam si motus est continuus, non potest in illo dari primum, quia in continuis non est dare primum, ergo neque in qualitate dabitur primum. Probo consequentiam. Quia qualitas producitur per illum motũ, & ad modum illius motus, ergo sicut in vno non datur primum, neque in alio. Præterea, quia euidẽter ex hac positione sequitur

dari

Universidad de Deusto
Biblioteca

dari primum in motu, siquidem datur primum in
A qualitate producta per motum. Neque valet dicere, vt iste autor respodet, quòd primus ille gradus & hoc minimum primum mutatione instantanea producuntur non per motum, sed sunt vltimum non esse motus, quia tunc non est motus & immediate post illud erit. Nam hoc est extra propositũ nostræ quæstionis, qui non disputamus an possit dari primum in qualitate producta per mutationem instantaneam, sed disputatio est, an quando ex albo incipit aliquis fieri niger per motũ & non per mutationem, detur primum esse illius albedinis; & si dicas quòd non habemus intentum: si vero asseras quòd datur, tunc oportet vt nostrum argumentum principale soluas. Per dicta in secunda conclusione patet solutio ad argumenta istius autoris. Quare ad argumẽta in principio huius quæstionis posita respõdendum est. Et quidem ad primum ex autoritate Arist. & D. Tho. patet ex prima conclusione in primo artic. huius quæst. posita, præterquam ad illam autoritatem Arist. vbi dicit, quòd congelatio & cauatio lapidis fiũt subitò,
C sed debet intelligi vt explicat D. Thom. 8. Physic. lect. 5. quòd quauis subitò fiant motu tamen continuo & diuisibili. ¶ Ad secundum argumentum concedo sequelam. Ad improbationem respondetur, quòd Arist. vult dicere dari primũ esse in qualitatibus & rebus permanentibus, quæ non incipiunt per motum, quando vero incipiunt per motum, sicut motus non habet primum, ita nec res producta per motum. Ad secundam improbationem patet ex secunda conclusione in secũdo artic. posita. Ad tertiam, quòd optimè intelligitur quòd res permanens quando incipit per motum non ha
D beat primum sui esse iuxta dicta in articu. 2. huius quæstionis. ¶ Ad tertium respondetur negando sequelam. Ad improbationem dicimus, quòd non sunt infinita instantia in actu, sed in potentia & ita non est necesse quòd qualitas in fine horæ sit infinitè intensæ. Sicut etiam in motu locali in quolibet spatio quantumuis paruo, quod pertranseat aliquis homo sunt infinita instantia & puncta, & tamen non pertransit infinitum spatium. Sed pro maiori huius argumenti solutione est notandum, quòd vt qualitas esset infinita non sufficit habere
E infinitas partes perfectionis, sed habere infinitos gradus æquales vni certo, & non communicantes, hoc patet ex. 3. Physi. Notan. secundo, quòd hos infinitos gradus æquales nõ habet qualitas continuò acquisita, nam perfectio eius diuiditur ad diuisionem motus, & motus ad diuisionem temporis, sed tempus non habet infinitas partes æquales, ergo. Hinc dico q̃ licèt illa qualitas in quolibet instanti aliter se habeat alias quiesceret, non tamen est infinitè intensa, quia non perficitur in quolibet instanti per aliquẽ gradum æqualem vni cer-

to signato, quia ille gradus signatus cum sit diuisibilis requirit tempus, & ideo in quolibet instanti tantò forma est perfectior quàm antea, quanta est proportio temporis inter medij inter illud instans & aliud quod ostẽdo per ly antea, & quia in hora nõ possunt dari infinitæ partes æquales nõ cõmunicates, ideo nec infinitæ partes perfectionis qualitatis. ¶ Ad quartum patet ex tertia conclusione primi articuli. ¶ Ad quintum respõdetur, quòd incipit intendere albedinem per vltimum nõ esse, quia non datur prima pars in passo, & in sphæra
B ignis etiam non datur vltima pars intrinseca. Cæterum quanuis detur primum applicatum esse nõ sequitur quòd incipiat alteratio per primũ sui esse, quia debet incipere iuxta suam naturam & cum sit ens successiuum debet incipere per vltimũ non esse, & si dicas nam tunc nullum est impedimentũ vt agat agens. Respondetur, quòd est impedimentum proueniens ratione motus. Sed de hoc in solutione sequentis argumenti plura. Ad confirmationem respondetur, quòd ignis quando produxit vnum gradum caloris non produxit in instan
C ti, sed in tempore, & in quolibet instanti signato & tempore calor ille aliter se habet, quia semper durat motus. ¶ Pro solutione sexti argumenti aduertendum est, quòd quidam existimant nõ dari primum applicatum esse agentis ad passum quod probant primò, quia applicatio fit per motum, ergo non datur primum applicatũ esse, quia in motu non datur primum. Secundo quia sequeretur, quòd daretur minimum lucis productæ per motum, consequens est falsum, ergo. Sequela probatur. Applicetur per motum lucerna alicui spatio
D in illo motu datur primum applicatum esse lucernæ respectu spatij, sed in illo spatio non tantum incipit agere, sed etiam agit, ergo remissum lumen. Probatur minor. Nam ad hoc quòd illuminet lucerna nihil aliud requiritur, nisi quòd lumen sit præsens diaphano eo vel maximè quòd illuminatio fit in instanti sine expulsione contrarij, sed in illo instanti in quo est primò applicatum, est præsens, ergo tunc aget, & non nisi remississimum lumen, ergo. Quod vero cõsequens sit falsum, patet nam tunc lux sicut incipit per motum incipit ad
E modum motus, in motu verò non datur primum, ergo. Alij verò vt argumentum propositum validius, & fortius reddant, dicunt quod Deus optimè potest applicare ignem stupæ sine motu, ac per consequens per primum sui esse: imò verò dicunt quòd aliquando agens applicatur passo per primum sui esse naturaliter. v. g. sol ex tali pũcto cœli ingreditur per aliquod foramen in aliquã aulam, tunc cum sol incipiat esse in quocunque puncto cœli per primum sui esse, & aula sit intra sphæram actiuitatis etiam per primum sui esse illuminat. Quicquid tamen sit de hoc respondetur primò ad

argu-

argumentum, transeat quòd detur primum applicatum esse, & nego cõsequentiam quòd detur minimus calor, quia ex natura calefactionis est, quòd incipiat per vltimum non esse, imò licèt motus localis incipiat per primum sui esse, alteratio non inciperet nisi per vltimum nõ esse, sicque ex illo antecedenti solum sequitur, quòd nunc est lignum applicatum & immediatè ante hoc non erat applicatum, & nunc incipit calor; quæ inceptio est per vltimum non esse. Nam agens in illo instanti non agit, sed incipit agere per vltimum non esse, nõ autem sequitur: nunc est calor, quia licèt simul incipiunt calefactio, & applicatio diuersimodè tamẽ,
B sicut simul incœperunt cœlum, & motus eius, cœlum vero per primum sui esse, motus vero per vltimum non esse. Itaque cœlum in primo instãti suæ creationis nõ mouebatur, sed incœpit moueri per vltimum non esse. Et si Deus crearet aliquod combustibile intra sphæram ignis, tunc esset applicatũ debitè in instanti, sed non in illo instanti esset calor, sed inciperet calefieri per vltimũ; talis est enim natura motus alterationis. Secundo respondetur
C cum M. Soto lib. 1. Phys. q. 4. in fine, & in. 6. q. 3. negando antecedens, scilicet, quòd detur primum applicatum esse, & ad probationem respondetur, quod applicatio ad totam sphæram nõ signando partes incipit per vltimum non esse, respectu vero lineæ signatæ intra ipsam sphæram incipit per primum sui esse, vt demonstrat Arist. 6. Physic. quia versus finem datur vltimum mutatum esse, at quia sphæra nõ terminatur intrinsecè, neque datur prima linea intrinseca illius, passum non applicatur neque per primum, neque per vltimum ad illam lineam, cum talis non sit; cæterum ad lineam ex-
D trinsecè terminantem sphæram actiuitatis cum sit signata, applicatur per primum sui esse, at respectu totius sphæræ per vltimũ non esse, & illud instans in quo primò passum est in linea extrinseca, est vltimum nõ esse calefactionis, seu illuminationis, & tunc est verum dicere, nunc nõ est applicatum & immediate post hoc erit applicatum, & ita incipit applicari per vltimum non esse. Et quãdo dicitur, aliquid restat pertranseundum. Respõdetur, quòd quando passum est in linea extrinseca actiuitatis
E agentis nihil restat medium inter agẽs, & passum. Et per hoc patet ad confirmationem cum dicitur vel distat per aliquid diuisibile, vel non. Respõdetur, quòd non distat, nam inter lineã illam extrinsecam vel partes sphæræ nihil mediat; non tamen inde sequitur, quod sit applicatum, sed quòd incipit applicari per vltimum non esse, nam ad hoc q̃ passum sit applicatum requiritur quòd sit coniunctum nõ lineæ extrinsecæ sphæræ, sed intrinsecæ, ad hoc autẽ vt distaret requiritur, vt aliquid mediaret inter ipsum, & partes sphæræ, ad hoc verò vt incipiat applicari sufficit, quod sit in linea ex-

A trinseca, post quam immediatè erit intra sphæram. Sed contra. Quando lignum est in linea extrinseca sphæræ, agens & patiens non sunt continua, vt patet; neque etiam contigua, quia vltimum eorũ nõ sunt simul, nõ enim sphæra habet vltimum, ergo. Respondetur, quòd sunt contigua, quia satis est, q̃ vltima eorum eo modo quo habent vltima, sint simul. ¶ Ad vltimum argumentum respondetur, q̃ etiam si detur qualitas vnius gradus, ille est diuisibilis in infinitum, neque est prima pars qualitatis, etiamsi à nobis vocetur primus gradus, nec calor
B vt octo est vltimus, etiamsi à nobis accipiatur vt vltimus, quia qualitas nec habet primum, nec vltimum gradum & sic potest esse ad illũ motus cõtinuus. ¶ Ex dictis sequitur elucidatio alterius quæstionis quam tractat Sonc. 8. Met. q. 24. quod cũ intensio formæ attendatur penes radicationem in subiecto, non sumitur per se penes recessum à non gradu, vel à suo contrario, sed consequẽter. Et hæc de hac quæstione.

QVÆSTIO VII.

¶ Vtrùm in motu alterationis sit vnicus tantùm motus, recessus à frigiditate, & accessus ad calorem.

C

ET videtur q̃ sint duo motus. Primò. Quãdo aliquis à calido vt vnũ mouetur ad calidũ vt septẽ, tunc sunt duæ formæ in fluxu inter quatuor terminos positiuos, ergo duo motus. Antecedẽs probatur. Nã vna forma quæ acquiritur, est calor, terminus positiuus à quo, est calor vt vnum, ad quẽ verò calor vt septem, altera quæ deperditur est frigiditas: termini verò positiui illius motus est maior
D frigiditas, & minor frigiditas. Consequentia verò probatur. Nam hoc sufficit ad duos motus. Neq; valet solutio quorũdam cum M. Soto in. 5. Phys. q. 4. conclusione. 1. quòd est vnus motus includẽs duas mutationes. Nam probatur nostra ratione duplex motus propter quatuor terminos positiuos. ¶ Secundò. Illi motus distinguũtur specie, qui sunt per se in terminos distinctos specie, sed omnis motus, quo acquiritur caliditas, & omnis motus, quo deperditur frigiditas habent terminos specie distinctos, ergo. Assumptum. Semper quòd interdit caliditas, remittitur frigiditas, ergo. Confirmatur. Aliàs nunquam intensio caloris, & remissio frigiditatis essent motus, nunquam enim reperitur intensio caloris sine remissione frigiditatis. ¶ Arguitur tertiò. Alteratio est motus qui identificatur cum termino. v. g. frigefactio est idem re cum frigiditate, quæ acquiritur vel intenditur: & eadem est realiter di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter distincta à remissione, ergo motus frigefactionis necessariò includit in se duplicem motũ. Consequentia videtur nota: & maior probatur. Nam omnis motus identificatur cum termino. Minor verò probatur, quia sicut intensio frigiditatis est idem cum frigiditate, ita remissio caloris est idem cum calore, sed calor & frigiditas distinguuntur realiter, ergo & illi motus. ¶ Arguitur quartò. Augmentatio non supponit pro acquisitione maioris quantitatis & pro diminutione, licèt simul atq; pori dilatantur fit diminutio, atque corruptio pori minoris, ergo à simili alteratio nõ supponit pro intensione vnius qualitatis & remissione alterius. ¶ Arguitur quinto. Intensio & remissio sunt motus contrarij, ergo non sunt idem numero motus. Antecedens probatur. Nam intẽsio est acquisitio, remisio autẽ deperditio, ergo. Confirmatur. Nam intensio. v.g. frigiditatis est ad frigiditatem maximam, remisio verò caloris est ad minimum calorem, ergo sicut minimus calor & maxima frigiditas contrariãtur, ita etiam motus qui ad illas sunt. Contrarietas enim motuum ex contrarietate terminorum ad quos debet pensari, vt late probat Arist. in. 5. Phys. per multos textus, ergo. ¶ Arguitur sexto. Potest esse intensio caloris sine remissione frigiditatis, & e contra, ergo intensio caloris nõ est remisio frigiditatis. Antecedẽs probatur, vt si ego modò paulatim amittam frigiditatem Deo non concurrente ad introductionem caloris. Similiter quando lumen intẽditur est intensio sine remissione alicuius oppositæ qualitatis, quia lumen non habet contrarium, ergo. ¶ Arguitur septimò. Corruptio assensus erronei, & assensus veri sunt duo actus, ergo remisio frigiditatis, & intensio caloris sunt duo motus. Confirmatur. In omni generatione sunt duæ mutationes realiter distinctę tanquam res à re, ergo in omni alteratione sunt duo motus. Probatur consequentia: ibi desitio termini est vna mutatio & accessio alia, ergo in motu recessio à termino à quo est vnus motus, & accessio alius. ¶ Arguitur vltimò. Nam reuera est remissio frigiditatis à frigiditate vt quatuor ad frigiditatem vt vnum, & est intẽsio caloris à calore vt vnum ad calorẽ vt quatuor, ergo sunt duo motus. Probatur consequẽtia: nam sunt duo termini positiui. ¶ In oppositum est expresse Arist. 5. Phys. tex. 47. & D. Tho. ibi & de Veri. q. 28. arti. 2. vbi apertissimè docet esse tantùm vnum motum, quo vnum contrarium abijcitur, & aliud acquiritur.

In hac quæstione, quæ satis difficilis est, sunt variæ sententię. Etenim quidam, inter quos princeps est Buridanus, tenent quòd sicut in generatione semper sunt duæ mutationes, alia qua vna forma abijcitur, & alia qua introducitur, ita existimant, quòd in motu alterationis alius est motus distinctus, quo expellitur forma cõtraria, alius verò quo alia introducitur, ita quòd non tantum sint duæ mutationes, sed duo motus. Comparat enim hæc opinio motũ alterationis cum generatione quantum ad hoc quòd sicut vna forma expellitur, & alia introducitur, ita hîc per motum vna expellitur, & alia introducitur. ¶ Alij verò, inter quos est Albertus Magnus in. 5. Phys. c. 5. & Auerr. super tex. 47. lib. 5. Phys. & Aug. Nicephorus ibidem dicunt in alteratione duplicem reperiri motum, cæterùm isti motus subiecto sunt vnum. Alius enim inquiunt, est motus quo album acquiritur, & alius quo nigrum abijcitur, at quia simul in eodem subiecto sunt, vnus dicuntur. In hanc sentẽtiam videtur inclinare etiam D. Tho. in expositione textus allegati; cęterum quid sibi D. Tho. velit statim explicabimus. ¶ Tertia sententia est Pauli Veneti in 5. Phys. super tex. 47. à nobis allegatum, qui optimè & copiosè ibi tractat istam quæstionẽ. Distinguit igitur iste autor, & ait motum dupliciter accipi. Vno modo materialiter pro ipsa forma. Altero modo formaliter pro fluxu. Si priori modo consideretur, tunc duos esse motus fatetur re, cum sint duæ formæ contrariæ, at si posteriori modo pro fluxu tunc est vnicus motus. ¶ Hanc quæstionem solent Physici tractare in. 5. Phys. vbi suprà quo in loco Arist. agit de contrarietate motuum, vbi verbum quoddam ad propositum quæstionis Arist. proponit, cæterùm commodior locus est iste ad eam tractãdam. Cum enim de natura alterationis disputemus, cuius genus est motus, necesse est vt an vnus vel plures motus sint inuestigemus. Et quidem in hac re relictis aliorum placitis quid veritati consonum sit, nos optimè & copiosè vt cætera omnia docet D. Tho. in quæst. de Veritat. q. 28. ar. 1. ex cuius mẽte nobis hæc disputatio decidẽda erit.

Pro cuius explicatione notanda est differentia inter motum, & mutationẽ, nam motus vnus est, quo aliquid affirmatiuè signatũ abijcitur, & aliud affirmatiuè signatum acquiritur. Est enim motus de subiecto in subiectum, vt dicitur 5. Physicor. ¶ Per subiectum autem intelligitur aliquid affirmatiuè monstratum vt album & nigrum. Sed in mutationibus, quæ sunt generatio & corruptio aliter est: nam generatio est de non subiecto in subiectum, vt de non albo in album, & de non esse hominis ad esse hominis. Corruptio verò è cõtra. Ex hoc sequitur quòd motus non potest fieri in instanti, eo quòd termini cuiuslibet motus sunt contrarij & positiui, vnde oportet quòd mobile intelligatur prius in vno termino motus, quàm in alio, & sic sequitur successio, sed transire de vno termino in alium contingit dupliciter. Primò, sicut de instanti in instans, quod non potest esse nisi quando sunt tales termini motus, inter quos est accipere aliquo modo medium, sicut inter duo instantia est accipere tempus medium, & hi motus dicũtur continui.

continui. Alio modo fit transitus de vno termino motus in alium, sicut de tempore in instans, & hoc accidit in motibus, quorum termini sunt priuatio & forma, inter quæ cõstat medium non esse. Vnde non potest fieri transire de vno extremo in alterum, vt quando quis in neutro extremorũ sit, sicut contingit in transitu de instans in instans. Veluti generatio & corruptio & illuminatio & huiusmodi in quibus oportet dicere quod vnus terminus erat in toto tempore præcedenti, & alius in instanti ad quod tempus terminatur. Huiusmodi enim mutationes sunt termini motus cuiusdam, sicut illuminatio diei est terminus motus localis solis, & ita in toto tempore præcedenti quo sol mouebatur ad punctum directè appositionis, erant tenebrę, & in illo instanti quo Sol peruenit ad punctũ prædictum est lumen & idem est de generatione. Inde colligitur quod in his mutationibus absque omni medio est trãsitus de vno extremo in aliud, neque est vltimum instans accipere in quo fuit in termino à quo, sed vltimum tempus quod terminatur ad instans in quo est in termino ad quem. ¶ Nota secũdò, quod alteratio sicut quilibet alius motus vt allatum est dudũ ex D. Tho, debet exerceri inter duo positiua extrema, inter quæ sit pertransibilis latitudo, quæ multiplex est. Aliquãdo enim extrema habent medias species sub eodem genere, vt albedo & nigredo habent medios colores. Alia verò latitudo est, quæ in ordine ad subiectum consideratur, vt inter calorem & frigiditatẽ, inter quæ non sunt mediæ species, sed immediatè sibi repugnant; quare ex hac parte non esset motus successiuus inter illa, habent tamẽ latitudinem in subiecto per hoc quòd tam calor, quàm frigiditas nunc magis nunc minus perfectè actuant subiectum, & secũdum hanc latitudinem potest exerceri motus successiuus inter illas qualitates. Ex quo infero, quod si daretur minimũ caloris, illud produceretur in instanti & non successiuè, quia minimum illud nec in ordine ad suum contrariũ, nec in ordine ad subiectum habet aliquam latitudinem. His sic explicatis D. Tho. in loco prælegato duas conclusiones ponit.

Prima conclusio. In omni alteratione & motu oportet esse duas mutationes. Probatur primò. Nã realiter desinit esse terminus à quo, sed mutatio est de eo quod non esse, & realiter acquiritur terminus ad quem, est enim acquisitio alicuius formę de nõ esse illius ad esse, ergo sunt duæ mutationes. Nam mutationes sunt inter terminos alium positiuum & alium priuatiuum, ergo cum ibi sint duo termini priuatiui, & duo positiui sunt duæ mutationes ex differentia assignata inter motum & mutationem. Secundò probatur. Quilibet motus & alteratio etiam vt eius species exercetur inter duo extrema, vt patet ex secundo fundamento: sed nõ exercetur quando mobile est in termino à quo, aut quando est in termino ad quem, ergo quando successiuè deserit vnum, & acquirit alium terminum. Cõfirmatur. Nam motus localis includit duas mutationes, scilicet, recessum termini à quo, & accessum ad terminum ad quem, similiter motus augmentationis, ergo & alteratio. Tertiò probatur. Nam quando per aliquem motum deseritur terminus à quo est verum dicere; nunc mobile est in termino à quo, & immediatè post hoc non erit in termino à quo: & similiter quando acquiritur terminus ad quem est verum dicere; nunc mobile est in termino ad quem, & immediatè ante hoc non erat, ergo in quolibet motu reperiuntur illæ duæ mutationes. Patet consequentia, quia illi recessus & accessus nõ possunt esse per motum, siquidem datur primum illorum, ergo sunt per mutationẽ.

Secunda cõclusio. In abiectione termini à quo, & introductione termini ad quem tãtum est vnicus motus includens tamen necessariò duas mutationes supradictas. Volumus dicere, quòd sicut in augmentatione implicãtur multæ mutationes vt aggeneratio &c. tamen motus augmẽtationis est, quo acquiritur maior quantitas, ita similiter in alterationę & in quolibet alio motu reperiuntur semper mutationes duæ, cæterùm motus non est nisi fluxus qui est inter terminũ à quo & ad quẽ, qui motus simpliciter & absolutè est vnus, & non solum subiecto, vt aiebat secunda sententia. Hæc cõclusio probatur primò. Nam motus est de subiecto in subiectũ, vt patet ex primo notabili, id est, de termino positiuo in terminum positiuum: sed in omni motu tantùm sunt duo termini positiui, ergo vnicus motus. Secundò. Ibi tãtùm est vnum pãr contrariorum & vnica via, ergo vnus tantùm motus. Ad cuius expositionem notandum cum Caiet. 1. 2. q. 113. artic. 6. esse errorem in Philosophia asserere, quod priùs expellatur frigiditas, quã introducatur calor. Nam per gradum caloris introductum expellitur frigiditatis gradus. Secũdò notãdum cum D. Tho. ibidem arti. 8. ad primum, ꝙ motus potest dupliciter cõsiderari, vel ex parte agentis, vel ex parte mobilis. Primo modo prius est introductio formæ quàm expulsio contrariæ. Sol enim prius illuminat quàm expellat tenebras, nam per lucem expellit illas. At ex parte mobilis prius est, quod remouetur tenebræ, quàm quod recipiatur lumen. In calefactione enim & est expulsio frigiditatis & introductio caloris: & ex parte agentis prius natura est introducere calorem, quàm expellere frigiditatem, at ex parte mobilis prius est, quod frigiditas expellatur quàm quòd calor recipiatur. Ratio huius est. Nam in omni transmutatione duo consideranda sunt, & actio agentis, & motio mobilis, & sic duplex est ordo naturæ & ex parte agentis, & ex parte mobilis.

Tertiò

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertiò notandum quòd vnica tantùm actio est inductiua, & expulsiua formæ cõtrariæ. Illa enim actione, qua ignis calefacit aquam, expellit frigiditatem. Cum enim non sit nisi vnicum agens, & nõ sit nisi vnicum mobile erit vnica, tantum actio & vnicus tantùm motus. Nam ex plurificatione horum tantum poterat motus plurificari.

Superest ad argumenta in principio posita respondere, & ad primum respondent quidam negando remissionem esse notum, sed aiunt esse mutationem quãdam, quia terminus eius non est acquisitiuus: sed per se tendit in corruptionem qualitatis. Ex quo inferunt, quod licèt ista prædicatio non sit concedenda, remissio est alteratio, remissio est motus, tamen cum addito bene potest dici, q remissio est consequens alterationem & motum. Cæterùm hoc non reputo verum, existimo enim remissionem veram ratione habere motus. Nam terminus eius ad quem non est non qualitas, sed minor qualitas. Cæterùm si aliquando contingit, quòd ita qualitas remittatur, quod corrumpatur, id non fit per remissionem, sed per mutationem quandam quæ cõsequitur remissionẽ. Quia enim qualitas, vt cæteræ res omnes, requirit certum gradum perfectionis, quem per remissionem deperdit, fit vt omnino corrumpatur & desinat esse, nõ tamen id fit per remissionem, sed per quandam mutationem quæ est corruptio secundum quid.

¶ Alij vero aliter respondent. Aiunt enim, quòd sicut ad sanitatem non est per se motus, quia illa consequitur ad aliam præuiam alterationẽ, ita hìc licèt frigiditas illa deperdatur, aut verò remittatur, ad illam tamen non est per se motus, quia hoc consequitur ad intensionẽ caloris. Sicuti in alteratione caloris ex quo sequitur sanitas non est duplex motus licèt sit calefactio & sanatio, quia vnum consequitur ad alterum, & in alteratione licet acquiratur qualitas & similitudo consequẽter, non est duplex motus. Ita in proposito contingere dicunt. Cæterùm licèt hæc solutio communiter asseratur, non mihi admodũ placet. Nam aliàs remissio non esset motus, cum semper sequatur intensionem alterius qualitatis, maximè in istis quæ habent contrarium. Secũdò. Nam in motu datur duplex mutatio, scilicet, generatio & corruptio vt asseruimus in prima conclusione ex D. Thom. & tamen vna consequitur ad alteram; corruptio namque sequitur generationem, ergo similiter erit duplex motus, licèt vnus ad alium consequatur. Tertiò. Nam sicut remissio sequitur intensionem ex parte agentis, ita intensio remissionem ex parte mobilis, vt diximus in secunda conclusione, ergo vel remissio est motus, vel eadem ratione intensio non erit motus, siquidem ad remissionẽ ex parte mobilis consequitur. Quarto. Nam stat, quòd sint duo motus, & tamen vnus consequatur ad alterum, vt patet in motibus consequenter se habentibus de quibus Arist. 5. Physic. & Soto ibidem. q. 4. sicuti calefactio ordinatur ad nigrefactionem vt patet in carbone, & aliquando ad augmentationem vt patet in rarefactione ex liquefactione ceræ, ergo quod remissio sequatur intensionem, non tollit quominus intensio & remissio sint duo motus.

¶ Ad argumentum ergo dicendum mihi videtur, quòd intensio & remissio sunt duo motus specie inter se distincti. Pro quo notãdum, quòd qualitates sunt in duplici differentia, quædam sunt quæ habent alias qualitates contrarias, cuiusmodi sunt albedo & calor, quibus contrariantur nigredo & frigiditas. Aliæ sunt, quæ nullas habent qualitates oppositas sicuti lux. Et quidem si remissio contigerit in qualitatibus primi generis semper se concomitantur intensio & remissio in eodẽ subiecto, ita quod vna non reperiatur sine alia. Cæterùm si contigerit in qualitatibus secundi generis remissio reperitur sine intensione, vt si in diaphano remittatur lux, quæ cum non habeat contrariam, remittitur sine eo quòd intendatur eius opposita qualitas. Ex quo patet solutio ad argumentum principale, concedimus enim totum quod argumentum intendit, scilicet, quòd quãdo quis à calido vt vnum mouetur ad calidum vt septem, quòd ibi sunt duo motus, scilicet, intensio calidi, & remissio frigidi.

¶ Sed contra hanc solutionem se offerunt duo argumenta quæ petunt explicationem totius huius quæstionis. Primum est, quia ista solutio incidit eum prima opinione Buridani, qui aiebat in omni alteratione reperiri duos motus, quæ tamen opinio iam à nobis est explosa. Secundò. Nam si intensio & remissio sunt duo motus, simul moueretur subiectum duobus motibus contrarijs & ad oppositatendentibus, quod est contra Aristo. vbi suprà. Et confirmatur, quia hæc nostra solutio pugnat cum his quæ in resolutione huius quæstionis diximus, & cum ipso Aristo. vbi suprà. Nam in secunda conclusione ex eius & etiam D. Tho. sententia diximus in alteratione vnicum tantùm motum reperiri, sed modò dicimus quòd reperiuntur duo motus, ergo.

¶ Ad primum respõdetur, quòd est maxima differentia inter illam sententiam, & nostram. Etenim illa asserit quòd in abiectione termini à quo & adeptione termini ad quem [illegible] duo motus, quod nos negamus, sed quod affirmamus est quòd remissio & intẽsio sunt duo motus, quod amplius explicabitur in his quæ iamiam dicemus. Etenim pro solutione secundi argumenti notandum est & in memoriam reuocandum id quod suprà quæst. 2. circa secundam cõclusionem Arist. diximus q alteratio diuiditur in tres species, scilicet, in alterationem specialiter sumptam, intensionem & remissionẽ. Cum ergo in præsenti quæstione quærimus; Vtrum alteratio includat duplicem

plicem motũ, non quærimus, vtrùm in intensione reperiatur duplex motus, intensio, scilicet, & ipsa remissio, in quo certè oës, quos viderim, id ita intelligẽtes fallunt, sed sensus est, vtrùm alteratio, id est, quælibet alterationis species includat duplicẽ motũ, scilicet, abiectionẽ termini à quo, & adeptionẽ termini ad quẽ. Et ad hoc nos respõdim⁹ ex Arist. & D. Tho. q tã alteratio specialiter sumpta, quàm intẽsio & remissio sunt motus quidam ineludẽtes duas mutationes in se, tũ quælibet illarũ est tãtum vnicus motus & vnica tẽdẽtia. Et hæc bene pẽsanda sunt, ex eis enũ (vt mihi videtur) depẽdet solutio & intelligẽtia huius difficillimæ quæst. quã hactenus à nullo video apertè explicatã. Vnde ad secũdũ argum. iam patet. Dicimus em̃ q intẽsio & remissio nõ sunt motus cõtrarij, in quo etiam multi decipiũtur. Imò M. Soto id expresse asserere videt in 5. Phys. q. 3. cõcl. 3. ad 3. argu. & q. 4. cõcl. 5. Sed tñ nostra sententia est expressa Arist. vbi suprà tex. 47. & eiusdẽ Soto ibidẽ, quare in locis modo allegatis exponẽdus est de contrarietate large sumpta prout videlicet intẽsio & remissio exercẽtur in latitudine cõtrariarũ qualitatum. Dicimus igitur ad argum. q nullũ est incõueniẽs, q vnũ subiectũ moueatur duobus motibus, si illi motus nõ sint cõtrarij, & cũ intẽsio & remissio nõ sint, bene potest illis simul vnũ subiectũ moueri. Pro quo notãdũ, q sicut in actibus animi, gaudiũ & tristitia de obiectis cõtrarijs, nõ sunt proprie & strictè cõtrarij nisi sint de eodẽ obiecto (vnde possunt simul inesse eidẽ, vt & Chrs & tempore passionis gaudebat de visione Dei & tristabat de peccatis hominũ, quia isti actus nõ erãt cõtrarij quia adhoc requirebatur quod de eisdẽ peccatis, vel de eadẽ visione Dei simul gauderet & tristaretur) similiter assensus & dissensus diuersorũ obiectorũ nõ sunt cõtrarij, sed tãtùm qũ eidẽ simul obiecto assentimus & dissentim⁹, ita etiã intẽsio & remissio diuersarũ formarũ etiã cõtrariarũ nõ, proprie & strictè cõtrariatur & ideò possunt esse in eodẽ, solùm ergo cõtrariãtur strictè intẽsio frigiditatis & remissio eiusdẽ, & his non põt simul aliquis moueri bene autem intensione vnius & remissione alteri⁹. Arist. autẽ in illo loco nõ loquitur nisi de motib⁹ cõtrarijs, vt patet legẽti textũ. Ex dictis facilis est solut. ad cõfirmat.

¶ Ad secũdũ argu. principale respõdetur, q accessus & recessus in motu alterationis habẽt terminos distinctos nõ positiuos; sed vnus est priuatiuus, alius est positiuus. Remissio em̃ frigiditatis, seu deperditio est à frigidita te in nõ frigiditatẽ; accessus verò ad calorẽ est à nõ calore ad calorẽ. Hinc verò tãtũ cõcluditur, q sint duę mutationes, vnicus verò motus, in quo claudãtur illę mutationes. Ad cõfirm. respõdetur, q nũquã est intẽsio formæ habẽtis cõtrariũ sine remissione cõtrarię. Non em̃ põt acquiri calor sine eo q expellatur frigiditas: benè tũ in his quæ nõ habẽt cõtrariũ. Nam benè potest intẽdi sine expulsione formæ cõtrariæ, cũ nõ habeat illã, vt dictũ est in superioribus.

¶ Ad tertiũ respond. q est validissimũ argumentũ ad probandã nostrã sententiã in qua asserimus, q remissio est motus distinctus ab intẽsione. Quare argumẽto cõcedimus totũ, quod intendit: neque eius cõclusio est aduersum nos, vt patet ex dictis in solutione ad primum argumẽtum.

Ad quartũ respondetur, q ea quæ diximus de alteratione, pari ratione dicẽda sunt de augmentatione. Dicimus enim eam esse vnicũ & simplicissimũ motũ includentẽ duas mutationes.

¶ Ad quintum patet ex dictis in solut. ad primũ argumẽtum vbi ex mẽte Arist. diximus intẽsionẽ & remissionem nõ esse motus cõtrarios. Ad cõfirmationem respõdetur, q motus eodẽ modo tendentes in terminos cõtrarios sunt proprie & strictè cõtrarij, vt assensus veri & assensus falsi illi cõtrarij, gaudiũ de bono & tristitia de bono illi cõtrario, nõ autem si tendant in terminos cõtrarios modo tũ contrario, vel nõ cõtrariãtur gaudiũ de Deo & virtute, & tristitia de peccatis oppositis. Sic ergo hìc, motus intẽsus albedinis est cõtrarius motui intẽsiuo nigredinis, & ideo nemo potest his duobus motibus simul moueri, at verò motus intẽsiuus albedinis & remissiuus nigredinis nõ magis cõtrariãtur, quam gaudium & tristitia de oppositis, & ideo bene possunt eidẽ simul cõuenire.

¶ Ad sextũ respõdetur, q bene posset Deus facere, q aqua acquireret calorẽ sine expulsione frigiditatis, nõ tñ illud posset facere per viã naturalem motus cũ de ratione motus sit, quod sit de subiecto in subiectũ, id est, de termino positiuo in terminũ positiuũ. Debet enim esse à frigido in calidũ.

¶ Ad septimum respondet Caiet. 1.2. q. 113. art. 5. q aliud est loqui de naturalibus, aliud verò de actionibus vitalibus. Nã actiones vitales cũ fiant vitaliter circa aliquod obiectũ, debẽt esse duo motus, sicut nolitio mali, & volitio mali, qũ isti actus sunt vitaliter, & sunt diuersa obiecta, & ita dicẽdũ, q aliud est corruptio contrarij assensus, aliud verò assensus productionẽ. In naturalibus verò cũ nõ oporteat hos terminos acquiri vel deperdi vitaliter, acquisitio vnius est expulsio alterius. Ad cõfirmationẽ iam suprà in primo notabili assignauimus differẽtiam ex D. Tho. inter motũ, & mutationem.

¶ Ad vltimum patet ex dictis ad primũ argum. & hæc dicta sufficiãt de hac quæst. & de tota materia alterationis. Qui verò de illa plura voluerit legat Calculatorẽ Suisset, & oës interpretes Arist. hoc in loco & Soncinatẽ cũ reliquis Met. in. 8. lib. & Iauel. ibi & etiã in. 5. Physic.

IAM verò circa tertiam conclusionem Aristotelis quæ elicitur ex textu. 23. vbi ponitur differentia inter generationem & alterationem solet hic communiter disputari à Neotericis, vtrùm in compositis substantialibus sint plures formæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

substantiales, an verò solùm vna? Quæ quidem quæstio licet propriam sedem habeat in libris de Anima, ne tamen videamur à communi omnium instituto & ordine discessisse, hic à nobis exactè erit excutienda, præsertim cùm eam hic licet leuiter Sanctus Thomas tangat: cuius cognitio maximopere iuuat ad reliquarum intelligentiam quæstionum, quæ in hoc capite à nobis disputandæ sunt. Est igitur quæstio solennis, & grauis ordine præcedentium octaua.

QVÆSTIO VIII.

¶Vtrum in composito substantiali sint plures formæ substantiales, an solùm vna.

DE qua questione videndus est Diuus Thomas Opusc. 45. & prima parte quæst. 76. articulo. 3. & in locis correspondentibus, qui ibi in margine citantur; Caietanum ibi & 2. de Anima capite. 1. Capreolus in. 2. distinctione. 2. 5. quæstione. 7. Ferrarien. 2. contra Gent. cap. 58. Soto 1. Physicorum quæstione. 7. Magister Medina in tertia parte quæstione. 59. articulo. 5. Abstudillo hic. Soncinas. 8. Metaphysicæ quæstione. 8. & 10. Iauellus quæstione. 4. & libro. 7. quæstione. 19. & passim à Thomistis disputatur hæc quæstio, in qua variæ sunt opiniones. Quotquot enim Theologi & Physici, & Metaphysici sunt, contra D. Tho. & veritatem conuisse videntur, & ideo illam exactius tractare oportet. Quapropter vt dilucidè in ea procedamus circa singulas opiniones singulos articulos instituemus; vt sic sententia Diui Thomæ, quæ veritati magis consona videtur amplius elucescat.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum in vnoquoque cõposito tot sint formæ substantiales realiter distinctæ, quot sunt prædicata quidditatiua quæ de illo dicuntur.

PRO parte affirmatiua arguitur primo ex Aristot. 2. Metaphysic. capite. 2. dicente in causis formalibus non esse processum in infinitum, quia in prædicatis quidditatiuis non datur talis processus, causæ autem formales sunt formæ, ergo tot sunt formæ, quot prædicata quidditatiua, sed prædicata quidditatiua sunt multa, ergo & formæ. Item dicit. 7. Metaph. capite. 10. quod diffinitio hominis habet partes, quibus correspondent partes rei, ergo sicut animal & rationale sunt duæ partes diffinitionis, erunt etiam à parte rei duæ formæ, vna per quam est animal, & alia per quam est rationale.

Arguitur secundò ratione. Quia si homo per eandem formam, qua est homo, esset animal: sequeretur, quod homo quatenus homo esset animal. Sequela probatur, quia quicquid conuenit homini per formam, qua est animal, conuenit ei quatenus animal, sed risibile conuenit ei per formam, qua est animal, quia per eam, qua est homo, quæ est eadem. Sed hoc est falsum. Nam homo quatenus animal non est risibilis: aliàs omne animal esset risibile, quod est impossibile.

Arguitur tertiò. Conceptus hominis & animalis sunt distincti & corporis etiam, vt patet, ergo correspondent illis distinctæ quidditates, quæ erunt à distinctis formis. Consequetia patet. Nã distincta obiectà intellectus sunt diuersa quodquid est, & consequenter diuersæ formæ.

Arguitur quartò. Nam per eandem formam non potest esse homo similis & dissimilis, sed homo est similis alteri homini & dissimilis equo, ergo ab alia forma habet quòd sit similis, & ab alia quòd sit dissimilis, ergo plures formæ sunt in composito.

Arguitur quintò. Nam Petro conueniunt diuersæ passiones ratione diuersorum prædicatorum, vt quatenus animal est sensibilis, quatenus viuens est vegetatiuus, ergo habet diuersas formas, aliàs vegetatiuum per se daret esse sensibile, quia id dicitur per se. 5. Metaphy. textu. 23. quod conuenit per suam formam.

Auicembron in libro fontis vitæ, vt habet D. Tho. in hoc loco textu. 24. ponebat in vnoquoque composito tot esse formas substantiales realiter distinctas, quot sunt prædicata quidditatiua quæ de illo dicuntur, ita quòd alia est forma substantiæ alia corporis &c. Eandem tribuit Sonc. 8. Metaphy. quæstione. 12. Commentatori in. 13. Metaphy. qui apud nos non extat, videtur tamen eam docere. 1. Metaphysico. tex. 17. dicens, quòd materia recepit primo formas vniuersales, & mediantibus illis particulares vsque ad indiuisibiles. Idem tenet Ioan. de Gandauo. 1. de Anima. q. 8. & Paulus Venetus. 7. Metaphy.

Nihilominus constituitur cõtra hos vnica conclusio. In composito substantiali non sunt ponendæ tot formæ realiter distinctæ, quot sunt prædicata quidditatiua. Hæc conclusio est D. Thom. in disput. quæstione vnica de Anima articulo. 9. & Capr. in. 2. distinct. 15. quæst. 7. Sonc. 8. Metap. quæstione. 12. Caietan. 2. de Anima ca. 1. Iauelli 2. Metaphysi. q. 7. & probatur conclusio. Primò. Nam eadem est forma per quã Petrus est corpus, substantia & ens, ergo per eandẽ etiam erit homo & animal.

& animal. Consequentia patet, quia eadem esse videtur ratio vtrobique. Probatur antecedens. Quia forma per quam Petrus est corpus, vel est substantialis, vel accidentalis. Secundum esse non potest, quia forma accidentalis nequit dare esse corporis, quod est substantiale, ergo est forma substantialis, ergo dat esse substantiale, & non incorporeum, ergo corporeum, quia forma substantialis vtrumque dare potest. Secundò. Quia si in homine essent ponendæ formæ qua est homo, & qua est animal, & corpus, distinctæ realiter, sequitur quòd animal non sit genus. Probatur sequela. Quia tunc non posset prædicari in recto de homine, ergo non esset genus, consequentia est euidens, & probatur antecedens. Nam gradus animalis realiter tunc distingueretur ab homine, sicut pars realiter tunc distinguitur à toto, quia forma animalis est distincta realiter tanquam res à re ab hominis forma, ergo animal non prædicaretur de homine, quia pars non prædicatur in recto de eo cuius est pars. Hoc argumento conuincitur Gandauo vbi suprà vt teneat hanc prædicationem esse falsam, homo est animal: sed tamen, inquit, ex vsu conceditur. Cæterum hoc adeò falsum est, vt non egeat impugnatione. Nam hæc est vera, homo est viuens sensibile, ergo est animal, à diffinitione ad diffinitum. Tum etiam quia negare illam propositionem est omnia in disputationem, & dubium velle vocare. Tertio probatur conclusio & roboratur magis præcedens argumentum. Nam sequitur quod hæc prædicatio, homo est animal vel corpus, non sit in primo modo dicendi per se. Patet. Nam quæ tribuuntur eidem secundum diuersas formas prædicantur adinuicem vel per accidens, si formæ non sunt adinuicem ordinatæ, vt cum dicitur; Album est dulce: vel si formæ sunt adinuicem ordinatæ, prædicatio est in secundo modo perfeitatis, quando forma quæ est formalis, & completiua respectu alterius prædicatur de ea, quæ se habet vt subiectum respectu illius, vt cum dicitur homo est risibilis, sed homo se habet vt subiectum respectu animalis; Nam hæc est directa homo est animal, & animal se habet vt forma hominis, & quia partes diffinitionis habent se vt formale respectu diffiniti, vt dicitur 2. Physicorum textu. 31. & 5. Metaphy. tex. 2. ergo nõ est in primo modo. Confirmatur. Quando prædicatio fit à diuersis formis, illud quod est susceptiuum alterius ponitur in eius diffinitione, vt cum dicitur homo est risibilis, ergo similiter hic, homo debet poni in diffinitione animalis & non è contra. Quartò probatur conclusio ex D. Tho. 7. Metaphysico textu. 43. in fine. Nam Aristote. docet ibi diffinitionem constare ex primo genere, & vna differentia, ergo non multiplicantur formæ, aliàs formæ intermediæ non declararentur, & sic diffinitio non notificaret totam rei substantiam. Quinto probatur conclusio ex eodem D. Thom. Opusculo. 45. Plures formæ eiusdem generis Physici nequeunt esse in eodem subiecto, omnes formæ substantiales materiales sunt eiusdem generis Physici, ergo plures illarum nequeunt esse in eodem subiecto. Consequentia est optima, & maior asseritur à D. Thom. prima parte quæstione. 85. articulo. 4. ad secundum, & primo contra Gent. cap. 55. & de verit. quæstione. 8. articulo. 14. & probatur ab eo in Opusculo. 45. supra citato, quia omnis transmutatio est ab oppositum in oppositum, & de non tali in tale, sed inter duas formas eiusdem generis est per se transmutatio, ergo si duæ formæ eiusdem generis idem subiectum perficerent, haberent oppositas denominationes, & diceretur tale & non tale. Minor verò argumenti probatur. Nam inter ea quæ differunt genere non est transmutatio per se vt habetur. 10. Metaphysico textu. 22. Sed inter formas substantiales est per se transmutatio, ergo. Probatur minor, & de formis specificis patet. Nam generatio vnius est coniuncta per se corruptioni alterius. De formis autem magis vniuersalibus, vt de forma corporis, probatur. Nam corpus hominis quod post mortem putrescit, per se resoluitur, & transmutatur in elementa, ergo formæ elementorum sunt eiusdem generis cum illa, cum inter eas sit per transmutatio. Et rursus. Formæ elementorum & mixtorum sunt eiusdem generis, cum inter eas etiam detur transmutatio, ergo etiam forma corporis & mistorum sunt eiusdem generis. Vltimò probatur conclusio. Nam sequitur quod forma animalis & hominis non dent homini esse simpliciter; Consequens est falsum, ergo. Probatur sequela, quia si forma animalis supponit esse corporeum iam datum ab alia forma, ergo aduenit enti in actu, ergo non dat esse substantiale & simpliciter, quia omnis forma adueniens enti in actu est accidentalis. Hæc ratio desumitur ex D. Tho. hic contra Auicembron, & est etiam Arist. 3. Metaphy textu. 20. contra Platonem, & primo de Anima textu. 90. ait, quòd si in eodem ponuntur plures animæ non erit quid faciat vnum ex eis.

Ad argumenta in principio posita respondetur, & ad primum sumptum ex Aristot. 2. Metaphysico dicitur, quòd illa consequentia; si formæ sunt infinitæ, ergo & prædicata; tenet à posteriori & ab effectu, quoniã si formæ essent infinitę, necessario prędicata essent infinita, propterea q; quælibet forma saltim causat vnũ prædicatũ. E conuerso tñ nõ valet; sunt plura prædicata, ergo &

Universidad de Deusto
Biblioteca

plures formæ, quoniam ab vna & eadem forma A
secundùm diuersos gradus essendi sumuntur diuersa prædicata. Solutio est Soncina. vbi suprà. Ad secundam autoritatem respõdetur, quòd Aristotel. dicit diffinitioni correspondere partes rei, id est, conceptus obiectiuos, qui si cum præcisione sumantur, formaliter distinguuntur. Secundò respondetur, quòd vocat Aristot. partes rei conceptus obiectiuos correspondentes conceptibus generis & differentiæ, quia quanuis non distinguantur realiter, sunt tamen in re, & distinguuntur per rationem apprehendentem illos. Cuius B
distinctionis in re est fundamentum. Vel dicatur melius quòd correspondent diuersis partibus rei, quatenus sumuntur à diuersis partibus eiusdem, genus enim sumitur à materia, differentia à forma.

Ad secundum nego sequelam, quia vt ipsi concedunt, eadem forma papyrus est alba, qua est colorata, & tamen non est alba in quantum colorota, aliàs omne coloratũ esset album. Quare quanuis homo per eandem formam sit homo, & animal; cæterum per eandem formam secundùm di- C
uersas rationes, quas includit virtualiter. Nam per animam rationalem quatenus vegetatiua in virtute homo est viuens, quatenus est sensibilis in virtute est animal, quatenus verò est formaliter rationalis est homo, & ita nõ sequitur, quòd quicquid conuenit homini in quantum homo, conueniat illi in quantum animal; quia esse animal est alius gradus distinctus à gradu hominis, & proueniens à forma illa, quatenus virtualiter habet aliam rationem. Et sicut si formaliter anima sensibilis, & rationalis distinguerentur, argumentũ ni- D
hil valeret, ita etiam modò nihil valet; quia eminẽter habet hanc distinctionẽ & istos gradus, in hoc quòd est esse rationalis.

Ad tertium respondetur, quòd illi conceptus sunt distincti, quia accipiuntur ab eadem forma, quatenus tribuit diuersas perfectiones & gradus essendi, quæ perfectiones distinguuntur ratione ratiocinata. Quapropter eadem res diuersimodè obiecta potest fundare distinctos conceptus, vt patet in misericordia & iustitia diuina. Illæ tamen perfectiones bene possunt ab eadem forma cau- E
fari, vt patet in homine. Neque oportet esse tantam distinctionem in rebus, quantam in conceptibus, vt patet in vero & in bono, & in illorum conceptibus.

Ad quartum respondetur, quòd ab eadem forma secundùm diuersas rationes bene potest prouenire similitudo & dissimilitudo, quia ita se habet ac si includeret formalem distinctionem, cum ipsam includat eminenter, & ita homo per formã quatenus dat esse animal, est similis equo, quatenus dat esse rationale, est dissimilis.

Ad quintum patet ex dictis in solutione ad secundum & præcedens argumentum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm præter formam specificam detur forma corporeitatis coeua materiæ.

ARguitur primò pro parte affirmatiua. Nullum indiuisibile, & inextensum potest dare esse extensum & diuisibile, si quidem esse consequitur naturam rei, sed anima rationalis est indiuisibilis, ergo ponenda est alia forma, quæ det homini esse diuisibile.

Arguitur secundò. Anima est actus corporis Physici, &c. ergo anima respectu corporis habet se sicut forma respectu materiæ, sed eadem materia perseuerat in genito & in corrupto, ergo corpus in actu manet sub hominis forma, & embrionis.

Arguitur tertiò. Si anima & forma corporis sunt eadem forma, sequitur quòd compositio animalis ex corpore & anima non sit realis; quod patet esse falsum, cum sit Physica. Sequela verò probatur. Compositio ex his, quæ non sunt distincta realiter, non est realis, sed anima & corpus, & eius forma sunt idem re, ergo.

Arguitur quartò. Cum homo. v. g. moritur, materia quæ est in cadauere, in nullo instanti est sine forma corporeitatis, aut igitur illa forma est eadem, quæ antea erat, aut distincta. Si primum, habemus intentum. Secundum autem dici non potest, quia idem effectus esse nequit à pluribus causis diuersis specie; sed corpus quomodocunque moriatur, semper apparet eiusdem rationis, ergo semper habet eandem formam corporeitatis. Confirmatur. Omnia cadauera sunt eiusdem speciei, ergo habent eandem formam specie, & non aliam quam corporeitatis, ergo: sed illa non producitur de nouo, quoniam forma eiusdem speciei non potest produci à diuersis corrumpentibus in specie vt ab homine, aqua, igne, &c. ergo.

Arguitur quintò. Vbi sunt diuersæ actiones specie distinctæ sunt diuersi termini, sed in homine est creatio animæ rationalis, & generatio corporis, ergo sunt diuersæ formæ terminantes istas actiones.

Arguitur sextò. Mortuo animali manent eadem accidentia in corrupto quæ remanserant in genito, ergo habent idem subiectum numero, quia accidens non migrat de subiecto in subiectum, sed subiectum illorum non est materia prima quia illa non recipit accidentia immediatè, ergo remanet aliqua forma substantialis præcedens, & non sensitiua, ergo corporeitatis. Confirmatur. Nam si in corruptione rei omnia corrumpuntur, sequitur quòd non magis inducatur

vna

vna forma quàm alia, consequens est falsum, ergo. Probatur sequela, quia materia de se est indifferens ad omnem formam, & non magis appetit vnam quàm aliam, ergo vt appetat magis vnam debet manere eadem forma corporeitatis, in qua subiectentur accidentia determinantia ad hanc formam.

Arguitur septimo. Nam anima mouet corpus, vt dicit Aristot. 8. Physicor. & realiter distinguuntur in animali pars per se mouens, & pars per se mota, aliàs idem moueret seipsum secundum eandem rationem, quòd est impossibile; etenim tunc secundum eandem rationem idem esset agens & patiens: & hoc ipsum Commentator asserit in lib. 3. de Cœlo comm. 28. vbi dicit, quòd motor distinguitur realiter à moto in animalibus, ergo.

Arguitur vltimo argumento Auicennæ. Nam antequam formæ specificæ introducantur in materiam debet quantitas præcedere eis in ipsa materia, & non potest precedere nisi cum forma corporis, ergo. Maior probatur. Nam diuersæ formæ introducuntur in diuersas partes materiæ, & non sunt diuersæ nisi per quantitatem, ergo. Minor probatur. Nam esse accidentale corporeum supponit esse essentiale corporeum. Et confirmatur ex Ianduno. 2. de Anima quæstione. 2. Nam calor qui sequitur formam geniti est idem numero accidês atque calefactibo, quæ præcesserat in re corrupta, ergo remanet idem corpus. Antecedens patet. Nam ille calor est terminus præcedentis calefactionis (nullum enim alium terminum habet ille motus) & terminus motus non distinguitur à motu, vt patet. 3. Physicorum, ergo. Cõsequentia verò probatur, quia accidentia corporea recipiunt vnitatẽ ab vnitate corporis. Aliã argumẽta Theologica fieri poterant pro ista parte, ne tamen in alienam mellem falcem mittere, videamur, ab eis supersedebimus in præsenti. Vide tamen de illis Capreol. in. 2. distinct. 15. quæstionis. 1. in argumentis contra tertiam conclusionem post quintum argumentum, & M. Medina. 3. p. quæst. 50. articulo. 5. & nos ibi etiam de hac re multa disputauimus.

Propter vltimum argumentum Auicenna libro primo suæ Sufficientiæ. capite. 2. existimat in materia esse formam corporeitatis ab alijs formis realiter distinctam, & addit eam formam esse materiæ coëuam, ingenerabilem & incorruptibilem. Scotus verò in. 4. distinct. 11. quæstione. 3. artic. 2. & Henr. in quodlibeto. 2. quæst. 2. & 3. & quodlib. 4. quæstione. 13. & 14. eandem admittunt sententiam parum tamen discrepãtem. Nam formam corporeitatis non constituit in communi, vt Auicenna, sed in particulari, scilicet, in corpore misto, quam appellant formam mistionis, dicuntque eam nõ in omnibus mistis distinctam

realiter à formis specificis, sed solùm in viuentibus. Vnde in his solum dicũt eam esse incorruptibilem in non viuentibus verò simul corrumpi cum forma specifica, & hoc tenent, vt faluent Christi corpus in triduo nulla fuisse forma denuo informatum. Dicunt isti autores secundò, quòd hæc forma corporeitatis nũquam dat esse specificum, sed quasi genericum & incompletum; & quòd in ordine ad formam specificam habet se sicut dispositio prænia, & necessaria ipsius materiæ. ¶ Nihilominus contra hoc est certissima conclusio. In nullo compositio substantiali est ponenda forma corporeitatis realiter distincta à forma specifica. Hæc conclusio est D. Tho. vbi suprà & omnium Thomistarum, & probatur primo ex Aristot. qui 5. Physicor. capite. 1. dicit generationem propterea non esse motum, quia subiectum motus est ens in actu; subiectum verò generationis ens in potentia, ergo quando homo generatur aduenit forma enti in potentia, aliàs si adueniret enti in actu, generatio esset motus & non mutatio. Et in hoc 1. lib. capite. 3. dicit, quòd corruptio vnius est generatio alterius, sed si est eadem forma corporeitatis in homine, & in cadauere, quando moritur homo nihil generabitur, ergo non est ponenda talis forma, & in hoc capite. 4 dicit, quòd generatio est mutatio totius non manente eodem subiecto sensibili, sed materia cum forma corporeitatis est subiectum sensibile, ergo. Secundo probatur conclusio. Illud est simpliciter vnum, quod tantùm habet vnam formam, sed compositum animatum est simpliciter vnum, ergo habet tantum vnam formam. Consequentia & minor patent, & maior probatur. Res habet esse simpliciter à forma substantiali, ergo habet esse vnam ab eadem forma. Ens enim & vnum conuertuntur. Et hæc est ratio Aristot. 3. Metaphy. tex. 18. contra Platonem, vbi dicit, quòd si alia esset idea hominis, & alia bipedis, id est, alia forma hominis, & alia bipedis, sequitur quòd homo non esset simpliciter vnum, sed secundum quid. Tertiò probatur. Nam ex opposita sententia, sequitur quòd generatio substantialis sit mutatio accidentalis, consequens est falsum, ergo. Sequela probatur. Subiectum mutationis accidentalis est ens actu, & hoc aliquid, sed idem est subiectum generationis secundùm Scotum; nam forma corporeitatis præsuppositа dat esset simpliciter, & facit hoc aliquid, ergo. Ad hæc argumenta respondet Scotus duo. Primum est, quod licet forma animalis adueniat enti in actu per formam corporeitatis, tamen quia illa forma est incompleta, non facit ens existens in actu cõpleto, sed in actu imperfecto & incõpleto, & ita forma aduenies generatur, & facit vnum ens simpliciter. Vocat autẽ formas incõpletas illas, quæ sunt imperfectæ, & velut viæ, & medium ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

alias. ¶Sed contra hanc solutionē arguitur primò. A
Illa forma corporeitatis siue completa, siue incompleta est substantialis & particularis, ergo si vnitur materiæ dat esse substantiale, sed hoc est esse simpliciter, & hoc aliquid, ergo in generatione præsupponitur simpliciter ens in actu, quod est contra Aristot. ¶Secundò arguitur cōtra eandem solutionem. Id quod aduenit materiæ habenti formam embrionis est accidens respectu illius, & tamen forma embrionis est incompleta, cum sit via ad alias, ergo nihil hoc retulerit. Hæc ratio adeò
efficax fuit apud veteres Philosophos, vt conuicti dicerent omnes mutationes esse accidentales, B
vt refert Aristot. in hoc libro primo capite. 1. & 2. ¶Arguitur tertiò. Si datur illud cōpositum ex materia & forma corporeitatis, ergo ponetur directè in prædicamento substantiæ, cum non sit substantia; partialis, ergo vel est prima, vel secūda substantia non secunda, quoniam est constituta per particularem formam: nec prima, nam omnis prima substātia habet speciem immediatam inter ipsam, & suum genus. Sed talis substantia nullam habet, nam quæ est? Et si habet: sequitur, quòd idem in- C
diuiduum in genere substantiæ sit in duobus speciebus immediatis, scilicet, in illa quam modo habet & in alia vbi erit post aduentum formæ alterius, scilicet, rationalis. ¶Arguitur quartò. Aut per illud esse incompletum intelligit esse remissum carens omni perfectione speciei debita, qualis est calor in aqua tepida, & hoc non quia substantia consistit in indiuisibili, & non suscipit magis vel minus. Aut intelligit aliquod esse constitutum in aliquo genere & non determinatū in aliqua specie, & hoc etiam minimè quia genus secundum D
rem existens non reperitur præter speciem, ergo non datur tale esse. ¶Secundum quod respondet Scotus est, quòd illum dictū Aristotelis; Id quod generatur non supponit ens in actu &c. accipitur in eo sensu, vt illa dictio; Non ens, teneatur priuatiuè & tantum significat, Id quod generatur non habeat actu esse formæ generandæ. Sed hoc est expresse contra Aristot. ibidem. 5. Physic. tex. 8. vbi docet quòd subiectum generationis nullo modo est mobile, quia non est actu: at si tantùm negaret formam generandam ratione formæ corporeitatis posset esse mobile, ergo. Item, nam nulla esset differentia inter subiectum generationis & E
alterationis, quod est contra Aristot. hic. Hæc contra solutiones Scoti, & probatur tertiò conclusio nostra principalis. Nam si opposita sententia esset vera, non repugnat quòd anima immediatè vniatur materiæ saltim per diuinam potentiam. Tunc, igitur compositum est substantia viuens, ergo corporea. Consequentia patet ab specie ad genus, ergo ad esse corporeum non est necessaria intrinsecè præter animam alia forma. Nam sicut tunc dat esse corporeum, ita modò. Confirmatur. Gradus generum superiorum perfectus reperiuntur in nobiliori specie, sed anima rationalis perfectior est cæteris formis secundùm rationem speciei incompletæ, ergo illa in virtute continet superiorum perfectiones multò magis quàm forma lapidis, cui hoc tribuit Scotus. Probatur conclusio quartò. Si in animali est necessario ponenda forma corporeitatis, quæ tribuat esse corporeum, sequitur quòd prius debeat assignari alia forma, quę tribuat esse substantiæ. Nam prius est habere esse substantiæ, quàm corporeum. Consequens est falsum, quoniam aliàs secundùm multiplicationem prædicatorum essentialium essent multiplicandæ formæ substantiales distinctæ; quod esse falsum probauimus articulo sequenti, ergo. Quòd si quis dicat cum Scoto, quòd eadem forma corporeitatis præbet esse corporeum & substantiæ: eodē pacto nos dicimus, q eadem anima intellectiua quæ præbet esse hominis, præbet esse corporeum. Vlti mò. In animalibus imperfectis, in quibus anima est extensa, non est nisi vnica forma, ergo neque in homine. Consequentia patet. Quia homo est perfectior, & ideò non debet constare ex pluribus partibus essentialibus, quàm animal imperfectum. Antecedens probatur. Nam anima illa sensitiua est corporea & extensa, ergo tribuit esse corporeum, ergo non debet dari alia forma, per quam illud animal sit corpus. Et hoc ipsum quod hæc anima extensa habet formaliter, quòd sit corporea, intellectiua habet eminenter & in virtute, nam propter sui excellentiam continet omnem gradum, quem aliæ formæ tribuunt.

Ad argumenta in principio facta respondetur. Et ad primum respondetur, quòd vt forma aliqua causet effectum, non est necesse quòd ipsa formaliter habeat illum, sed quòd contineat in virtute, & eminenter. Nam albedo facit album, & non est formaliter alba. Licèt ergo anima rationalis in se sit indiuisibilis, quia tamen eminenter est diuisibilis, ideò potest dare esse diuisibile. Neque hoc repugnat essentiæ animæ rationalis, eo quòd ipsa est medium inter formas purè immateriales, quales sunt angeli, cum quibus habet esse indiuisibile, & inter formas purè materiales cum quibus habet vniri materiæ & dare esse materiale & diuisibile sicut forma equi &c.

Sed contra sunt duo argumenta. Primum. Nam esse corporeum non potest prouenire nisi à forma corporea, sed anima non est forma corporea, ergo non potest dare esse corporeum, ergo hoc habet ab alia forma homo.

Secundum, quia sequitur quòd anima equi non possit dare esse equi & esse viuens, &c. & idem videtur dicendum de omni anima. Quia illud quod dat aliquos effectus, quos formaliter non continet est ne-

est necesse, vt illos effectus tribuat per aliquam A
perfectionem, quam formaliter habeat, sed anima equi nihil eorum quæ tribuit habet formaliter, ergo. Maior patet. Nam Sol etiamsi eminenter contineat omnes effectus, tamen formaliter habet lumen, per quod illos causat. Sed minor probatur, quia anima equi non est formaliter sensibilis, nec viuens, nec corporea.

Ad primum respōdetur, quòd esse corporeum stat dupliciter sicut corpus dupliciter accipitur. Dicitur enim vno modo corpus pro corpore de
prædicamento quantitatis, alio modo prout est B
corpus de prædicamento substantiæ & significat substantiam materialem, vt ex ea potest profluere trina dimensio. Et ità corporeum potest etiam accipi dupliciter vt est effectus prouenies à corporis forma quæ est quantitas, vel à corporis forma, quæ est substantia. Anima autem rationalis facit corporeum formaliter de prædicamento substantiæ, non de prædicamento quantitatis, quia hoc non potest facere nisi forma materialis, qualis est quantitas. De hoc argumento vide Caietanum. 1. parte. q. 76. art. 4. ad tertium.

Ad secundum respondetur, quòd illud quod in se habet multos effectus eminenter & virtualiter tanquam principium effectiuū illorum, oportet in se habere aliquid formaliter per quod causet illos, quia operatio illius principij debet supponere esse, & esse ipsum ex necessitate debet competere rei habenti in se formaliter aliquam perfectionem. Cæterum illud quod aliquos effectus habet tanquam principium formale, non est necesse quòd formaliter habeat in se aliquē illorū. Anima verò rationalis formaliter tribuit hos effectus. D

Ad secundum principale respondetur ex D.
Tho. 1. parte quæstione. 76. articu. 4. ad primum, definitionem illam assignari per effectum formalem animæ; in quo non fit exclusio formæ, sed potius admittitur tanquam principium formale, vt cum dicimus lucē esse actum lucidi, non quòd lux aduenìat lucido iam constituto, sed quòd habeat esse formaliter lucidum per ipsam lucem: ita anima est actus corporis Physici per ipsam constituti. De quo latius in primo lib. de Anima. c. 1.

Ad tertium argumentum concedo antecedēs, E
& nego sequelam. Ad probationem concedo etiā antecedens, & ad minorem dico quòd compositio ex anima & corpore est realis Physica, quia ibi per corpus intelligitur materia, quæ quidem realiter tanquam res à re distinguitur à forma.

Ad quartum cum sua confirmatione respondetur, quòd petit illam difficultatem. Vtrum omnia cadauera sint eiusdem speciei. Ad quam quæstionem Caietanus. 1. parte quæstione. 76. arti. 4. & in 2. de Anima capite. 1. respondet vtrumque posse sustineri probabiliter, & quòd cadauera sint eiusdē speciei, & quòd sint diuersæ. Primum probat, quia forma cadaueris est forma imperfecta, & communis via à viuo quolibet ad formā elementi, & non incōuenit esse eiusdē rationis propterea quòd est medium remotum ad illa. Si quidem teneamus hanc sententiam respōdetur ad argumentum & confirmationem, quòd bene potest eadem res specie in esse rei produci à diuersis causis, vt animalia producta ex semine & putrefactione sunt eiusdem speciei, vt habet Aristo. 7. Met. tex. 23. de quo Ferrar. 3. contra Gent. capite. 69. & Sonc. 7. Metaphy. quæst. 21. & tamen producuntur à diuersis causis, scilicet animali, & sole. Item Commētator. 2. Cœli tex. 46. dicit, quòd calor potest generari à lumine & à motu, & ab alio calore. Similiter ignis potest generari ab altero igne, à Sole, à silice, & tamen omnia hæc sunt eiusdē speciei in esse rei. Et homo à Deo productus per creationem, scilicet Adam, & homo genitus ab alio homine sunt eiusdem speciei. Et ad argumentum quod fit contra hoc; Nam distinctio causæ est penes effectus, sunt distinctæ causæ, ergo distincti effectus. Respon- C
detur, quòd sicut in idem obiectum materiale possunt ferri diuersi actus diuersarum scientiarum, & ad eorum distinctionē satis est distinctio formalis, ita hic quòd diuersæ causæ ferantur in effectus qui sunt diuersi propter varias rationes formales. Nam Sol causat sub vniuersaliori ratione &c. eò vel maximè, quod ad distinctionem causarū sufficit distinctio effectuum adæquatorum, licèt coincidant in aliquo singulari semper tamen sub diuersa ratione. Oppositam etiam sententiam sustineri posse probat Caietanus, quia agentia naturalia & causæ cadauerum sunt aliquando diuersæ speciei putà ignis, aut aqua, & ita cadauer demortui ex dominio cholerę est alterius rationis à cadauere mortui ex dominio phlegmatis, quia illud ab igne corruptū ad ignē tēdit ex intētione agētis naturalis volentis introducere suam formā in tali materia, ignis enim prædominatur in cholera; alterum corruptum ab aqua tendit in aquam, aqua enim excellit in phlegmate. Cuius ratio est, quia cum termini sint alij, etiam viæ duæ sunt, & cū termini specie differant, scilicet, ignis & aqua, etiam cadauera ad illos terminos ordinata specie differunt. Neque est inspiciendum ad hoc gladio ne vel dispendio perierit, sed quod est attendendum est quo elemento prædominante è vita excesserit, quoniam illa se habent vt excitantia, & applicantia actiua passiuis, & tanquam conditiones sine quibus non; elementa verò vt causæ principales cadauerum ex ipsa natura rei, & ab illis debet sumi ratio differentiæ. Ista secunda sententia mihi probabilior videtur, & videtur esse sentētia Arist. 2. de Gener. tex. 48. vbi ait, quòd ex diuersa proportione qualitatum primarum resultant diuersa

Universidad de Deusto
Biblioteca

mista specie, quæ diuersa proportio qualitatum, vt calor vel frigiditas &c. prædominetur, non est neganda cadaueribus. Pro cuius ampliori intelligentia aduertendum ex D. Tho. in hoc libro. 1. super tex. 18. quòd duplex est forma, vna quidem perfecta quæ complet speciem alicuius rei naturalis, sicut forma ignis vel aquæ, aut hominis, aut plantæ. Alia est forma incompleta, quæ neque perficit aliquam speciem naturalem, neque est finis intentionis naturæ, sed se habet in via generationis, vel corruptionis. Manifestum est enim in generatione compositorum, putà animalis, quòd inter primum principium generationis quod est in semine, & vltimam formam animalis completam sunt multæ generationes mediæ, vt Auicenna dicit in sua Sufficientia, quas necesse est terminari ad aliquas formas, quarum nulla facit ens completum secundum speciē, sed incompletum, quod est via ad speciem aliquam. Similiter autem etiam ex parte corruptionis sunt multæ formæ mediæ, quæ sunt formæ mediæ incompletæ. Non enim separata anima corpus animalis statim resoluitur in elementa, sed hoc fit per multas corruptiones medias succedentibus sibi in materia multis formis imperfectis, sicuti est forma corporis mortui, & postmodum putrefacti, & sic tandem fit vltimum complementum successiuè. Quo in loco patet, quomodo D. Tho. asserit quòd formæ quæ sunt viæ & dispositiones ad alias, non constituunt species completas, sed reducuntur ad illas, quarum sunt dispositiones, & inter has numerauit formam cadaueris, quæ est via in elementa, ergo cadauer quod disponit ad aliquod elementum erit distinctum specie ab alio cadauere, quod disponit ad aliud elementum distinctum specie.

¶ Secundò est notandum, quòd semper animal moritur propter exorbitantem motum alicuius elementi in ipso: aliquando enim ex cholera, quæ agit vt virtus & instrumentum ignis, & sic de alijs humoribus. Tunc autem illa virtus elementi per se disponit vt cadauer resoluatur in illud elementum cuius erat virtus, quando aliqua virtus habet similitudinem & symbolum cum aliquo elemento: licèt propter sui imperfectionem hoc non compleuit. Ex quo patet, quomodo non omnia cadauera causentur ab eodem humore, & sic neque sint eiusdem speciei, cum sint dispositiones ad diuersas formas completas, scilicet, formam terræ, vel aquæ &c. Et in hac sententia facile soluitur quartum argumentum. Respōdetur enim, quòd est alia forma corporeitatis in re mortua, & in re viua, aliàs si dum homo corrūpitur nihil generaretur; natura intendens ad malum corruptionis operaretur, & illam per se intenderet, quod est aperte contra veram Philosophiam. Et quòd hoc sequatur patet, quia ibi non intendit generationem cum nihil ibi generetur iuxta horum sententiam, siquidem si aliquid generaretur, esset forma corporis talis, quæ iam antea erat secundùm Scotum, & sic non generabatur de nouo. ¶ Sed dubitatur vnde prouenit, quòd semper in materia animalis sequitur forma cadaueris & non alia. De quo vide Sonc. 8. Met. q. 15. & Capr. in. 2. dist. 15. q. 1. contra tertiam conclusionem. Dico breuiter, quod id prouenit ex parte dispositionum. Cum enim vt modo dicebamus, animal moriatur semper propter exorbitantiam alicuius humoris, illa talis dispositio deseruit solùm huic formæ, & non aliæ, & ideo alia introduci non potest nisi forma cadaueris. Concurrit etiam ad hoc organizatio materiæ. Nam aliæ formæ nō poscūt hæc organa, & partes ethereogeneas, vt forma terræ & aquæ &c. vnde omnes partes sunt homogeneæ: forma verò cadaueris postulat hanc diuersitatem, quæ quia in animalibus inuenitur, necessitat ad introductionem formæ cadaueris. Propter has ergo dispositiones, quæ tantùm sequuntur ad formam animalis & non aliam, & requiruntur ad formam cadaueris, ordo naturalis est, vt post corruptionē animalis introducatur forma cadaueris & nō alia neque post aliam, propter quod dicit Aristot. 8. Metaphy. tex. 14. quod sicut aëtum non fit nisi post vinum, ita neque mortuum nisi post viuum. De quo vide ibi Arist. & D. Thomam. ¶ Ad quintum respondetur dupliciter. Primò quòd nō vbicunque sunt diuersæ actiones sunt diuersæ formę, sed solū sequitur, quòd sint diuersi termini, quod reperitur in generatione hominis & creatione animæ. Nam terminus creationis est anima, generationis verò homo. Secundò respondetur, quòd homo generat hominem per hoc quod concurrit ad vnionem animæ cum corpore, & ita anima est terminus creationis & generationis diuersis tamen rationibus. Est terminus creationis secūdùm quòd suscipit esse in se, per quod illa subsistit, & ad hanc actionem sequūtur potentiæ & proprietates, quæ manent in ea etiam separata à corpore, scilicet memoria, intellectus & voluntas. Est autem terminus generationis non secundùm quòd in se subsistit, sed secundum quòd communicat hoc esse corpori, per quam vnionem resultat totum compositū, quod est terminus generationis. Attingit verò homo productionem hominis & animæ vnionem cum materia, quia disponit materiam secundùm vltimam & perfectissimam dispositionē, quæ immediatè præcesserit disponendo materiam ante instans introductionis. Et potest homo producere istam dispositionem determinatiuam materiæ ad esse animæ rationalis in illa, quia in se habet animā rationalem, quæ habet virtutem ad hoc. De quo vide Caiet. 1. p. q. 118. art. 2. & Sonc. 8. Met. q. 14.

¶ Ad sextū respondetur, quòd nō manent eadem accidentia

accidentia in genito & in corrupto, sed fit resolutio vsque ad materiam primā de quo infrà in hoc capite agendum erit. Ad confirmationem respondetur propterea istam formā introduci in hac materia & nō aliam, etiam si inducatur in materia nuda, quia ista materia habet immediatum ordinem ad dispositiones disponentes illam tempore præcedenti, quæ disponebant ad hanc formam & nō ad aliam, & etiam quia dispositiones subsequentes formam antecedunt ipsam in genere causæ materialis & illam determinant vt recipiat hanc formā & non aliam. ¶ Ad septimum respondet D. Tho. 1. p. q. 76. vbi suprà, quòd anima non mouet corpus per esse suum secundùm quòd vnitur corpori vt forma, sed per potentiam motiuam cuius actus præsupponit iam corpus effectum in actu per animam, vt anima secundùm vim motiuam sit pars mouēs vt quo, corpus autem sit pars mota vt quo etiam. De qua re vide Soto 8. Physi. q. 3. & Caiet. 1. p. vbi supra. ¶ Ad octauum & vltimum cum sua confirmatione dicetur infrà cum agamus de principio individuationis. Interim vide Caietanum de ente & essentia quæst. 16. Nihilominus hic aduertendum breuiter est, aliquos dicere, quod materia aliam distinctionem & dimensionē habet præter eam, quam habet à quantitate & sic licet formæ introducantur in distinctas partes materiæ, non propter hoc materia poscit quantitatem, neque formam corporeitatis præuiam. Probant sua sententiam. Primò, nam in pugillo terræ plus est de materia quàm in duobus pugillis aquę, sed hoc plus non attenditur penes quantitatem; nam maior quantitas est in duobus pugillis aquæ, ergo penes aliam dimensionem propriam materiæ & sic per illam poterit diuidi ab alia materia. Secundò. Materia & quantitas habent partes diuersas, ergo & diuersas dimensiones. Antecedens patet. Nam partes materiæ sunt substantiæ, quantitatis non, ergo sunt diuersæ. Consequentia probatur, quia diuersa dimensio sequitur partium diuersitatē. Tertiò. Distinctio partium materiæ præintelligitur distinctioni quantitatis, ergo quantitas non causat illam. Antecedens probatur. Propterea ista quantitas est hæc, quia est in hoc subiecto singulari, & ad causandum hoc subiectum singulare concurrit materia, quia est principium individuationis, ergo etiam concurrit ad hoc quòd quantitas sit hæc. Consequentia probatur, quia prius non causatur à posteriori. Sed tamen isti falluntur. Nam diuisibilitas est ratio quantitatis, vt patet. 5. Met. ergo non potest conuenire materiæ nisi ratione quantitatis. Vide de hoc plura, si vis apud Heruenm quodlib. 1. q. 15. & quodlib. 8. q. 10. Vnde ad primum respondetur, quòd in pugillo terræ est magis de materia non actu, sed potentia, quia si illamet materia terræ poneretur sub forma aquæ habebit maiorē dimensionem, quàm ea quæ est sub forma aquæ. Ad secundū distinguo antecedens; Habet vtrumque diuersas partes vt id quod habet & est subiectum earum, nego antecedens: vnum vt id quod habet partes, scilicet, materia, & alterum vt ratio habendi partes, transeat. Sed tunc negatur consequentia. Nam diuersa dimensio solùm sequitur ad diuersa habentia partes, vt subiectà earum, aliàs esset alia dimensio cuiuslibet accidentis & quantitatis. Nam etiam habet albedo alias partes à quantitate, ergo debet habere alias dimensiones. Ad tertium respondetur, quòd licet probet quantitatem non tribuere materiæ vnitatem vel distinctionem substantialem quod nos libenter concedimus, tamen actualis illius distinctio qualis requiritur ad generationem, scilicet, quòd possit esse extremum contactus, situari & approximari agenti &c. non habet nisi à quantitate. Qua sublata nulla forma poterit introduci in eā: & sic ad hoc quòd diuersæ formæ introducantur in diuersam materiam, benè posuit Auicenna quantitatem in ea.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum in homine sint duæ animæ realiter distinctæ, intellectiua & sensitiua.

ET videtur quòd sic. Primò, nam corruptibile & incorruptibile differunt genere, vt ait Arist. 10. Met. tex. 26. sed anima rationalis est incorruptibilis, ergo non potest dare esse corruptibile. Cum ergo homo sit corruptibilis, hoc habebit ab alia forma, quæ sit corruptibilis, & hæc est sensitiua, ergo sensitiua & intellectiua differūt realiter sicut corruptibile & incorruptibile.

Arguitur secundò. Genus sumitur à materia & differentia à forma vt habetur. 7. Met. ergo cum rationale sumatur ab anima intellectiua, sequitur quòd animal sumatur à materia, sed materia prima nuda non potest dare esse generis, ergo sumitur à materia informata forma sensitiua, ergo debent istæ formæ realiter distingui.

Arguitur tertiò. Impossibile est cōtraria in gradibus intensis simul esse in eodem subiecto, sed in homine sunt actus contrarij simul, vt quando per rationem appetit studiosè agere, & per appetitum sensitiuum hoc respuit, ergo in homine sunt duæ animæ in quibus subiectentur istæ duæ operationes contrariæ.

Arguitur quartò. Impossibile est quòd eadem forma substantialis simul & semel habeat duos actus appetendi respectu eiusdem, sed hoc sæpissime in homine contingit, quia per voluntatem & appetitum sensitiuum eandem rem non raro desiderat. Item, quia eadem forma non elicit actum appetendi aliquid naturaliter & alium actum appetendi liberè, sed hoc sæpissimè contingit per

Universidad de Deusto
Biblioteca

appetitum & volũtatem, quòd appetitus vult aliquid liberè & voluntas naturaliter, ergo.

Arguitur quintò. Sensationes sunt subiectiuè in anima mediatè vel immediatè, & non in anima intellectiua, ergo in sensitiua, ergo intellectiua anima differt à sensitiua. Maior patet, quia nihil aliud potest assignari subiectum sensationũ nisi anima, vel potentia, & si potentia sit accidens animæ, erit subiectiuè in anima. Minor probatur, quia aliter omnis apprehensio animæ sensitiuæ esset intellectio, quia esset subiectiuè in anima intellectiua, & sic anima separata posset sentire, quia Deus illam sensationem posset in suo subiecto seruare. Confirmatur. Nam eadem forma numero nõ est extensa & inextensa, materialis & immaterialis, sed in homine anima sensitiua est extensa & materialis, intellectiua verò inextensa, quia est tota in toto, & tota in qualibet parte, & consequenter erit immaterialis, ergo. ¶ Arguitur sextò. Id quod educitur de potentia materiæ non est idem cum eo quod non educitur, aliàs simul dependeret à materia & non dependeret, sed anima rationalis non educitur, sensitiua verò in homine educitur, ergo. Minor pro secunda parte probatur. Nam dependet in fieri à materia. Probatur, quia dependet in operari, ergo in fieri. A it enim Arist. 2. de Gener. anim. c. 3. principia illa produci dependenter à corpore, quæ non habent operationes nisi in corpore. Et ibidem docet, quòd anima sensitiua producitur à virtute seminis per agens naturale, ergo educitur de potentia materiæ. Nam agens naturale nõ potest producere aliquid nisi ex materia. Confirmatur, quia Philosophus sæpè præcipuè lib. 2. de Gener. animaliũ. c. 3. dicit, quòd embrio prius viuit vita animalis quàm hominis, sed hoc nõ potest esse, si eadem esset essentia animæ intellectiuæ, & sensitiuæ, ergo. Quòd si dicas, quòd aduenientè anima rationali corrumpitur forma embrionis. Contra hoc arguitur. Nam forma embrionis est dispositio ad introductionem animæ rationalis, ergo si adueniente anima rationali corrũpitur forma embrionis, sequitur quòd aliqua res naturalis disponat ad sui corruptionem, hoc autem est impossibile, quia quælibet appetit, & desiderat se cõseruare. Confirmatur secundò. Nam Arist. eodem loco docet, quòd in generatione hominis priùs homo viuit vita plantæ, deinde vita animalis & postremò vita hominis, ergo in homine manent illæ tres animæ. ¶ Arguitur septimò. Nam si eadem est anima intellectiua & sensitiua in homine, sequitur quòd homo non generet hominem. Nam ad hoc quòd generet, oportet vt producat formam vel compositum, vniendo animam materiæ, sed nihil horum facit, ergo. Minor probatur. Nam animã rationalem, quæ creatur nõ producit. Quòd verò nec eam vniat, probatur. Nam ab eo vnitur, qui dat vltimã dispositionem, sed vltima dispositio non prouenit ab homine, ergo. Ista minor probatur. Nam causatur efficienter ab anima, & homo non concurrit ad productionem animæ neque etiam instrumentaliter, cum neq; isto modo possit creare, ergo. Et secundò quia D. Tho. sæpè vt in. 4. distin. 24. q. 2. art. 2 ad primum docet, quòd ab eodẽ agente causatur forma, & vltima eius dispositio, sed forma nõ producitur ab homine, ergo. Arguitur octauò & vltimò. Nam in nutritione hominis producitur aliquid vt terminus quo, & non materia neque anima rationalis, ergo est ibi alia forma. Maior probatur. Nam potentia nutritiua est productiua alterius. Minor probatur. Nam terminus non est vnio formæ præexistentis cum materia, quoniam hæc est relatio, & nihil aliud potest signari nisi alia forma, ergo. Secundò. Nam potentia nutritiua agit educendo aliquid de potentia materiæ, ergo debet dari in homine forma, quæ sic educatur.

In hoc dubio sunt variæ sententiæ. Prima est hæresis Manichæorum, qui sicut refert Augustinus lib. de hæres. c. 46. & lib. 6. contra Faustum. c. 8. & lib. de duabus animabus contra Manichæos. c. 12. dicebant in homine esse duas animas vnam bonã à bono Deo, alteram verò malam à carne progenitam. Quarum vna trahit ad bonum, altera verò trahit ad malum. Secunda sententia est ponentium tres animas, quam docuit Plato & videtur haberi lib. 6. de Rep. & Aristot. refert eandem sententiam libro. 1. de Anima. Item lib. 3. tex. 41. Præterea Auicen. lib. 6. naturaliũ, vbi diffusè agit de anima parte. 5. ca. 7. ad firmat aliquos Philosophos posuisse plures animas in homine. Et inter catholicos Ocham quodlib. 3. q. 10. & in 4. sentent. q. 7. & Henri. vbi suprà tenent, quòd licèt in alijs compositis detur tantum vna forma, tamen in homine debet poni alia præter rationalem, scilicet, sensitiua. Quam sententiam docet Paulus Venetus in summa de anima. q. 5. Aduersus tamẽ istos est conclusio certissima. In homine præter animã rationalem non est alia forma sensitiua realiter distincta. Hanc habet D. Tho. vbi suprà & autores ibi citati, & ea diffinitur in octaua Synodo gener. can. 11. Quam docẽt etiam D. Aug. lib. de Eccles. dogmat. c. 15. Damasc. lib. 2. fidei orthod. cap. 12. Lactant. lib. 1. diuin. institut. c. 3. & potest probari rationibus supra adductis, quæ etiam contra hanc opinionem fieri possunt, probatur tamẽ alijs specialibus argumentis. Primum est. Nam si anima rationalis & sensitiua in homine distinguerentur, sequeretur quòd actiones vnius animæ non impedirent actiones alterius, consequens est cõtra experientiã, ergo. Sequela probatur. Ille formæ sunt diuersæ & operationes non sunt contrariæ, nõ est ergo quare operationes vnius impediant actiones alterius. Minor patet. Nam experimur, q̃ quantò actio

actio sentiendi magis intenditur, tanto magis debilitatur actio intelligendi, & è conuerso vt patet in raptu, & extasi contemplantium. Secundum. Nam sequeretur, quòd homo non esset ens simpliciter, & quod anima rationalis non esset substantialis, sed accidentalis forma, quæ sunt apertè falsa. Probatur sequela. Nam homo haberet duo esse. Alterum quod prouenit ab anima rationali, alterum quod à sensitiua, & cum anima rationalis adueniret enti in actu, esset accidẽtalis forma. Et confirmatur. Nam illa anima sensitiua constituit hominem in genere animalis, ergo in aliqua determinata specie, vt supra probatum est, & non in specie rationaliũ, aliàs non requireretur forma intellectiua, ergo in specie irrationalium, ergo simul est homo animal rationale & irrationale. Tertium. Nam vel illa anima sensitiua in corruptione hominis manet separata vel vnita corpori, vel omnino perit. Non primum, quoniam hoc est proprium animæ rationalis. Nec secundum, quoniam sequeretur quòd corpus mortuum viueret. nec tertium, quoniam sequeretur, quòd in triduo mortis Christi illa anima non esset vnita verbo, nam perijt, & sic dimissa esset à verbo, & postmodum in resurrectione reassumpta, quod est erroneum. Nam quod semel assumpsit, nunquam dimisit. Quartũ. Nam definitio animæ cõuenit intellectiuæ, quòd sit actus corporis Physici &c. ergo non supponitur illi anima sensitiua, quia iam per illam corpus esset Physicum organicum &c. Vide alias sex rationes pro hac conclusione apud Sonc. 8. Metap. quæst. 13. Aduertendum tamen est hìc quòd pro maiori huius disputationis intelligentia agendum fuisset: quomodo anima rationalis sit sensitiua an formaliter, an verò eminenter, an realiter, an verò causaliter; Cæterum hæc quæstio propriam habet sedem in. 2. de Anima cap. 3. Quo loco nos eam tractabimus. Interim vide de ea D. Thom. & Caietanum ibi. ¶ Ad primum argumẽtum respondetur primò, quod composita sunt de quibus dicitur corruptibile & incorruptibile differũt genere. Vnde cum homo sit corruptibilis eiusdem generis est cum alijs viuentibus. Respondetur secundò, quòd sensus illius maximæ est, quòd differunt ex parte materiæ, id est, quòd materia corruptibilis compositi est alterius rationis à materia cœli quæ non appetit aliam formam. Ita explicat S. Tho. in hoc libro de Gener. tex. 51. Tertiò respondetur, quòd corruptibili & incorruptibili nõ potest esse aliquid commune vniuocum loquendo de vniuocatione Physica. At verò loquẽdo de vniuocatione logica, & Metaphysica corruptibile, & incorruptibile continentur sub eodem genere vniuoco. Constat enim quòd substantia vniuocè dicitur de homine & angelo, & corpus vniuocè dicitur de corpore cœlesti, & de corpore inferiori. Hæc solutio est etiam expressa D. Tho. in. 1. p. q. 66. arti. 2. ad secundum, & quæst. 88. articu. 2. ad quartum. ¶ Ad secundum respondetur, quòd à materia nuda bene potest sumi radicaliter ratio generis. De quo vide Caiet. de Ente & essentia. ¶ Ad tertium concessa maiori, distinguo minorem. Sunt contrarij actus in anima secundùm diuersas potentias concedo; secundum eandem & in eadẽ parte animæ nego. Sicuti enim in diuersis partibus subiecti possunt esse accidentia contraria vel similia etiam in gradibus remissis: ita in eadem anima secũdùm diuersas potentias, quæ sunt subiecta proxima illorum actuum possunt esse actus contrarij, & simi les in gradibus intensis si dentur similes & contrarij. Hoc argumentum est Manichæorum circa quod vide quę dicit Capr. ex D. August. Ad argumenta Ocham vbi suprà vbi dicit Gregorium de Arimino tenere cum D. Tho. in hac quæst. ex his patet solutio. ¶ Ad quartum eadem enim anima simul & semel potest habere duos actus vnum liberum & alium naturalem circa idem obiectum secundum diuersas potentias. Idem potest habere duos actus appetendi circa idem obiectum, dummodo illi actus sint in diuersis potentijs, quia ex hoc sequitur illos distingui specie. ¶ Ad quintum negatur maior, & ad probationem negatur etiam antecedens. Sensationes enim neq; sunt subiectiuè in anima sensitiua, & multò minus in intellectiua, neque in aliqua potentia animæ tanquam in subiecto quod. Sed principale proximum & totale subiectum sensationum est compositum. Ad confirmationem concedo maiorem, & nego minorẽ, quia eadem anima quæ est in homine intellectiua est etiam sensitiua, & ita est tantùm immaterialis, & inextensa. ¶ Ad sextum nego minorem pro secunda parte. Ad probationem dico, quòd rationes illæ solum conuincunt de ea quæ est tantùm sensitiua, & non potest habere operationes nisi in materia. At sensitiua in homine simul est intellectiua, quapropter operatur independenter à corpore. De quo vide D. Tho. in 2. dist. 18. quæst. 2. artic. 3. ad quartum. Ad confirmationem optima est solutio ibi data. Ad improbationem dicitur, q̃ non est inconueniens quòd res aliqua intendendo bonum aliquod maius quàm proprium suum per accidẽs disponat ad sui corruptionem sicuti pars. v. g. manus propter conseruationem totius se opponit vt abscindatur. ¶ Ad secũdam confirmationem respondet D. Tho. 1. p. q. 76. art. 3. ad tertiũ, & copiosiùs. q. 118. artic. 2. ad secundum, quòd in generatione hominis primò acquiritur anima vegetatiua, & deinde hæc corrumpitur aduenientè sensitiua, & hæc etiam deperditur aduenientè intellectiua, quæ virtute continet formas præcedentes. Sed hæc doctrina D. Tho. nõ recipitur ab omnibus. Marsenim lib. 1. de Gener. q. 6. ad 5. negat quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd introductionem animæ intellectiuæ præcedat vegetatiua & sensitiua. Sed docet quòd materia disponitur ad animam rationalem, quæ introducitur in eam nulla alia forma præcedente. Et ad Arist. Respondet, quòd Philosophus non loquebatur de successione formarum in materia, sed de successione operationum, & intendebat docere q̃ in homine prima operatio est animæ vegetatiuæ, secunda sensitiuæ, tertia rationalis. Sed hæc doctrina est falsa, quoniam secundùm Arist. 1. Phys. ca. 2. semper procedit natura ab imperfectis ad perfecta, ergo prius introducit formas imperfectas, quã perfectas. Et confirmatur. Anima intellectiua est omnium perfectissima, ergo requirit perfectiores dispositiones in materia ad sui introductionem quàm anima vegetatiua & sensitiua, & ex cõsequõ ti ante introductionẽ eius recipit materia alias animas. Quibus argumentis alij autores cõuicti affirmant animam vegetatiuã prius recipi quàm intellectiuam, sed hoc negãt de sensitiua, aiunt enim quòd in eodem instanti est anima sensitiua & intellectiua, quoniã quando est anima sensitiua iam corpus est organicum & accommodatum animæ sentienti, sed anima intellectiua non requirit alia organa, siquidem intellectiua vt sic non est organica, ergo quando fuerit corpus organicum erit sensitiua simul & rationalis. Sed hæc etiam sententia est contra D. Tho. & facilè impugnari potest, & ad argumentum quod illi reputant valde vrgens respondetur, quòd quamis per animam sensitiuam corpus fiat organicum, non tamen sit sufficienter dispositum & accommodatum ad animam intellectiuam quæ non solum exigit organa animalis sed hominis etiã. Quapropter aduciente anima intellectiua corrumpitur organicũ quod fecerat sensitiua & aduenit aliud nouum quod fit per animam intellectiuam secũdùm quòd est corporis forma. ¶ Ad septimum nego sequelam. Ad probationem dico, quòd vnit formam cum materia, & hoc sufficit vt dicatur hominem generare. Etenim dealbans artificialiter parietem, verè facit parietem album, & tamen neque facit parietem neque albedinem, sed vnum coniungit cum altero. Vnit autem ex eo quod semen vt virtus animæ intellectiuę disponit materiam nobilioribus dispositionibus, quàm requirat anima sensitiua & sufficientibus necessitãtibusq́ue introductionem intellectiuæ in corpore, vt sicut anima intellectiua quæ est causa principalis illarum dispositionũ est actus corporis, ita mediante suo instrumẽto, scilicet, virtute seminis producat effectum sibi similem, scilicet, quòd anima producta vniatur & actuet corpus. Ad huius autem improbationem dicit, quòd vltima dispositio pro introductione animæ non causatur ab ipsa anima ratione sui esse, neque consequitur eam separatam, sed ratione modi essendi quatenus inest materiæ, & quia homo causat hominem generando, ideo & causat dispositiones in eodem instanti consequentes, & D. Tho. eodem modo intelligitur, quòd ab eodẽ causatur vltima dispositio à quo forma in materia, quia cũ vltima dispositio sit potius accidens compositi quàm formæ, homo causans compositum debet illius per se accidentia concausare. De hoc argumento vide Ferrat. 2. cont. Gent. c. 89. circa quartam rationẽ, & Paul. Sonc. lib. 8. Met. q. 13. solutione ad primũ, & quæst. 14. & Caietanum, qui multo melius nostram solutionem explicat in. 1. p. q. 118. articu. 2. circa solutionem ad quartum, vbi etiam D. Tho. insinuat eandem nostram solutionem. ¶ Ad octauum & vltimũ argumentũ patet per hæc. Terminus enim quo nutritiuæ est vnio illa fundamentalis animæ cum materia cibi, neque oportet quòd potentia nutritiua in homine producat vltimam formam de potentia materiæ, sicut nec generatiua hominis hoc habet, satis est educat formas intermedias, vt formam sanguinis nutrimentalis &c. & rationalem vniat materiæ cibi.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm in quolibet toto sint diuersæ formæ substantiales saltim partiales in diuersis partibus organicis. v. g. An in ossibus sit alia forma substantialis distincta ab ea, quæ est in carne, & sic de alys partibus omnibus, vt de neruis, cartilagine, capillis, vnguibus &c.

ARguitur primò pro parte affirmatiua ex D. Tho. 1. p. q. 11. artic. 2. ad secundum, vbi ait D. Tho. quòd in quolibet toto ethereogeneo quælibet pars caret forma totius. Ex quibus colligi apertè videtur ex sententia D. Tho. quod habet formam substantialem distinctam à forma totius. Et confirmatur primò. Nam Arist. 8. Phys. tex. 30. lect. 7. apud D. Tho. in fine ait, quòd omne viuens mouens se diuiditur in partem mouentem, & motam, quæ non sunt continuæ, sed contiguæ. Vnde colligit D. Tho. ibidem, quòd in partibus animalium potius est colligatio, quàm continuatio. Quod etiam probatur ratione. Nam caro & os diuersas habent superficies, quibus se contingunt. Ex quo sic argumentor, ergo partes non habent vnam formam numero. Nam vnus actus nõ potest informare materias actu diuersas. Confirmatur secundò. Nam S. Tho. 10. Ethic. lect. 5. ait, quòd motus qui fiunt per diuersa organa differũt specie sicut ambulatio & volatio in eodem animali, si ergo sunt diuersæ operationes specie distinctæ diuersarum partium animalis viuẽtis, videtur quòd in eo sint plures formæ distinctæ præterea, Arist. in libello de communi animalium notione dicit expresse totum animal esse, sicut ciuitatem optimè institutam, & animam sicut regem, dicitq́; quòd sicut rex non est in tota ciuitate, sed in vna præcipuè parte, ita nec anima in toto corpore, sed in vna præcipua parte, scilicet, corde, & in libro de senect. c. 2. & c. 3. de partibus animalium. cap. 4. dicit principium sensus esse in corde, ergo.

Arguitur secundò. Partes totius ethereogenei differunt specie, & diffinitione, ergo nõ informantur eadem forma. Antecedens probatur, quia alia est diffinitio nerui, alia ossis, alia carnis, &c. ergo. Consequentia verò probatur. Nam à formis sumitur differentia specifica.

Arguitur tertiò. Diuersæ proprietates accidentales arguunt diuersas formas substantiales à quibus causantur, sed in diuersis partibus organicis sunt diuersæ proprietates accidentales, ergo. Maior probatur. Quoniam vt ostendit D. Tho. 1. p. q. 77. artic. 6. accidentia quæ sunt propria semper causantur ab ipsis formis substantialibus naturali quadam emanatione. Minor verò probatur, quoniam proprietas accidentalis in ossibus ita quòd ipsis & solis & semper cõueniat, est duricies & siccitas, & densitas, in carne verò raritas, & mollities & sic in alijs.

Arguitur quartò. Non est possibile quòd vnica forma substantialis sit principium operationum, quæ sibi inuicem sunt contrarię, & vna nititur destruere aliam, sed aliquando in diuersis partibus organicis sunt eiusmodi operationes, ergo nõ procedunt ab eadem forma. Probatur minor, quoniã secundùm doctrinam Arist. cor sua natura est calidum & habet actionem exsiccandi; cerebrũ verò ex natura sua est frigidum, & habet operationem humectandi. Et confirmatur, quia operatio cordis intensa potest cerebrum destruere, ergo in illis partibus sunt diuersæ formæ, quia vna forma non potest seipsam corrumpere.

Arguitur quintò. Quia partes habent cõtrarias qualitates & complexiones, & exigunt contrarias dispositiones, ergo habẽt diuersas formas substantiales, quia eadem forma non requirit oppositas dispositiones. Antecedens probatur, quia aliam dispositionem requirit imaginatiua quàm cerebrum & os quàm cor, ergo.

Arguitur sextò. In toto cõposito vna pars conuertitur in aliam generatione & corruptione interueniente, ergo habent diuersas formas. Consequentia videtur nota, quia corruptio non est nisi aduenientе forma noua. Antecedens verò probatur. Nam humores adinuicem transmutantur, imò ex illis nutriuntur partes solidæ compositi. Quod expresse Arist. asserit de sanguine. 2. de partibus animalium capite. 3.

Arguitur septimò. Si os per diuisionẽ subitam separetur à carne manet cum eadem forma, quam antea habebat; sed modo quando est separatum non habet eandem formam cum carne, ergo nec antea. Maior probatur. Nam diuisio illa non est causa productionis noui compositi; tum quia subitanea est, tum etiam quia non dispolita fuit materia ad contrariam formam suscipiendam.

Arguitur octauò. Quando palmes inseritur fit vnum cum arbore, quia vnio illa non est per aggregationem aut accidentariè, & tamen informatur forma distincta ab arbore, ergo. Minor probatur, quia emittit fructum alterius speciei. Arbor enim emittit amigdala, insertũ autẽ profert poma.

Arguitur nono. Caro abscissa reunita toti composito per artem reintegratur, & viuit vt experientia constat, ergo vel illa caro habet suam formam substantialem propriã distinctam à forma totius, vel à priuatione ad habitum est regressus, quia quando fuit abscissa amisit formam totius, & iterum ea informatur. Sed hoc secundum dici non potest, cum sit impossibile naturaliter, vt docet Aristot. capite de oppositis in logica, & nos infra lib. 2. q. vltima ex eiusdem Aristot. sententia dicemus, ergo primum est dicendum.

Arguitur decimò & vltimò. Nam sanguis & alij humores habent aliam formam distinctam à forma totius, ergo & aliæ partes, quia eadem esse videtur ratio.

In hac quæstione Commentator. 12. Metaph. comm. 17. videtur docuisse partem eius affirmatiuam. Dicit enim quòd licèt totum animal & eius partes conueniant quidem in forma generali, differunt tamen in forma speciali. & D. Tho. in opusculo de natura materiæ fauet maximè huic opinioni. Quam sententiam communiter sequuntur omnes Medici, & eam tenet expresse Scotus in 7. Metaphy. q. 20. & eius discipulus Antonius Andræa in eodem lib. q. 18. eãdem existimat esse verisimam. Sed inter hos autores est diuersitas inter explicandum hanc opinionem. Quidam illorum asserunt, quòd forma substantialis partium organicarum habent quidem dare esse substantiale diuersum, non autem diuersum esse existentię. Imaginantur enim, quòd caro quæ fit ex materia & forma, antequam sortiatur proprium esse existentiæ quod poterat dimanare ab illa forma partiali. præuenitur ab existẽtia totius compositi ita quòd non posset actu subsistere antequam separetur à composito, in qua separatione non acquiritur noua forma carnis, sed illa quæ præerat acquirit suum esse existentiæ. Videtur hæc explicatio procedere ad modum, quo Theologi loquuntur in mysterio incarnationis quòd humanitas Christi prænenta est ab existentia verbi, si autem separaretur à verbo acquireret propriam existentiam. Alij verò explicant aliter, quòd scilicet, istæ formæ partiales sunt imperfectæ, quæ non habent in se sufficientẽ existen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

existentiam vt per se subsistant, & perficiuntur à forma totius, & consequenter existunt per existentiam deriuatam à forma totali. Alij dicũt istas formas adeò esse imperfectas, quòd nullum esse existentiæ habẽt proprium nisi media forma substantiali totius quamdiu possint tribuere esse substantiale essentiæ carnis, aut ossis, ad eum modum quo aliqui autores philosophantur quòd accidentia conferunt esse accidentale formaliter vt esse album &c. & nunquam possunt existere nisi per existentiam totius.

Contra hos tamen autores, & eorum explicationem est cõclusio prima. Vnica est forma totius & singularum partium. Hæc cõclusio est D. Tho. 1.p.q.75.art.5.ad tertium, & 2.cont.Gent.ca.64. & Sonc.8.Metap.q.10. quam sequuntur omnes Thomistæ, quibus etiam consentit Greg. in. 2.d. 16.q.2.cõclusione.3. & probatur primo ex Diuo Gregorio hom.17.super Ezech.vbi dicit; Anima sic est vnita corpori vt non per membrorum partes partibus sit diuersa, nũro autem modo vna eademque viuificatione membrorum, cum ipsa per naturam diuersa non sit, per corpus tamen agit diuersa. Ipsa enim quæ per oculos videt, per aures audit, & per os gustat, & per omnia membra tangit, &c. Quod etiam copiosè docuit August. libro de quantitate animæ.c.33. Probatur hæc conclusio etiam autoritate Arist. Nam ipse expresse hãc opinionem reprobat primo de Anima textu. 90. quia aliàs si sint plures formæ partiales, non erit quid faciat vnum ex eis. & lib.3.tex.41. idem videtur reprobare. Quod ipsum etiam colligi apertè videtur ex diffinitione animæ, quam Arist. assignat in.2.de Anima.ca.1. scilicet, quòd anima ex natura sua habet, quòd sit actus corporis Physici organici &c. ergo eadem anima est in omnibus partibus organicis conferens illis esse organicum, & distinctionem partium. Et confirmatur primò. Vna & eadem anima in homine dat esse sensitiuum, vegetatiuum & intellectiuum, ergo ad esse substantiale partium non requiritur alia anima. Consequentia videtur bona à paritate rationis, & antecedens satis patet ex dictis in articulo præcedenti, ergo. Confirmatur secundò. Sufficiẽter saluatur in animali distinctio partium organicarum per hoc quòd ponamus diuersas dispositiones accidentales. v.g. caloris vel frigiditatis vel talis figuræ, ergo superfluum esset ponere diuersas formas substantiales. Secundõ probatur conclusio ratione desumpta ex D. Tho. 1.p.q.76. artic. 8. forma corporis est forma substantialis & non accidentalis, sed forma substantialis non solum dat esse toti, sed etiam partibus, ergo. Probatur minor ex differentia quę est inter formam substantialem & accidentalem. Nam cum totum consistat ex partibus, forma totius quæ non dat esse singulis partibus corporis, est forma quæ est compositio & ordo, sicut forma domus, & talis forma est accidentalis, cæterum forma substantialis qualis est anima oportet quòd sit forma & actus non solum totius sed etiam partium, quia si supponeret esse illarum vt forma domus esset forma accidentaria. Confirmatur. Nam sequitur quòd anima nõ sit actus corporis animati. Nam sicut forma ignis non potest informare plures partes ignis actu diuersas, ita nec anima plures partes diuisas, sed si sint plures formæ erunt plures partes actu diuisæ, ergo non possunt informari ab anima, & sic anima non erit forma corporis animati. Tertiò probatur conclusio. Recedente anima partes non remanent nisi æquiuocè, ergo anima qua totum informatur, partes etiam informantur. Probatur consequentia, quia per formam totius antea habebant tale esse, sed ablata illa amittunt tale esse quod antea habebãt, ergo ab illa informabantur, quia anima nõ potest dare esse & operationem nisi ei quod informat. Antecedens autem primum probatur primo autoritate Arist. tot. lib.2.de Anima tex.9. vbi dicit, q̃ recedente anima sicut non dicitur animal neque homo nisi æquiuocè quemadmodum & animal pictum vel lapideum, ita est de manu & oculo, aut carne & osse. De quo vide S. Tho. quodlib.3.q.4. Secundò probatur idem antecedens. Recedente anima nulla pars corporis retinet proprium opus, ergo non remanet eiusdem speciei. Patet cõsequentia, quia retinens speciem retinet operationẽ. Hæc certe ratio videtur mihi demonstratio ad probandam conclusionem. Et cõfirmatur. Nam sequitur quòd anima.v.g. rationalis non sit tota in toto, & tota in qualibet parte, consequens autem tum est contra D. Augu. lib. 6. de Trinit. c. 6. vbi ait, quòd anima in quocunque corpore, & in toto est tota, & in qualibet eius parte tota est, tum etiam cõtra D. Tho. 1.p.q.76. artic. 8. imò contra ipsam veritatem vt patet ibi apud Commentatores S. Tho. Sequela autem euidenter videtur sequi, quia non est alius modus possibilis quo possit anima esse in partibus nisi eas informando; sed eas nõ informat secundum istos autores, quia habent particulares distinctas formas à forma totius, ergo anima secũdum ipsos neque est tota in toto neque tota in qualibet parte. Quartò probatur conclusio. In toto est vnica materia, ergo est vnica forma. Consequentia probatur à paritate rationis. Antecedens verò patet quia materia est continua licèt diuisibilis. Quinto. Vel formę illæ partiales sunt priores forma totali, aut verò eam sequuntur. Si primum dederis, ergo in illo priori intelligemus aggregatũ quoddam ex pluribus formis in diuersis portionibus materiæ. Probatur. Nam in illo priori nõ sunt vnum substantialiter illæ partes, sed singulæ singulis formis actuantur. Si secundum dicas, ergo esse

partium

partium supponit totum completè constitutum per formam totalem, vnde intelligeremus totum plenè constitutum, cuius omnes partes essent in potentia ad formas partiales sequentes. Sextò & vltimo. Vna tantùm forma sufficit ad informandum omnes istas partes, ergo non requirũtur partiales. Antecedens probatur, quoniam si non sufficeret, id esset maximè propter diuersitatem complexionum & qualitatum partium organicarum, sed hoc non; quia maior diuersitas est inter potentiam visiuam & auditiuam, quam inter carnem & neruos, sed eadem anima sufficit ad causandam diuersitatem potentiarum, & dandum illis esse, ergo ad causandas illas diuersas dispositiones.

Secunda conclusio. Partes animalis non differunt specie perfecta propriè loquendo, licèt differant specie imperfecta, id est, differunt diuersis dispositionibus. Hæc conclusio sequitur ex præcedenti & est D. Thomæ in. 1.p.q.76. art. 5. ad tertium, & eius discipulorum, qui omnes secundum hanc conclusionem nostram intelligendi sunt vt Soto. 5. Physi. q.3. ad 8. & Capr. in. 2. dist. 15. q. 1. ad 6. vltimo loco fol. 193. col. 4. & Heru. de vnitate form. q.18. & D. Tho. in 4. dist. 49. q. 4. artic. 4. ad 5. vbi ait, quòd corporis membra vt manus & caput inter se differunt specie in ratione partis; & probatur primò eius ratione. Nam partes animalis, vt oculus, manus, caro & os & huiusmodi non sunt in specie, sed totum, ergo nõ possunt dici propriè loquendo quòd sunt diuersarum specierum, sed quòd sint diuersarum dispositionum & formarum accidentalium. Secũdò probatur, quia eadem anima & forma informantur omnes partes, & habent idem esse substantiale, vt patet ex præcedenti conclusione, sed ea quæ specie perfecta differunt non sic se habent, ergo. Quòd verò differant specie imperfecta patet. Nam alia est diffinitio capitis & alia manus, & habẽt idem esse, ergo specie imperfecta differunt, nam ea sic differunt quæ cum habeant eandem formam & materiam & esse proprijs rationibus distinguũtur. Tertiò probatur. Nam etiam si manus vel caput in sua ratione non habeant nisi materiam & formam & non accidentia: sicut homo in sua ratione non includit accidentia, sed solum materiam & formam, quia tamen materia & forma aliter se habet in capite quam in manu (nam forma dat capiti diuersum esse, & diuersam naturam à natura manus) propterea distinguuntur specie imperfecta penes formas accidentarias quas habent. Quartò probatur. Nam ideò dicitur totum ethereogeneum, quia constat ex partibus diuersæ rationis. Cõfirmatur. Nam mistio diuersa est in diuersis partibus totius, vt patet ex diuersa temperie imò & oppositа, ergo forma mixtionis accidentaria diuersa est in illis. Hanc etiam conclusionem probant aliqua argumenta facta in principio. Pro ampliori tamen harum conclusionum intelligentia & argumentorũ solutione aduertendum est, quòd licet forma animalis sit vna secundum esse, tamen continet multas perfectiones in virtute. Ex ea parte ergo qua est vna dat tantum vnum esse substantiale, ex ea verò qua virtute continet multas potentias & perfectiones, quas materia vnitè recipere nequit propter suam imperfectionem & elongationem ab actu, oportet vt earum perfectionum effectus diuersos in diuersis sui partibus diuersimodè recipiat, v.g. Anima habet virtutem ad causandum esse carnis, ossis &c. sed quia hos effectus materia vnitè recipere nõ potest, ini vna parte recipit vnũ, in altera alterum. Vnde hæc pars dicitur caro, illa os &c. licet forma à qua omnia hæc proueniãt sit vna. Sicut si esset vnum compositum per se ex luto & cera, & calefieret, ibi esset vnus numero calor secundum essentiam & plures effectus, scilicet, induratio, & liquefactio &c. Quia virtus liquefaciendi & indurandi, quæ est vna in sole, nequit vnitè recipi in materia. Si autem quæras vnde proueniat, quòd existente vna forma in toto, potius hęc pars habeat hoc esse, quam alia? Respondetur, q̃ propter diuersas dispositiones introductas à generante in hac parte & non in illa, quas magis introduxit hic quam alibi, quia ad hanc numero generationem in hoc tempore, &c. hoc requirebatur. Quia verò aliæ sunt perfectiones in natura quarum vna est dispositio ad alteram, sicut minus ad magis perfectum; inde est quòd forma vni & eidem parti materiæ conferendo esse substantiale talis speciei, conferat etiam plures perfectiones essendi, quia vna iuuat & ampliat potẽtiam materiæ ad recipiendam alteram; sicut quia corpus disponit ad esse carnis, caro ad esse sensitiuũ, vna & eadẽ forma eidem parti materiæ tribuit hos omnes gradus. Rursus quia quemlibet gradũ essendi sequuntur determinata accidentia: ideo eandem partem compositi secundum quòd est sub diuersis gradibus consequuntur diuersa accidentia, vt formam hominis quatenus dat corporeum, sequitur quantitas; quatenus verò dat animatum, sequitur vegetari, &c. Ex quibus duo deduco. Primum est quòd hæc sententia quam defendimus de vnitate formę in omnibus partibus est satis subtilis & rationi maximè consona, & veritati propinquior quàm opposita. Quod ideò dico quia Scotus in. 7. Met. q. 20. existimat opinionem quæ asserit pluralitatem formarum partialium esse subtilem & rationi consonam; nostram autem & rationi esse dissonam, & sensui maximè conformem, vtpote quæ est opinio multum crassa, vt verbis eius vtar. Secundum quod deduco est, quòd cũ ea quæ in hoc articulo diximus decisa sint ex sententia S. Tho. in locis à nobis allegatis; quòd illud Opuscu. de natura materiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

teriæ suprà citatum non est D. Tho. vt habet Caiet. 2. de Anima cap. 1. & suspicatur Capreol. in. 2. dist. 15. in fine primi articuli.

Sit tertia conclusio. Capilli, & pili, & vngues, & huiusmodi omnes sunt animati eadem anima qua totum. Hæc conclusio ponitur propter quendam modernum qui in comm. super libro. 2. de Anima q. 4. conclusione. 3. oppositum huius asserit. Vbi dicit duo. Primum est, quòd capilli & vngues & huiusmodi non sunt partes animalis. Secundum quòd anima in illis neque est per essentiam neque per potentiam. Primum dictũ iste autor non probat, sed supponit, secundum autem probat dupliciter. Primò, quia quod non est pars compositi naturalis, non participat formam talis compositi, at illa non sunt partes, vt supponitur in primo dicto, ergo non participant animam, quæ est animalis forma. Secundò, quia nulla est in eis operatio animæ, ergo non habent animam. Antecedens patet. Nam si qua esset, vegetatio esset; at hæc non est; Non enim huiusmodi nisi per additionem ab extrinseco augentur, non quòd virtutem internam habeant attrahendi alimentum, sed per iuxta positionem excrementi, & per impulsionem quãdam crescunt, ergo. Fit in patrocinium huius autoris argumentari nos poteramus etiam primò. Nam nihil est perfectum anima rationali quod nõ sit perfectum anima sensibili, siquidem in homine vt patet ex artic. 3. anima sensibilis & rationalis est eadẽ anima; sed capilli & vngues non sunt perfecti anima sensibili, quia eis non sentimus vt dicitur in. 1. de anima tex. 79. ergo capilli & vngues non informantur anima rationali. Deinde, sicut vrina & sudor & alia huiusmodi ex superfluitatibus cibi generantur, ita & capilli & vngues, sed illa non informantur anima, ergo. Cæterum quicquid dicat iste autor conclusio nostra est vera, & eam tenet expresse D. Tho. in 4. dist. 44. q. 1. artic. 2. quæstiun. prima in corpore & in solutionibus argumentorum. Hanc nostram conclusionem communiter etiam tenent omnes Thomistæ, quare nescio quid in mentem venerit illi autori, vt eam negaret. Pro eius explicatione & probatione aduertendum est ex D. Tho. ibi, quòd anima habet se ad corpus animatum, sicut ars ad artificiatum, & ad partes eius sicut ars ad sua instrumenta. Vnde & corpus animatum organicum dicitur, ars autem vtitur instrumentis quibusdam ad operis intenti exequutionem, & hæc instrumenta sunt de prima intẽtione artis. Vtitur etiam alijs instrumentis ad conseruationem principalium instrumẽtorum, & hæc sunt de secunda intentione artis; sicut ars militaris vtitur gladio ad bellum, & vagina ad gladij conseruationem. Ità prorsus in partibus corporis animati quædam ordinantur ad operationes animæ exequendas, sicut cor, hepar, manus & pes. Quædam autem ad conseruationem aliarum partium, sicut folia sunt ad cooperimentum fructuum: ita etiam capilli & vngues in homine sunt ad custodiã aliarum partium. Vnde sunt de secunda perfectione corporis humani, quanuis non de prima, ergo informantur anima rationali: nam totum quod pertinet ad perfectionem corporis est ab anima. Secundò probatur. Nam capilli & vngues nutriuntur & augentur, ergo participant aliquam operationem vitæ, quod non potest esse nisi sint partes aliquo modo ab anima perfectæ, & quia in composito non est nisi vna anima constat quòd ab anima perfecta sint, quanuis non vsque ad hoc quòd operationẽ sensus participent sicut nec ossa. Tertiò probatur. Nam Arist. in. 3. lib. de hist. animaliũ agens de omnibus partibus animalis tractat etiam de pilis & vnguibus, quia sunt partes ipsius. Quare iste autor & S. Tho. & Aristotelem etiam ipsum cuius se interpretem gerit, deserit. Argumẽta autẽ eius nihil concludunt. Ad primum enim eadem facilitate qua ipse præsupponit antecedens à nobis negatur. Ad secundum etiam negatur antecedens, & probatio ipsius nullam vim habet, vt patet ex secunda ratione, qua conclusionem hanc probauimus. Ad aliud quod in eius fauorem nos fecimus, Respondetur, quòd anima rationalis non est necesse quòd tribuat omnibus partibus corporis omnes gradus vitæ, sed id facit iuxta cuiuslibet partis dispositionem ita vt vni det esse vegetatiuũ, alteri & vegetatiuum & sensitiuum simul. Ad vltimum dicimus, quòd illæ superfluitates expelluntur à natura quasi ad nihil vtiles. Vnde non pertinent ad perfectionem animalis, neque informãtur eadem anima qua totum animal: secus autem est de alijs superfluitatibus quas sibi natura retinet ad generationem capillorum & vnguium quibus indiget ad membrorum conseruationem.

Ad argumenta in principio facta respondetur, & ad primam autoritatem in primo argumento adductam ex D. Tho. Respõdetur quòd D. Tho. in illo loco non negat, quòd caro vel alia pars organica informetur eadem anima, qua informatur homo, sed docet, quòd eiusmodi non habent eandem denominationem quam habet ipsum totũ. Vnde statim subdit: sicut nulla pars domus est domus, & nulla pars hominis est homo, cum tamen in partibus totius homogenei oppositum contingat. Non solum enim eadem est forma totius & partium, sed etiam quælibet pars habet denominationem totius: nam quælibet pars aquæ est aqua. Ad secundam autoritatem Arist. Respondetur ex Commentatore super illum locum satis esse diuisionem secundum diffinitionem & virtutem ita q̃ pars mouens habeat aliam virtutem à parte mota ita tamen quòd vtraque sit cõtigua. Ad rationem autem qua probatur partes animalis non esse continuas

tinuas, negatur antecedẽs cũ M. Soto. 5. Phys. q. 3. ad 8. & Cõmẽt. in eodẽ. 5. Physi. tex. 26. Nam oẽs partes necessario debẽt esse cõtinuæ, aliàs totũ nõ esset continuũ & per se, & ideo caro quibusdã musculis cõtinuatur ossibus, ossa autẽ inter se continuãtur & veluti enodãtur neruis. Ex quo patet ad autoritatẽ D. Tho. ibidẽ allatam, nam quãdo ait q̃ in partibus animalis potius est colligatio, quàm cõtinuatio, non negat earum continuitatem: sed tantum explicat modum quo cõtinuãtur, scilicet, per quandam colligationem & enodationẽ vnius partis cum alia. Ad tertiam autoritatem D. Thomæ respondetur, quòd diuersæ operationes specie distinctæ arguunt distinctionem specificam principiorum proximorum, scilicet, potentiarum quæ eliciunt tales operationes, non autem arguunt distinctionem principij remoti. Etenim vna & eadẽ anima per multas potentias tanquam per principia proxima elicit multas & diuersissimas operationes. Ad alias duas autoritates Arist. respõdetur, quòd anima potest dupliciter considerari vno modo vt corporis forma, & sic in toto est corpore. Altero modo vt motrix est, & sic dicitur esse in præcipua parte corporis, quia quantum ad potentiam motiuam est in certa parte. Vt enim visus in oculo est, ita motiua potentia in neruis & corde. Arist. ergo ibi loquebatur de anima vt motrix est. ¶ Ad secundum distingnitur antecedens, differũt specie perfecta, nego, differũt specie imperfecta & accidentali, concedo antecedens, vt patet ex dictis in secunda conclusione. ¶ Ad tertiũ respõdetur, q̃ sicut cõstat ex dictis, anima cũ sit vna, sicut dat esse vegetatiuũ & sensitiuũ, ita etiã habet diuersa organa, quibus operatur diuersas operationes partiales quæ ab eadẽ anima procedũt medijs diuersis accidentibus. Vnde distinguitur antecedens. Diuersa accidẽtia propria quãdo sunt totalia, & nõ subordinata, cõcedo q̃ inferũt diuersas formas substantiales. Cæterum quando sunt accidentia partialia, quãuis sint propria ipsarũ partiũ, nego q̃ inferant diuersas formas substãtiales. ¶ Ad quartũ respondetur, q̃ anima intellectiua propter suã maximam perfectionem habet illas diuersas dispositiones & operationes in diuersis partibus organicis. Cæterũ nũquã est cõcedendũ q̃ illæ operationes diuersæ aut cõtrariæ intẽdant se inuicẽ destruere, nisi fortè quãdo exorbitat ab ordine naturali & à regimine animę, ad quã pertinet efficere proportionẽ & harmoniã in his operationibus & proprietatibus contrarijs; vt contingit in fidibus, quarũ quælibet licet sonũ oppositũ habeat ab alia, tamẽ artifex & musicus illas reducit ad tale temperamentũ & dispositionẽ, vt diuersæ imo oppositæ voces mirabilẽ faciãt cõcentũ & harmoniam. Ita in corpore humano licet sint multæ & diuersissimæ operationes & qualitates, ità tamẽ cõtinentur ab anima, & ad tale tẽperamentũ reducũtur, vt mirabili quodã artificio inter se cohæreant, & res discordes & maximè distantes fœdera pacis habeãt, & inter se mirificè cõnectantur. Quapropter quãdo calor cordis, aut hepatis nocet dispositioni cerebri, iam ille calor recedit ab ordine naturali, & à debita proportione. ¶ Ex quibus patet ad quintũ argum. Nam illæ oẽs dispolitiones dimanãt ab eadẽ anima faciente corpus organicũ, & ex diuersis & oppositis qualitatibus sibi optimè proportionatũ. ¶ Ad sextum patebit ex his quæ dicemus articulo sequẽti. ¶ Ad septimũ nego maiorẽ. Ad probationẽ nego antecedẽs. Corrũpitur enim forma ossis per diuisionẽ quantũuis subito fiat, quia ex tali diuisione totum destruitur; & corruptio vt dicit S. Tho. 1. 2. q. 53. art. 1. cõpetit vel quia causis naturalibus paulatim dispositæ subiectum, quæ est corruptio per se, vel quia totũ compositũ desinit esse, quæ appellatur corruptio formæ per accidens. ¶ Ad octauum fateor cõuincere illud argumentũ in opinione illorum qui tenẽt fieri vnũ continuũ ex inserto & arbore, & ideo teneo cũ M. Soto vbi supra q̃ solum cõtiguntur, & proinde se habet ad arborem ac si terræ mandaretur. De quo vide ibi cum, optimè enim loquitur. ¶ Ad nonũ respõdetur, q̃ Caiet. in 2. de Anima. c. 1. circa tertiã cõclusionẽ. q. 2. affert duas solutiones. Prima est, q̃ illa caro abscisa iterũ toti vnita nunquã recuperat vitã quam priùs habuit, sed videtur viuere eadẽ vita, quoniã facilè cõglutinatur alteri carni, & habet dispositiones maximè cõformes illi carni cui reunitur. Hãc solutionẽ potiùs eligit Sonc. q. 10. citata ad 7. contra eam tñ arguũt aliqui. Experiẽtia enim (aiunt) cõstat, q̃ illa pars reunita verè sentit, & cũ ingẽti cruciatu separatur ab altera, ergo habet eadẽ vitã & cõtinuitatẽ, quam antea. Cæterùm hoc nõ cõuincit cõtra istã solutionẽ, quæ satis probabilis est. Si enim illa pars aliquãdo videatur sentire, hoc non prouenit, quia ipsa sentiat, sed quia pars viua læditur, quãdo illa denuo vnita læditur propter vtriusq; coniunctionẽ & maximã cõtiguitatem, sicuti cum capilli euelluntur causatur dolor propter carnẽ cui inhærẽt, nõ q̃ ipsi sentiãt. Secũda solutio est, q̃ illa pars iterũ reunita viuit eadẽ vita, quàm antea habuit. Et ad probationẽ in cõtrariũ respõdetur nullum esse incõueniẽs q̃ à priuatione ad habitũ fiat regressio in aliqua parte primi susceptibilis, licèt hoc sit impossibile in ipso primo susceptibili. Vnde si moriatur homo vel planta, impossibile est, q̃ naturaliter iterũ acquirat eandẽ vitã. At verò in parte hominis vel plantæ nec est impossibile, nec inconueniẽs. Cuius rei potest esse exẽplũ. Vt si quis carne propria vesceret, & partẽ illã abscissam comederet, iã illa materia partialis, quæ modò nõ informatur forma hominis, postq̃ caro cõuerteret in substãtiã aliti, eadẽ informaret, qua antea. Et ratio etiã huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſt aſſignari. Nam (vt dicitur ibi in poſt prædicamentis loco in argumento citato) ex hoc prouenit quòd non fiat talis regreſſus, quia in ſubiecto non relinquitur virtus ad producendum talem habitum, quia ille habet à natura determinatum modum ſuæ generationis. At verò iſtis partibus abſciſis remanet virtus in toto animali ad eas reuniendas, quia propter ſui imperfectionem non habent vnum modum tãtùm ſuæ generationis. Vnde aliæ partes perfectiores, vt cor, caput &c. quia ſunt perfectiores, plura requirunt ad ſui generationem, & ſic tantum habent vnum modũ ſuæ productionis, propter quod in eis non poteſt fieri talis egreſſus. ¶ Pro ſolutione decimi argumenti eſt articulus quintus.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm ſanguis & reliqui tres humores, ſcilicet, cholera, phlegma, & melancholia informentur eadem forma ſubſtantiali totius.

ARguitur primò pro parte negatiua autoritatibus deſumptis ex Ariſt. Nam ipſe in lib. de hiſtor. animalium. c. 13. ait, quòd ſanguis tanquam in conceptaculis in venis cõtinetur, neque ſentit, ſicut excrementa in ventre exiſtentia non ſentiunt, ergo ſecundùm Ariſt. ſanguis excrementis comparatur, ſed illa conſtat anima non informari, ergo nec ſanguis; Præterea eodẽ loco ait, quòd ſanguis aliquando exſudatur ab aliquibus, ſed partes quæ informantur anima non poſſunt exſudari, ergo. Præterea, nam in lib. 3. de partibus animalium cap. 5. ait, quòd ſanguis eſt mixtus ex aqua & terra, ergo non informatur anima rationali, aliàs manerent elementa in mixto, quod eſt falſum. Præterea. Nam in lib. 2. de partibus animalium cap. 3. ait, quòd ſanguis eſt vltimum alimentum, quod conuertitur in ſubſtantiã aliti, & quòd cum venæ ſint quaſi vaſa ſanguinis, ſanguineis ſanguis eſt vltimum alimentum, ex ſanguibus verò id eſſe quod vice ſanguinis habeatur proportionale. Quod idem ait in libro de ſomno & vigilia. c. 3. & de ſenect. c. 1. quod etiam omnes credunt Medici. Ex quo arguitur. Sanguis eſt vltimum alimentum animalibus, ergo non informatur eadem forma qua ipſum animal. Patet cõſequentia, quia alimentum quandiu eſt alimẽtum, eſt extra ſubſtantiam aliti; & præterea, quia dato oppoſito homo alceretur tanquam monſtrum ſuis partibus, & vna pars ageret in aliam; & ibidem ait Ariſt. Non enim ſanguis continuus eſt carni, neque cognatus, ſed in corde ac venis quaſi vaſis continetur, ergo non informatur eadem anima qua totum. Nam anima non informat niſi partes continuas & vnitas per quantitatem, quamobrem non informat partem abſciſſam & ſeparatam, ergo. ¶ Arguitur ſecundò autoritatibus deſumptis ex D. Tho. imprimis in tertia parte quæſtione. 31. articulo. 5. ad primum ait, quod ſanguis non eſt actu pars, ſed eſt potentia totum, & citat Ariſtot. id aſſerentem in libro de Generatione animalium. Hoc ipſum videtur aſſerere in. 4. diſtinct. 48. quæſtione. 1. articulo. 2. quæſtiuncula. 3. ad tertium. Cui videtur aſſentire Caietanus in. 2. de Anima capite. 1. idipſum ait in tertio diſtinctione. 3. quæſtione. 5. articulo. 1. & in prima parte quæſtione vltima articulo. 1. ad tertium dicit, quòd ſanguis nondum peruenit ad ſuſcipiendum perfectè naturam ſpeciei, ſed eſt in via ad hoc. Ex quibus aperte ſequi videtur, quòd anima non informet ſanguinem. Deinde ibidem in prima parte quæſtione vltima ait, quòd ſemen non informatur anima, ergo neque ſanguis. Conſequentia probatur, quia ſemen eſt puriſsimus ſanguis & decoctus vt habetur. 1. de Gener. animal. capite. 19. Antecedens autem probat ibi D. Tho. quia ſi habet iam formam ſecundum determinatam partem & gradum animalis, aut generat recedendo ab illa, aut retinendo naturam illius; non primum quia tunc eſſet via corruptionis & non generationis reſpectu illius formæ, & ſic non generaret ſimile illi; non ſecundùm aliàs non generaret ſimile niſi illi parti & gradui quem habet, quia tantùm habet illam determinatam virtutem; Præterea in. 4. Phyſicorum textu. 34. dicit, quòd ſanguis eſt in venis tanquam in loco, & propterea poſſe moueri ſine motu animalis & venarum continentium. Et hoc ibidem aſſerit Soto. Ex quo ſic arguitur. Mouetur ſanguis in venis ipſis & cæteris partibus immotis, ergo non ipſis continuatur. Nam hanc differentiam ponit Ariſtotel. ibi in textu. 34. inter ea quæ ſunt in loco, & ea quæ per continuationem ſunt in toto, quòd illa poſſunt moueri loco non moto, pars verò ſi mouetur totum, debet moueri. Quòd ſi ſanguis non continuatur cum reliquis partibus animalis, euidens eſt ipſum anima non informari, nam anima non informat niſi partes continuas.

Arguitur tertiò ratione. Sanguis non eſt pars integralis, neque eſſentialis, ergo non informatur anima. Probatur antecedens, & primò quoad primam partem, ſcilicet, quòd non pars integralis, quia partes integrales ſunt continuæ, ſed ſanguis non eſt cõtinuus reliquis partibus, ergo. Minor iam patuit autoritate Ariſtot. & D. Tho. & probatur ratione. Nam poteſt moueri nulla alia parte mota, vt quando in paſſione verecundiæ aſcendit, & ſe per ora erubeſcentia diſpergit. Item, quia extrahitur ſine dolore vt conſtat experiẽtia, ſi autẽ eſſet cõtinuus, qui ſanguinis fluxũ pateretur, aliquo afficeretur dolore. ¶ Arguitur quartò. Quãdo ſanguis cõuertit in alias partes animalis

lis eſt vera mutatio ſubſtantialis nutritio, ſcilicet, & aggeneratio, ergo reſpicit nouam formam ſubſtantialem, quam non habebat, & tamen recipit animam, ergo. Conſequẽtia prima probatur, nam ſi tantum mutaretur ſecundùm accidẽtia requiſita ad complexionem carnis & oſsis eſſet tantùm alteratio. Confirmatur. Quando ſanguis cõuertitur in ſubſtantiam aliti informatur forma hominis, ergo antea non informabatur. Conſequentia probatur, quia ſi informaretur non egeret tranſmutari. Antecedens patet, quia alimentum recipit formã aliti quam antea nõ habebat, ergo. ¶ Arguitur quintò. Cum vena ſcinditur, ſanguis in vaſe exiſtens continuatur ſanguini, qui eſt in venis, ſed ſanguis in vaſe exiſtens nõ informatur anima rationali, ergo neque exiſtens extra venas. Patet conſequentia, quia continua ſunt idem numero & ratione & habent eãdem formam. Minor autem de ſe eſt nota, quia nullo modo excogitari poteſt, quomodo anima informare poſsit corpus à ſe ſeparatũ. Sed maior probatur tũ experientia ipſa, videmus enim ſanguinem continuo motu exire ex venis, tum ratione. Incredibile enim videtur, quòd tam cito ex eo q̃ venis ſanguis exeat, ſtatim corrumpatur, & acquirat aliam formã, præcipuè cum videamus eaſdem qualitates & colorem habere extra, quas habebat intra corpus. ¶ Arguitur ſextò de omnibus quatuor humoribus. Illud quod eſt in via generationis in corpore humano nondum eſt ab anima rationali perfectum, ſed humores vt ſanguis cholera &c. ſunt in via generationis quia ſunt in potentia caro & os, ergo non perficiuntur ab anima rationali. Confirmatur. Humores ſunt ad reſtaurationem deperditi, ergo adhuc nõ informantur eadem ratione anima rationali. Alia argumẽta fieri poterant theologica, ſed nos quia philoſophũ agimus, eis ſuperſedebimus. Vide tamen de illis ſi vis M. Medina in. 3. p. q. 5. articu. 3. & quæſt. 54. articulo. 2. & nos ibi etiam de illis loquuti ſumus. ¶ Hæc quæſtio eſt maximè neceſſaria præcipuè quantum attinet ad ſanguinis informationem ad multas & grauiſsimas Theologię difficultates explicandas, quapropter qua maxima eam potero cura & diligentia intra tamen limites Phyſicos diſputabo, vt viam Theologis ſternam ad eas intelligendas; atque ita hìc expoſitis quæ ad Phyſicam pertinent, in Theologia ea præſupponãtur, & quę Theologi ſunt, Theologi tractent, & quæ Phyſici Phyſicus, vt ſic demum omnia ſuo ordine cohæreant, atque optimè diſpoſita ſint, & quælibet ſciẽtia atque diſciplina ſuis cõtenta finibus, intra ſuos terminos perſiſtat, & in alienos non egrediatur. ¶ Vt igitur ad rem accedamus ſciẽdum eſt in hac parte propter argumenta propoſita & maximè propter teſtimonia ex Ariſt. & D. Tho. allata grauiſsimos viros diuerſa ſenſiſſe, Durand. enim in. 4. d. 10. q. 1. nu. 19. Capr. in. 2. d. 15. fol. 192. col. 2. & in. 4. d. 10. q. 2. ad 4. cont. primam fol. 54. col. 2. & in. 2. d. 15. q. 1. ad 3. cont. 3. concluſionẽ & Soto ibid. q. 1. art. 2. & 4. Phyſic. vbi ſuprà, & Abulenſis in paradoxa. 2. cap. 40. dicunt, quòd ſanguis neq; alij humores ſunt partes animalis, ac per cõſequẽs quòd non informantur eadem forma qua totum, ſed habent proprias formas particulares. Adduci etiam ad hoc ſolet Albertus Magnus, qui de partibus corporis materialibus & formalibus & mediis fecit longam diſtinctionem, & ſanguinem nõ nominauit. Et in lib. 3. de animalibus dicit, quòd ſanguis non eſt actu pars animalis ſed in potentia. Et quando Ariſt. dicit, q̃ ſunt partes animalis, explicant iſti autores, quòd ſunt partes in potẽtia ſicut alimentũ; Quando verò ait, q̃ augeſcit hoc eſt per accidens & mouetur etiam per accidens propter coniunctionem ad animã, & hac ratione vocatur animatus, quia mouetur ad motum rei animatæ. Item etiam vocatur pars, quia eſt de integritate naturæ & quidem hæc opinio propter autoritatem tantorum virorũ non eſt omninò improbabilis; tamen oppoſita mihi probabilior & conformior D. Tho. & Ariſt. apparet, & ad eas quęſtiones quę ad Theologiam & res fidei pertinent explicandas ſine dubio eſt accommodatior. Pro cuius explicatione eſt. ¶ Notandum primò, q̃ in corporis viui compage arte mirabili in natura comparatum eſt, vt ſicuti mundus, ita & homo (quod idem cenſendum eſt de reliquis perfectis animalibus) quatuor conſtare videatur elementis, ſanguine, pituita, & vtraq; bile tam atra, quam flaua. Nam ſanguis aëri aſsimilatur, pituita aquæ, flaua bilis igni, terræ verò quæ atra dicitur bilis. Siquidem horum ſingula elementorum habent qualitates. Guſtu porrò ſanguis dulcis, pituita ſalſa, flaua bilis amara, atra vero aruta, fons ſanguinis eſt cor, ex ſanguine ſpiritus. Sed per cordis partem dextrã manat ſanguis, per ſiniſtram promicat ſpiritus. Flaua bilis ex iecore, atra ex ſplene, pituita ex cerebro. Eſt verò ſanguis calidus & humidus, ſicuti aër, cui in corpore humano comparatur, pituita frigida & humida ſicut aqua, flaua bilis calida ſimul & arida ſicuti ignis, atra denique areſcit cum frigiditate ſicuti terra. Ex his quatuor humoribus habentibus in ſe in virtute quatuor qualitates elementorum conſtituuntur animalia & præcipuè homo, & ex earum temperatura miribiles in homine contingere ſolent operationes. De quibus modo non eſt locus diſputandi. Quod autem ad noſtrum facit propoſitum id tantum eſt, quod cum quærimus in titulo, vtrum ſanguis & reliqui tres humores anima informentur rationali, ſenſus quæſtionis eſt de his quatuor humoribus à nobis modo expoſitis, ſcilicet, Vtrum ſanguis, pituita, flaua & atra bilis anima perficiantur, ita vt participent

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem gradū vitæ. ¶ Secundò est aduertendum ex Caiet. 3. p. q. 54. arti. 2. in animali habente sanguinem esse duplicem sanguinem: alterum nutrimentalem & imperfectum, non bene decoctum, sed crudum ex cibis genitum, qui est humor quidam sanguineus non redactus perfectè in sanguinem qui est pars animalis, cuiusmodi sanguinem narrat Aristot. 3. de histor. animal. ca. 19. aliquos sudasse. Alius sanguis est perfectus, & decoctus bene atq; purus, habens perfectam sanguinis speciem, qui ex alio imperfecto efficitur. Neque verò ista distinctio est à Caietano ficta, eam enim insinuat Sanct. Tho. in quodlib. 5. artic. 5. & ea vtitur Sylvest. in rosa aurea quæst. 33. qui hanc quæstionē diligentissime scrutatus est. Hæc eadē distinctio fieri potest de alijs humoribus. Quando igitur in quæst. quærimus, vtrùm sanguis &c. informentur anima rationali, de secundo non primo sanguine, intelligendus titulus est. Pro certo enim apud omnes esse debet, vt S. Tho. in illo quodl. citato articulo. 5. expresse dicit, primum sanguinē, id est, nutrimentalem neque esse partem animalis, neque eius anima informari. ¶ Tertiò est notandum, quòd antiqui Philosophi, inter quos est Critias, vt refert Aristoteles. 1. de Anima textu. 32. tenuerunt sanguinem esse animam rei animatæ eo quòd si debilitatur sanguis, etiam vita debilitatur, & si totaliter emittitur, animal ex sangue moritur. Cuius aliā etiam rationem ponit Arist. in illo textu ex mente Philosophorum, & est huiusmodi. Nam in animali non est sensus sine sanguine, & ideo cum anima sit principium cognoscendi, dicunt ipsam esse sanguinem, sine quo non est sensus in animali; exanguia enim putà os & vngues, & dentes sine sensu sunt. Et quidem isti Philosophi non solum sanguinem informari anima asserebāt, verum quod amplius est, ipsam animam per quam reliquæ partes informarentur sanguinem esse existimabant. Sed absurda est horum philosophorum sententia. Primo, nam de anima hominis hoc dici non potest, propterea quòd illa est spiritualis & immaterialis, quæ potest extra corpus existere, sed sanguis non est huiusmodi, ergo non est anima hominis. De animabus etiam aliorum animalium perfectorum hoc dici non potest. Nam anima equi. v.g. non est diuisibilis in partes, sed sanguis est diuisibilis, ergo non est anima. Maior patet. Nam partes equi non viuunt decisæ. Minor probatur, quia cum sit dispersus per totū corpus poterit diuidi ad diuisionem ipsius. Tandē hoc probatur de omnibus animabus in communi. Nam anima non est corpus, sed sanguis est corpus, ergo sanguis nō est anima. Maior probatur. Nam anima est principium vitę, sed corpus non potest esse principium primum vitæ, quia vel hoc habet in quantum corpus, vel in quantum tale corpus non primum quia alias omne corpus esset principium vitæ, quod quam falsum sit non est quòd probemus; neque secundum nam quòd sit tale corpus, habet ab aliquo actu, quem actum nos dicimus esse animam, ergo impossibile est quòd anima sit corpus. Et hæc ratio est D. Tho. 1. p. q. 75. articulo. 1. His positis est. ¶ Prima conclusio. Sanguis est de veritate & integritate naturæ humanæ. Pro cuius expositione nota, quòd tribus modis potest aliquid pertinere ad integritatem alicuius naturæ siue humanæ siue alterius cuiuslibet. Primò modo tanquam partes essentiales cuiusmodi sunt materia & forma. Secūdò tanquam partes integrales vt caput manus &c. Tertiò modo tanquam id sine quo aliqua natura consistere non potest. Modo autem in hac cōclusione loquimur hoc tertio modo, & dicimus sanguinem esse de integritate naturæ viuentis, tanquā id sine quo eius vita cōsistere nō potest. Et hæc cōclusio sic explicata cōmunis est apud omnes autores citatos, & apud omnes Philosophos, imò etiā esse debet, quia id ratio euidēs cōuincit. Primo. Nā sine illo nō potest vita cōsistere, ergo est de integritate naturæ & sic dicit scriptura, quòd anima animalis est in sanguine, id est, nō potest consistere in corpore, nisi habeat corpus sanguinē, quia sanguis cōseruat calorē animali necessariū: & hoc tantum probant argumēta Philosophorū à nobis adducta in tertio notabili. Secūdo probatur cōclusio. Nam sanguis vt ait S. Tho. loco infrà citando duplex habet officiū, vt colligitur ex proportione hominis ad vniuersum mundū, cū homo sit mūdus minor. Nam sicut elementa in vniuerso habent & esse partes vniuersi ipsum summoperè decorando, habēt etiam esse principia generationis & corruptionis rerū: ita sanguis in hominis corpore habet duplex officiū. Primum vt sit alimentū, & nutrimentū reliquarū omniū partiū. Secundum vt pulchrum & irriguū totū corpus reddat; ex quo desumitur argumentū ad probandā nostrā cōclusionem. Nam sanguis deseruit nō solum ad alendum animal, sed etiā ad pulchritudinē corporū vt sint pulchra, & proportionata secundùm colorem, nam si sanguis defuerit, corpora deformia apparēt, ergo est de veritate naturæ humanæ. Hoc ipsum quod ista conclusio asserit de sanguine, dicendum est etiā de reliquis tribus humoribus, quia eadē est ratio de omnibus, cum animal sine illis non possit consistere. ¶ Secūda cōclusio. Anima cuiuslibet animalis sanguinei informat sanguinem, sic q̄ sanguis est pars integralis talis animalis, & informatur solum quoad esse vegetatiuū, & non sensitiuum & hoc ipsum de alijs tribus humoribus est dicendum. Hæc conclusio est contra autores citatos in principio huius articuli, nihilominus eam tenet expresse Caieta. 1. parte quæst. vlt. artic. 1. & Sylvester vbi suprà & Conradus super. 1. 2. q. 54. articulo. 1. & existimo eam

eam esse expressam & Arist. & D. Tho. vt iamiam probabimus, si tamē prius supposuerimus ex Caiet. 1. p. vbi suprà & 3. p. q. 54. arti. 2. quòd sanguis & reliqui humores habent duas proportiones ad corpus animalis. Altera est partis integralis imperfectæ tamē ad totum, altera est viæ ad terminum; habent enim suas dispositiones tales, q̄ sunt capaces formæ totius imperfecto tamen modo, & sunt vt materia transiens respectu partium perfectiùs participantium naturam totius vt ossis carnis &c. sicut elementa in mundo sunt partes in potētia & materia trāsiens respectu mistorum, & sunt partes in actu & materia permanens respectu vniuersi. Probaturque hoc ex eo q̄ triplex cōpositio in animali inuenitur, vt habetur in. 2. de partibus animalium. Prima est compositio ex elemētis, seu eorum virtutibus. Secunda est ex partibus similaribus puta carne, osse, neruo. Tertia est ex partibus ethereogeneis vt manu, capite &c. Ad primā autē compositionem spectat cōpositio animalis ex humoribus, vt patet ex primo notabili à nobis supra posito: & propterea quemadmodū componentia tam in secūda quàm tertia compositione sunt partes in actu animalis; ita componentia in prima cōpositione affirmāda sunt q̄ sunt partes in actu animalis, licet differentia sit maxima inter illā & alias compositiones, quæ assignata iam est. Hoc fundamentum Caietani est maximè notandū pro intelligentia totius huius quęst. quod desumpsit ex D. Tho. in. 4. d. 44. q. 1. artic. 2. quæstiun. 2. ad 3. Hoc posito probatur conclusio, & vt autoritates autoritatibus obijciamus probatur primò ex Arist. id expresse asserente. Nam in lib. 3. de hist. animal. c. 19. vbi multa de sanguine dicit asserit hæc verba. Palpitat intra venas sanguis animalium omnium, pulsuq; simul vndiq; mouetur, soluq; omniū humorum sparsus per totū corpus animalium est, & semper quādiu vita seruatur, sanguis vnus animatur, & seruet. Ecce ergo expressam sententiā Arist. nostrā probantis conclusionē, ergo sanguis est animatus & nō anima sensibili, ergo vegetabili. Deinde lib. 1. de hist. animal. c. 1. enumerādo partes varias animalium dicit sic: partes autem animalium similares aut molles sunt & humidæ, aut siccæ & solidę; molles, vt sanguis, ergo iam secūdùm Arist. sanguis est pars animalis, ergo si est pars animalis informatur forma illius, vt patet ex art. præcedēti. Et ita Arist. in illo lib. 3. modo citato agens de omnibus partibus animalis tractat etiam de sanguine tanquā de vna parte ipsius. Deinde etiā ibidē dicit Arist. q̄ sanguis nutritur & augetur, quæ sunt opera vitæ, ergo. Secundò probatur conclusio ex D. Tho. In primis hoc expresse asserit in. 4. d. 44. q. 1. articu. 2. quæstiun. 2. ad 3. vbi dicit, q̄ quatuor humores perficiūtur ab anima rationali secūdùm infimū gradū, scilicet, vegetatiuū. Dicit etiā quòd sicut in mūdo sunt quatuor elemēta, quæ sunt partes vniuersi & sunt in potētia ad hoc q̄ ex illis fiāt alia, ita se habent illi quatuor humores, ergo secundùm D. Tho. & sunt partes animalis & informantur eadem forma qua totum. Deinde in. 3. p. q. 54. art. 2. hoc ipsum asserere videtur, & in eadē parte q. 5. art. 2. quærit, vtrùm filius Dei assumpserit corpus terrestre & explicat q̄ per corpus terrestre intelligit carnē & sanguinē, quasi innuens sanguinem esse partē integralem animalis sicut ipsa caro. Ex quibus omnibus probatur tertiò conclusio. Nam sanguis augetur, nutritur, & est pars animalis, ergo informatur anima rationali. Consequētia est euidēs, nam hac ratione probamus reliquas partes anima informari. Quarto probatur conclusio. Nam in artic. præcedenti concl. 3. ex mente Arist. & D. Tho. determinauimus capillos & vngues anima informari & q̄ sunt partes animalis, ergo potiori iure idipsum asserendū erit de sanguine. Istæ omnes rationes probāt etiam de reliquis humoribus, nam augentur, nutriūtur & mouētur sicut sanguis. Ex his conclusionibus sequitur q̄ omnes humores sunt cōtinui reliquis partibus, alias non informarentur anima, quia anima non informat nisi partes continuas. Quod in solutionibus argumentorum amplius patefiet. ¶ Ad argumenta in principio facta respondetur. Ad primum, & primo ad primā autoritatē ex Arist. adductā respondetur, q̄ sanguis dicitur esse in venis tanquam in vase, & in loco, propterea q̄ ad hoc sunt institutæ venæ, vt sanguinem contineant; cæterùm cum illis ratione fibrarū cōtinuatur. Sicut dicimus q̄ medullarum locus sunt ossa & in ipsis continentur, attamē verè secūdùm esse vegetatiuū informātur ab anima. Et quādo Arist. sanguinē cōparauit excrementis nō fuit facta comparatio quantū ad omnia, sed solum quoad hoc, quod sicut illa nō sentiunt, ita nec sanguis, quod nos libenter fatemur. Ad aliā autoritatem respondet Arist. de partibus animal. lib. 3. c. 9. q̄ ab aliquibus cōtigit exsudari sanguis nutrimentalis & imperfectus, quem ipse vocat excrementū cruentū, propter vitiatum corporis habitū, scilicet, cum corpus fluxū laxumq; esset, sanguisque præcruditate humescceret, imbecillitate caloris, qui exiguus vænulis inclusus cōcoquere non posset. Itaq; propter infirmitatē aliqui sanguinem exsudarunt, quem imperfectum & nutrimentalem vocamus. Caiet. in. 3. p. q. 54. arti. 2. ait Christū Dūm huiusmodi etiā sanguinē nutrimētalē exsudasse, cum in agonia constitutus Patrem deprecaretur, vt ealicē passionis ab eo, si fieri posset, transferret. Hoc autem licet alijs contigerit naturaliter propter infirmatē; in Christo tamē Dño fuit ille sanguineus fuit maximū & stupendū miraculū, ita q̄ nulli vnquam aliquid tale contigerit. Etenim ex vehementi apprehensione passionis suæ, atque alijs de causis cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sis corpore optimè constituto existente & maximè proportionato sanguinem hunc nutrimentalẽ exsudauit. Licet aliquis posset dicere ꝙ sanguinem purum & perfectum sudauit, atque emisit, quod nullibi vnquam accidisse comperimus, & propter sui subtilitatem potuit ex sudari ex aliqua graui causa, sicut cholera etiam emittitur licet sit pars animalis. Ad aliam autoritatem dicitur, quod sanguis dicitur esse mixtus ex aqua & terra propter aliquas qualitates quas habet similes qualitatibus aquæ & terræ. Ad aliam autoritatem patet ex his quæ diximus in secũda conclusione ex Caietano & D. Tho. quòd licet sanguis sit pars potest etiam esse alimentum sicuti elementa & sunt partes vniuersi & sunt in potentia vt ex eis mixta generentur. Secundò respondetur, quòd etiam si sanguis sit vltimum & purissimum alimẽtum animalibus sanguineis, & conuertatur in partes reliquas, non sequitur quòd non sit informatũ anima secundùm esse vegetabile, quia informatur post conuersionem eadem anima secundum alium gradum, scilicet, secũdùm esse sensitiuum, & anteà solum informabatur secundùm esse vegetabile, vel informatur secundum idem esse, cæterum perfectiori modo & sic non est inconueniens quòd homo alatur ex partibus suis imperfectis & ꝙ vna pars agat in aliam conuertendo ipsam ad participationem alterius gradus vel eiusdem perfectiori modo. Ad vltimam autoritatẽ respondetur, quòd sanguis non est discontinuus imò cõtinuatur venis, & venæ continuantur reliquis partibus, scilicet carni, & caro ossibus, & sic omnium partiũ fit continuatio. Pro quo est aduertendum quòd sanguis habet quasdam partes crassiores, quas Medici fibras vocant & sanguis cum illis continuatur, postmodum verò illæ fibræ continuantur venis, & fit cõtinuatio sanguinis; quod in sanguine taurorum & asinorum quorum sanguis (vt ait Arist. in locis citatis) spissior est & crassior, euidenter apparet, quanuis non ita benè appareat in hominis sanguine, qui omnium purissimus est. Quare in hominis corpore fit semper continuatio partium subtilium ad crassas, & duriores non immediatè perseipsas, sed per alias quasdam medium tenẽtes inter vtrasque. & ad autoritatem Arist. qui dicit, quòd non est continuus reliquis partibus respondetur, quòd vult dicere sanguinem nutrimentalem, & impurũ non continuari, quod nos libenter fatemur, cum non informetur anima. Secundò respondetur, ꝙ etiam si loquatur de sanguine puro & perfecto, intelligendus est, ꝙ non continuatur immediatè per seipsum, sed per fibras & venas. Tertiò respõdetur, quòd non continuatur quantum ad effectum aliquem, quia ita velociter mouetur ac si nõ esset continuus, vel quãtum ad apparentiam, quia difficile iudicatur continuari propter suam fluiditatẽ maximam. ¶ Ad secundum respondetur, ꝙ D. Tho. asserit sanguinem non esse actu partẽ, quæ sit caro vel os, vel aliquid consistens, & solidum, tamen est pars quæ est in potentia totum. Nam illæ partes, quæ non transmutantur in alias partes, vocantur partes in actu, quæ verò in alias transmutãtur etiã si anima informentur, dicuntur partes in potẽtia. Nam cum illæ partes inter cibum non conuersum in substantiam aliti, & alias partes actuales vt caro, & os sint media quædam, participãt naturam extremorum, & modo vocantur partes actu, si comparentur ad alimentum non conuersum, quod nõ informatur anima, modo verò partes in potentia si comparẽtur ad alias partes perfectiores, in quas possunt transmutari. Sicut semen informatur anima vegetabili dum consistit in viuente, & tamen dicit D. Tho. in q. vltima primæ partis ꝙ est in potentia totum, & nondum habet determinatã formam alicuius partis, scilicet ossis. Et sic sanguis dicitur pars in potentia si consideretur in ordine ad ossa &c. licet actu habeat animam secundùm esse vegetabile. Ex quibus patet ad tertiam autoritatẽ. Ad quartam respondetur, ꝙ quando sanguis mouetur, mouentur etiam partes illæ quibus cõtinuatur. v. g. fibræ, nõ autem oportet, quòd omnes partes corporis moueantur. ¶ Ad tertiũ negatur antecedens, & dicimus quòd sanguis est pars integralis & continua, vt patet ex dictis; & ad rationẽ respondetur, ꝙ nihil concludit, quia brachium & digitus moueri possunt sine motione aliarum partiũ, imò cor semper mouetur, & tamen nõ omnes aliæ partes mouentur. Secundò respõdetur, ꝙ hoc est proprium sanguini & reliquis tribus humoribus, propter sui subtilitatem & quia calor maximè in sanguine viget, ꝙ moueatur alijs partibus immotis. Et ita respondetur ad aliam rationẽ, quòd extrahitur sine dolore propterea quòd est maximè fluidus. Secundò respõdetur, quòd nihil valet cõsequẽtia. Nam etiam capilli habent animã secũdùm esse vegetabile, & tamen ex illorũ scissura nõ resultat dolor. Tertiò respondetur quòd Arist. 3. de partibus animal. c. 5. apertè testatur, quòd sanguis aliquãdo fluit cum dolore & tristitia. ¶ Ad quartum respondetur, quòd erit quidẽ nutritio, sed tũc talis nutritio erit alteratio & mutatio accidentalis, licet aliquãdo nutritio sit mutatio substãtialis, vt quando homo ratione sanguinis nutritur ex cibo; habebit tamen aliquid de mutatione substãtiali, quatenus eadẽ pars recipit nouũ gradũ eiusdẽ formæ, vt esse carnis vel ossis, vel alterius partis. Ad cõfirmationem respõdetur, ꝙ quãuis cõuertatur in substãtiã aliti cæterum secũdùm aliũ gradũ vt iam dictũ est, vel secũdùm eundẽ perfectiori tamẽ modo participatũ. ¶ Ad quintũ negatur maior, & ad probationẽ dicimus, ꝙ etiã si secũdùm apparentiam videatur continuari sanguis interior & extractus, in rei tamen veritate non continuatur, & sensus fallitur. Et ratio est quia corrumpitur statim ratione dispositionum medij circunstantis. Per quod patet ad secundam probationem maioris.

Ad sextum argumentum cum sua confirmatione patet ex dictis. De alia opinione Commentatoris, quòd in mixto sunt plures formæ substantiales elementorum infrà disputabitur.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrùm in composito substantiali tantùm sit vnica forma.*

ET videtur ꝙ non. Primò. Si in homine. v. g. est tantum anima intellectiua, ideo esset, quia hæc anima virtute cõtinet alias, vt sæpissimè ait S. Tho. præcipuè in 1. p. quæst. 76. articu. 3. sed hoc non sufficit, ergo. Probatur minor. Homo formaliter & per se est sensitiuus & vegetatiuus, sed illa continentia virtualis non sufficit ad istam denominationem formalem. Sol enim continet virtualiter formas rerum inferiorum, sed ista cõtinentia virtualis non sufficit, vt sol denominetur formaliter igneus &c. ergo similiter hoc nõ sufficit in homine. ¶ Secundò. Vbi est operatio propria alicuius formæ, est talis forma, sed in homine vltra intellectionẽ sunt sensatio & vegetatio quæ sunt operationes animæ sensitiuæ & vegetatiuæ propriæ, ergo istæ animæ necessario debent reperiri in homine, ergo non est tantum vna anima in homine. ¶ Tertio. In homine est forma faciens ipsum formaliter vegetatiuum, ergo est ibi anima vegetatiua distincta ab intellectiua. Patet consequentia, quia vbi est diffinitio alicuius rei ibi debet esse essentia illius rei, sed diffinitio animæ vegetabilis, scilicet, anima vegetabilis est quæ facit rem vegetabilem, reperitur in homine, ergo. In oppositum est S. Tho. 1. parte q. 76. artic. 3. & 4. & in infinitis pene locis suorum operum. Quam sententiam omnes eius interpretes vtpotè verisimã nemine excepto sequuntur. ¶ Pro cuius explicatione est conclusio. In nullo cõposito substantiali est nisi vnica forma, quæ tribuit omnes gradus substantiales in eo repertos. Hæc patet à sufficienti diuisione, & probari potest omnibus rationibus supradictis, tũ etiam quia, vt inquit Albertus Magnus, non esset anima actus corporis, si in homine essent plures animæ, sed actus alterius animæ, quod est falsum. Hanc conclusionem S. Tho. in omnibus locis sic explicat. Nam inueniuntur rerum species differre adinuicem sicut perfectum & imperfectum, sicut in rerum ordine animata perfectiora sunt inanimatis, & animalia plantis, & homines animalibus brutis, & in singulis harum rerum sunt gradus diuersi explicati in recta linea prædicamentali. & hac de causa Aristot. 8. Metaphy. assimilat rerum

species numeris, qui differunt specie secundùm substractionem vel additionem vnitatis; & in. 2. de Anima comparat diuersas animas speciebus figurarum, quarum vna continet aliam, sicut pentagonum continet tetragonum, & excedit ipsum; sic anima intellectiua continet in sua virtute quicquid continet sensitiua brutorum, & nutritiua plantarum. Sicut ergo superficies quæ habet figuram pentagonam, id est, decem angulorum non per aliam figuram est tetragona, id est, trium angulorum, & per aliam pentagona, quia superflueret figura tetragona, ex quo in pentagona continetur; ita nec per aliam animam Petrus est homo, & per aliam animal, sed per vnam & eandem, quæ in sua ratione eminenter cõtinet omnes alios gradus. ¶ Aduertendum tamẽ est, quòd hoc ipsum quod hucusque dictum est de forma substantiali respectu compositi substãtialis quoad gradus quos illi tribuit, etiam de accidentali dicẽdum est. Nam ab eadem forma habet aliquid, quod sit album, coloratum, & quale, alias si à distinctis formis hoc inhærent, non esset cõloratum genus respectu albi, quia esset pars. Item, quia sequeretur, quòd essent composita accidentia ex duabus formis, quod est falsum, cum sint formæ simplices. Nam sicut forma substantialis non potest componi ex distinctis formis, ita nec accidentalis. ¶ Hoc ipsum debet etiam intelligi in formis rationis, vt in specierate. Nam ab eadem forma habet homo, quòd sit species, & quòd sit vniuersale, & ꝙ referatur relatione rationis. Loquimur enim modo de gradibus essentialiter subordinatis. ¶ Ad argumenta in principio facta. Ad primum nego maiorem, & ad probationem respondetur, quòd est maximum discrimen inter animam intellectiuam quæ virtute continet inferiores formas, & solem qui virtute continet formas rerum inferiorum, quòd sol vel eius forma continet formas alias in genere causæ efficientis propterea quòd habet virtutem ad producendum illas extra suas causas; sicut etiam diximus quòd essentia diuina continet virtualiter & eminenter omnes creaturas. Non autem continet forma solis alias res inferiores in genere causæ formalis, & ea ratione qua comparatur ad materiam quam informat, quare illa continentia virtualis non potest præbere soli formaliter esse & denominationem rerum inferiorum. At verò anima intellectiua continet animas inferiores non in genere causæ efficientis, sed in genere causæ formalis, & per ordinem ad materiam quam informat, & hac ratione in eodem genere causæ formalis præbet composito esse vegetatiuũ & sensitiuũ. Quapropter hac ratione D. Tho. cõfirmat hãc veritatẽ Aristot. autoritate. 2. de Anima tex. 31. quod intellectiuũ continet virtute vegetatiuum & sensitiuum sicut figura quadrangularis continet virtute

Universidad de Deusto
Biblioteca

triangularem. Certum est enim quòd quadrangulus continet triangulum per modum causæ, scilicet, in ordine ad subiectum, cuius est figura.

Ad secundum dilinguo antecedens & dico q vbi est propria operatio alicuius formę, ibi est ipsa aut secundum se, aut virtualiter & eminenter. Vt vbi est calefactio ibi est ignis aut formaliter, aut sub perfectiori esse. Sic pariter vbi est vegetatio, ibi aut est formaliter vegetativa anima, qualis est plāta, aut anima altioris gradus virtute ipsam continens, qualis est intellectiua.

Ad tertium concesso antecedenti nego consequentiam. Ad probationem cōcedo maiorem, & ad minorem dico quòd diffinitio animæ vegetabilis debet sic intelligi. Anima vegetabilis est, quæ facit rem vegetabilem ratione sitæ vltimæ differentiæ, & non ratione alterius superioris, & quæ facit rem vegetabilem præcise & tantum. Cæterùm anima intellectiua si facit hominem vegetabilem & sensitiuum, facit hoc ratione superioris differētiæ, & non dat tantum illos gradus, sed etiam alium superiorem, scilicet, intellectiuū. Et hæc de ista quæstione longissima, quæ quia ad multarum rerum intelligentiam multum conducit, & ne carptim in multis locis de ea necesse esset sermonem facere, hoc in loco ita exactè disputare mihi visum fuit.

Pro eadem tertiam conclusionē Arist. & quartam & quintam est disputādum; Quod sit subiectum accidentium & vtrum fiat in generatione rerum naturalium resolutio vsque ad materiam primā, quæ quæstiones merito hic disputantur, quia magna ex parte notia generationis pendet ex cognitione subiecti, in quo exercetur. Vnde Arist. in ista tertia conclusione ait diffiniens generationē quòd est transmutatio nullo manente subiecto sensibili. Quod vt bene intelligamus, necessario disputanda est à nobis proposita quæstio. Qua in re etiam sunt variæ sentētiæ quare iuxta earum numerum diuidemus totam disputationē in articulos, sicuti fecimus in præcedenti quæstione, vt sic clarius & distinctius procedamus, & quid in vnaquaque re tenendum sit, apertius constet.

QVÆSTIO IX.
De subiecto accidentium.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum materia prima sit immediatum subiectum accidentium.

PRO parte affirmatiua arguitur primò ex Arist. dicente in. 2. lib. de Gen. tex. 25. quòd in elementis habētibus symbolas qualitates, A est facilior transitus. Et ratio est, quia facilius est vnum transmutari quam multa, ergo accidentia in materia prima subiectantur, aliàs si corrumperentur in corruptione compositi, quod non manet; & non manerent in materia prima, æquam difficultatem haberet transmutatio in omnibus.

Arguitur secūdò. Nam caliditas, & aliæ primæ qualitates soli materiæ inhærēt, ergo idem de alijs accidentibus. Antecedens probatur. Nam si non materiæ sed compōsito; sequitur primò, quòd caliditas de per se agat ad corruptionē causæ sine qua B esse nō potest ipsa, sed hoc est falsum, ergo. Sequela probatur, quia caliditas per se agit ad corruptionem sui, cum per se agat ad corruptionem causę sui esse quod est impossibile, cū omnis res per se appetat suum esse & intendat, ergo per se non potest appetere suum non esse. Sequitur secundo, quòd aqua etiam agat ad sui corrūptionem, hoc autem est falsum, ergo. Probatur sequela. Nam calor receptus C in aqua corrumpit effectiuè aquam, quia est virtus agentis quod corrumpit aquam, sed calor ille agit in virtute ipsius aquæ, ergo ipsa aquà intendit se corrūpere. Probatur minor. Nam illi tribuitur operatio accidentis, cui accidens inest, sed calor ille est in aqua, ergo ipsi debet tribui eius operatio. Maior probatur. Nam aqua quia habet calorem dicitur calefacere vt causa principalis, & quia qui dat esse dat operari, sed subiectum dat esse accidenti, ergo & operari. Confirmatur, quia quādo aqua calefit, forma aquę nihil iuuat ad receptionem caloris, quin magis resistit, ergo materia est quæ recipit calorem non adiuta à forma. D

Arguitur tertiò. Quia illi inhærent accidentia de cuius potentia agens educit formam substātialem, sed educit illam de potētia materiæ, ergo. Maior patet, quia non inhæret vni subiecto, & educitur forma de potentia alterius. Minor probatur, quia eductio formæ substantialis non est de toto composito, sed ex materia prima.

Arguitur quartò. Nam si caliditas inhæret totī aquæ, & non materiæ primæ, non deberet aqua remoto calefaciente caliditatem corrumpere, sed E corrumpit, ergo. Probatur maior. Nam non est possibile quòd tota aqua sit agens & patiens, quod sequitur, si aqua corrumperet illam caliditatem nam quatenus corrumpit est agens, quatenus patitur corruptionem est passum, & hoc secundum se totum, ergo.

Arguitur quintò. Nam generatio est accidens, quia est mutatio & recipitur in materia prima, ergo. Probatur minor. Nam immediatum subiectū generationis est materia prima nuda vt hic asserit Arist. & D. Tho. sæpè, & idem Arist. in. 5. Physic. tex. 8.

tex. 3. hanc ponit differētiam inter generationem A & alios motus quòd alij requirūt subiectū in actu, generatio verò subiectum in potentia, ergo. Confirmatur. Nam id est subiectū generationis, quod per illam mutatur, sed materia mutatur de vna forma in aliā, & non suppositum, ergo generatio, quę tamen est accidens, recipitur in materia prima.

Arguitur sexto. In cane cadenti de turri, & caduere eius quādo in medio moritur est vnus motus numero, ergo necessario ille motus debet subiectari in materia prima. Probatur consequentia, quia ad vnitatem numericam accidētis requiritur B vnum numero subiectum, sed in casu non est tale subiectum vnum nisi materia prima, ergo. Antecedens autem primæ consequentiæ probatur. Nam est cōtinuus, ergo vnus. Probatur antecedēs, quia ad continuitatem sat est vt vnum instans sit principium vnius partis, & finis alterius, sed ita contingit in illo motu, alias per tēpus quiesceret, ergo. Confirmatur. Nam si combiuratur animal viuum vsq; ad cineres illa calefactio est motus continuus, ergo eadem ratione qua diximus de motu canis cadentis de turri debet subiectari in materia prima. Pro- C batur antecedens, quia semper idē calor intēditur.

Arguitur septimo. Nam si materia prima non esset subiectum accidentiū, sequitur quòd nec per potentiam diuinam possint in ea subiectari accidentia, sicuti nec visio potest esse in lapide, quia non est eius subiectum, hoc autem videtur esse falsum, quia id non implicat contradictionem, quicquid autem nō implicat potest Deus facere, ergo.

Propter hæc argumenta multi asserunt materiā primam esse immediatum subiectum accidentiū. Inter quos est Gregorius in. 2. dist. 12. arti. 1. ad 2. D Aureolus ibidem. Marsil. lib. 1. de Gen. q. 7. Albertus de Saxonia ibidem. q. 6. Hanc eādem tribuunt Auerroi hic tex. 1. Quam sentētiam sequitur vniuersa nominalium caterua. Aduertendum tamen quòd quidam hoc loco D. Alberto Magno imponit hanc opinionem hic in tract. 2. c. 2. cum tamē oppositum in hac parte omninò sentiat. Cuius verba, quia breuiter & optimè explicant sententiam D. Thomæ quam sequuturi sumus, & vt discant qui in publicum lucubrationes suas ædunt, aliorū placita fideliter referre, non grauabor hic subijcere. Sic igitur in tract. 2. c. 6. ait. Hyle autē quod est E prima materia maxime quidem principiū & proximum & proprium subiectū generationis & corruptionis susceptibile; sed modo alio non propriè, nec proximè est etiam quod subijcitur alijs transmutationibus. Omne enim quod subsstat oportet, quòd habeat vim subsstandi ratione primi subsstantiui quod est materia, & ideò etiam compositum, quod est subiectum accidentalium transmutationum ratione materiæ sicut vim subsstandi; sed tamen compositum est propriè subsstans accidentibus, quia accidens est post esse, & esse est perfecti & compositi, & ideo etiam compositum causa & subiectum est accidentium, & cum diffiniuntur accidentia cadit subiectum in diffinitione eorum sicut patet in simo, & claudo, in quorū vnius diffinitione cadit nasus, alterius autem crus, quæ composita subiecta sunt. Hæc ille ad verbum, vbi non solum S. Tho. veriſsimam sentētiam tenet, sed eam duabus rationibus demonstrat. Autores igitur supra citati explicant suam sententiam sic. Distinguunt enim duplex subiectum accidentium. Alterum inhæsionis, alterum prædicationis & denominationis. Materiam constituunt subiectum inhæsionis, cui insunt accidentia. At compositum est subiectum prædicationis, de ipso enim accidentia denominatiuè prædicantur. Hanc opinionem sequitur autor ille cuius modo mentionem fecimus conuictus rationibus suprapositis, quibus superaddit ipse aliam, scilicet. Illi debent accidentia inhærere, de cuius potentia educuntur, at accidentia sensibilia educuntur ex potentia materiæ, ergo ei inhærent. Maior profecto videtur certa, quia vix potest intelligi, quomodo si aliquid ex sola materia extrahatur, non sit in ea. Minor probatur. Sumo calorem in aqua, iste non potest extrahi ex forma, cum sit forma opposita & determinata ad frigiditatem, ergo extrahetur ex materia & ex potentia communi ad oppositа. Inquit tamen. Non ita ponimus accidentia in materia, quòd in ipsa nuda sint, quanuis forma separetur omnis; nullus enim hoc dicit, sed sunt in materia ita vt habeant aliquam formam, siue hanc siue aliam. Cæterùm hæc sententia est falsissima destruēs præcipua fundamenta & principia totius Philosophiæ naturalis. Pro quo sit prima conclusio.

Prima conclusio. Materia prima est subiectum quo accidentium materialium, id est, ratio, materialis tamen, quare aliquid recipiat in se quantitatem & alia accidentia corporea. Probatur primò. Vnumquodque recipit in se aliquid per potētialitatem quam habet ad illud, sed materia prima est radix & fundamentum totius potētialitatis, ergo. Explicatur hoc. Homo non est in potentia ad hæc accidentia suscipienda per formam, quia cum illa sit spiritualis, non potest esse ratio materialis & potentialis recipiendi accidentia materialia, ergo hoc habet per materiam. Ita tenet Sonc. 7. Met. q. 3. de quo Heru. quodl. 2. q. 10. & quando D. Tho. aliquando videtur dicere, quòd materia prima recipit accidentia, explicandus est per hanc conclusionem: tantum enim vult dicere, quòd est ratio recipiendi accidentia, vt principium remotum quo, proximè verò in se recipit formam substantialem vt subiectum ipsius non inhæsionis, sed informationis. Durandus tamen in. 1. dist. 8. q. 4. contrariū huius conclusionis docet hac conuictus ratione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam ex hac conclusione inquit ipse, si esset vera, sequeretur, quòd forma sit immediata potẽtia recipiendi quantitatem, cõsequens est falsum, ergo. Sequela probatur. Nam materia non est proxima potentia ad recipiendum aliquod accidens, quia immediatè ordinatur ad formam substantialem, ergo si est ratio debet esse remota, ergo debet dari alia proxima quæ sit illorum susceptiua, & nulla alia potest dari nisi forma, quia inter materiam & quantitatem sola forma mediat, ergo. Cæterum ista ratio est nulla. Etenim potentia ista proxima est totum compositum, quod per se primò respicit existentiam, secundario quãtitatem & cætera accidentia. De hac conclusione vide Sonc. 7. Met. vbi supra &. 8. quæst. 7. & articulo seq. conclusione. 3. nos plura dicemus.

Secunda conclusio. Nullum accidẽs potest immediate tãquam subiecto inhærere materiæ. Hæc est D. Tho. de ente & essentia. cap. 7. & 1. p. q. 76. art. 6. & q. 77. art. 6. q. de anima artic. 9. Idem tenet Capr. in. 2. dist. 13. cõclusione. 3. Caietanus super ca. 7. de ente & essentia & reliqui omnes Thomistæ, quos in hac parte sequitur Durandus vbi modo citatus est. Probatur conclusio primò. Materia prima nihil habet actualitatis, sed est pura potentia, ergo non potest accidenti actualitatẽ præstare. Confirmatur. Existentia accidẽtium supponit existentiam substantiæ, sed existentia substantiæ nõ competit materiæ per se sed per formam, ergo. Probatur secundò. Nam sequeretur quòd forma substantialis adueniret enti per accidens, hoc autẽ est impossibile, ergo. Probatur sequela. Nam materia actuata accidenti est totum per accidens, ergo. Hac ratione ytuntur Durandus & Iauellus. Probatur tertiò. Nam sequitur quòd in diffinitione accidentis, quomodo dicitur; Accidens est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem per subiectum intelligatur materia prima. Nam intelligitur proprium subiectum accidentium. Consequens est falsum, aliàs talis diffinitio cõueniret formis substantialibus, nam adsunt & absunt præter materiæ corruptionem, ergo. Probatur quartò. Illud per se primo est subiectum accidentium, cum quo analogantur in ente, at non analogantur cum materia prima, sed cum substantia completa, ergo. Maior probatur. Nam analogia entis est ad vnum subiectũ ità quòd de eo dicitur per se primò, quod est subiectum cæterorum. Minor probatur. Nam analogia inter accidens & substãtiæ prædicamentum per se primò attenditur penes substantiã cuius generatiua corruptiua &c. sunt accidentia vt dicitur 4. Met. tex. 2. at non generant, neque corrumpunt materiam, sed compositum, ergo. Confirmatur. Nam illud est subiectum accidentiũ per se primò per quod accidẽs diffinitur, at diffinitur per compositum & nõ per materiam primam, ergo. Probatur quintò. Prima substãtia est, quæ primò substat omnibus accidẽtibus, vt patet ex Aristot. in prædicamento substantiæ, sed materia prima non est prima substantia, ergo iam illa nõ est, quæ primò substat accidẽtibus. Minor probatur. Nam prima substantia pro materiali est in prædicamento substantiæ directè vt Petrus & Paulus, sed materia prima non est huiusmodi, quia est ad latus & reductiuè, ergo. Et ita asserit Aristot. ibi, ꝙ propterea homo est albus quia Petrus est albus, & quòd Petrus est qui maximè & principaliter substat accidentibus. At si materia prima esset subiectum, hoc esset falsum, sed deberemus dicere, quòd quia materia prima substat; homo substat. Probatur sextò. Omnis forma in materia existens dat ei aliquod esse, alioquin causa formalis esset sine suo effectu formali, ergo illud accidens quod subiectatur in materia dat ei aliquod esse accidentale & per consequens materia prius habebit esse accidẽtale quàm substantiale. Hęc conclusio amplius patebit ex his quæ articulo sequenti dicemus.

Ad argumenta in principio facta respondetur. Ad primum respondetur ex D. Tho. in illo loco, quòd in elementis habentibus symbolas qualitates est facilior transitus non quia maneat eadẽ numero qualitas, sed eadem specie. Sed hoc nõ videtur satisfacere, quia non propter hoc talis transmutatio debet esse facilior, cum oporteat corrumpi ambas qualitates. Pro cuius solutione nota ex D. Tho. ibi quòd qualitates elementorum causantur ab ipsis formis substantialibus ipsorum. Illa ergo elementa quæ maiorem habent cõuenientiam in qualitatibus, necessario habent maiorem conuenientiam in formis substantialibus, & per consequens in dispositionibus materiæ facilius adinuicem transmutantur. Et licèt oporteat ambas qualitates corrumpi, tamen quia qualitas symbola minus resistit, imò nullo modo, contraria verò resistit, ideo facilior est transitus.

Ad secundũ negatur antecedẽs. Ad probationem eius negatur prima sequela. Ad probationẽ dico, quòd calor qui est in aqua non intendit primo & per se corrumpere aquam, sed intendit id quod sua causa quæ est ignis, scilicet producere calorem, ad quod per accidens sequitur corruptio aquæ, sicut calor naturalis per accidens intendit sui corruptionem dum corrumpendo subiectum seipsum etiam corrumpit. Ad secundam sequelam dico, quòd nullum accidens agit effectiuè in suum subiectum saltim secundùm eandem partem, vt excludamus virtutem motiuã in animalibus, quæ mouet cæteras partes & alia huiusmodi. Ita sæpè D. Tho. ait vt 1. 2. q. 85. art. 1. ad quartũ. Ratio huius est, quia aliàs idem simul esset agens & patiens respectu eiusdem, ratione cuius negatur grauitatẽ concurrere actiuè ad descensum lapidis de quo in libris

libris Physicorum. Ad probationem verò respondetur ex Soto. 2. Physi. q. 1. ad quartum, quod virtus agentis illi coniuncta concurrit actiuè ad effectum, separata verò & recepta in passo, qualis est calor receptus in aqua, non nisi formaliter. ¶ Respondetur secundò & melius negando sequelam. Ad probationem concedo maiorem, & nego minorem, scilicet, quòd calor existens in aqua producat calorem in virtute ipsius aquæ. Ad probationẽ minoris distinguitur. Nam si accidens inest alicui subiecto proprio verum est quòd debet agere in eius virtute, si verò insit alicui subiecto, quod non sit proprium subiectum accidentis illius, sed tantùm vtens illo, & eius virtute, operatio illa accidentis non debet tribui illi subiecto, sed reducenda est in propriũ subiectum. Etenim cum formæ accidẽtales à substantialibus proficiscantur, oportet omnem earum efficaciam in substantiarum virtutes resoluere, quibus sunt connaturalia accidentia illa, vt patet de luce, eius enim efficacia vbicunque reperiatur in solem tanquam in primum fontem & originem reducẽda est. Hæc doctrina, quæ est maximè notanda, (iuuat enim multum ad intelligentiam grauissimarũ quæstionum) colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 23. art. 2. ad 3. in quo loco videdus est Caieta. vbi efficaciam quam habet charitas in nobis, scilicet, coniungere nos cum Deo, reducit in ipsum Deum, cui soli & est, & esse tantum potest charitas connaturalis. Ex quibus patet, quòd formæ accidentales participatæ in subiecto extraneo & alterius naturæ referuntur in duplex agens vt quod. Alterum vt quod vtitur tãtùm illa: alterum vt à quo proficiscitur, & cui connaturalis est. v. g. calor participatus in animali & refertur in animal quod vtitur ipso, & refertur in ignem vnde est. Et licet vtrumque horũ dici possit, quòd agit & operatur per calorem, non solum tamẽ differunt prædicto modo, quia hoc vt vtens, ille vt causa, sed etiã quia proprius effectus caloris vt sic non attribuitur propriè loquendo animali vtenti sed igni, nec resoluitur in illud vtens, sed in ignem: sic dicimus in proposito quòd calor ille existens in aqua non agit in virtute ipsius aquæ licèt ab ea habeat esse, quia aqua est subiectum vtens ipso calore, debet autem reduci illa operatio tãquam in causam principalem in ignem, cui connaturalis est calor. Ad confirmationem respondetur, quòd dupliciter forma iuuat materiam ad recipienda accidentia, vt sit subiectum eorum, vno modo, quia ad talem formam consequuntur talia accidentia in materia & sic forma corrupti nihil iuuat ad illa accidentia. Alio modo, quia materia est mera potentia nisi habeat esse ab aliqua forma singulari non potest recipere accidens nõ solum naturale, sed neque ab extrinseco & sic forma iuuat semper vt compositum patiatur ratione materiæ. ¶ Ad tertium negatur maior. Etenim accidentia inherent toti composito quanuis forma substantialis educatur de potentia materiæ, quia per hoc quòd inhærent composito, disponitur materia vt inde educatur forma. Neq; est inconueniens quòd inhæreant toti composito & educatur forma de potentia materiæ esset autẽ inconueniens quòd inhærerent Petro, & essent dispositiones ad educẽdum formã ex materia ignis. ¶ Ad quartum de quo agitur in. 2. Physic. quòd aqua reducitur ad frigiditatem sibi debitam à generante mediante illa, quæ est in ipsa & licet sit minor est tamen sufficiẽs ad hoc, quia est in proprio subiecto. ¶ Ad quintum respondetur, quod petit illam difficultatem; Vtrum materia sit subiectum generationis, de quo in hoc capite infra circa octauam cõclusionem Arist. erit sermo. ¶ Ad sextum autor ille, cuius bis iam in hac quæst. fecimus mẽtionem & hic, & in. 5. Physic. q. 3. conclusione secunda existimat illos motus in argumẽto positos esse continuos. & ad hoc tenendum conuincitur propter vnicam & eandem materiam, quæ est in cane viuo & eius cadauere, cui cum inhæreant accidentia materialia fit vt licèt denominatiuè, compositum fit quod mouetur, tamen dum manet eadem materia, licet mutentur composita, non mutatur motus, sed id quod à motu denominabatur. Secundò probat idem. Nam cum in hac eadẽ materia illo instanti, quo canis corrũpitur, fit verum dicere; nunc non est motus canis & immediate post hoc erit motus cadaueris, videtur motus illos esse continuos, cum vnico termino communi copulentur. Tertiò. Quia in quocunque instanti & in illo mutationis est verum dicere motus est, ergo motus illi cõtinui sunt. Aliter enim in instanti nõ conceditur, motus est, nisi quia cõtinuatiuum motus tunc est. & ad Arist. qui in. 5. Physic. ait, quòd ad vnitatem motus requiritur vnitas temporis termini & mobilis; Respondet, quòd vt vnus sit motus, non debẽt esse diuersa suppositа mobilia cum diuersis materijs sicut Petrus & Paulus. Impossibile enim est, quòd horum sit vnus motus cõtinuus. At cum non sunt sic diuersa, sed materia est eadẽ, vt cum recedente forma Petri succedit forma cadaueris, profectò non video (inquit ille) cur nõ possit esse vnus motus continuus, si adsit vnitas temporis, & termini ad quem. Nec talem diuersitatẽ mobilis, vbi est materia vna, censuit Aristot. impedire motus continuationem. Solum enim hoc conuincit quòd illa pars motus præcedentis mobilis non est pars motus sequentis, sed diuersa pars: tamẽ nõ ob id illæ duæ partes non erunt continuæ, cũ sint eiusdem speciei, & tempus vnum, & mobile vnum secundum vnam sui partem. Hæc ille. M. Soto varius est in hac re. Nam in lib. 6. Physi. q. 4. ad 2. argumẽtum ferè tenet hanc eandem sententiã, cum tamen in lib. 5. q. 3. art. 2. ad 6. veritatem assequutus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus fuerit, dixeritque in omni opinione tenẽdum esse, quòd casus canis viui & cadaueris sint motus contigui propter vnitatem temporis, non tamen continui propter diuersitatem mobilis. Vide de hoc Capr. in. 2. d. 15. q. 1. cont. tertiam conclusionem, & Sonc. 8. Met. q. 11. ad 7. Quicquid tamen alij sentiant, mihi tamen in hac re nihil difficultatis sese offert. Certissimè enim tenendum esse censeo motus in argumento positos nullo modo esse continuos, sed tantùm consequenter se habentes. Quod probatur primò. Quia motus ille nõ potest esse continuus ex parte materiæ, si quidem materia non mouetur localiter per se, nec est in loco vt probat Arist. 5. Physi. tex. 8. ergo cum moueatur ad motum totius, & tota sint diuersa, & sibi succedentia, consequenter & in toto & in partibus erit motus interruptio, & ita in instanti primo cadaueris incipit nouus motus per vltimum non esse. Deinde quia si esset vnus numero motus, maximè quia eadem esset materia in qua ille motus subiectaretur, sed vt probatum est in secũda cõclusione nullũ accidens potest immediatè subiectari in materia prima, ergo hac ratione non potest esse vnus numero motus. Certè Arist. ad vnitatem numericam motus ait necessario requiri vnitatem mobilis, temporis, & termini, sed non est vnitas mobilis, siquidem sunt duo supposita realiter distincta, ergo. Et si contra hoc fiat argumentũ. Nam ille motus non interrumpitur, vt experientia ipsa cõstat, ergo. Et confirmatur. Nam inter illos duos motus non mediat quies, ergo est cõtinuus. Nihilominus tamen dicimus quòd illi motus sunt discontinui, & sunt interrupti. Sicut enim adhoc q duo corpora sint discontinua, non requiritur quòd sit spaciũ interiectum, cuius interpositione discontinuẽtur, quia vltima duorum corporum discontinuorum possunt esse simul, ita etiam duo motus possunt se habere consequenter, & esse discontinui absque hoc quòd interponatur quies media vel tempus vt patet ex Arist. 5. Physicor. vbi ait, quòd febricitatio potest se habere consequenter ad motum localem, & absque interpositione temporis, &. 8. Physi. dicit in vltima ratione quã adducit ad probandum motum reflexum non esse vnum, quia dato quòd in motu reflexo nõ intercederet quies media, adhuc non sequeretur, quòd esset vnus & continuus, imò vna pars se haberet consequenter & absque interpollatione temporis ad aliã. Itaque motus ad. A. pũctum reflexionis, & motus ab eodem puncto. A. adhuc essent discontinui, dato q non interueniret quies media, quia in eodem instanti potest esse finis vnius motus, & initium sequentis. Hanc eandem solutionem ferè assignat Sonc. vbi suprà. Ait enim quòd aliquis motus dicitur esse non cõtinuus dupliciter: vno modo quia intercipitur per quietem mediam & hoc non accidit in proposito. Alio modo motus non est continuus, quia in tẽpore mensurante ipsum est signare vnum instans, in quo mobile non mouetur, nec quiescit, sed incipit moueri per negationẽ de præsenti & positionem de futuro, & ita contingit in proposito. Est enim dare aliquod instans, in quo est primum non esse canis, & primum esse cadaueris. Et in hoc instanti verum est dicere; Cadauer nunc non mouetur, & immediatè post hoc mouebitur. Decipiuntur autem multi in hoc argumento, quia putant valere hanc consequentiã; hoc mobile non mouetur, ergo quiescit, sed nõ valet, quia datur medium, scilicet, hoc quod est incipere moueri. Neque argumenta illius autoris contra hanc nostram sententiam aliquid conuincunt. Primum enim cum supponat in materia prima subiectari motum, & à nobis negetur, nihil probat. Ad secundum verò negamus quòd illi motus vnico termino communi copulentur: imò verò eius ratio oppositum euidenter conuincit. Nam quando corrũpitur canis tunc non est motus canis, & immediate ante illud instans erat, neque verò est motus cadaueris, sed immediate post illud instans erit, ergo in illo instanti neque est motus canis, neque cadaueris, ac per consequens illo instanti non cõtinuãtur motus, sed continguntur quia in illo instanti desinit motus canis, & in eodemmet instanti incipit licet extrinsecè motus cadaueris. Ad tertium negatur quòd in illo instanti sit motus: imò verò dicimus quòd tunc cadauer non mouetur, quia non est capax motus aliàs daretur primũ in motu: neque etiam mouetur canis, quia iam desijt esse, ergo nullo modo est motus. Aristotelem verò iste autor non interpretatur secundùm eius mentem, & secundum quòd communiter ab interpretibus & præcipue à D. Tho. exponitur, quare eius interpretatio in hac parte non est auscultanda. ¶ Ad septimum respondetur quòd petit, Vtrùm possit Deus facere quòd accidentia subiectentur in materia prima tanquam in subiecto quod? Ad quam quæstionem quidam respondent, quòd id nullo modo potest facere etiam si materia sit informata forma substantiali. Quod probant, quia accidẽtia nullo modo possunt esse nec per Dei potentiam nisi in proprio subiecto, quare nec accidens corporale potest esse in substantia spirituali, nec accidens spirituale in substantia corporali; sed materia etiam actuata non est proprium subiectũ accidentium, ergo nõ possunt in ea neque per Dei potentiam subiectari. Nihilominus dico duo. Primum est. Si materia nude sumatur implicat contradictionem quòd in ea tanquã in subiecto quod accidentia existant, neque id Deus poterit facere, non quia eius potentia sit limitata, sed quia repugnat ex parte obiecti. Hoc euidenter probat argumentum propositum. Et confirmatur. Deus non potest

potest ponere actum vitalem in lapide vel albedinem in angelo, quia non sunt propria subiecta talium accidentium, ergo nec accidentia poterit ponere in materia nuda quia vt sic est incapax illorũ. Multa alia argumenta fieri poterãt pro hoc. Vide tamẽ quæ dicti solent in. 1. Physi. q. de materia, vbi disputari solet, an materia possit esse sine omni forma per Dei omnipotẽtiam. Secundum dictũ. Materia si sit actuata per formam substantialem benè potest fieri per Dei omnipotentiam, vt sit subiectum quod accidentium. Hoc dictum mihi maximè persuadeo, quia id certè nullam implicationẽ inuoluere videtur, quia licet materia nuda nullum habeat esse, sed sit pura potentia, tamen actuata & existit & habet aliquod esse, ergo poterit Deus in illa vt sic subiectare accidentia, ita vt materia sit alba & nigra &c. Hanc sententiam sequitur M. Soto in. 1. Physi. q. 7. dub. 1. probatur tamen secundò, quia vt dicemus in articulo sequẽti materia prima non solum est ratio recipiendi accidentia verum etiam subiectum partiale quo recipiuntur accidentia in composito, ergo. Tertiò. Nam Deus potest facere quòd accidentia subiectentur in quantitate tanquam in subiecto quod, ita quòd quantitas sit alba &c. vt patet in sacramento Eucharistiæ, ergo multo magis id poterit facere in materia prima, probo consequẽtiam quia materia prima est substantia & quantitas accidens, ergo si quantitas potest esse subiectum quod aliorum accidentium, potiori iure id poterit conuenire materiæ primæ.

Restat nunc, vt iste articulus absolutus maneat, soluere argumentum quod attulimus ex eodem autore, quo probare volebat accidentia in materia prima subiectari. Quod quidem argumentũ multipliciter peccat. Intendit enim ibi quòd accidentia ei debent inhærere à cuius potentia educuntur. Cum tamen aliquid educi de potentia materiæ nõ est extrahi ab ipsa, vt sit in ea subiectiuè, sed tantùm est produci ad extra cum dependentia à materia, quæ concurrat simul in genere causæ materialis. Deinde, quia non est formalis consequentia educitur de potentia alicuius, ergo subiectatur in illo immediate. Nam secundum probabilem sententiam Theologorum habitus infusi non creantur, sed educuntur de potẽtia obedientiali animæ, & tamen non subiectantur immediatè in anima, sed fides in intellectu, & charitas in voluntate &c. Ac tandem licet ei gratis concedamus, quòd accidentia ibi debent subiectari, ex cuius potentia educuntur, negamus tamen secundùm veram philosophiam, quòd educãtur de potentia materiæ immediate, sed educuntur de potentia cõpositi, quod est in actu, & est proprium subiectum accidentiũ, in quo immediatè recipiuntur. Hæc enim est differentia inter formam substantialem & accidentalem, quòd forma substantialis est proprius actus materiæ de cuius potentia educitur, & in qua subiectatur immediatè forma verò accidentalis est actus compositi, de cuius potentia educitur. Ab ipso enim & non à materia prima pendet in fieri & conseruari; & per consequens in ipso recipitur immediatè. Quapropter illud argumentũ potius militat contra sententiam istius autoris.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm materia prima informata forma substantiali sit subiectum accidentium.

PRO parte affirmatiua arguitur primo ex auctoritate D. Tho. qui id asserere videtur. Nam in disputatis quæst. de anima arti. 9. in corpore & de spiritualibus creaturis artic. 3. ad 18. ait, q illa forma quæ aduenit materiæ habenti esse substantiale est accidentalis, ergo iam materia est subiectum formæ substantialis. Et idem elicitur ex 1. parte. q. 76. articulo. 6. Similiter in q. de verit. q. 25. art. 6. ad 13. expresè dicit sic. Duplex est dispositio, vna qua patiens disponitur ad recipiẽdam formam, & talis dispositio est in eodem cũ forma. Alia est dispositio qua agens disponitur ad agendum, & de hac non est verum quòd sit in eodem cum forma ad quam disponit. Hæc S. Thom. cum ergo dispositiones accidentales, quibus materia disponitur ad recipiendam formam sint dispositiones patientis, oportet secundùm B. Thomam esse in eo in quo est forma, ad quam disponit. Tũc sic. Sed forma substantialis ad quam disponunt istæ formæ accidentales, non est in toto sicut in susceptibili, sed in materia, ergo istæ dispositiones non in toto, sed in parte sunt subiectiuè. Et idem in sententia dicit B. Tho. 1. 2. quæst. 74. articu. 4. ad 3. ¶ Secundò arguitur ratione. Accidentia nõ insunt toti composito à partibus distincto, quia non est tale, vt patet. 1. Physicor. q. 3. ergo vel materiæ vel formæ; non formæ, vt patet in homine, ergo materiæ non autem vt est in pura potentia, quia sic materia non est motus subiectum vt dicitur. 5. Physi. tex. 8. & per consequens nec aliorum accidentiũ, ergo erit subiectum materia in actu prius naturaliter existens per formam substãtialem, quod etiã ibi asserit Philosophus, ergo. ¶ Tertiò arguitur. Materia informata forma substantiali habet omnia quæ ad subiectum accidentium requiruntur, ergo ipsa erit subiectum. Consequentia probatur, quia frustra poneretur aliud subiectum, si materia sufficit. Antecedens autem probatur. Materia prima est subsistens, & ens in actu per formam substantialem, & hoc sufficit ad esse subiectum cum potentia receptiua, ergo. Confirmatur. Materia quando informatur forma substantiali habet aliquod esse, ergo illud sufficit, vt ipsa per se posit esse subiectum vt quod accidentium. Probatur consequentia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequentia, quia esse accidentium est debilissimum, ergo quodcunque esse materiæ sufficit vt ipsa per se possit esse subiectũ vt quod accidẽtiũ. ¶ Quartò arguitur. Materia est potentia receptiua non tantum formæ substantialis, sed etiam accidentiũ vel ergo nunquam recepit accidentia vel aliquando recipit. Si nunquam recipit, ergo illa potentia est omninò frustra. Si aliquando recipit, ergo semper non enim est maior ratio de vno tempore quàm alio. Si fortè dicatur quòd materia prima non est in potentia proxima ad recipiendum accidentia (vt supponit argumentum) sed est in potentia prima & radicali. Hoc concesso non euacuat vim argumẽti. Nam hoc solum probat, quòd materia prima nuda, id est, sine forma substantiali nõ est subiectum, non tamen probat, quòd materia habens formam non sit subiectum, nam vt sic non est ens in potentia sed actu per formam. ¶ Arguitur quintò. Nam accidentia illi inhærent, quod disponunt, sed disponunt materiam primam & non compositum, ergo. Maior patet. Nam illud disponunt vbi introducitur forma, sed ista introducitur in materia & non in composito, ergo. Confirmatur secundo. Nam omnes asserunt & D. Tho. etiam quod materia existens secundario respicit formam accidentalem, ergo est iam illius subiectũ. Confirmatur primo. Nam denominant materiam dispositã, & etiam concurrunt in genere causæ materialis ad formam, ergo prius natura se tenent dispositiones ex parte materiæ & in illa subiectãtur. ¶ Arguitur sextò. Relatio dissimilitudinis fundatur immediate in essentia materiæ primæ, ergo subiectatur in illa. Antecedens patet, nam materia prima de se est dissimilis formæ. Idem argumentum fieri potest de relatione vnitatis specificæ istius partis materiæ cum altera. Istæ sunt relationes reales, & nõ insunt toti composito, sed tantùm materiæ quia non denominant compositum nou enim dicitur homo eiusdem speciei cum altera parte materiæ, ergo. Confirmatur primò. Nam relatio identificatur cũ materia quia est eius fundamentum, materia autẽ secundùm rem non inest toti, ergo neque relatio. Confirmatur secundò. Nam relatio vnionis est aliquid reale, & illa subiectatur in materia prima vt in subiecto quod, ergo. Maior patet. Nam habet omnes conditiones requisitas ad relationẽ realem, quia extrema sunt realia realiter distincta, scilicet, materia prima & ratio fundãdi, quæ est actio qua vniuntur materia & forma, est aliquid reale, & fundamentum etiam. Nam est ipsa substãtia partium secundùm aliquam considerationem, ergo. Sed minor probatur. Nam relatio realis illi inhæret, quod denominat relatiuum formaliter, sed materia prima est, quæ dicitur vnita relatiuè, & non suppositum neque forma dicitur vnita materiæ, sed materia formæ, ergo. Confirmatur tertiò. Nam illud

A habet in se subiectiuè relationem cuius totũ suum esse est ad aliud extremum, quia impossibile est aliquid dici relatiuè formaliter ad aliud per relationem existentem in alio, vt ait D. Tho. 2. contra gent. ca. 11. sed totum esse materiæ vt vnitæ, est ad formam, ergo. Ac tandem cum relatio sit tam minimæ entitatis videtur quòd materia informata possit eius esse subiectum. ¶ Pro huius intelligentia sciendum est, quòd M. Astudillo in Commentarijs super hunc primum lib. q. 2. existimat, quòd subiectum accidentium materialiũ neque est forma,
B neque compositum, sed materia prima non secundùm se considerata, sed vt informatur forma substantiali ita quòd informari forma substantiali ad hoc vt recipiat accidentia sit conditio necessaria sine qua non. Et putat propter loca allegata ex D. Tho. in primo argumento hanc esse eius opinionem & ita asserit in hac parte multos Thomistas defecisse. ¶ Alij verò (inter quos est Dominicus à Flandria. 5. Met. q. 16. art. 17.) connicti vltimò argumento distinguunt de accidentibus & di
C cunt accidentia absoluta non subiectari in materia bene tamen relatiua, quæ opinio communiter defenditur. Et ratio est. Nam ens respectiuum potest denominare subiectum etiam partiale, & sic potest esse in illo, accidens vero absolutum materiale non potest denominare materiam, & sic non potest esse in illa. Item, quia cum sit tam minimæ entitatis tunc materia informata forma substantiali se habet respectu illius vt suppositum, & subiectũ quod; non verò hoc respectu accidentis absoluti, quia est perfectius. Cæterum pro huius rei decisione sit. ¶ Prima conclusio. Materia prima prius
D recipit formam substantialem quàm accidentalẽ. Ista conclusio ab omnibus Thomistis etiã ab ipso Astudillo conceditur, tũ quia est expressa S. Tho. 1. parte q. 76. art. 6. & Arist. hic cap. 4. & suprà 3. vbi dicit tunc esse simpliciter generationem cum non remanet subiectum accidentium, sed materia prima semper remanet, ergo non est subiectũ accidentium, ergo prius recipit formam substantialem quam accidentalem. Totus discursus est euidens. & cap. 4. dicit, quòd subiectum generationis est in potentia aliarum verò mutationum ens in actu.
E Idem habetur. 5. Physic. tex. 8. ergo iam accidẽtia omnia fiunt circa ens in actu, ergo supponũt materiã informatã forma substantiali, ergo prius illam recipit quàm accidẽtia. Secundò probatur ratione D. Tho. vbi suprà qui ait: esse simpliciter supponitur ad esse secundum quid quale est accidẽtale, sed forma accidentalis dat esse accidentale, forma verò substantialis esse simpliciter, ergo forma substãtialis præsupponitur ad accidentalem. Maior patet, quia si est aliquod album debet prius esse. Cuius ratio est, quia secundum Aristotel. 7. Metaph. substantia est prior accidente tempore & diffini-

tione.

tione. Minor verò probatur. Nam esse est effectus A
secundarius formæ si loquamur de esse existẽtię si vero de esse essentiæ primarius, ergo iuxta qualitatẽ formæ erit qualitas effectus, ergo à forma substãtiali erit esse substantiale, ab accidentali secundùm quid. Confirmatur hæc ratio. Nam esse accidẽtale est esse secundùm quid pendens à substantiali esse sicut imperfectum à perfecto, ergo prius est esse substantiale in materia quàm esse accidentale, & sic materia prius respicit formam substantialem, quàm accidentalem. Tertiò probatur. Ex materia & forma accidentali non fit vnum per se, sed per B
accidens, & ex materia & forma substantiali fit vnum per se, quia vnum est pura potẽtia, aliud est actus eiusdem generis: sed primò est quod est per se, deinde quod est per accidẽs, ergo. Maior patet. Quia materia & forma accidentalis sunt diuersorũ prædicamentorum, & sic non possunt facere vnũ ens per se. Minor verò probatur, quia omne per accidens reducitur ad id quod est per se, quod ita explicatur inter alias explicationes quas habet, quod esse accidentale reducitur ad substantiale tãquã ad causam. Quarto. Nam materia prima, quaC
tenus est expers omnis formæ prius recipit formã substantialem, ergo non potest recipere prius formam accidentalem. Consequentia patet. Nam idẽ est ordo in recipiendo formas, qualis est in respiciendo, & ideo intellectus cum prius respiciat ens reale, quàm ens rationis, prius debet intelligere ens reale quàm rationis. Antecedens verò probatur, quia materia prius respicit actũ generis sui quàm alterius, sed forma substantialis est eiusdem generis, ergo. De hac conclusione vide plura apud Caietanum de ente & essentia. q. 16. apud Soncin. 8. D
Met. q. 9. in Iauello eodem lib. q. 2. ¶ Sed contra hanc conclusionem est argumentum. Nam si materia prima respicit tanquam formam & actũ primo & per se substantialem formam secũdariò accidentalem, ergo licet secũdariò iam erit subiectum formæ accidentalis, quæ est opinio Astud. ¶ Pro huius explicatione sit secunda conclusio. Nullum accidens siue absolutum, siue respectiuũ potest subiectari in materia prima etiam actuata per formam substantialem tãquam in subiecto quod. Quæ conclusio est contra supradictum autorem E
& alios citatos in principio huius articuli, quæ satis probari poterat ex his quæ dicta sunt in secunda conclusione articuli præcedentis, nihilominus probatur primò peculiariter. Esse accidentale præsupponit esse simpliciter vt patet ex præcedenti conclusione, sed materia actuata non est ens simpliciter, cum non sit compositum, sed solum pars, ergo non est subiectum accidentium quod. Secundo. Nam si materia actuata per formam substantialem est subiectum quod accidentium, sequitur quòd eadem accidentia saltim cõmunia maneant

in genito & in corrupto, quod idem Astudillo nõ admittit in eadem quæst. citata. Probatur sequela. Materia nunquam est sine actu, & cum actus sit conditio non variat subiectum, ergo permanebit idem subiectum, & sic eadem accidentia communia vt albedo, quanuis propria quæ ad formã consequuntur, nõ maneãt. Tertiò. Actiones sunt suppositorum vt ait Arist. tot. multis in locis præcipuè 7. Met. & hoc intelligit nõ solum denominatione, quòd denominant subiectum, sed etiam elicitiuè, scilicet, quod eas producat subiectum, ergo & passiones eadem ratione. Cõfirmatur. Nam sequitur, quòd materia actuata dicatur agere vt calefacere, mouere &c. Patet sequela. Nam operatio accidentium tribuitur suo subiecto vt principio quod. Consequens autem est falsum, nam materia etiam actuata non est id quod subsistit neque suppositum, quia semper manet pars, ergo neque agens vt quod. Si autem hæ rationes aliquid valent ita conuincunt de accidentibus respectiuis sicut etiam de absolutis, præcipuè cum accidentis esse ideo præsupponat esse substantiale, quia esse accidẽtale est imperfectissimum & ita non potest per se subsistere, sed in alio, ergo quanto accidens fuerit imperfectius, tanto magis est necesse vt magis supponat subiectum in actu. Quapropter tantum abest, vt hac ratione, qua aduersarij ad suam conclusionem tuendam vtuntur, aliquid probent, vt potius oppositum ex ea deduci videatur. ¶ Tertia conclusio. Materia vt supponitur informata per formam substantialem est subiectum quo accidentiũ. Hæc conclusio probatur efficaciter. Primò, quia accidentia materialia ideo dici videntur, quia sunt in
D corpore ratione materiæ: hac autem ratione non possunt aliter conuenire toti nisi quatenus materia est subiectum quo recipiuntur. Nam si consideres aliud genus causæ, magis dependent à forma, quàm à materia, ergo si materialia dicũtur, est quia materia est subiectum quo ipsorum. Secũdò. Cum dicimus totum compositum esse accidentiũ subiectum, non intelligimus per totum compositum, q secundum quancunque sui partem sit subiectum id quod dicunt Summulistæ syncathegorematicè sumpto toto, quia interiores partes albedinem nõ habent, sed intelligimus totum cathegorematicè, quia totum denominatur ratione alicuius partis, quæ recipiendo denominat totum, illa autem pars non potest esse forma, quia loquimur de accidentibus materialibus, ergo est materia formata tamẽ à qua totum denominatur album. Certa res enim est quòd albedo, calor & huiusmodi accidẽtia nec partialiter subiectantur in anima. Et confirmatur, quia si hoc modo materiam subiectum nõ poneremus, nulla esset ratio, quare potius quantitas aut calor dicerentur accidentia materialia quàm formalia, aut spiritualia. Confirmatur. Quia materia

informata

Universidad de Deusto
Biblioteca

informata habet quicquid requiritur vt sit subiectum quo accidētium corporalium. Et in hoc differimus ab Astudillo, quòd ille non concedit compositum esse subiectum, nos autem potiùs compositum esse subiectum dicimus sed ratione materiæ vt exponit ipse tātum, scilicet, quatenus supponitur informata. Et ad istū modū loquitur D. Tho. multoties, etsi quādo materiam subiectum ponit, intelligendus est ad istum modum, & M. Soto in 8. Phys. q. 3. ad 3. ait partem per se motam esse materiam non nudam, sed quatenus à forma esse recipit, imò verò nos sæpissimè sic loquimur dicētes; Materia est quanta, est dispositа, est affecta accidenti &c. Hanc conclusionem probant omnia argumēta Astudillo, & autoritates ab ipso citatæ ex D. Tho. ¶ Quarta conclusio. Forma substantialis non solum est conditio, sed ratio formalis recipiēdi accidentia. Hæc conclusio ferè est eadem cum prima, quam in articulo præcedenti posuimus, quia ibi diximus materiam esse rationē materialem, quare compositū recipit accidentia, quod habet materiā, etiam si intelligatur nō informata forma substantiali, imò verò quanto magis habuerit de potentia tanto magis erit ratio materialis recipiendi accidentia: nunc autem addimus, quòd materia non solum est ratio, sed etiam subiectum quo & partiale recipiendi accidentia, id tamen ei conuenit non nude considerata, sed prout informatur forma substantiali. Probatur conclusio. Est ratio formalis quare materia & totum compositū sint, ergo etiam erit formalis ratio, vt esse istud communicetur accidentibus. Secundò. Nam sequeretur aliàs quòd dependentia accidentis à subiecto per prius sumeretur à materia prima, consequens est falsum, ergo. Sequela probatur, quia per te à forma solum sumitur tanquam à conditione. Minor verò probatur. Nam accidentia pendēt à substantia in ratione entis & in esse, ergo cum ratio essendi potissimum à forma sumatur, ab illa etiam esse accidētium potissimum orietur. Tertiò, nam aliàs sequitur quòd etiam operatio accidentium reducatur in formam tanquam in conditionem solum, ac subinde cum calor ignis calefacit, talis calefactio potiùs esset à materia quàm à forma ignis. Probatur sequela. Nam ab eo potissimum habent accidentia operari à quo habēt esse. Vltimò, quia aliàs sequeretur, quòd accidentia materiæ inhæreant si accidentia solum pendent à forma tāquam in conditione. Itaque sicuti dicebamus in præcedenti articulo conclusione prima, quòd materia prima est prima radix potentialis recipiendi accidentia, ita modo dicimus quòd forma est prima radix formalis eadem recipiendi, quod quidem est contra aliquos qui impropriè asserunt materiam esse rationem formalem receptionis accidentium. Nam sicut materia in constitutione totius solum cōcurrit materialiter vt potentia receptiua, ita etiam in sustentandis accidentibus: forma verò & ad totū & ad operationes & accidētia formaliter se habet. Quod si arguas. Nam anima rationalis est spiritualis, ergo non potest esse ratio etiam formalis quare accidentia corporalia insint, sed illud erit materia. Negatur consequentia, eodem enim argumento probares quòd non potest dare esse vegetatiuum & sensitiuum. De quo in præcedenti quæstione multa diximus. ¶ Vltima conclusio, qua explicamus quod sit subiectum accidentium. Subiectum quod & per se & principale & immediatum accidentium est totum compositum, vt Petrus & Paulus. Ista conclusio patet ex præcedentibus, & est expressa D. Tho. in infinitis locis, & eam communiter tenent omnes Thomistæ quotquot viderim, excepto vno Astudillo, cuius sententia iam est impugnata. Quare breuiter probatur. Nam illud non est materia vt patuit supra, neque forma vt de se notum est, ergo totum compositum. Secū dò. Totum est, quod primo habet esse substantiale, ergo eidem primo conueniunt accidentia, insitper quod primo generatur, ergo accidentia comproducuntur ad productionem totius, ac per consequens sequuntur & supponunt esse totius. Tandem. Actiones & potentiæ à toto sunt, ergo in toto subiectantur. Antecedēs probatur. Nam actiones sunt suppositorum ac per consequens & potētiæ & idipsum erit de alijs accidentibus. Et confirmatur. Nam accidentia solum denomināt totum. Homo enim albus & quantus & nō materia, quæ neque est quanta nec qualis, vt ait Arist. in hoc libro, & in. 1. Phys. ic. ¶ Ad argumenta in principio posita respondetur primò, quòd tantum probant nostram quartam conclusionem, & secundo respondetur sigillatim ad autoritates. Ad primū respondetur, & ad duas primas autoritates D. Tho. patet ex dictis in prima conclusione articuli præcedentis. Ad alias duas quòd verificatur id quod dicit S. Tho. de subiecto partiali, non quòd in eodē subiecto adæquato sint dispositiones & forma introducenda, calor & forma ignis, sed quòd in parte illius in quo est calor, est forma ignis. Ita explicant Caiet. & Conradus in. 1. 2. loco in argumētō citato. ¶ Ad secundum respōdetur, quòd ad hanc quæstionem quam in præsenti disputamus, impertinens est, quòd totū distinguatur à suis partibus, vel non. Quicquid enim de illa sit respondetur, q in toto composito subiectantur accidētia. Si enim dicamus quòd distinguātur partes à toto tanquā res à re aut realiter formaliter, facilè patet quomodo accidentia insint toto, & non partibus. Si verò dicamus, quòd partes & totum nō distinguuntur nisi ratione, etiā facilis solutio adhibetur. Etenim hæc distinctio sola sufficit ad id asserendum. Cum enim ens per accidēs necessariò præsuppenat ens substantiale, in quo subiectetur, & nullæ partes sint entia substantialia & supposita nisi ipsum totum, ideo ei & non partibus accidentia inhærere debēt. ¶ Ad tertium negatur antecedens. Ad probationem, quòd materia prima etiam informata forma substantiali non est ens completum, & supposituū quod requirebatur, ad hoc vt posset esse subiectū accidentium, quæ cum non habeat, deficiunt illi ad id multa necessaria. Ad confirmationē respondetur, quòd illud esse quod habet materia informata, non sufficit ad hoc quòd sit subiectum accidentium, nam ad id requiritur vt sit suppositum existens in actu. ¶ Ad quartum optimè ibi respondetur. Nam materia non est potentia proxima recipiendi accidentia, sed ratio materialis remota tamen. Ad replicam autem ibi cōtra hanc solutionē patet ex dictis quid sit dicendum. ¶ Ad quintum respondetur primo, q dispositio debet subiectari in illo quod disponit mediate vel immediate, & sic poterat explicari S. Tho. in locis in primo argumēto adductis, quando ait quòd aliquādo dispositiones sunt in eodē subiecto, in quo est forma introducenda. Secundò respondetur negando maiorē. Vniuersaliter enim sumpta non habet verū. Nam aliquando sunt dispositiones extra rem quam denominant & disponunt, vt valetudo & corporis dispositio disponit ad actum animi, licēt non sit in anima, & opus cogitatiuæ est dispositio ad actum intellectus licēt non sit in intellectu, vt ait S. Tho. 1. 2. q. 74. art. 4. ad 3. Ad primam confirmationē, quòd licēt præcedant dispositiones in genere causæ materialis, nō tamē simpliciter præcedunt, quia præcedere simpliciter est habere prius esse; præcedere autē in genere naturæ est causare prius. Vnde hæc consequentia neganda est; est prius natura, ergo est prius. Argumētamur enim veluti à dicto secundùm quid ad dictum simpliciter, & à priori tate rationis ad prioritatem essendi, & instatur in forma substantiali, quæ est prius natura quàm totum, siquidem est causa eius, & tamen recipit esse existentiæ à toto. Sed de hoc in quæst. sequēti dicemus plura. Ad secundam cōfirmationem patet ex secunda conclusione. ¶ Ad sextum iam nos in secunda conclusione cōtra quosdam diximus idē esse iudicium quoad subiectū de relationibus, atq; de alijs accidentibus. Etenim licēt sint relationes inter alia accidentia minimæ entitatis, quia tamen sunt alicuius actualitatis & sunt actus & forma subiecti, & materia pura potētia, ita repugnat, imò magis repugnat quòd subiectētur in ea, quàm alia accidentia. Vnde ad sextū argumētū cū omnibus suis confirmationibus. Respōdetur, q ralationes illæ omnes enumeratæ in argumento sunt in composito licet immediate denominent materiam primam, sicut dispositiones absolute subiectantur in toto composito secūdum illos, & tamē immediate denominant materiam dispositam, & actio est in passo & denominat agens. Aduertendum tamen est, quòd confirmationes huius argumenti exposcebant peculiares difficultates, quas non est præsentis loci ad amussim examinare. De eis communiter agitur in. c. de relatione. Vide Son. 5. Met. q. 31. & Ferr. 4. cont. gent. c. 14.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum quantitas & dimensiones tam interminatæ, quam terminatæ sint immediate in materia prima tanquam in subiecto.

PRO parte affirmatiua arguitur primò ex autoritate D. Thom. multis in locis præcipuè in 4. d. 12. q. 1. art. 2. quæstiun. 4. circa finem, & dist. 44. q. 1. art. 1. quæstiun. ad. 3. & quodl. 11. art. 6. ad 2. super Boēt. de Trinit. q. 4. art. 2. & 4. contra Gent. c. 81. vbi ait, q materia vere & realiter subest his indeterminatis dimensionibus; & in lib. 4. cōt. gent. sic ait. Nullum principium essentialium hominis per mortē omninò cædit in nihilum. Nam anima rationalis manet post mortem, materia etiā quæ tali formæ fuit subiecta manet sub eisdem dimensionibus, ex quibus habebat vt esset materia individualis. Hæc S. Tho. Ex quibus patet, q concedit quantitatem immediate inhærere materiæ. Item, nam S. Tho. vbicunque ponit sufficientiam prædicamentorum vt in. 3. Physicorum, & in. 5. Met. cap. de ente inquit, quòd quātitas consequitur materiam & qualitas formam. Si consequitur materiam, ergo non concomitatur formam in generatione rei, sed præcedit eam in materia. Confirmatur. Nam in homine secūdum S. Tho. & veritatem non est alia forma distincta ab anima intellectiua. Tunc sic. Nam quantitas & dimensiones vel consequuntur animam intellectiuam, & hoc non quia fieret extensa, & quanta per accidens, & ex consequēti esset corruptibilis; aut consequitur compositum, & hoc non; quia quod consequitur aliud, posterius est eo ad quod consequitur; quantitas autem non est posterior homine, cum de ratione hominis sit esse substantiam corpoream, ergo consequitur solam materiam, & ex consequenti præcedit formā. ¶ Arguitur secundò. Nam formæ substantiales recipiuntur in diuersis partibus materiæ, sed non possunt in materia assignari distinctæ partes nisi per quantitatem, ergo necessarium est in materia quantitatem præcedere formam introducendam, & sic erit subiectum quantitatis materia. Probo cōsequētiam, quia aliàs quælibet forma substantialis totam materiam informaret & ex consequēti in eodē subiecto essent formæ contrariæ vel tota materia vnicam formam haberet, vel non esset maior ratio quare hæc forma informat hanc portionem materiæ magis quàm aliam; quæ omnia euidenter sunt falsa, ergo. ¶ Arguitur tertiò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertiò. Nam si quantitas & dimensiones istæ non A
subiectarentur in materia, sequitur quòd corpus
fieret ex non corpore; nam sit ex materia nō quā-
ta: consequens est contra Arist. qui. 6. Phys. textu
48. ait, quòd omnis mutatio fit in ente quanto &
diuisibili, &. 3. cœli tex. 29. docet generationē non
posse fieri ex non corpore. ¶ Arguitur quartò.
Nam aggeneratio fit adueniente corporeo, & no-
uā materia, ergo materia est quanta & corporea.
Maior probatur. Nam si tantùm adueniret indiui-
sibile per aggenerationem, nihil fieret maius. In
oppositum est S. Tho. 1. p. q. 76. art. 6. ad secundū. B
¶ Pro intelligentia huius quæstionis explicādum
primò est quid sit dimensio interminata, & quid
terminata, & quomodo inter se differant. Quantū
ad primum sciendum est, quòd quantitas potest
considerari dupliciter: vno modo in ratione dimē-
sionis præcisè abstrahendo & præscindendo eam
à quolibet termino, & sic dicitur dimensio intermi
nata, quia vt sic non habet aliquem terminum.
Quantitas enim nullum certum terminum habet
nisi accedente forma, per quam limitatur ad ali-
quem certum & limitatum gradum. Dicitur verò C
interminata non quòd actu nullum terminum ha
beat, sed quòd si ex se expectetur, nō sit terminata
aut figurata, sed id accidat ei ex formis in materia
existentibus, qua etiam ratione materia prima di-
citur informis non quòd actu nullam habeat for-
mam, cum id sit impossibile, sed quòd si conside-
retur sua ipsius natura, expers sit omnis formæ.
Alio modo potest considerari vt habet aliquem
terminum putà superficiem, & prout est bicubita
& tricubita, & sic de alijs & hoc modo dicitur di-
mensio terminata. Quantum ad secundum dico, D
quòd dimensiones interminatæ non distinguun-
tur à terminatis realiter, sed tantùm ratione. Sunt
enim eadem quantitas secundùm diuersam consi-
derationem. De his dimensionibus si vis scire plu-
ra, vide Sonc. 7. Met. q. 35. &. 8. q. 17. & præcipuè
q. 18. ¶ His suppositis sciendum est secūdò, quòd
conuictus argumētis à nobis positis præcipuèque
secundo &. 3. Commentator in lib. de substantia
orbis. c. 1. & 4. & 1. Physic. comment. 63. tenet, q
dimensiones interminatæ subiectantur immedia-
te in materia prima ita quòd in ea præcedant for-
mam generandam, & quia semper manent cū ma-
teria, nec destruuntur destructa forma, vocat ipse
has dimensiones coëuas materiæ. Et hæc absque
dubio est sententia Commentat. quanuis Sonc. 8.
Met. q. 7. & Iandunus. q. 17. de substantia orbis in
dubium vertant, an id ita senserit Cōmentator. In-
uertunt enim eius sensum & dicunt, quòd quando
ait, quòd manet eadē quantitas, voluit dicere, non
quòd maneat eadē numero semper in materia, sed
tātum secundùm similitudinem. Et sic cōcordare
nititur Sonc. Comment. cum D. Tho. oppositū ta-
men apertè sentit Auerr. scilicet, quòd eadē nume-
ro quantitas inhæret semper materiæ primæ & ita
tribuit illi D. Tho. opusc. de natura materiæ & di-
mensionibus interminatis. c. 4. & in. 4. sent. d. 22.
q. 1. art. 2. quæstiun. 4. Hanc sententiam sic intelle
ctam, sequitur Greg. Ariminensis. 2. sent. d. 12. q.
2. artic. 1. & Ioannes de Bassolis in eadem dist. q. 3.
Aug. Niphus. 8. Met. disputatione. 4. &. 1. de Gene-
rat. c. 9. Paulus Venetus in summa de Generat.
ca. 14. Auicenna verò admittebat etiā istas dimen
siones argumento secundo conuictus vt in præce-
dēti q. art. 2. dicebamus, differebat tamē in hoc ab
Auerroë, q cū dimēsiones istę sint accidētia, puta-
bat nō posse esse in materia sola, quia est potentia,
& ideo ponebat formam corporeitatis, vt esset ali-
quod ens actu, quod posset eas recipere. ¶ Nihilo-
minus tamē cōtra hanc sententiam Comment. est
vnica conclusio. Nulla quantitas neque terminata
neq; interminata est coëua materiæ is separabili-
ter ei inhærens, sed si dantur tales dimensiones si-
cuti omnia alia accidentia subiectantur in toto cō-
posito, & non in materia prima. Ista conclusio est
D. Tho. in. 1. p. vbi suprà, & de Spiritualibus crea-
turis art. 3. ad 18. & de Verit. q. 5. ar. 9. ad 6. & opu
sculo. 32. de nat. materiæ. c. 4. 6. & 7. Et probatur
primò argumentis factis in præcedētibus articulis
ad probādū accidēs nō recipi in materia prima, sed
hę dimēsiones sunt accidētia, ergo nō possunt esse
in materia. Secūdò probatur cōclusio. Subiectum
generationis non occupat locū vt hic dicitur tex.
31. ergo actu nō habet quātitatem. Tertiò. Nulla
quantitas est in genere quin sit in specie, ergo nul-
la quātitas datur interminata. Vide alias tres ratio-
nes ad hāc cōclusionē clarè positas apud Iauellum
in. 8. Met. q. 2. vide etiā M. Soto in. 1. Physic. q. 7.
artic. 1. qui de hac re ibi breuiter & optimè loquit-
tur. Vide etiā Caie. in de ente & essentia quæst. 17.
¶ Ad argumēta in principio facta respondetur, &
ad primum Caiet. vbi modò citatus est, & Capr. in
2. d. 13. q. 1. ad vltimum cont. 2. fol. 173. col. 4. di-
cunt quod postea mutauit sentētiā. Cæterùm ista
explicatio non placet Iauello, quia summa contra
Gent. computatur inter vltima & præcipua opera
D. Tho. atq; tenetur pro testamēto suo, & ita cum E
in hoc opere asseruerit dimensiones manere in ma
teria, dici nō potest quòd in primis operibus vt in
sententijs illam sententiam tenuerit, deinde tamen
melius cōsiderans in vltimis suis operibus vt in. 1.
parte vbi suprà tenuerit oppositum, & standū esse
huic vltimæ determinationi. Quare Ferrara. 4. cōt.
gent. c. 81. & Sonc. 8. Met. q. 18. aliter respōdent,
aiunt enim quòd quando S. Tho. dicit dimensio-
nes esse & manere in materia, hoc ipsum nō dicere
determinate & ex propria sentētia, sed respon den
do argumento infidelium ex his quæ ab eis conce
duntur præsertim à Commentatore quasi velit di-
cere

cere S. Tho. Anima intellectiua manet corrupto A
corpore, eadem materia manet, & eadem numero
quantitas, vt tu concedis, ergo potest idem nume-
ro reparari. Sua igitur responsio procedit ex con-
cessis ab aduersario, & non ex his quæ sunt suæ
opinionis. Et ita (inquiunt isti autores) intelligitur
vbicunque S. Doctor loquitur de ista materia. Cer
tè hæc expositio secunda maximum fundamentū
habet in ipso D. Thom. vt patet legenti. 81. caput
quarti contra gent. & in. 4. distinct. 44. vbi suprà.
Nihilominus tamen neque ista explicatio placet
Iauello, & arguit contra eam, quia in eodem capite B
81. soluens eandem rationem inductam, postquā
dixit de duplici corporeitate, loquens de corporei
tate, quæ non est aliud nisi trina dimēsio, dicit sic;
Et si hæc corporeitas in nihilum redit corrupto
corpore humano, tamē idem homo resurget, quia
corporeitas primo modo dicta, id est, quæ est for-
ma substantialis, & idem est cum anima intellectiu
ua, manet. Hæc S. Tho. Et aduerte, q illa dictio,
etsi non stat conditionaliter, sed pro quanuis, vt
patet, quoniam subinfert; tamen idem homo &c.
Quare videtur in eodem textu sibi contradicere. C
Huic argumento Iauelli respondet Ferrara vbi su-
prà duabus solutionibus, quarum neutra mihi pla
cet. Ego tamen dico, quòd hoc argumentū Iauelli
potius confirmat expositionem secundā D. Tho.
esse optimam, & ad eius mentem, quàm oppositū.
Cuius ratio est, quia S. Tho. vt optimus Dialecti-
cus in locis citatis respōdet argumētis infidelium,
& ex eis quæ ipsi concedunt, licèt falsa sint, & ipse
ita existimet esse; & secundum veritatem. Quare
cum in prima solutione dixit, quòd manebāt eæ-
dem dimensiones, ex concessis ab infidelibus sol- D
uebat eorum argumēta, veritatem catholicę fidei
defendendo ab eorum impietate; cum verò secun-
do loco ait, quòd corporeitas quæ est trina dimen
sio corrūpitur in corruptione hominis, soluit etiā
argumentum secūdum veritatem. Quod quidem
necessario facere debebat S. Tho. Si enim argumē-
tum solùm soluisset tantùm ex cōcessis ab infide-
libus, dubium mansisset: an secundum veritatem
argumentum infidelium concluderet contra fidei
veritatē, & vt huic obiectioni satisfaceret, S. Tho.
miro ordine nō inconsulto vtramque solutionem E
adhibuit. Quare hæc expositio secunda D. Tho.
optima mihi apparet. Ipse tamen in. 8. Met. q. 2.
adhibet tertiam, & dicit quòd quando S. Tho. ait
easdem dimensiones manere, non est intelligēdus
quasi velit dicere, q remanent actu, cum hoc tamē
stat, q non omnino reddantur in nihilum, quoniā
stant in materia vt in radice. Nam ex eo q rema-
net forma corporeitatis vnibilis materiæ, stant po-
tentialiter & radicaliter dimēsiones in materia, si-
cut vegetatiuum & sensitiuum remanet radicali-
ter in anima separata. Hæc explicatio Iauelli est
etiam satis apparēs in doctrina D. Thomæ. Aduer
tendum tamen pro eius intelligētia quòd cum ait
quòd dimensiones remanent in potentia materiæ
non est id intelligendum in potētia naturali, cum
id quod semel corruptum est per nullum agens
naturale possit reproduci, sed quòd remanēt in po
tentia obedientiali materię respectu agentis super-
naturalis. Ita se explicat S. Tho. opusc. 32. cap. 7.
¶ Aliæ duæ confirmationes expostulant, vt expli
cemus illud axioma, quod in ore omnū versatur;
Quātitas sequitur materiam, & qualitas formam.
Quo explicato argumentum solutum remanebit.
Caietanus in. 1. p. q. 7. arti. 3. ait, q dupliciter sumi
potest quantitas. Vno modo secundum id quod
est in ea de actu, alio modo secundùm id quod est
in ea de potentia. Primò modo quantitas sequitur
formam: secundo verò modo materiam. Et quo-
niam plurimum est in quantitate de potētia sicut
in ipsa materia vt patet ex diffinitione quanti. 5.
Met. & non reperitur nisi in rebus habentibus ma
teriam, ideo absolute solet dici, quòd quantitas se-
quitur materiam & non formam, licet etiam for-
mam cōsequatur. Similiter qualitas quia inter om
nia accidentia habet magis de actu, vnde differen-
tias rerum essentiales ait Porphyrius prædicari in
quale quid, ideo absolute dicitur quòd qualitas se-
quitur formam. Aduertendum tamen quòd quan
do dicitur quòd qualitas sequitur formā, & quan-
titas materiam, cum suo sale est intelligendū. Vo-
lunt enim per hoc Metaphysi dicere; quòd quali-
tas sequitur compositum ratione formæ, & quan-
titas etiam compositum ratione materiæ. Ex quo
patet ad duas confirmationes primi argumenti.
Concedo enim, q quantitas consequitur, ad modū D
tamē explicatū, solam materiā, ergo præcedit for-
mā. Nego cōsequentiā, quia vt iamiam dicebamus
non sequitur materiā vt subiectū suū, sed vt ratio-
nem receptiuā. De quo vide si vis plura apud Ia-
uellum in. 8. Met. vbi suprà & Sonc. 8. Met. q. 7. ad
1. & 2. & quæ nos diximus in art. præc. concl. 3. &
Ferr. lib. 3. cont. gen. c. 97. ¶ Ad secundū argumen
tum respondet D. Tho. in. 1. p. q. 76. arti. 6. ad 2. q
dimensiones quātitatiuę sunt accidētia cōsequētia
corporeitatē quæ toti materiæ cōuenit. Vnde ma-
teria iam intellecta sub corporeitate, & dimēsioni-
bus potest intelligi vt distincta in diuersas partes,
vt sic accipiat diuersas formas secūdum vlteriores
perfectionis gradus. Quanuis enim eadē forma sit
secundùm essentiā quæ diuersos perfectionis gra-
dus materię attribuit, tamē secūdùm cōsiderationē
rationis differt. In qua solutione insinuare videtur
S. Tho. quòd materia distincta per quantitatem
sequitur formam, secundùm quod dat esse corpo-
reum, præcedit autem secūdum quod dat vlterio-
res gradus, scilicet, vegetatiuum & sensitiuum &c.
Nam ad hos gradus tantùm in homine requiritur

Universidad de Deusto
Biblioteca

determinatio materiæ. Ista autem solutio non in A
vniuersum vim argumenti euacuat, quia non explicat quomodo diuersæ portiones materiæ sine eo quod præcedat in eo quantitas, sint determinatæ ad has formas & non alias, sed tantùm quomodo materia hominis est determinata, ad hoc quòd in ea sint diuersi gradus ab eadem anima procedentes. Neque vero propter hoc D. Thó. diminutè soluit argumentum. Etenim in illo articulo citato tantùm quærebat quomodo anima intellectiua vnitur materiæ, & ad id satis respondit, explicando quomodo portio quam ipsa informat sit determinata ad diuersos gradus, quos ab ea recipit. Nos verò quia hoc secũdum argumentum videtur esse totum fundamẽtum in quo opinionem suam fundauit Commentator, oportet vt ipsum vniuersaliter soluamus. Quare ad argumentum cõcedo maiorem & minorem, & nego consequentiam. Optimè enim seruatur distinctio in partibus materiæ per quantitatem, ita quòd nõ datur instans in quo materia non sit quanta, dato quòd omnis quantitas quæ erat in materia cum forma corrumpenda, corrumpatur eodem instanti in quo compositum C
corrumpitur, & dato quòd quantitas neque fit coëterna materiæ neque in ea subiectetur, sed in toto composito, imò quòd nec præcedat formam substantialem. Pro cuius intelligentia recolendum est ex. 6. Physic. quæst. 3. M. Soto, quòd res substantiales desinunt esse per primum non esse, ita q est verum dicere; Nunc. v. g. non est equus, & immediate ante hoc erat equus. Et incipiunt esse per primum sui esse, ita quòd est verum dicere; Nunc est equus, & immediatè ante hoc non erat equus. Sciendum secũdò, quòd in eodem instanti in quo D
desinit esse substantiale rei, ex consequenti & per naturalem sequelam desinit omne esse accidentale eius, quoniam esse accidentis supponit esse substãtiæ, sicut accidens supponit substantiam. Similiter in eodem instanti, in quo incipit esse rei substãtiale, incipit etiam omne eius esse accidentale naturaliter sequẽs esse substantiale, sicut risibile rationale sequitur, quod etiam intelligendũ est de omnibus alijs accidentibus, quæ requiruntur ad substantiæ optimam conseruationem: ita vt quãdo est verum dicere; Nunc nõ est equus, & immediatè ante hoc E
erat equus: sit verum dicere; nunc nõ sunt accidentia neque quantitas equi, & immediate ante hoc erant, & nunc est equus & immediate ante hoc non erat equus, ergo nunc est quantitas, & alia accidentia naturaliter consequentia formam equi, & immediate ante hoc non erant. Dixi autem hic naturaliter consequẽtia, quia alia accidẽtia quæ neq; naturaliter consequuntur formam rei generandæ, nec simul cõproducuntur ad eius productionem, non est necesse vt incipiant per primum sui esse, quinpotius incipiunt per primum non esse, ita vt

sit verum dicere; Nunc non est calor. v. g. & immediate post hoc erit calor. De his duobus fundamẽtis & eorum rationibus, quæ ab omnibus in philosophia necessario admitti debẽt vide M. Soto vbi suprà. Quibus suppositis dico, q cũ in aliqua parte materiæ est introducenda forma substantialis toto tempore præcedẽte instans introductionis materia est quanta quantitate quę est cum forma abijcienda, in vltimo instãti illius temporis, quod est instans introductionis formæ generandę, est quãta quantitate concomitante formam generãdam. B
Nam in eodemmet instanti forma corrumpenda & sua quantitas habent primum sui non esse, forma vero generanda & sua quantitas habent primum sui esse, ita vt in eodem instanti in quo est verum dicere; Nunc nõ est forma. v. g. aëris & eius quantitas, sit verum dicere; Nunc est forma aquæ & eius quãtitas. Atque cum interrem corruptam & genitam & earum quantitates nihil mediet neque tempus neque instans, satis clarè patet quomodo nullum potest signari instans, in quo materia non habeat quantitatem & non sit per eam determinata, licèt neque quantitas subiectetur in materia neque sit ei coëua, sed corrumpatur ad corruptionem compositi. Quapropter ad argumentum vt dicebamus concessa maiori & minori negatur consequentia, ad probationem autem nego quòd aliquid eorum sequatur, quia non datur instans in quo materia non sit diuisa in partes quantitatiuas, vt exposuimus. Hæc est solutio optima & notanda, & eam sequitur Iauellus in. 8. Met. q. 2. & Herueus in quæst. de pluralitate formarum, vt ibi refert idem Iauellus. ¶ Sed pro eius maiori intelligentia arguitur contra eam triplici medio. Primò, quia ex hac solutione sequitur, quòd duæ formæ disparatæ & specificæ, & duæ quantitates eiusdem speciei sint simul pro eodem instanti in materia, consequens autem est impossibile, ergo. Probatur sequela, quia dicimus q in eodem instanti in quo forma præcedens & sua quantitas corrumpuntur: sunt in materia forma subsequens & eius quãtitas. Quod autẽ corrũpitur est, non enim est corruptio nisi entis existentis, ergo forma corrumpenda & generanda sunt in eodem instanti in materia.
¶ Secundum est. Nam difficile est explicare, à quo corrumpatur quantitas formæ corruptæ, & si illa desinit à quo noua generetur. ¶ Tertium est. Nam in eodem instanti prius natura introducitur forma in materiam quàm quantitas, tum quia forma substantialis præsupponitur ad accidentales, tum quia substantia prior est natura accidente ex. 7. Metaphysicor. textu. 4. Tunc sic. Materia in illo priori vel est quanta, vel non. Si non, tunc restat soluere argumentum principale. Neque primum potest dici. Nam non est quanta quantitate formæ quæ corrumpitur, quia illa iam amplius

non

non est, vt in solutione dicebamus; neque quanti- A
tate sequente formam, quæ generatur; quoniam ipsa est prior natura sua quantitate, ergo ad seruandam distinctionem materiæ ponenda est quantitas inseparabilis, quæ subiectetur in materia. ¶ Ad primum nego sequelam. Ad probationem, quòd illa maxima verificatur sumẽdo alterationem pro alteratione præuia ad non esse, si autem sumatur pro desitione rei in vltimo instanti terminante alterationem sic est falsa. Sic enim exponitur hæc propositio. Res permanẽs corrũpitur, ergo, nunc non est, & immediatè ante hoc erat. ¶ Ad secun- B
dum dico, quòd quantitas præcedẽs corrumpitur ab ipso corrumpente præcedens compositũ. Nam accidentia ad corruptionẽ subiecti, quod est compositum, corrumpuntur. Noua autem quantitas producitur ab eodem agente, qui producit compositum. Sicut enim calor & albedo & reliqua accidentia educuntur de potentia subiecti, in quo non erant, ita & quantitas. De quo multa dicemus in quæstione sequenti arti. 2. ¶ Ad tertium Iauellus vbi suprà dicit, quòd in illo priori materia illa
est diuisa ab alia non per quantitatem quam ha- C
bet, sed per quantitatem extrinsecam quam non habet, ita vt diuersitas consistat penes habere & non habere quantitatem. Nam aliæ partes materiæ habent quantitatem, ipsa verò in illo priori nõ habet. Sed hæc solutio est falsa. Nam si ponamus in eodem instanti introduci duas formas in duas partes materiæ, vt sæpissimè contingit, illæ partes inter se distingui non possent, quia non per quantitatem, neque penes habere & non habere illam, cum vtraque careat quantitate, ergo. Confirmatur. Prior natura est distinctio substantialis quàm
accidentalis, ergo in illo priori naturæ non distin- D
guuntur substantiæ per accidentia nec per quantitatem. Quare aliter respondetur, & primo dico, quòd licèt in quolibet instanti temporis vna pars materiæ sit ab alia distincta per quantitatem, tamen loquendo de prioritate naturæ non distinguuntur per quantitatem, sed per ordinem ad formam substantialem & quantitatem, quatenus hęc pars & non alia est capax harum formarum, & huius quantitatis. Secundò respondetur & melius, quòd sufficit formam introduci in distinctas par- E
tes materiæ, in eodem instanti temporis quo introducitur, licèt non sint distinctæ in illo priori naturæ quo nos intelligimus formã quantitatem præcedere, quia illa prioritas non est prioritas in quo, sed quia, vt iam suprà articulo præcedenti ad primam confirmationem quinti argumenti exposuimus, quod amplius etiã declarabitur in sequẽti quæstione, cum disputemus de præcedentia dispositionum. ¶ Notandum tamen hic, quòd S. Tho. in opusc. 32. de natura materiæ cap. 5. aliter soluit argumẽtum principale, & optimè. Dicit enim quòd

forma substantialis non tantùm tribuit materiæ esse, sed etiam materia per illam sortitur diuisionẽ. Vnde huic virtuti distinctiuæ quæ est in forma debet correspondere in materia potentia quæ per ordinem ad ipsas formas distinguatur, quæ potentia nihil aliud est, quàm diuersæ portiones materiæ quæ ideo sunt diuersæ, quia receptiuæ diuersarum formarũ. Neque enim, inquit, tam amplam capacitatem habet hæc portio materiæ ad formas recipiendas, quàm materia in sua vniuersalitate, quia nec tot formæ nec tanta quãtitas potest educi de hac parte materiæ per agens naturale, quot & quanta de tota sua vniuersalitate. Exemplificatque de minimo ignis, de cuius materia sursum sumpta nulla alia forma educi potest. Vnde illa portio non habet tantam capacitatem quantam tota materia. Ex his potest ad argumẽtum negari minor. Hæc enim diuisio fit non per quantitatem, sed per ordinem ad diuersas formas. De quo vide quæ diximus suprà quæstione præcedenti arti. 2. in solutione argumenti vltimi. ¶ Ad tertium principale respondetur primò, nego sequelam, quia vt patet ex dictis ad secundum; licèt quãtitas non sit coëua materiæ neque in ea subiectetur, nullum datur instans, in quo materia non sit quanta vel quãtitate formæ corruptæ vel genitæ. Respõdetur secundò distinguendo consequens si ex dicat habitudinem termini à quo nego sequelam. Illud enim quod corrũpitur in generatione corporis, & erat terminus à quo, erat etiam corporeum, & isto modo intelligitur Arist. 3. de cœlo. Si ly ex dicat habitudinem causæ materialis, concedo sequelam, fit enim ex materia quæ secundum se est actu indiuisibilis licèt sit diuisibilis in potentia, & sic intelligitur Aristot. 6. Physi. licèt verius sit ipsum ibi loqui de motu locali. Imò verò hoc est necessarium in omni mutatione, tam accidentali, quàm substantiali, vt res quæ generatur fiat ex re quæ ipsa non est actu sed in potẽtia, sicuti album fit ex illo quod non est actu album, sed in potentia & equus ex illo quod non est actu equus, sed in potentia, ita etiam corpus fit ex non corpore actu, & corpore in potentia, & quantitas ex non quãtitate in actu, & quantitate in potentia. Quod si contra hoc dicas quia vt nos diximus ad secũdum semper quantitas concomitatur materiam etiam si illi non sit coëua, sed ad corruptionem subiecti corrumpatur, & noua generetur, ergo quantitas fit ex quantitate actu, & non in potentia. Ad hoc respondetur notando ex primo Physicorum tex. 76. quòd dupliciter aliquid contingit fieri, scilicet, per se & per accidens. Et vt ibi dicitur: illud fit per se, cuius ratio immediate ante hoc non fuit. Illud verò fit per accidens, cuius ratio immediate antequam fieret, erat. Exemplum primi, quando coloratum fit ex nõ colorato. Exemplum secundi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando ex nigro fit coloratum, quia fit album. In nigro enim præerat coloratum. Et ratio huius differentiæ assignatur ibidem optima, scilicet, quia nullum agens per se intendit facere id quod est, sed id quod non est vt sit. Quantitas ergo quia semper necessariò cõcomitatur res materiales, ideo nunquam per se, sed semper per accidens fit. ¶ Ad quartum nego consequentiã. Ad hoc enim quòd aggeneratio & augmentatio fiant adueniente aliquo corporeo satis fuerit, vt in omni instanti habeat quantitatem sine eandem semper coëuam siue aliã denuò aduenientẽ. Et hæc de hac quæst.

CIrca easdem conclusiones & textus est alia quæstio solẽnis; Vtrum accidentia quæ erant in genito, eadem sint in corrupto, & non fiat resolutio vsque ad materiam primam. Quam quæstionem duobus articulis absoluemus, in primo disputabo; Vtrùm resolutio fiat vsque ad materiam primam, & in secundo; Vtrùm eædem dispositiones maneant in genito, quæ erant in corrupto. Vbi de natura & necessitate dispositionum quæ requiruntur ad introductionem alicuius formæ Deo adiuuãte exactè tractabo.

QVÆSTIO X.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm eadem accidentia quæ erant in genito, eadem sint in corrupto, id est, Vtrùm in generatione fiat resolutio vsq; ad materiam primam.

PRO parte affirmatiua arguitur primò ex autoritate Arist. qui in hoc capite cõclusione, 5. videtur id expresse asserere. Ait enim quòd quando ex aere fit aqua: manet eadem diaphaneitas, ergo idem accidens secundum Arist. manet in genito & in corrupto, & sic nõ fit resolutio vsque ad materiam primam. Deinde, nam hoc etiam videtur tenere S. Tho. in. 3. parte quæst. 9. articu. 3. ad secundum, vbi expresse ait, quòd calor qui disponit materiam ad recipiendam formam ignis, adueniente forma remanet quasi quidam effectus talis formæ, ergo. Auerrois quoque in libro de substantia orbis capite. 1. non longè à principio dicit non solum dimensiones interminatas, quas simplices vocat, remanere easdẽ in genito, sed vniuersaliter qualitates omnes communes genito & corrupto, ergo. ¶ Arguitur secundò, nam si non maneant eadem accidentia in genito & in corrupto, sequitur quòd calor destruat calorem & ignis destruat effectum, quem magno labore induxerat, consequens autem est falsum, quia simile non corrumpitur à suo simili, ergo. Sequela autẽ probatur. Nam ad aduentum caloris vt octo & formę substantialis ignis definit esse calor antecedẽs, qui erat effectus ignis, ergo. Confirmatur. Nam sequeretur quòd daretur effectus à nulla causa efficienti productus. Probatur sequela. Cum bos aut homo gladio interijt, manet calor maximus, qui verè est effectus, cuius non dabis causam. Nam non est aer circunstans cum sit frigidus, neque est intersector, vt de se patet cum nec sit ita calidus, nec gladius similiter eadem ratione, ergo. Quod amplius patet si homo moreretur ex frigore, in cuius visceribus post mortem manet calor. Tunc certè non appareret à quo producatur talis calor in illo cadauere. Nam frigiditas non habet virtutem producendi calorem, neque consequenter mediante forma: tum quia talis calor non est effectus aut dispositio ad illam necessaria, tum quia calor ille magis repugnat formæ cadaueris, quàm eam sequatur, cuius signum est, quia sub forma cadaueris ad corruptionem tendit, ergo cum non sit aliud agens, vel erit idem numero calor qui ante, aut aliquis effectus erit sine aliquo agente. Neque valet dicere, quòd ideo manent illæ qualitates, quia agens non fuit tanti vigoris, vt illas numero & specie corrumperet, & ideo manent eædem nõ numero sed specie. Nam qui corrumpit in diuiduum, consequenter etiam corrumpit speciem in eo existentem, si ergo calor ille numero corruptus est, etiam in specie corruptus est. Cõfirmatur secundò. Nam cum res aliqua occiditur comparent in re mortua quidam motus, & palpitatio partium ipsius, imò saltare caput aliquorum abscissum ab humeris legimus, ergo illi spiritus qui erant in re mortua erant spiritus rei viuentis. ¶ Arguitur tertiò. Nam in cadauere, vt experientia constat, manet eadem albedo, eadem cicatrix, eadem figura, eadem dispositio partium, quæ fuerant in viuo, ergo. Consequentia patet, & antecedens probatur. tum quia id ita omnes iudicant; Quis enim dicat, quòd quãdo abscinditur ramus. v. g. non habeat eandem viriditatem, quàm antea, & quòd pomum nõ habeat eundem saporem & colorem, quando in arbore est, atque quando ab ea separatur? tum etiam ratione. Quia illa accidentia non potuerunt de nouo produci à generante formam cadaueris ex intentione, cum hoc non intendat, neque per modũ sequelæ, quoniam qui dat formam, dat tantùm ea quæ necessariò consequuntur ad formam vt proprietates, ista autem accidentia non sunt proprietates formę cadaueris, ergo non producuntur de nouo.

Quòd si ad primam probationem dicas, quòd sensus fallitur iudicans eadem esse accidentia in genito & in corrupto, atque ita quòd debet corrigi ab intellectu. Contra. Quia sensus non fallitur circa

circa proprium sensibile, si sit in debita distantia, & medium non sit impeditum, & organum sensus non fuerit debilitatum, sed sensus in casu argumenti cum his omnibus conditionibus iudicat eadem esse accidentia rei mortuæ atque rei viuæ, ergo. Deinde. Nam per eandem numero speciem qua actuatur visus in instanti mortis videt colorem cadaueris & viuentis. Non enim credibile est, quòd in illo instanti nouæ species protẽdantur, & definant esse priores, tum quia id frustra esset, cũ per primam speciẽ videri optimè posset color rei mortuæ, cum tamẽ natura nihil frustra faciat: tum etiam quia illa visio non esset continua, si quidem causaretur à duobus principijs, scilicet, à duabus speciebus numero distinctis, quod tamẽ est cõtra experientiam & veritatem. Non enim mea visio interrumpitur, quando ego video Petrũ viuum, & postea succesiuè eius cadauer. Ac tandem, quia ex illa solutione sequitur, quòd eadẽ numero visio terminetur ad diuersa obiecta adęquata. Probatur sequela, nam cum ego video Petrum, si subito moriatur, possum ego continuare visionem, & tamen albedo Petri viui & mortui diuersa est, ergo obiectum adæquatum eiusdem visionis diuersum est. ¶ Neque verò ad secundam probationem dici potest, quòd illa accidentia corrumpuntur cũ forma præcedenti, & alia de nouo producuntur in instanti introductionis formæ genitæ. Primò quidem, quia sequeretur, quòd accidentia producantur in instanti, quod tamen est impossibile, quia per alterationem, & si id ita esset, daretur primum alteratũ esse in motu alterationis, quod est contra ea quæ in principio huius capitis diximus quæstione. 2. Deinde, si id ita est, quæ est causa, quare semper accidentia similia & quæ eadem videantur, producantur in cadauere, & non alia dissimilia, cum ista non sint dispositiones ad formam cadaueris. Ac tandem, quia licèt id de albedine, ac calore, & huiusmodi dici posset, qua tamen id ratione dici possit de animali, cuius dispositiones sunt tot organa, tot temperies particulares membrorum non video. Quis enim credet, quòd destruuntur omnes adueniente anima, & in instanti producuntur aliæ? sequitur enim quòd illæ frustra præcesserũt, sat enim fuit animam producere, cum istæ organizationes & instrumenta nullo modo tendant contra formam seminis, ergo profectò manent eadem adueniente anima, ad ipsiusque aduentum persiciuntur. ¶ Arguitur quartò ex mistionibus in quibus formæ herbarum, lapidum & ipsorum simplicium pereunt, tamen virtutes manent, & qualitates inducentes eosdem effectus, quos ante. Propterea enim applicantur infirmis, vt virtus herbæ prosit, & ideo illa virtus dicitur naturalis, quæ tamen non esset, si diuersa existant ab illa. Neque valet dicere, quòd iterum de nouo producuntur similes virtutes, quia nõ est agẽs quod possit tales producere. Qua enim ratione posset contundens producere ex his herbis, quare non ex alijs rebus quas de nouo producit? Non ergo credendum est, sed quòd manent ipsæ eędem qualitates. ¶ Arguitur quintò. Omnia accidentia præcedẽtia corrumpuntur, ergo materia manet indifferẽs ad omnem formam in instanti corruptionis, quod est falsum. Probatur sequela. Determinatio materiæ ad formam fit per illa accidentia, ergo corruptis accidentibus non manet talis determinatio. Probatur consequentia, quia ablata causa aufertur effectus, maximè si effectus æquiuocus est. Neque valet dicere, quòd magis introducitur ista quàm alia; quia ratione præcedentium accidentium materia necessitatur, & manet appropriata magis ad hanc quàm ad illam formam. Nam hæc appropriatio manet & est quoddam accidẽs, ergo iam aliquod accidens manet. ¶ Arguitur sexto. Si forma prius natura est introducta in materia quàm vllum accidens, peto vel illa forma est singularis vel non. Si non, ergo non est producta; est enim productio singularium. Si ergo est singularis, ergo non indiuiduatur à materia signata. Nam in illo priori est singularis, & tunc materia non est signata, quia nõ habet quantitatem neque alia accidentia, ergo. Hoc argumẽtum videtur quibusdam magni ponderis contra Thomistas, qui tenent non esse accidentia nisi in composito; dicunt enim alibi indiuiduationem formæ esse à materia signata, & determinata cum tamen hæc duo incompossibilia inter se videantur. ¶ Arguitur septimo, & probatur peculiariter, quòd maneat eadem quantitas, & eædem dimensiones in generato, quæ erãt in corrupto. Nam non potest assignari à quo possit corrumpi quantitas lapidis dum corrumpitur lapis, quoniam vel corrumpitur à suo contrario, & hoc non, quia quantitati nihil est contrarium: vel concomitanter, putà quia corrumpitur forma lapidis, & ex consequenti eius quantitas corrumpitur, & hoc non est necesse, quia licèt non possit introduci alia forma in materia nisi præcedenti remota, tamen quantitas non obest, quin alia forma introducatur, imò confert, vt recipiatur forma in materia distincta à quacunque alia materia; sicut quando generatur ignis ex aëre, nõ est necesse qualitatem symbolicam corrũpi, ergo. ¶ Arguitur octauò & vltimò. Nam alias sequitur quòd forma introducatur in materiam non dispositam. Nam illo instanti non manent aliqua accidentia, ergo neq; materia dispositia. Debet enim disponi per accidentia, consequens autem est falsum, ergo. ¶ Pro intelligentia huius quæstionis aduertendum est primò circa eius titulum, quòd quando quærimus; Vtrũ in generatione fiat resolutio vsq; ad materiã primã, nõ quærimus, an post rei corruptionẽ ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

neat materia nuda carens omni forma. Hoc enim implicat; semper enim est materia sub aliqua forma, ita quòd recedente vna aduenit alia de nouo, qua corrupta ei iterum succedit alia. Quod igitur quærimus est, an cum aliquid corrũpitur, & aliud loco eius generatur, semper enim vt ex supradictis patet, generatio vnius est corruptio alterius, an inquam, tunc aliquid quod erat in corrupto, maneat in genito. v. g. cum aër generatur ex aqua, an in aqua solum maneat materia prima, quæ erat in aëre, an verò aliquid aliud. Rursus in hoc titulo sic explicato duplex inuoluitur quæstio. Prima quidem; Vtrùm in generatione fiat resolutio quoad formas substantiales vsque ad materiam primam, id est, vtrùm in re quæ generatur, maneat aliqua forma substantialis, quæ erat in re corrupta. v. g. cum cadauer generatur ex homine, vtrùm in cadauere maneat aliqua forma substantialis, quæ antea fuerat in homine. In quo sensu quæstioni aliqui respõdent affirmatiuè vt Auicenna & Scotus, qui existimant formam corporeitatis quæ erat in re corrupta, manere eandem in re genita. Alij etiam qui ponunt pluralitatem formarum substantialiũ in eodem composito, idem reputant verũ. De his tamen in superioribus latissimè egimus. Vbi vide, quæ diximus ibi. Nam in præsenti id vel non, vel saltim leuiter attingemus. Secunda quæstio est, Vtrùm supposito quòd fiat resolutio quoad substantiales formas, vtrùm idem contingat quoad accidentales, id est, vtrùm in re quæ generatur maneat aliqua qualitas, dispositio vel quantitas vel aliquod aliud accidens, quod erat in re corrupta. V. g. cum cadauer generatur ex homine, vtrùm figura & color qui apparent in cadauere, sint eadẽ figura, & idem color, qui erant in homine. Ad quã quæstionem omnes supradicti autores, qui asserũt accidentia subiectari in materia prima, etiam cõsequenter asserunt aliqua accidẽtia corrupti manere in re genita. Pro quo aduertunt accidentia esse in duplici differentia, quædam enim sunt communia genito & corrupto, quædam propria vni. Semper enim genitum & corruptum specie aut genere differunt. Nunquam enim vnum primò in aliud eiusdem speciei corrumpitur, sed in alterius, vt homo in cadauer, ignis in aerem, aër in aquam, & idẽ in omnibus. Vnde accidentia propria speciei (inquiunt isti) corrumpuntur, at quæ generica sunt, & communia aliquo modõ, nec contrariũ habent in genito, nihil vetat eadem manere. V. g. cum aër generatur ex aqua, quia humiditas & transparentia aquæ est communis ipsi & aëri, nihil inconuenit quòd eadem numero humiditas & transparentia maneat in vtroque. Cum autẽ ex igne fit aqua, quia caliditas est in igne, disconuenit naturæ aquç quæ generatur, forma ipsius substantialis eam expellit vt sibi inimicam, & oppositam ad sui conseruationem inducit; perinde atque rex occupata vrbe eius indigenas partes suas tuentes seruat incolumes, nec emigrare cogit, inimicos verò & sibi aduersos trucidat, aut expellit. Hanc opinionẽ sequitur præter autores supracitatos tanquam probabiliorẽ in hoc loco nouus ille autor, cuius iam sæpè mentionem fecimus. Dicit enim aliquando fieri resolutionem vsque ad materiam primã vt quando palea comburitur: aliquando vero non fit hæc resolutio, vt quando homo moritur. Isti tamen autores omnes maximè errant in philosophia sensuũ iudicio magis quàm rationi innitentes, cum enim vident similia accidentia in corrupto cum his quæ erant in genito, existimant esse eadem. Commentator verò Auerrois vbi citatus in quæst. præcedenti artic. 3. licet putet, quòd dispositiones, qualitates & alia accidentia corrũpantur ad corruptionem formæ, quarum loco aliæ de nouo succedũt, id tamen non putat verum de quãtitate, & dimensionibus interminatis. Existimat enim has esse coëuas materiæ ipsíque inhærere, ac per cõsequens nunquam corrumpi, sed easdem numero & specie manere in genito & corrupto. Aliqui verò eius discipuli non solum id dicunt de quantitate: sed etiã de alijs omnibus accidentibus asserunt, vt refert Caietanus in q. 17. super de ente essentia. Quod enim Commentator expresè distinxit de dimensionibus, scilicet, quasdam esse interminatas, quasdam terminatas, idem similiter ipsi distinguunt de omnibus alijs accidentibus in vniuersum. Aiunt enim accidentia quædam esse interminata, quædã terminata. Vocant accidentia interminata essentias accidentium absque termino; accidentia verò terminata easdem essentias vt habent aliquem certum gradum vt quinque vel sex. Dicunt igitur q̃ manent eadem accidẽtia interminata in genito & in corrupto, non vero accidentia terminata. ¶ In hac re est prima conclusio respondens primo sensui quæstionis. In re quæ corrumpitur fit resolutio vsque ad materiam primam quantùm attinet ad formas substantiales. Itaque nulla forma substantialis rei corruptæ manet in re genita. Hæc cõclusio probatur primò autoritate Arist. in hoc capite qui ait, quòd generatio est mutatio huius totius in hoc totum nullo manente subiecto sensibili; si autem permaneret eadem forma substantialis corrupti in genito maneret cum suis accidentibus ipsam consequentibus, ergo maneret subiectum sensibile. Et probatur secundò ratione. Nam corruptio alicuius substantiæ fit per separationem formæ à materia, sed non est nisi vnica forma in composito, vt patuit suprà, ergo nulla substantialis forma manet in genito, quæ fuit in corrupto. Maior patet. Nam corruptio est mutatio de non esse ad esse, sed formæ primò & per se conuenit esse tanquam causæ formali, ergo illa à materia separata fit corruptio. Consequentia verò prima probatur, quia si tantùm est vnica forma in composito, & corruptio non fit nisi per separationem formæ à materia, ergo nullo modo eadem forma in genito & in corrupto potest manere, aliàs non separaretur forma à materia, sed maneret in ipsa, & sic non esset corruptio. ¶ Secunda conclusio respondens secundo sensui quæstionis. In re quæ corrumpitur fit resolutio vsque ad materiã primam etiã quoad formas accidentales, ita quòd neque aliqua qualitas, neque quantitas, neque aliquod aliud accidens corrupti maneant idem numero in genito nec secundùm esse completum neque incõpletum, sed omnia cum composito in quo erant corrumpuntur, & alia de nouo loco eorum generantur. Ista conclusio probatur primò Aristotelis autoritate in præcedenti cõclusione adducta. Nam si manẽt eadem accidentia, sequitur quòd manet aliquod subiectum sensibile, & sic falsum erit dicere, quòd generatio est mutatio totius in totum nullo manente subiecto sensibili. Sequela patet. Nam omne quod accidentia sensibilia habet, sensibile est. Præterea 1. Physic. & 5. & vbique probat generationẽ fieri in subiecto in potentia & non in subiecto in actu. Idem tenet D. Tho. tract. de formis. q. 6. & 4. sent. dist. 11. q. 1. art. 1. quæstiun. 3. ad 4. & in hoc 4. cap. lect. 9. vbiipse D. Thom. mouet hanc quæstionem. Vide Capr. 2. dist. 15. in argumentis contra tertiam conclusionem. Et ratione probatur primò. Nam accidentia non subiectantur in materia prima, sed in supposito & in subiecto completo, sed in corruptione non manet idem subiectum, & suppositum, sed corrumpitur, ergo nec manẽt eadem accidentia, aliàs migrarent de subiecto in subiectũ. Maior suprà probata fuit quæstione sequẽti. Minor probatur inductiuè, vt quando aqua corrumpitur & sic in alijs. Secundo. Nam vt inquit Arist. ca. de subst. & 5. Met. tex. 15. destructis primis substantijs impossibile est aliquid manere, sed quando corrũpitur aqua ista particularis, corrũpitur prima substãtia, ergo. Maior præter autoritatẽ Arist. probatur. Nam secundæ substantiæ & accidentia sunt in primis substantijs, ergo corruptis ipsis omnia corrumpuntur. Tertiò. Accidentia induiduãtur à subiecto, sed genitum & corruptum sunt diuersa subiecta, ergo & ipsa accidentia. Omnes has rationes soluit Marsi. in. 1. de generatione vbi suprà cuius solutiones sequitur nouus ille autor. Ad primum enim ex Arist. dicunt, quòd generatio est mutatio totius in totum nullo manente sensibili subiecto totali, & quanuis maneat materia prima cum accidentibus, non tamen manet totum subiectum sensibile completum. Sed contra. Nam si materia prima habet esse accidentale, ergo habet prius esse substantiale. Nam esse tale supponit esse, sed non habet esse substantiale corrupti, quia iam non est, ergo. Item nam esse accidentium prouenit ab esse substantiali, sed fuit corruptum esse substantiale, ergo & esse accidentium quod ex alio esse causabatur. Reliquæ solutiones quæ à præfatis Doctoribus assignantur euidenter ex dictis hìc & præcedenti quæstione soluuntur & impugnantur, quare non est necesse eas particulariter referre. Vltimò tamẽ probatur cõclusio. Nam quando ex igne fit aer, calor ignis est intensior, & aëris minus intensus, ergo oportet quòd si manet in aëre, quòd non maneat ita intensus, ergo corrũpitur aliquis gradus, & cum non sit maior ratio de vno quàm de alio, omnes corrũpuntur. ¶ Ad primum argumentum, & primò ad primam autoritatem Arist. respondetur quòd vult dicere quòd manet eadem diaphaneitas vel transparentia non numero, sed specie vel genere. Vide aliam solutionem in D. Tho. hìc. Ad locum D. Tho. ex 3. parte respondetur, quòd loquitur de simultaneo calore, vt patet, quia dicit eum esse effectum formæ, & distinguit inter dispositiones præuias, & eas quæ sunt simul cum forma perfecta. Alia autoritas Auerrois postulat, vt explicemus quid de hac re ipse senserit. Etenim in hac parte etiam sunt diuersæ sententiæ. Nam Sonc. 8. Met. q. 9. vt nos etiam in principio huius quæstionis dicebamus, putat quòd licet existimauit Commẽtator manere easdem dimensiones, id tamen nõ sensisse de alijs accidentibus & dispositionibus. Cui sententiæ videtur fauere Ioannes de Ianduno super libro de substantia orbis. cap. 1. Augustinus tamen Niphus ibidem & in hoc cap. 4. aliter existimat dicendum esse de mẽte Commentatoris. Pro quo dicit, quòd accidentia sunt in multiplici differentia; Quædam enim sunt cõmunia omnibus generatim tam videlicet mistis, quàm simplicibus vt dimensiones quæ possunt considerari vt interminata vel vt terminata. Vt quidem interminata insunt quidẽ compositis, sed ratione materiæ & ideo sunt coëterna materiæ à quibus nunquam materia expoliatur, quoniam sunt omnibus symbola, hoc est, communia. Vt verò terminata sunt, insunt compositis, sed ratione formæ; propter quod hac ratione nõ sunt materiæ coëterna. Quædam sunt communia mistis tantùm, vt albedo & nigredo, & id genus, quæ quidem vt intermina sunt quidem in misto, sed ratione elementariæ materię, vt verò terminata sunt in misto, sed ratione formæ misti, quæ non sunt simpliciter materiæ coëternæ, sed tamdiu permanent, quandiu eorum fundamentum permanet vt mistio & proportio elemẽtaria; qua resoluta mox corrumpuntur. Quædam verò cõmunia sunt tantùm simplicibus siue omnibus vt fortè raritas, siue pluribus vt diaphaneitas, siue duobus vt caliditas aëri & igni, quæ vt interminata elementis quidem insunt, sed ratione materiæ primæ, vt verò termi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nata elementis quidem insunt, sed ratione materiæ primæ, vt verò terminata insunt elementis sed ratione formæ elementariæ. Hęc tamdiu permanēt, quamdiu symbolum, siue communio subiectorū permanēt. Si enim ex igne aër fieret, caliditas permaneret, & diaphaneitas quia restat symbolum; at vbi ex igne terra fieret, proculdubio omnino caliditas & diaphaneitas corrumperentur, quia non symbolum succederet, sed contrarium. Quædam verò sunt propria vni speciei, & cuilibet individuo eiusdem tantum, vt risibile homini, & idem genus. Hæc omninò insunt compositis & ratione formę. De accidentibus igitur (inquit iste autor) simpliciter symbolis siue communibus omnibus tam mistis, quàm simplicibus, non est dubitandum, quòd illa vt interminata manent eadem in generato & corrupto, imo sunt coëterna materiæ, quoniam vt sic non habent cōtrarium. Similiter vbi essent aliqua accidentia symbola omnibus simplicibus tantùm, illa essent similiter materiæ coëterna, & remanerent eadē in generato & corrupto, à quibus materia nunquam denudaretur. Et hoc putat apud Auerroim manifestum, quādo generatum & corruptum sunt symbola, hoc est, quòd conueniant in eadem mistura, quæ est fundamentum accidentis, illa manent eadem numero in generato & in corrupto, vt quando ex viuo fit cadauer. Apud eum enim remanet eadem mistio non tamen punctualis, quia adhuc staret vita, & ideo eadem albedo manet & id genus. At quando mistum resolueretur in principia, tunc talia non permanerēt, quia ablatum esset iam fundamentum eorum, & ideo eiusmodi accidentia non sunt materiæ coëterna, nisi tamdiu quamdiu durat mistio sub tanta proportione sub quanta potest esse fundamentum illorum. Hæc concedit (inquit Niphus) Auicenna primo suæ sufficientiæ. c. 7. de cicatrice, quam restare ait in cadauere. Vbi tamen accidentia sunt propria, illa desinunt definente forma, incipiuntq; ea incipiente. Hæc dicit iste autor, & putat esse de mente Commen. Quicquid tamen sit de illis, (quę quam veritatem habeant, facilè ex dictis constat) id tamen certum est in via Auerrois dimensiones interminatas inesse materię & esse illi coëternas, & coëuas, & in illis non fieri resolutionem vsque ad materiam primam. An tamen idem etiam de alijs accidentibus senserint, parum ad nos attinet, & id examinare nihil vtilitatis habet. Qui totos dies & totas noctes eius libros versant, id inquirere poterunt: nobis verò qui magis veritatem quàm quid alij senserint inquirere semper in animo fuit, hæc dixisse de aliorum sententijs sufficiat. ¶ Ad secundum respōdetur primò, quòd calor per se nō corrumpit calorem, sed subiectum in quo est calor, ad cuius corruptionem consequenter & per accidens corrumpitur calor. Itaque calor præcedens, & simultaneus cum forma ignis idem per se intēdunt vt dispositiones sunt, scilicet, destruere formam tabulæ, vt ignis generetur. Et hinc intelliges, quomodo stat aliquod accidens intendere corruptionem subiecti in quo subiectatur, & à quo recipit esse, si non sit proprium illius. Nam calor existens in tabula vel in aqua, quia deseruit igni, & est instrumentum illius à quo recipit virtutem & efficaciam calefaciendi, per se intendit generare ignem, quod cædit in destructionem tabulæ, quæ tātùm ad illam operationē cōcurrit vt sustentans quod, licèt non vt dans virtutem & operationem illi accidenti, quia non est eius subiectum proprium. De quo iam diximus in quæstione præcedenti arti. 1. Respondetur secundò pro quo est notandum, q̄ accidens potest quadrupliciter corrumpi. Primò per alterationem oppositam suo contrario, vt frigus per alterationem caloris. Secundò ad absentiā causæ conseruantis, quomodo desinit lumen ad absentiam solis. Tertiò ad corruptionem subiecti, sicut homine mortuo risibilitas corrūpitur. Quartò ad corruptionem termini, & sic similitudo corrumpitur, quando simile perit. Et quia quot modis vnum oppositum dicitur, tot dicitur & reliquum, contingit quòd aliquid generetur per alterationē à sibi simili, sicut aqua calefit à calido. Secundò ad præsentiam agentis in fieri, & esse, sicut lumen à Sole agente præsentialiter. Tertio modo ad generationem suppositi, quomodo risibilitas ad hominis generationem producitur; & etiam ad generationem termini, vt Sorte solo existente in mundo si generetur aliud album, statim generatur similitudo in sorte, qui est quartus mòdus productionis accidentis. Vnde cum ex aere fit ignis, licèt calor aeris, & calor quem ignis immittit, non oporteat vt corrumpantur à calore superueniente, sed potius intendantur, quia tamē subiectum eorum destruitur, consequenter ad destructionem subiecti omnia accidentia ipsius pereunt, & sic calor aeris per accidens corrumpitur à suo simili, scilicet, à calore ignis, nimirum ad corruptionem subiecti eius quod corrumpit, ex hoc quòd intendit generare, & ita non inconuenit, quòd ignis destruat suum effectum per accidens, imo neque quòd ipse calor se destruat per accidens ad destructionem subiecti, vt etiam concedit D. Tho. in hoc cap. 4. lect. 9. Ad confirmationem respōdet Sonc. 8. Met. q. 15, quòd caliditas, quæ est in cadauere, generata est de nouo à spiritibus, qui nō sunt corrupti ad corruptionem animalis, sed manserunt, quia tamen prædicti spiritus cito exalant, ideo etiam parùm durat in cadauere, & cito cadauer efficitur frigidū. Sed ista solutio videtur contra ea quæ in superioribus sunt dicta. Supponit enim quòd spiritus quidam animalis remanēt in cadauere, quod quidem est falsum. Nam vel illi spiritus sunt substantiales, & sic non possunt remanere in cadauere, vt patet per primam conclusionem. Si verò sunt accidentales, minus etiam possunt remanere, vt patet per secundam conclusionem, ergo. Quare respōdetur secūdò cum Caietano in de ente & essentia. q. 17. quòd calor ille producitur cōsequutiuè & per accidens à generante eorum subiectum, scilicet, cadauer ex determinatione materiæ per dispositiones antecedentes, quæ fuerunt in composito viuo, determinantes ad productionem illius caloris, quia materia erat ad hoc signata. Itaq; iugulans bobem suppositā tali forma quam expellit à materia talibus accidentibus determinata, necessario producit formam cadaueris, cum consimilibus accidentibus. Vnde agens operatur ad modū causæ æquiuocæ, quæ ex determinatione subiecti producit istum effectum potius quàm illū. Neque hoc maiorem difficultatem habet in eo, qui ex frigiditate moreretur, & in eius viscēribus maneret aliquis calor: ille enim tunc causaretur ex nimia frigiditate mortui per accidens, sicut experientia cōstat quòd in frigore multo afficimur calore per antiperistasim, & motus etiam est causa caloris per accidens. Nec est verum, quòd sola illa accidentia generentur consequutiue, quæ sequuntur formā, sed multa accidentia sequuntur compositum ex necessitate materiæ, quæ sunt licet non incomposibilia, aliqualiter tamen opposita ipsi formæ. Vnde illa accidentia sequuntur cadauer ex necessitate materiæ similia & eiusdem speciei, quia agens naturale non potest tam cito dispositiones per tot transmutationes radicatas corrumpere totaliter, & quia nō sunt conueniētia formæ geniti, ideo ad corruptionem properant. Ad replicam autem contra hoc facta respondetur, quòd quando dicimus quòd accidentia remanent eadem specie, & non numero, nolumus dicere, quòd quādo corrumpitur accidens aliquod ad desitionem subiecti, corrumpatur accidens secundùm quòd est vnum numero, & non secūdùm speciem. Hæc enim est crassa intelligētia, licèt quidam sic intelligere velit D. Tho. & eius interpretes, sed quòd volumus dicere, est quòd corrumpuntur omnia accidentia quæ erant in re corrupta, & quia agens non erat tanti vigoris vt posset illas omnino destruere, succedunt aliæ eiusdem speciei eorum loco. Ad secundam confirmationem patet ex dictis. Etenim ille motus fit à calore vel ab aliquo alio spiritu denuò genito. ¶ Ad tertium patet ex dictis; negamus enim quòd in cadauere sint eadem accidentia numero. v. g. eadem albedo, eadem cicatrix &c. sed manēt eadem vel secundum speciem, vel secundum apparētiam. Etenim cum non maneat eadem forma numero, à qua habebant idem esse numero, impossibile est, quòd ipsa etiam maneant eadem numero. Et illa accidentia licèt non producantur ex intentione generantis, quia non sunt passiones formæ, tamen consequutiuè, vt dicebamus, producuntur ex necessitate materiæ: quia materia est tam firmata per dispositiones præcedentes, vt non possint ab ipsa cito excludi; & etiam, quia forma animalis & cadaueris habent maximam affinitatem, quia vna necessario consequitur ad aliam, & ideo non est mirum si habeant accidētia similia, & præcipuè quia materia sic est dispositā antecedenter vt non possit non habere hæc accidentia similia cum corrupto. Ad primam probationem cōtra hoc de ramo ab arbore abscisso respōdetur primò, quòd forma arboris est extensa, & vita illa vegetatiua per aliquod temporis spatium durat in ramis abscisis. Vnde censetur vnum cum arbore, & similiter eorum accidentia. Secundò respondetur cōcedo totum, quia ex tali diuisione resultant duo suppositā diuersa, & philosophandum est de eis sicut de lacerta diuisa philosophari solēt philosophi in. 2. de Anima, & in. 1. p. q. 76. art. 8. Ad primam probationem contra hanc respōsionem in qua dicimus non manere eadem accidentia, scilicet, quia cōtrarium experientia conuicti omnes iudicāt. Respondetur, quòd est optimè ibi respōsum. Sensus enim nō attingunt hanc veritatem, & experiētia solùm habet vim, quando consonat principijs communibus philosophiæ, aliàs corrigenda est. Ad primam replicam respondetur, quòd sensus supra propriū obiectum cum conditionibus ibi positis falli non potest: cæterùm in casu non sic contingit. Etenim variatio illa accidentium non est sensu perceptibilis, sed intellectu tantùm, ad quem pertinet iudicare idē aut diuersum in re aliqua, quia sunt passiones entis, & ita fallitur sensus iudicando illa esse eadem accidentia, quia istud iudicium est extra proprium obiectum. Quòd si aliquando contingit, q̄ sensus percipit variationē in colore & in alijs qualitatibus est quia variatio est tanta, quòd fit sensu perceptibilis. Non est autem semper sic, & ideo aliquando non sentit ratione variationis imperceptibilis, vt contingit in præsenti. Cum enim inter esse vnius accidentis, & alterius non sit aliquod medium; & qualitas siue color succedens sit eiusdem speciei, non est ex parte potentiæ posibilitas iudicandi diuersitatem illorum numeralem. Et est simile ad hoc explicandum. Si Deus in toto tempore præcedenti instans. A. conseruaret albedinem in subiecto & in instanti. A. illam albedinem destrueret & vnam aliam eiusdem gradus in eodem subiecto produceret, non perciperet sensus albedinis vnius corruptionem & alterius generationem: quod ipsum cōtingit in præsenti imò hac ratione dæmones hominibus tot præstigia facere possunt, quia ostendunt eis accidētia similia cum alijs, quæ homines iudicant esse eadem, cum tamen sint diuersissima. Ad secundam replicam respondetur, q̄ species

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpecies ſunt diuerſæ, & in inſtanti ſit illa mutatio quia emiſsio ſpecierum, & receptio earum, ſimiliter & viſio fit ſine motu, & ſine aliqua reſiſtentia aut expulſione contrarij: neque fruſtra ponuntur diuerſæ ſpecies, cum primæ corrumpantur, ſpecies enim vt potè accidentia intentionalia dependent in fieri & in eſſe à ſua cauſa, & cùm obiectum ſit illarum cauſa, & deſierit eſſe, neceſſe eſt, vt ipſæ etiã amiſſerint eſſe. Neque verò quia ſpecies varientur definit eſſe eadem viſio, quia tantùm ſpecies variãtur materialiter & non formaliter. Vnde patet ad vltimam replicam contra hanc ſolutionẽ, dicimus enim quòd eſt eadem numero viſio, quia ſubiectũ cui inhæret eſt idem, eademque potẽtia, & per idẽ tẽpus ſicut eſſet idẽ calor in aqua qui produceretur ab vno igne & poſtea intẽderetur ab alio. Terminus verò ſolum materialiter variatur, & non in ratione terminandi hic & nunc, à quo ratio actus numerica deſumitur & non à termino materialiter ſumpto; ſicut motus in centrum eſt idem numero, licèt Deus annihilaret cẽtrum, & loco illius aliud poneret. Licèt etiam non improbabiliter dici poſſet, quòd illa viſio interrumpitur imperceptibiliter formaliter ſaltim propter diuerſitatem obiectorum, benè tamen poſſemus concedere quo ad ſubſtantiam & materialiter eſſe eãdem. ¶ Ad alias autẽ replicas, quę ibi fiũt cõtra ſolutionẽ reſp. Ad ſecundam probationẽ dicimus optimè ibi reſponderi, ſcilicet, quòd omnia accidentia corrumpũtur ad corruptionem ſuppoſiti, & alia de nouo producuntur ad generationem alterius ſuppoſiti. Ad primam replicam contra hoc reſpondetur, quòd illa accidentia non generantur per alterationem ſed comproducuntur ad productionem ſuppoſiti, & ita non datur primum alteratum eſſe in motu alterationis. Ad ſecundam replicam patet ex dictis. Etenim ſimilia accidentia producuntur ex neceſſitate materiæ & propter diſpoſitiones antecedentes, & quia agens non eſt tanti vigoris, vt poſsit eas omnino deſtruere. Vnde patet ad vltimam replicam. Dicimus enim quòd omnia illa accidentia corrumpuntur, quia corrumpitur forma, à qua habebant eſſe, & denuo alia loco eorum eiuſdem ſpeciei ſuccedunt, propter rationes dictas. Neque hoc difficile fiet creditu illi, qui hæc non ſenſu, ſed intellectus acumine, & rationis vi atque iudicio menſus fuerit. ¶ Ad quartũ ex dictis patet. Etenim virtutes herbarum per nimiam contuſionem corrumpuntur, & aliæ eiuſdẽ ſpeciei producuntur, & quia ſunt eiuſdẽ ſpeciei poſſunt producere eundẽ effectum, & ideo applicantur infirmis, & earũ virtus dicitur naturalis. Ad replicam contra hoc patet etiam ex dictis producuntur enim ſimiles virtutes ex neceſsitate materiæ & propter diſpoſitiones antecedentes. ¶ Ad quintũ reſpondetur optimam eſſe ſolutionem ibi datam. Ad replicam autem, quòd appropriatio materiæ facta per accidentia præcedentia non eſt aliquod accidens, ſed eſt ipſamet materia formæ proportionata. De quo in articulo ſequenti dicemus. ¶ Ad ſextum quicquid ſit de indiuiduationis principio, de qua quæſtione in ſequenti capite diſputabimus; Reſpondetur negando, quòd indiuiduatio nõ fiat à materia ſignata. Licèt enim in illo priori forma ſit ſingularis, id tamen eſt per ordinem quem dicit ad materiam ſignatam talibus accidentibus. Et vt in illo priori naturæ ſit ſingularis, ſatis eſt, quòd nullum inſtãs temporis detur, in quo forma non ſit in materia ſignata, quia prioritas naturæ non eſt prioritas in quo, ſed quia, vt dicemus in articulo ſequẽti. ¶ Ad ſeptimum patet ex dictis. Quantitas enim licet nõ habeat contrarium, ad corruptionem ſubiecti corrumpitur. Et quia confert ad introductionem formæ, ideo corrupta præcedenti quantitate alia, ſimultanea producitur. Illud autem exemplum de qualitate patet ex dictis eſſe nullum. ¶ Circa octauum & vltimum argumentum eſt

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm eædem diſpoſitiones maneant in genito, quæ erant in corupto.

ET videtur quòd ſic. Forma nõ inducitur niſi in materiam diſpoſitam, vt ait Ariſtot. 2. de Anima. c. 2. ſed ſi non manent eædem diſpoſitiones, induceretur forma in materiam nõ diſpoſitam, ergo. Cõſequẽtia patet & probatur minor, quia nõ põt effectus formalis eſſe ſine forma, ſed hoc quòd eſt diſponi materiã eſt effectus formalis procedens à diſpoſitionibus, ergo ſi non manent, materia manet indiſpoſita. ¶ Arguitur ſecundò. Materia de ſe eſt indeterminata & indifferens ad quamlibet formam, ergo ſi non præcedũt aliquæ diſpoſitiones, quibus determinetur, ſequitur aut nullam formam poſſe introduci aut quamlibet. Confirmatur, quia ſi omnes diſpoſitiones præcedentes corrumpuntur ad aduẽtum nouæ formæ, ſequitur quòd non eſſet aliqua ratio quare magis iſta forma introducatur in hanc materiam quàm alia, quod eſt falſum. Sequela autẽ probatur, quia determinatio materiæ ad formam fit per diſpoſitiones, ergo corruptis illis non manet talis determinatio quia corrupta cauſa corrũpitur effectus. ¶ Arguitur tertiò, quia ſi diſpoſitiones præcedentes non manent, illæ quæ ſunt in primo inſtanti cum forma non videntur productæ ab agente. Confirmatur maximè de anima rationali, quæ non educitur de potentia materiæ. Quamobrem ergo homo generat hominem, niſi quia diſpoſitiones quibus vnitur anima producit? ſed ſi deſinunt eſſe præcedẽtes, nullæ videntur factæ ab homine,

mine, ergo. Neque valet dicere, quòd in eodem inſtanti temporis quo introducitur forma ſubſtantialis, introducãtur nouæ diſpoſitiones cauſatæ ab eodem agente, quod priores cauſauit. Contra hoc enim eſt argumentum & ſit quartum. ¶ Arguitur quartò. Nam materia non poteſt diſponi in vno inſtanti. Item quia diſpoſitiones ſunt accidentia, accidentia autem quia producuntur per alterationem, non poſſunt in inſtanti produci, ergo. ¶ Arguitur quintò. Diſpoſitiones omnes præcedũt formam ſaltim in aliquo priori naturæ; quæro, an tũc ſint in materia nuda, an non? ſi non, ergo non præcedunt formam, ac per conſequens neque diſponunt ad illam: ſi ſunt, ergo manent in generatione nouæ formæ cum ipſa materia, ſi quidem non corrumpitur eorum ſubiectum. ¶ Arguitur ſextò. Illa inſtantia naturæ & prioritates in quibus diſpoſitiones fingitur præcedere formam, quæro an ſint aliquid reale, vel rationis, neutrũ dici poteſt, ergo non debent poni. Probatur minor. Nam aliquid reale eſſe non poſſunt, quia nõ eſt aliquod inſtans reale niſi inſtans temporis; neque rationis, quia forma realiter eſt prior quàm diſpoſitiones & non prius tempore, ergo natura, ergo iam illud inſtans naturæ eſt reale. In oppoſitum eſt S. Tho. 1. parte q. 76. art. 6. & 2. contra gent. c. 71. In quibus locis videndi ſunt & Caiet. & Ferrarienſis. ¶ Pro huius quæſtionis intelligentia ſciendum eſt primò ex S. Tho. 1. 2. q. 74. art. 4. ad 3. quòd diſpoſitio tripliciter ſe habet ad id quod diſponit. Quãdoq; enim eſt idem & in eodem, ſicut ſcientia inchoata dicitur eſſe diſpoſitio ad ſcientiam perfectam. Quandoque autem in eodem, ſed non idem, ſicut calor eſt diſpoſitio ad formam ignis. Quandoque verò nec idem nec in eodem, ſicut in his quæ habent ordinem adinuicem, vt ex vno perueniatur in aliud, ſicut bonitas imaginationis eſt diſpoſitio ad ſcientiam, quæ eſt in intellectu. ¶ Secũdò eſt notandũ, quòd diſpoſitiones ſecundi generis ſunt in duplici differentia. Quædam enim dicũtur diſpoſitiones præcedentes tempore formam generandam, quæ non ſunt ſufficientes vt forma geniti adſit cum illis, erant tamen ſimul cum forma corrupti tanquã diſpoſitiones malæ, & iſtæ ſunt per alterationem præcedentem generationem factæ. Aliæ dicuntur diſpoſitiones ſimultaneæ quę ſunt conformes ipſi formæ introductæ, quia ſunt ſimul tempore cum forma à qua dependent tanquam dimanantes ab ea, & ab illis forma dependet in alio genere cauſæ, ſcilicet, materialis quia ſine illis materia nõ eſt ſufficiens receptaculum formæ iſtius magis quàm alterius. ¶ Tertiò eſt notandum ex doctrina S. Tho. in 1. p. q. 76. art. 6. ad primũ, & de ſpiritualibus art. 3. ad 20. & in quæſt. de Anima art. 9. quòd cum forma perfectior contineat virtute quicquid eſt aliarum formarum inferiorum, vnaquæque perficiat materiam ſecundum diuerſos gradus perfectionis, præintelligimus materiam eſſe prius perfectam ſecundum inferiorem gradum, & ſecundum accidentia illum gradum conſequentia, quàm ſecundum perfectiorem & ſuperiorem gradum. V. g. quia anima dat eſſe corporeum, & eſſe animatum, prius intelligimus ipſam dare materiæ eſſe corporeum cum accidentibus corporeitatis quàm dare eſſe animatum. Quò fit, vt dupliciter animam conſiderare poſsimus, vno modo abſolute & quantum ad omnem eius effectum cõuenientem, ſcilicet, ſibi, & in quantum eſt anima, & in quantum virtute continet gradus inferiorum formarũ. Alio modo quãtum ad vlteriorem tantum, & perfectiorem effectum, quem ſcilicet facit in quantum eſt talis anima. ¶ His poſitis eſt prima cõcluſio. Si forma ſubſtantialis conſideretur primo modo in quantum, ſcilicet, eſt anima & quantum ad omnem eius effectum, ſic nulla forma ſubſtantialis vnitur materiæ mediantibus aliquibus diſpoſitionibus, ſed immediate ſeipſa vnitur materiæ primæ. Hæc concluſio eſt S. Tho. 1. p. q. 76. vbi ſuprà & ſequitur euidenter ex quæſtionibus præcedentibus. Probatur nihilominus ratione D. Tho. ibi. Nam materia eſt in potentia ad plures actus, ſcilicet, ad actum ſubſtantialem & accidentalem ordine quodam, prius autem eſt eſſe quàm eſſe talis, ergo prius & immediate informatur forma ſubſtantiali, à qua habet eſſe ſimpliciter, quàm accidentali, à qua habet eſſe ſecundum quid, ſcilicet, eſſe quantam vel qualem, ergo. ¶ Secunda concluſio. Si conſideretur forma ſecundo modo in quantum, ſcilicet, talis anima, & dat vlteriorem & perfectiorẽ effectum, ſic forma non vnitur immediate materiæ primæ, ſed mediãtibus diſpoſitionibus accidentalibus conſequentibus gradum inferiorem. Iſta cõcluſio eſt D. Tho. in. 2. cont. gent. c. 71. vbi dicit in fine. Vnde diſpoſitiones corporis quibus fit proprium perfectibile talis formæ, hoc modo, id eſt, via generationis poſſunt dici mediæ inter animam & corpus. Hæc concluſio probatur etiam ratione D. Tho. quia diſpoſitiones ad formam via generationis præcedũt formam in materia, quanuis ſint poſteriores in eſſendo, ergo. Deinde, quia ſicut præintelligimus formam dare prius gradum imperfectiorem quàm perfectiorẽ, eo quod natura ab imperfecto ad perfectum procedit, ita etiã præintelligimus accidentia ſequi ipſam formam ſecundùm primum gradũ quem dat; ſed primus gradus eſt diſpoſitio ad vlteriorem vt ſæpe ait S. Tho. & nos diximus ſuprà in quæſt. de pluralitate form. arti. 1. ergo & accidẽtia conſequentia erunt diſpoſitiones, ergo forma ſecundùm quòd dat vltimum gradum non vnitur immediate materiæ primæ, ſed mediantibus accidentibus conſequentibus ipſam formam ſecũdum quòd dedit primum & imperfectiorem gradum.

¶ Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ex his duabus conclusionibus sequitur D.Tho. conformiter loquutum fuisse in.1.p.q.76. vbi suprà,& in.2.cont.gen.c.71. In quibus locis videtur non esse sibi constans. Nam in.1.p. tenet impossibile esse, quòd aliqua dispositio accidentalis cadat media inter corpus & animam vel inter quamcũque formam substantialem,& eius materiam, & q impossibile est quascunque dispositiones accidentales præexistere in materia ante formam substantialem, in secundo autem Cõtra gentes, vt modò adducebamus, ait q dispositiones corporis sunt mediæ inter animam & corpus,ergo sibi cõtrarius est. Nihilominus si quæ diximus attente inspiciantur,apparebit non solum non sibi D.Tho.contradixisse, verum etiam & subtilissime & cõformiter loquutum fuisse. Nam in prima parte loquitur de anima & vniuersaliter de forma substantiali quantum ad totalem eius effectum; quum enim materia secundùm se sit in potentia ad esse substantiale, & non oporteat vt ad formam substantialem, aut ad esse substantiale per alia accidentia disponatur, inter materiam & formam,vt dat infimum gradũ essendi,non oportet accidentia disponẽtia mediare: in secundo autẽ contra gentes loquitur S. Tho. de anima, & forma substantiali in quantum dat vlteriorem & perfectiorem gradum. Nam si materia secundùm se non sit disposita vt sit proprium perfectibile alicuius formæ, vt est talis forma, sed indiget accidentibus ipsam illi formæ approprian tibus, oportet secũdum ordinẽ generationis præintelligere in materia illa accidentia, antequã forma vt est talis forma aduenire materiæ intelligatur: quoniam natura prius materiã disponit, quàm formam introducat, & sic cùm materia indigeat dispositionibus accidentalibus ad gradum perfectiorem animæ, oportet in materia præintelligere dispositiones corporis, antequam forma secũdum illum gradũ corpori aduenire intelligatur. ¶Tertia conclusio. Si loquamur de dispositionibus precedentibus, nulla qualitas dispositiua præcedit formam in materia, ita quòd remaneat in eius aduẽtu. Hanc optimè explicat Iauellus in 8. Met.q.3. Ait enim quòd cum ex aliquo debet generari aliquid, putà ex ligno ignis, necesse est materiam stantem sub forma ligni disponi per agẽs calidum cum introductione caliditatis,& siccitatis ad formã ignis, & cum tanta caliditas & siccitas receptæ fuerint in ligno, quòd cum eis in quinto gradu non stat forma ligni, sed sunt pro forma ignis, corrumpitur lignum, ad cuius corruptionem concomitanter corrumpũtur caliditas & siccitas introductæ pro expulsione formæ ligni,& pro receptione formæ ignis; & eo instanti quo abijcitur forma ligni cũ omnibus dispositionibus, introducitur forma ignis in materia nuda, quæ est in mera potentia, & accipit esse actu à forma substantiali introducta, & non ab aliquo accidente præuio. Hæc cõclusio sic explicata sequitur euidenter ex dictis in præcedentibus. Nam vt patuit in artic. præcedẽti nullum accidens manet idem numero in genito quod erat in corrupto, sed huiusmodi dispositiones præuiæ erant in re corrupta; ergo non manent in genita. Deinde, quia si dispositiones istæ præcedunt formam introducendam in materia,& remanẽt, dant esse actu ipsi materiæ, omnis enim forma dat esse ei in quo recipitur. Tunc sic. Aut dãt esse actu materiæ simpliciter, vel secundùm quid, non simpliciter, quoniam hoc tantùm conuenit formæ substantiali, cum sit substãtia quæ est ens simpliciter: non secundùm quid, quoniam esse accidentale, quod est esse secundùm quid, supponit esse simpliciter. Cuius signum est, quòd in accidentibus propositio de tertio adiacente supponit propositionẽ de secundo, ergo si materia debet esse calida vel sicca, necesse est vt prius sit sub forma substantiali, per quam primo trahitur extra suam potentialitatem,& fit actu simpliciter. Impossibile est ergo in aduentu formæ præsupponi aliquas dispositiones quæ non corrumpantur. ¶Aduertendum hic tamen, quòd licèt istæ dispositiones præcedant tempore formam introducendam,& non maneant cũ illa, quinpotius corrumpantur ad aduentũ ipsius, sunt nihilominus veræ dispositiones materiæ, propter quas rectè conceditur formam introduci in materiam dispositam, ad quod sufficit vt forma substãtialis introducta in materia sit terminus extrinsecus illarum dispositionum non existẽtium, quia per ipsas manet materia disposita & signata ad recipiendam hanc formam, sicut quando per vnam horam sit calefactio, in vltimo instanti illius horæ non existit calefactio, sed terminus eius, qui est calor, & tamen verè dicimus calefactionẽ esse dispositionem ad calorem, cum quo simul nõ existit; dicitur autem forma substãtialis terminus extrinsecus illarum dispositionum, quia est alterius generis, & nõ identificatur cum alteratione & calore præcedenti. ¶Quarta conclusio. Si loquamur de dispositionibus simultaneis, istæ non dicuntur eædem manere in genito & in corrupto. Ista conclusio patet euidẽter. Nam huiusmodi dispositiones nullo modo præfuerunt in re corrupta, sed producuntur cum forma substantiali,& inhærent composito genito, & ideo dicuntur dispositiones simultaneæ ad differentiam aliarum, quæ dicũtur præcedentes, ergo huiusmodi dispositiones nõ manent eædem in genito & in corrupto, quia cum quælibet forma substãtialis vendicet sibi propria accidentia ad sui conseruationem, simul cum illa producuntur istæ dispositiones, quæ sunt propriæ & peculiares ipsius,& nullo modo præfuerunt in corrupto. Verùm sciendũ est, tum pro intelligẽtia ampliori huius conclusionis, tum etiam pro solutione

tione argumẽtorum, quòd istæ dispositiones possunt dupliciter considerari. Primo modo vt præcedant secundùm rem introductionem formę in materia, sic quòd sit materia subiectum inhæsionis illarum, & hoc est falsum, imò isto modo formam vniri & introduci in materiam dispositam est impossibile; nam ordine reali (vt sæpè iam diximus) prius est in materia esse substantiale, quàm accidẽtale, ergo non præcedunt secundùm rem dispositiones istæ in materia formam substantialem: secundo modo si intelligamus dispositiones formæ præcedere introductionem ipsius non quidem secundùm rem, ita quòd prius existant, & inhæreãt materiæ, sed secundùm nostrum modum intelligendi, sic adeò vt priùs intelligamus materiam esse dispositam per illas, quàm quod forma sit introducta. Nam priùs natura licèt in eodem instanti temporis dispositiones illæ præparãt materiam ad introductionem formæ, quàm sit forma in materia, sicut in eodem instanti temporis dat anima rationalis esse corporeum, animatum, sensitiuum &c. & tamen priùs natura intelligimus aliquid esse corporeum quàm animatum,& superior gradus intelligitur vt materia & dispositio ad subsequentem: ita licèt in eodem instanti temporis sit forma,& dispositio, priùs tamẽ natura intelligimus materiam dispositam, quàm intelligamus in ipsa formam actuantem illam,& dantem illi esse substantiale; & sic dispositiones istæ præcedũt formam in genere causæ materialis, quia concurrunt ex parte materiæ illã disponentis: forma verò præcedit in genere causæ formalis & efficientis. Neque inconuenit causas sibi inuicem esse causas, & vnam alteram præcedere in diuersis instantibus naturæ secũdum diuersam rationem causæ. Et huius rei sunt multa exempla. Nam prior est apertio fenestræ, quàm intratio aëris in genere causæ materialis, quia aer nõ potest intrare, nisi fenestra sit aperta, & introitus aëris prior est in genere causæ efficientis apertione fenestræ, quia non potest aperiri fenestra, nisi subintret aër,& si ex Theologia exẽpla afferri in philosophicis licèt, gratia in genere causæ formalis prior est quàm pœnitentia, quia in peccatore non potest introduci pœnitentia nisi adsit gratia à qua oriatur,& similiter charitas est prior pœnitentia quia nemo potest pœnitere de peccatis propter Deum summè dilectum, nisi adsit charitas quæ summè diligit Deum: cæterum in genere causæ materialis & dispositiuæ prior est pœnitentia quàm charitas & gratia, quia nõ potest esse gratia & charitas in peccatore, nisi adsit dolor de peccatis. ¶Ad argumenta in principio posita respondetur. Ad primum concedo maiorem, & nego minorem. Ad probationem patet ex dictis in tertia & quarta conclusione. ¶ Ad secundum, quòd vt patet ex dictis in prima & secũda cõclusione materia potest dupliciter considerari: vno modo in ordine ad formam substantialem vt sic, & ita non eget dispositionibus, sed sicut voluntas fertur ad bonum in communi, & inclinatur etiam si non habeat habitus superadditos; ita materia appetit formam substantialem in communi, etiamsi non habeat dispositiones. Et non requiruntur dispositiones ad formam vt sic, sed ad formam substãtialem talem, scilicet, hominis viuentis &c. Secũdo modo potest considerari in ordine ad formam non absolute, sed talem,& sic eget dispositionibus sicut voluntas vt inclinetur ad hoc bonũ particulare, scilicet, iustitiæ, eget habitu iustitiæ superaddito, & ideo dispositiones præcedunt secundùm nostrum modum intelligendi in materia vt determinent ipsam ad gradus particulares formæ. Atque ita si consideretur materia sine dispositionibus indifferens est ad quancunque formã particularem, quãuis secundario inclinetur ad illam, licèt nõ proximè nisi positis dispositionibus. ¶Ad tertium argumẽtum respondetur iuxta dicta in præcedẽtibus, quòd illæ dispositiones causantur secundariò ad productionem suppositi ab eodem agente, quod suppositum genera uit. Quod quia comuniter sic dicitur,& verissimum est, oportet vt radicitùs nos explicemus. Pro quo supponẽda priùs sunt quædam fundamenta ad id necessaria. ¶Primum est. Nullum accidens agit effectiuè in subiectũ, in quo est. Sententia est S.Tho.1.2.q.85.artic.1.ad 4.& multis alijs locis, sed ratio est manifesta, quia calor calefaciens est vt informat subiectum, seu potius, subiectum calefacit, quod est calidum calore, calefacit autem in quantum est actu calidum, calefit autem in quantum est potentia calidum, simul autem nequit esse in actu & potentia, ergo. ¶Secundum fundamentum sit. Quòd omnis motus desinit extrinsecè, id est, quòd datur primum instans, in quo motus nõ est,& immediatè ante illud erat. Hoc est manifestum ex.6.Phys.ca.5. Notandum tamen quòd terminus motus dupliciter accipi potest, aut respectu temporis, aut respectu eius quod per motum acquiritur. v.g. respectu caloris primo modo semper desinit extrinsecè, id est, habet terminum extrinsecum: secundo modo aliquãdo habet extrinsecum, aliquando intrinsecum, extrinsecum quidem, quando simul cum motu desinit subiectum, quia tunc non datur, quid vltimo acquisitũ sit per talem motum in tali subiecto. v. g. si Petrus currens moriatur. Aliquando verò intrinsecum, quia signare possum, quid in hoc subiecto tãdem acquisitum sit. v. g. si in fine cursus Petrus in columis sit in hoc loco. ¶ Tertium fundamentum sit, quòd agentia particularia efficiunt determinando causas vniuersales efficientes, quæ de se sunt indifferentes ad quemuis effectum producendum. v.g. Sol & cœlum eodem modo cõcurrunt ad generationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem hominis & equi, & indifferēter possent in hac materia cōcurrere ad formam equi, & leonis, sed quia virtus illorum vniuersalis applicatur per particularia agentia determinantia materiam per dispositiones introductas, potius hæc quàm illa forma introducitur, & hic quam ille effectus sequitur. Hinc infero corollariū quòd si semel subiectum fuerit determinatum per dispositiones ab agente particulari productas, & quæ in absentia agentis conseruari possint, tunc non esse necessariam existentiam particularis agētis, quia eatenus dicebamus peculiare agens requiri, quatenus vniuersale determinat, quod si semel determinauit, & manet id quo illud determinauit, nihil aliud requiritur. Atque ad istum modum ego intelligo lapidem à generante moueri, quia determinauit illum dando illi esse, & quia semper manet illud esse nō requiritur generantis præsentia. Et quanuis causæ vniuersales sint quę illic efficienter concurrunt, generans dicitur mouere, tum quia determinātur ab illo generante, tum etiam quia causæ vniuersales cum sint natura sua indifferentes ad vnum & alterum effectum, non sunt causæ illæ in quas effectus reducimus: sed potiùs in illas ratione quarum hic potius quàm alius effectus sequitur. ¶ Quartum fundamentum sit, quòd id quod fit siue per generationem siue per alterationem nec est subiectum nec forma sed compositum. Hoc fundamentum patuit suprà in capite præcedenti & sumitur ex Arist. 1. Physi. tex. 64. & S. Tho. 1. 2. q. 52. artic. 2. V. g. terminus calefactionis est esse calidum, nō calor neq; corpus; terminus generationis est equus, non materia neque forma. Ex quo infero, q; si qua forma non dependet à materia nō solum nō producitur per se, sed neque comproducitur, vt anima rationalis, quæ à solo Deo creatur. Animæ autem aliorum animalium, quia dependent à materia & extra totum non sunt, ideo comproducuntur ab eodem agente. His præiactis quando quæritur, à quo producūtur illæ dispositiones quæ sunt simul cum forma in primo instanti, respōdetur per quatuor propositiones. ¶ Prima propositio. Illæ dispositiones non producuntur à subiecto in quo sunt, tamen consequūtur ad productionem subiecti, loquor de subiecto quod. Probatur prior pars ex ratione primi fundamenti. Secunda verò pars probatur ex quarto fundamento & corollario. Sic enim subiectum dicitur causa suarum passionum, quia comproducuntur cum depedētia à subiecto. ¶ Secunda propositio. Illæ dispositiones non producuntur effectiuè à præcedentibus dispositionibus. Probatur primò, quia accidentia eatenus efficiunt quatenus subiectum in quo sunt operatur. Actiones enim sunt suppositorum: vnde calor non est quod calefacit, sed calidum calore: at corruptum non genuit genitum. Ridiculum enim est dicere, quòd aqua facit ignem, sed ex aqua tanquam ex termino à quo factus est ignis, ergo neque accidentia quæ præcesserunt in corrupto efficienter concurrunt ad generationem ignis. Secundò, quia dispositiones præsentes sunt perfectiores quibuscūque præcedentibus, ergo non effectæ sunt ab illis. Tertiò, quia agens & patiens debent habere diuersam materiæ portionem. Item debent esse simul, ergo. Quartò, quia si quando tribuimus effectum præsentem agenti, quod modò non est, vt generanti lapidem tribuimus motum deorsum, illud tamen est virtute actionis, quam habuit semel, per quam determinauit materiam, sed cum dispositiones præcedentes nihil egerint quandiu fuerūt, modo quando non sunt, quomodo efficient? ¶ Tertia propositio. Non sufficit referre illum effectum ad efficientiam causarum vniuersalium, quia causæ vniuersales sunt indifferentes ad hunc vel illum effectum. ¶ Quarta propositio. Causa particularis efficiens tripliciter potest esse: vno modo secundum se & virtutem intrinsecam, vt ignis ignē producens; aut secundum virtutem extrinsecam efficientem tamen in aliam materiam, vt cum mortuo animali manet semen cum virtute actiua in materiam aliam; aut secundum virtutem quæ in ipso passo recipitur non efficientem, sed passiuè determinantem & disponentem subiectum, vt vniuersalem efficientiam & influentiam causarum vniuersalium determinet ad hunc effectum iuxta illud; Quicquid recipitur ad modum recipientis recipitur. Et hoc pacto dicimus quòd aqua reducitur ad suam frigiditatem à generante, quia nimirum accopit esse aquam & hanc formam per quam determinatur ad hanc frigiditatē, nisi impediatur ab agenti particulari; hoc etiam modo lapis & in vniuersum omnia grauia & leuia mouentur à generante. Et ob huius ignorantiam multi referunt effectus in causas quæ per accidens sunt & non per se vt ipsi putant, dicunt lapidem moueri à medio, alij q̄ in se habent virtutem efficientem à generāte. v. g. grauitatem, credentes non satis esse concursum generalem cum determinatione recipientis, cum tamen hoc sit manifestum. Quare enim magis ad solis ardorē cera liquescit, & lutum exsiccatur? ¶ Ex dictis sequitur primò solutio in forma ad argumētum principale. Cum quæritur à quo producūtur dispositiones quæ incipiunt cum forma. Respondetur, quòd ab illo agenti, qui genuit. v. g. ignem. Quod si rursus quæras, & quare agens potius ignē quàm aërem genuit. Respondetur, quia determinauit materiam per dispositiones quasdam ne in aliā formam abiret. Rogas autem amplius, & quare illæ dispositiones cum non sint simul cum forma, determinant materiam ad hanc formam. Respondetur satis esse vt dicebamus in fine tertiæ conclusionis ad continendam materiam ne abiret ad aliā formam,

formam, & vt hanc reciperet, vt illæ dispositiones fuerint simul esse ante istud instans. Quemadmodum motus est calorem vt quatuor tamen si nō sint simul cum calore vt quatuor tamē immediate anteriùs & hoc sat est vt dicimus calorē eiusmodi per motum fieri & produci, nō quidem q̄ motus in eo quod mouetur sit virtus actiua, sed quia est dispositio successiua sua procedēs ad perfectiorē caloreitatem sic intelligendū q̄ præcedēs alteratio huc tendebat tanquā ad terminū, scilicet, vt esset in hoc subiecto calor vt octo, & quia cum calore tali nō potest esse forma aquæ, fit vt talis motus nō habeat terminū intrinsecū, quia subiectum quod alterabatur desinit per prius nō esse, & ita nō possumus signare ad quantū caloremmota est aqua, sed extrinsecū terminū assignamus, quamquā enim fuit calida vt octo, & citra habuit maiorē & maiorē. Est exēplū, si animal calens extra mori atur in medio in illo instanti in quo nō est animal, nō est motus præcedes, nec; terminus intrinsecus, id est, determinatus sub quo vltimo fuit canis, nihil hominis q̄ cadauer sit in hoc loco, factum est propter motū canis, etiāsi cadauer aliquā fuerit motū tali motu. Hūc ergo modū dispositiones præcedētes etsi nō sint simul, determinant nihilominus materiā ad hanc formam, cum his dispositionibus potiusquam ad alia forma. ¶ Sequitur præterea ex dictis quare sit facilior tr. multus ex elemēto symbolo cū alio, quia scilicet, tametsi desinat esse ex dē numero qualitates, tamē illa symbola magis determināt materiā ad similē qualitatē. ¶ Item sequitur, quare tot formæ præcedāt in embrione, priusquā veniatur ad animal perfectū, scilicet, ad hominem quia nimirū nō quæcūq; dispositiones præcedentes sufficiūt determinare materiā ad formam tam perfectā, sed est quidā ordo. Notandū tamen hic est non opus esse vt dispositiones præcedentes formam sint eiusdē speciei cum ijs quæ consequūtur, nam ante productionem hominis nulla dispositio esse potest eiusdē speciei cum complexione requisita ad hominē. Dixerim cū cōplexione quia in ratione simplicium qualitatū omnes sunt eiusdem speciei, vt in. 2. dib. cōpiosè explicabitur. Cæterum cōplexio hominis nō est nisi in homine; habet enim esse huius speciei ab homine. Ex his omnibus patet ad cōfirmationem tertij principalis argumenti. Dicitur enim solutionē ibi datā esse bonā, & conformem his quæ modo diximus. ¶ Ad quartū argumentū, quod erat replica huius solutionis, respōdetur, q̄ materia optime potest disponi per dispositiones subsequētes in instāti, quia non producuntur per motū, sed ad productionē cōpositi. Antecedentes verò quia producunt ur per motū non possunt produci in instanti. ¶ Pro solutione quinti & sexti argumēti. Dico primo, q̄ illa instantia in quibus intelligimus illas naturæ prioritates, non sunt distincta in rebus realis, sed à nostro intellectu excogitata cōcū diuersitas licet in refundetur. Nam; sicut in instans tēporis indiuisibile realiter partimur nos ger intellectū, & in quatuor instantia secamus iuxta quatuor genera causalitatis, quæ possunt in ipso indiuisibili instanti temporis esse, secundum quatuor genera causarū; & vtūq; istas tribuimus causæ efficienti, & eius causalitati, aliud causæ formali & eius causalitati; & sic in reliquis, sicut patet in exemplis suprà adductis, & ita patet q̄ illorū instantiū distinctio aliquid rationis est. Dico secundò, q̄ illæ prioritates naturæ quæ in illis instantibus sunt, vt prioritas materialis & causalitas illa; & sic de alijs sunt reales prioritates. Itaq; formā esse priorē in natura quam accidētia in genere causæ formalis, & accidētia esse priora forma in genere causæ materialis, sunt prioritates reales. Patet hoc, quia istæ prioritates nihil aliud sunt, quàm quædā causalitates accidentiū & formæ, sed illæ causalitates sunt aliquid reale, quia nō est causalitas rationis in entibus realibus respectu alicuius, quod realiter fit, ergo. Item quia habent esse illæ causalitates & verè causant seclusa intellectus operatione, ergo sunt aliquid reale. Præterea. Nam q̄ forma sit prior natura quā accidentia, formaliter nihil est aliud quàm quòd disponat materiam, ergo.

Dico tertiò, quòd illa instantia naturæ nō sunt instantia in quibus sit causa & non sit effectus, sed sunt prioritates quia, & debent explicari per quiū, & non, in quo; sicut verum est dicere. Dispositiones sunt priores forma in genere causæ materialis; ergo quia illæ dispositiones sunt disponentes materiā, forma introducitur & nō licet inferre, ergo in illō priori sunt dispositiones, & nō est forma & sic in alijs est dicēdū. Probatur hoc, quia in eodē instāti indiuisibili tēporis sunt oēs illæ causalitates, ergo nō est verū dicere, in hoc priori est dispositio & nō forma; quia denotatur, q̄ in aliquo instāti tēporis sit dispositio materiā disponēs, in quo nō est forma, quod est aperte falsum; alias dispositiones tēpore præcederent formā, cùm impossibile sit q̄ dentur duo instantia immediata. ¶ Dico quarto, q̄ illæ dispositiones materiales subsequētes formam nunquam inhærent materiæ nec sunt in illā vt in subiecto quod, sed inhærent toti compositō vt subiecto quod, materiæ verò vt quo tamen quamdiu toti compositō inhærent, disponunt materiam quia forma non esset in materia, nisi compositum haberet illas dispositiones subiectiuè & inhæsiuè. Probatur hoc, quia materia ut suprà. Visum fuit non est subiectum accidentium, neque inhærent illi, aliàs prius esset esse accidentale, quàm esse substantiale.

Dico quintò, quòd eū illa instātia sint instantia rationis, & signa rationis, & nō sint instātia essendi in quibus, sunt instantia in quibus intelligendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Volo dicere, ꝙ quando dicimus dispositiones esse priores forma in genere causæ materialis, illa prioritas non est prioritas in quo sit prius dispositio quàm forma, quia hoc denotat tẽpus, sed est prioritas in quo intelligendi, quia cum causent dispositiones materialiter introductionem formæ in materia, possum optimè intelligere dispositiones illas disponere materiam, & in eodem priori non intelligere formam in materia; & possum intelligere in alio priori naturæ formam esse in materia, & non intelligere dispositiones causatas ab illa in eodem priori. Et ratio huius est, quia omne prius potest intelligi sine suo posteriori eo modo quo prius est: sed illud quod in genere causæ efficientis est prius, absolute dicitur prius; quod verò in genere causæ materialis dicitur prius, secundùm quid est prius, ergo. Et per hæc patet ad quintum & sextũ argumentum. ¶ Ad quintum respondetur, quòd illæ dispositiones præcedentes formam in genere naturæ in illo priori non sunt disponentes materiã sine forma, quia non est prioritas essẽdi in quo, quinimò in illo priori sunt in toto composito, intelligũtur tamen tunc disponere materiam ad susceptionem formæ, & non intelligitur tunc forma in materia in eodẽ priori, licèt in alio intelligatur præcedere, & absolute sit prior quàm illæ dispositiones, quia est prior in genere causæ formalis. Et si instes; Si intelligũtur in illo priori dispositiones disponentes materiam, ergo vel inhærendo ei vel non inhærendo. Respondetur quòd intelligũtur, inhærendo in eodem instãti temporis, quia introductio formæ, & dispositiones inhærentes composito, & disponentes materiam simul sunt cum compositi productione in eodẽ instanti tẽporis. ¶ Ad sextũ patet ex secundo dicto. Et hæc de hac quæst.

Circa octauam & vltimam conclusionem huius capitis est quæstio vndecima.

QVÆSTIO XI.

¶ Vtrùm materia sit subiectũ generationis & reliquorum omnium motuum.

ET videtur quòd sic. Primò ex Arist. hìc qui id videtur asserere in vltima cõclusione, & in 5. Physi. tex. 8. hanc ponit differentiam inter generationem & alios motus, quòd alij requirunt subiectum in actu, generatio verò subiectũ in potentia, ergo. Confirmatur. Nam D. Tho. etiã hoc sæpissime videtur asserere vt super textus citatos, & supra. c. 3 ipse & Arist. definierunt, quòd ens in potentia est subiectum generationis, & per ens in potentia intelligunt materiã primã, ergo. ¶ Arguitur secundò. Nam id est subiectum generationis, quod per illam mutatur, sed materia mutatur de vna forma in aliam, & non suppositum, ergo generatio est in materia prima tanquàm in subiecto & non in composito. Confirmatur. Subiectũ motus est id quod mouetur vt dicitur. 5. Physic. tex. 3. de quo vide Soto. ibi. q. 1. concl. 1, sed id quod in generatione mouetur est materia prima siquidem transmutatur de vna forma in aliã, ergo. ¶ Arguitur tertiò. Generatio rei substantialis non est aliã res à forma quæ producitur per generationẽ quia secundùm Arist. motus non est præter res ad quas est motus, sed immediatum subiectũ formæ quæ producitur est materia prima, ergo & immediatũ subiectum generationis est materia prima. ¶ Pro intelligentia huius quæst. notandum est primò, ꝙ Auicembron, Auicenna & Albertus Magnus & alij dicentes materiæ esse coëuam formam corporeitatis, dicunt compositum ex materia & illa forma corporeitatis esse subiectum primum generationis, quod quidem subiectum etsi nõ sit materia primò prima, videlicet per carentiam cuiuscũque formæ, est tamen materia secundò prima videlicet per carẽtiam formæ specificæ introducẽdæ. Resolutio etiam cuiuscunque cõpositi fit ad talem materiam secundò primam. Sed hæc opinio iam satis à nobis confutata est in superioribus, & ita hìc nõ est amplius de ea tractandum. ¶ Secundò notandum est quòd materiam esse subiectum generationis potest intelligi tripliciter. Primò, ꝙ sit subiectum inhæsionis, id est, ꝙ generatio subiectetur in materia tanquã in suo subiecto. Secũdò, ꝙ sit subiectum denominationis, id est, ꝙ generatio denominet materiã generatã. Tertiò modo, ꝙ sit subiectũ in quo exercetur generatio, sicut mobile est subiectũ in quo exercetur motus. Et his tribus modis disputanda est à nobis in præsenti ista quæstio. Et quidem Caiet. in. 3. p. q. 35. arti. 1. putat quòd licet materia prima nõ sit subiectũ denominationis generationis, sed huiusmodi subiectũ est cõpositum quod generatur, tamẽ est subiectũ inhæsionis. Itaque dicit ꝙ sicut motus vel mutatio est in mobili sicut subiecto cui inhæret, quemadmodũ si manus calefiat, calefactio est subiectiue in manu, ita generatio in materia prima quæ transmutatur, sicut si ex aqua fit aër, generatio aëris est subiectiue in materia prima; & putat hanc doctrinã esse D. Tho. in illo loco. ¶ Nihilominus tamẽ sit prima cõclusio. Materia prima neque est subiectum denominationis neque inhæsionis. Volo dicere quòd generatio neque denominat materiam primam generatam, neque verò inhæret ei tanquam subiecto. Prima pars huius conclusionis conceditur à Caietano. Et probatur. Nam materia prima non generatur, sed compositum est quod generatur, ergo materia prima nõ est subiectum denominationis generationis. Secunda tamẽ pars est cõtra Caietanum. Et probatur. Nam vt patuit in præcedentibus nullum accidens potest subiectari in materia prima: at generatio est accidẽs, ergo. Cõfirmatur. Nam vel generatio subiectatur in materia prima absque forma vel cum illa, sed neutro horum modorum, ergo. ¶ Secunda conclusio. Si de subiecto generationis loquamur tertio modo materia prima est subiectum generationis. Hæc conclusio est Arist. in præsenti cõch. vlti. & eam ipse late probat contra antiquos Philosophos, & in. 1. Physic. & in hoc lib. c. præced. & in multis alijs locis suorũ operum, & eam probant argumẽta facta in principio. ¶ Tertia conclusio. Loquendo de subiecto eodem tertio modo materia prima est etiã quodammodo subiectum omniũ aliorũ motuum, & mutationũ. Hæc etiã conclusio est expressa Arist. in hoc cap. in eadem vltima concl. & eam tenent ibidẽ Commentat. & D. Tho. & reliqui omnes Aristot. interpretes. Et probatur eius ratione. Nam materia prima est maximè propriũ subiectum generationis & corruptionis, quia immediatè substat formis substantialibus, quæ per generationem & corruptionem aduenium & recedũt, quodammodo autem, ad est, ex cõsequenti & mediatè subijcitur omnibus alijs transmutationibus, quia subiecta aliarũ transmutabilia sunt susceptibilia aliquarum aliarũ contrarietatum, quæ reducuntur in primã contrarietatem, quæ est formæ & priuationis, cuius subiectum est materia prima, vt dicitur. 1. Physic. tex. 71. ergo omnia alia subiecta participant quodammodo materiam primam in quantum ex materia & forma componũntur. Confirmatur primo. Nam omnia mobilia quæ mouentur alijs transmutationibus præter generationem & corruptionẽ vt alteratione & augmentatione & motu locali, in tãtum mouentur in quantum sunt in potentia, sed omnis potentia debet reduci ad materiam primã quæ est prima potẽtia, ergo radicaliter & mediatè ipsa est causa quare ista omnia moueantur talibus motibus. Confirmatur secũdò. Nam hæc est differẽtia inter generationẽ & corruptionẽ & alios motus ꝙ generatio & corruptio fiunt in subiecto nullũ includente actum, sed quod sit pura potentia. At verò reliqui motus fiunt in subiectis iam in actu licet in potentia ad formam acquirendam per motum vt albefactio fit in pariete qui est ens in actu & in potentia ad albedinem, ergo & materia prima est primum subiectum generationis & corruptionis, & ex consequenti & secundario & radicaliter est etiam subiectum omnium aliarum transmutationum. Et per hæc patet ad argumenta facta in principio, tantum enim probant secũdam cõclusionẽ. Vel dicatur quòd differentia inter generationem & alios motus attenditur penes terminos eorum: ita quòd terminus quo generationis, scilicet, forma solum petit materiam primam, terminus quò aliorum motuum. v. g. albedo, calor, requirũt subiectum in actu, & hæc de hoc capite.

CAPVT. V.

DE augmentatione reliquũ est dicere quomodo differat à generatione & alteratione, & quomodo augmentatur vnumquodque quod augmentatur, & diminuitur, quodcunque diminuitur. Scrutandum itaque primũ vtrũ solum in circa quid est eorum differentia adinuicem? verbi gratia, ea quæ est ex hoc in hoc, transmutatio, vt ex potentia substantia in actu substantiam, generatio est, quæ autem circa magnitudinem, augmentatio & diminutio, quæ autem circa passionem, alteratio. Vtrorunque autem ex potentia entium in actum transmutatio dictorum est.

Aut etiam modus differt transmutationis. Videtur enim quòd alteratur, non ex necessitate transmutãs locum; neque quod generatur. Quod autem augmentatur & diminuitur.

Alio autem modo ab eo, quod fertur. Nam, quod fertur vniuersum, mutat locum. Quod autem augmentatur, quemadmodum, quod extenditur. Hoc enim manente particulæ trãsmutantur secundum locum.

Non quemadmodum, quæ sphæræ. Hæ enim in simili loco transmutantur manente toto. Quæ autem eius, quod augetur, semper in ampliorem locum. In minorem autem, quæ eius, quod diminuitur. Quod autem transmutatio differt, non solum in circa quid, sed ex parte eius, quod generatur & alteratur & augmentatur, manifestum est.

Circa quid autem est transmutatio, augmentationis & diminutionis. Circa magnitudinem autem videtur esse augeri & diminui. Et qualiter suscipiendum? Vtrum ex potentia quidem magnitudine & corpore actu vero incorporeo, & sine magnitudine, generari, corpus & magnitudinem? Et cùm hoc dupliciter contingat dici, qualiter augmentatio sit, vtrum ex separata ipsa secundùm se materia, an ex existente in alio corpore?

Aut impossibile vtrunque. Separata enim, aut nullum possidebit locum, vt punctus aliquis, aut vacuum erit & alias vt corpus nõ sensibile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Horum autem, hoc quidem non contingit, hoc autem necesse in aliquo esse. Semper enim alicubi erit, quod generatur ex eo. Quapropter & illud, aut secundum se, aut secundum accidens.

Sed si in aliquo existit, siquidem separatum ita vt non illius, secundum se, aut secundum accidens, aliquid sit, contingit multa impossibilia. Dico autem v.g. si generabitur aer ex aqua, non aqua erit transmutata, sed propterea quod in aqua vt in vase inest materia eius cuius est. Infinitas enim nihil prohibet materias esse. Quapropter & generari actu. Amplius neque sic videtur generari aer ex aqua vt exiens a manente.

Melius ergo est facere inseparatam materiam eandem, & vnam numero, ratione autem non vnam.

Sed, neq; puncta ponendum, neq; lineas, corporis esse materiam propter easdem causas.

Illud autem, cuius hæc sunt vltima materia est, quam nunquam sine passione possibile est esse, neq; sine forma. Generatur quidem igitur simpliciter alterum ex altero, quemadmodũ & in alijs determinatũ est: & ab aliquo aut actu existente aut homogeneo, aut homoydeo. v.g. ignis ab igne, aut homo ab homine, aut ab actu. Durũ enim a non duro generatur.

Quoniam autẽ est materia & substãtiæ corporeæ & corporis talis. (Corpus enim commune nullũ) eadẽ passionis & magnitudinis est, ratione quidẽ separata, loco autẽ non separata, nisi & passiones sint separabiles. Manifestũ autem est ex quæsitis, quoniam augmentatio non est transmutatio ex potentia magnitudine, actu autem nullam habente magnitudinem. Separatum enim esset ipsum commune. Hoc autem, quoniã impossibile dictum est in alijs prius.

Amplius autẽ talis trãsmutatio, nõ augmentationis est propria, sed generationis. Augmentatio enim est existentis magnitudinis additamentum, diminutio autem minoramẽtum. Ideo oportet habere aliquam magnitudinẽ quod augetur. Quapropter non ex materia sine magnitudine oportet augmentationem esse in actu magnitudine, generatio enim vtique erit magis corporis non augmentatio.

Suscipiendum itaque magis, quasi tangentes quæstionẽ a principio, qualis alicuius entis, augmentari & diminui, causas quærimus. Videtur itaq; ejus, quod augetur, quæcunque pars aucta esse. Similiter autem in diminutione minor esse generata. Amplius autem, aduenięte aliquo augmentari & recedente diminui.

Necesse autẽ augmentari, aut incorporeo aut corporeo. Siquidẽ igitur incorporeo, erit separatũ quod cõmune. Impossibile est autẽ materiam a magnitudine esse separabilem, quemadmodum dictum est prius. Si autem corporeo, duo in eodẽ loco corpora erunt & quod augetur & quod augget. Est autem & hoc impossibile.

Sed nec sic contingit, fieri ac generari, dicere augmentationẽ & diminutionem vt quando ex aqua aer. Tunc enim maior moles generata est. Non enim augmentatio hæc, sed generatio quidem eius, in quod trãsmutatur erit, corruptio autem cõtrarij, augmentatio autem neutrius. Sed, aut nullius (aut si aliquod commune arborum existit) eius quod generatur; & eius quod corrumpitur v.g. si corpus. Aqua autem non aucta est, neque aer, sed hoc quidem deperijt, hoc autem generatũ est, corpus autem, si quidem id adauctum est. Sed & hoc impossibile. Oportet autem saluare, rationem & existẽtiam eius quod, augetur & diminuitur. Hæc autem tria sunt, quorũ vnum est, quamcunq; partem maiorem esse eius quod augetur magnitudinis (v.g. si caro, carnis.) Et aduenięnte aliquo. Et tertium, vt saluetur & permaneat, id, quod augetur. Cum enim generatur aliquid simpliciter & corrumpitur, non manet idem. Quod autẽ augetur, aut minuitur, manet idem. Sed tamen hic quidem passio, hic autem magnitudo, non manet eadem. Si itaque erit illic prædicta augmentatio, contingęt nullo aduenięnte, neque manente augeri & nullo recedente diminui & non manere, quod augetur. Sed oportet hoc saluare. Subiecta enim est augmentatio talis.

Quæret autem aliquis & quid est, quod augetur, vtrum cui apponitur aliquid, aut quod apponitur. v.g. si crus, quod augetur, hoc fit maius, quod autem auget cibus non. Quare igitur non ambo aucta sunt? Maius enim, quod apponitur & cui, quemadmodum & quando miscens vinum aquæ. Similiter enim maius vtrunque.

Aut quoniam quidem, huius substantia manet, huius autem non, ver. g. cibi. Quoniam dominans dicitur in mistione, vt vinũ. Facit enim, vini opus, sed nõ aquæ, vniuersa mistura. Similiter &

ter & in alteratione, si manet caro ens, & quod aliquid est, passio autem aliqua, quæ ineest per se, quæ prius non inerat, alteratum est hoc. Quo autem alteratum est, hoc, quandoq; quidem, nihil passum est, neq; alterata est substantia, quãdoq; autẽ & illud. Sed alterans, & principiũ motus, in eo quod augmentatur & alteratur, in his enim est mouẽs. Quoniã, & ingrediẽs generatur vtiq; magis, & accipiẽs illud corpus. V.g. si ingrediens fiat vtique ſpiritus, oportet corruptum esse hoc patiens, & mouens non est in hoc.

Quoniam autem de his quæsitũ est sufficienter, oportet quæstionis tentare solutionem inuenire, saluantes manere id quod augetur, & aduenięnte aliquo augeri, recedente autem diminui. Adhuc autem, quodcunque signũ sensatũ, aut maius, aut minus, generatum esse: & nõ vacuum esse corpus, neque duas magnitudines in eodem loco, neque incorporeo augeri.

Suscipiendum igitur causam, sed si primum quædam cõstituerimus, quorum vnum est, quòd anhomiomera augentur, cum homiomera augentur, (Componitur enim ex his vnũquodque.) Deinde quòd caro, & os, & vnaquæque talium partium est duplex, quemadmodum & aliorũ in materia speciem habentium. Etenim materia dicitur, & ſpecies, caro, aut os.

Quamlibet igitur partem, augmẽtari, & aduenięnte aliquo secundum quidem ſpeciem est contingens, secundum autem materiam nõ est.

Oportet autem intelligere quemadmodum si aliquis mensurabit eadem mensura aquã. Semper enim, aliud, & aliud, quod generatur. Sic vtique, augmentatur materia carnis, sed nõ partium cuique aliquid aggeneratur. Sed hoc quidem defluit, hoc autem aduenit. Formæ autem, & cuicunque ſpeciei particulæ.

In anhomœomeris autem hoc magis manifestum. v.g. in manu, quoniã proportionaliter auctum est. Materia enim, alia ens a specie, manifesta magis est hic, quam in carne, & homiomeris. Ideo & mortui magis videtur esse, caro, & os, quam, brachium, & manus.

Quapropter, est quidẽ sic quantũcunque carnis auctũ, est autem non. Secundum speciẽ enim cuicunq; aduenit, secundum materiã autẽ non.

Maius autem totum generatũ est aduenięte aliquo, quod vocatur cibus, & contrariũ trans-

mutato in eandem speciem. v.g. si sicco aduenięt humidum. Cum enim aduenerit, transmutatur humidum, & generatur siccum. Est enim vt partim simile a simili augmentetur. Est autem partem a dissimili.

Quæret autẽ aliquis, quale oportet esse id, ex quo augetur. Manifestũ vtique, quoniã potentia est illud. v.g. si caro potẽtia carnem, actu autem aliud. Corruptum vtiq; hoc, caro generatum est.

Non igitur hoc ipsum secundum se. Generatio enim esset non augmentatio. Sed, quod augetur, hoc. Quod igitur & ab hoc est patiens, actum est, aut mistum. Quemadmodũ, si quis vino superinfundat aquam, hoc autem potest vinũ facere, quod mistum est. Et quemadmodũ ignis facit, cum ea, quæ vri possunt, cõsigerit, ita in eo, quod augetur, & est actu caro, quod ineest augmentatiuum aduenięnte id, quod est potẽtia caro, facit actu carnẽ. Igitur simul existit, si enim seorsum, generatio est. Est enim ita ignem facere ad existentem adiungentes ligna. Sed sic quidem est augmentatio. Quando autem ipsa ligna per se incenduntur, generatio est.

Quantum autem vniuersale quidẽ non generatur, quemadmodũ, nec animal, nec homo, nec aliquid singulariũm, sed, vt hic vniuersale, ita & illic quantũ. Caro autem, aut os, aut manus, & horum homiomera, aduenięnte quidẽ aliquo quanto, sed non carne quanta.

Secundum id igitur, quòd potentia vtrunque. v.g. quãta caro sic auget quidẽ. Etenim, quãtam oportet generari, & carnem, secũdum id enim, quod solum substantia caro, nutrit. Etenim sic differunt, cibus & augmentatio ratione.

Ideo nutritur quis quousque, saluatur, & diminuitur. Augmentatur autem non semper.

Et nutrimentũ augmentationi idẽ est quidẽ. Esse autẽ aliud. Nam quatenus id, quod aduenit potentia quanta caro, augmentatiuũ carnis est. Quatenus autem, quod solum potentia caro nutrimentum.

Hæc autem species sine materia, vt immaterialis potentia aliqua, in materia est. Similiter autem & aliud quodcunque organum. Si autem aduenerit aliqua materia, quæ sit potentia immaterialis, habens & quantum potentia, hæc erunt immateriales maiores. Si autem amplius facere non potest, sed vt aqua vino semper am-

Universidad de Deusto
Biblioteca

plius mista in fine aquaticum facit, & aquam, tunc, diminutionem faciet quanti, species autem manet.

EXPOSITIO TEXTVS.

POstquam Arist. sermonē fecit de generatione & alteratione, nunc augmentationis naturam exponere aggreditur. Qua in re primò exponit intentionem suam dicens q̄ post generationis & alterationis expositionem oportet vt de augmentatione sermo instituatur. Quem tractatū diuidit Arist. in duas partes. In prima ait se actūrū quomodo augmentatio differat ab alteratione, in secunda autē quomodo fiat augmentatio & diminutio. ¶ Circa primū proponit hanc quæst. An augmētatio ab alijs motibus differat? Vtrùm, scilicet, differat ex parte termini solùm, an etiam ex parte modi tendendi in illum? Cui quæstioni respondet quatuor concl. Prima cōclusio. Augmentatio differt à generatione & alteratione, quia est in distinctum terminum. Probatur cōclusio. Generatio est à potētia substantia in substantiam actu, alteratio verò à potētia passio, id est, à nō qualitate ad qualitatē, augmentatio autem est à non magno ad magnū, ergo distinguūtur penes terminos. ¶ Secūda cōclusio. Augmentatio differt à generatione & alteratione ex parte modi tendēdi in terminos. Probatur cōclusio. In omni augmentatione est mutatio loci de necessitate, in generatione autē & alteratione non est motus localis de necessitate, ergo alius est modus augmētationis, atq; est generationis & corruptionis. Cum autē in hac conclusione Arist. dixerit augmentabile vel quod diminuitur mutare locum explicat quomodo mutet locum. ¶ Tertia cōclusio. Alio modo mutat locum quod augetur, alio quod mouetur, motu recto localiter. Probatur conclusio. Quod mouetur localiter motu recto, mouetur à loco secūdùm se totum, id est, secundùm quālibet partē sui & etiā totaliter, id autē quod augetur nō mouetur secūdùm omnem partē à loco, sed mutat locū sicut id quod deducitur putà metallū per malleationē, vel etiā humidū in vase per infusionem, siue quodcūq; huiusmodi corpus, quo quidē totaliter in eodē loco manente partes eius trālmutantur secūdùm locū per extensionē vel quocunq; alio modo. ¶ Quarta cōclusio. Quod augmentatur nō mouetur localiter eo modo quo mouetur aliquod corpus motu circulari. Probatur conclusio. Quod mouetur circulariter manet in eodē loco secūdùm totū nō secūdùm partes, sed id quod augetur nō manet in eodem loco secūdùm totum, cū semper habeat maiorem, & id quod minuitur minorem, ergo nō mouetur modo quo corpus mouetur circulariter. Ex dictis infert Arist. corollariè in fine primā & secūdā cōclusionem. Manifestū esse augmentū differre à generatione & alteratione; dupliciter primò secūdùm terminū ad quē: secundò secundùm modum quo fit motus. ¶ Postquā Arist. absoluit primū quod proposuerat, scilicet, quomodo augmentatio differat ab alijs motibus, aggreditur iam nūc secūdùm tractare, scilicet, quomodo augmētū fiat. Circa quod proponit aliam quæst. & est secūda huius capitis; Quæstio autē est, quia ex dictis patet augmētum esse circa magnitudinē sicut circa terminū, quærit modo Philosophus ex parte subiecti ex quo; An augmentū fiat ex corporeo potētia & incorporeo actu sine magnitudine? Et si ex corporeo, subdiuidit hoc mēbrū. Dupliciter enim potest dici q̄ aliqua materia actu existens sit sine corporeitate & magnitudine. Et ita rationabiliter quæritur, si talis materia, scilicet, corporea est subiectū augmētationis qualiter ex ea augmento fiat. Vtrū, scilicet, ipsa materia sine corporeitate & magnitudine existēs sit secūdùm seipsam separata existens, aut ita q̄ sit in aliquo corpore, nō tamen pars eius. Nam si esset pars eius, esset subiectū corporeitati & magnitudini ipsius. ¶ Prima cōclusio. Augmentū non fit ex materia separata. Hanc probat Arist. quia si materia est separata, sequitur, q̄ vel esset absque loco vt punctus vel q̄ esset vacuū, vel corpus insensibile talis materia, sed nihil horū potest esse, ergo non fit augmentatio ex materia separata. Minorē probat Aristote. quoad primam partem, scilicet, q̄ esset absq; loco vt punctū. Nam materia est ex qua generātur corpora sensibilia, hoc autē ex quo corpora sensibilia generantur, necesse est in aliquo loco esse, ergo oportet id ex quo generatur aliquid secūdùm materiā esse alicubi, vel per se, vel per accidēs. Per se quidē ponit Arist. secūdùm opinionem antiquorū Philosophorū ponentiū materiā corporū naturaliū esse aliquod corpus actu putà ignem aut aërem, aut aquā. Per accidēs autē secūdùm opinionem Platonis & suā, qui ponebāt materiā esse ens in potentia. Maior huius probationis non expresse ponitur ab Arist. sed supponitur: minorem verò probat, quia semper videmus q̄ id quod generatur est alicubi, id est, in aliquo loco determinato. Ibidem autē est quod generatur ex aliquo vbi fuit id ex quo generatur. Reliquas duas partes minoris principalis prętermittit Arist. sine probatione, scilicet, q̄ nō sit vacuū, & ait. Hoc quidē nō contingit, id est, vacuū est impossibile, quod iam ipse probauit. 4. Phys. c. 8. & 9. nihilominus tū probat S. Tho. breuiter quia vacuū dicimus, corpus nō repletū sensibili corpore, sed materia in casu conclusionis esset corpus nō repletū sensibili corpore, ergo. Maior patet, quia vacuū antiqui Philosophi nihil aliud ponebāt nisi corpus sensibile. Et similiter, q̄ non sit corpus insensibile nō probat Arist. probat tū Philopponus, quia non potest esse corpus, quin sit sensibile. Nam si corpus est, locum habet, & tunc

& tunc vel sursum vel deorsum, naturaliter vel violenter, & omni modo sequitur q̄ sit sensibile, aliter non haberet locum, ergo. ¶ Secunda conclusio respondens secundo mēbro quæstionis quod erat; vtrùm materia sic separata sit à corpore, vt sit in aliquo corpore, nō tamē pars eius, & respōdet negatiue, scilicet; Impossibile est, q̄ materia sic sit separata à corpore vt nō sit aliquid eius. Probat hanc. Nam si materia sine magnitudine existēs ita sit in aliquo corpore separata à substātia eius, q̄ non sit aliquid eius per se, vel per accidēs cōtingunt multa impossibilia, ergo materia nō est ponēda sic separata. Exēplo appositio manifestat modum hūc ponēdi vt probet antecedēs, scilicet, ex illo sequi multa impossibilia. Nam ita isti ponūt materiā separatam, q̄ quādo generatur aër ex aqua, non fiat hoc per trāsmutationē aquę ita, scilicet, q̄ materia aquę amittat formā aquæ, & recipiat formā aëris, sed sicut si materia aëris esset in aqua sicut in vase. Sic exposito hoc modo dicendi probat ex illo sequi impossibilia, id est. Nam, sequitur q̄ in vna re sint infinitæ materiæ. Probatur, quia si in aqua præter materiā eius est etiā materia aëris, pari etiā ratione potest esse in aqua alia, & sic in infinitū, præsertim quia ex vno possunt generari infinita successiuè, & ita sequeretur, q̄ nihil prohibeat esse infinitas materias in aqua, sed ex materia qualibet potest aliquid actu generari, ergo sequeretur, q̄ infinita possent actu generari ex vna eadēq; aqua. Secundum incōueniens est, quia sequeretur, q̄ generatio fieret sicut exiēs à manēte, quod tamē est falsum; nam nō videmus aliquid sic generari ex aliquo putà aërem ex aqua sicut quod exit ex aliquo permanente. v. g. cū vinū exit à dolio nō trālmutato. Cuius ratio non ab Arist. tot. sed à S. Tho. est assignata, quia potius generatio fit ex corrupto vt suprà dictum est. ¶ Tertia cōclusio. Melius est dicere augmentationē ex vna numero eademq; inseparata materia fieri, ratione verò nō vna. Hanc cōclusionem Arist. nō probat, sed deducit ex præcedentibus. Fit vult dicere, q̄ melius est dicere q̄ materia insit in omnibus, & q̄ nō separetur ab eis tāquam nihil eorū existēs, sed q̄ vna & eadem numero sit materia omniū, & differat solùm ratione, & secundùm hoc non erit separata à magnitudine, sed in vnoquoq; subiecta est actu magnitudini. Ex quo colligitur, q̄ augmentatio fit semper ex eo quod est actualiter quātū, nō autē ex aliqua materia vel separata, vel in corpore maniente sine quantitate. ¶ Quarta cōclusio. Materia nō est punctū, neq; linea, & hoc patet eisdē rationibus. Hanc cōclusionem infert Arist. corollariè ex dictis. Nam in præcedēti cōclusione ostēdit q̄ est impossibile subiectū augmēti esse id quod nullā habet quantitatem actu, sed in potētia tātùm sicut est materia, & quia quidā posuerūt materiā corporum esse quid Mathematicum, ideo Philosophus in hac cōclusione ostēdit, q̄ nihil quod caret magnitudine, potest esse subiectū augmēti. Caret autē quātitate in genere Mathematicorū punctum quidē simpliciter, linea verò secūdùm dimensionē latitudinis & profunditatis, corpus autē habet magnitudinē secūdùm omnem dimensionē vnde est perfecta magnitudo, vt dicitur in. 1. de cœlo tex. 9. Ostēdit ergo in hac cōclusione, quod nihil taliū quod quocūq; modo caret magnitudine, potest poni materia quæ sit subiectū augmēti. Probatur ergo cōclusio tribus rationibus. Primò quidem propter easdē causas, id est, propter rationes superius assignatas, quia necesse est punctā & lineas separatim per se existere, aut in aliquo corpore esse, & sic sequerētur eadē, quæ superius sequuta sunt. Secundò probatur cōclusio. Quia Mathematica sunt separata à formis naturalibus & passionibus sensibilibus sicut secūdùm intellectū, ita & secūdùm esse, sed materia non potest separari à formis naturalibus, & passionibus sensibilibus, ergo impossibile est aliquid Mathematicorū qualis est punctū & linea esse materiā corporū naturaliū. Maior est Platonicorū, contra quos arguit. Minor probatur sic, & primò quod materia sine forma esse nō possit. Omne quod generatur oportet quòd ex alio generetur, vt determinatum est in alijs, (scilicet, in. 1. lib. Phys. tex. 62. vbi determinauit Arist. q̄ vnūquodq; fit ex subiecto quod est materia,) & oportet q̄ generetur ex aliquo tāquā à suo simili homogeneo, (id est, quod saltim sit simile in genere) aut homoideos, (id est, q̄ sit vnius vel speciei) aut saltim oportet, q̄ illud ex quo generatur sit actu existens, siue ab actione alicuius existētis generetur aliquid, etiāsi generans non sit simile generato genere aut specie, ergo materia nūquā potest esse sine forma. Antecedēs exē plificat Arist. Nam ignis generatur ab igne sicut ab agente vnius speciei, & homo ab homine, ab actu autē existēte, siue ab actione existētis generatur aliquid, sicut durū generatur à non duro. v. g. cum lac induratur per ignē. Consequentiā autem probat S. Tho. quia semper generatur aliquid ex corrupto, vt suprà. c. 3. dictum est, ergo necesse est materiam ex qua aliquid generatur, & in qua aliquid corrūpitur, semper habere aliquā formā per quā assimiletur, vel cōtrarietur generanti vel corrūpēti. ¶ Secūdò probat minorē, quoad illā probationē, q̄ materia nō possit esse sine passione, & ratio est. Nam materia est corporea substātię, immateriales enim substātiæ incorporeæ sunt, ergo talis substātiæ corporeæ. Patet cōsequentia, quia nullū corpus cōmune; id est, vt explicat S. Tho. non potest esse aliquod corpus ita cōmune, quod non sit determinatū ad aliquā speciē, & ad aliquod indiuiduū. Sed omne corpus tale determinatū necesse est habere aliquā passionē propriā, vel cōsequentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

formam ſpecificam, qualis eſt propria paſsio, vel qualitercunque aliter aduenientem ſicut ſunt accidentia individualia, ergo neceſſe eſt quòd eadem materia quę eſt ſubiectum magnitudinis, ſit etiam ſubiectum paſsionis, ita tamen quòd materia quæ eſt ſubiectum magnitudinis ſit ratione ſeparata à paſsione, ſicut eſt alia ratio hominis & albi; loco autem, id eſt, ſubſtantia non ſeparantur, niſi quis dicat quòd paſsiones, id eſt, accidentia eſſent ſeparabiles à ſubſtantijs, quod tamen eſt impoſsibile. ¶Ex his infert quintam concluſionem, in qua id quod in tertia inſinuauerat dilucide aſſerit & probat. Quia enim videbatur digreſsionem quandam à propoſito feciſſe, colligit nũc ex omnibus dictis quintam cõcluſionem, qua directe reſpõdet quæſtioni. Concluſio eſt. Manifeſtum eſt ex omnibus quæ inquiſita ſunt, q augmentum non eſt tranſmutatio ex aliquo, quod ſit in potentia ad magnitudinem ita quod actu nullam magnitudinem habeat, ſed oportet habere magnitudinẽ illud quod augetur. Hãc cõcluſionẽ probat dupliciter. Primo, quia ſequeretur q commune ſubiectũ, ſcilicet, materia prima eſſet ſeparatum per ſe exiſtens abſque omni forma, quod & in præcedenti concluſione oſtẽſum eſt eſſe impoſsibile, & etiam prius in alijs locis, ſcilicet, in primo lib. Phyſ. Secundo. Nam ſequeretur, quòd talis tranſmutatio quæ, ſcilicet, fieret ex eo quod ſolùm eſſet in potentia ad magnitudinem, non propriè pertineret ad augmentationẽ, ſed potius ad generationẽ, ergo. Probatur ſequela. Nam de ratione augmẽti eſt quod fiat additio ad præexiſtentem magnitudinem. Dicitur enim aliquid augeri ex eo quod fit maius, quod non eſſet niſi aliquid prius eſſet magnum. Et per oppoſitũ de ratione diminutionis eſt, quod fiat minoratio quædam præexiſtentis magnitudinis, ergo oportet quòd id quod augetur habeat aliquam magnitudinem, ac per conſequens oportet quod augmẽtatio fiat non quidem hoc modo q materia quæ erat ſine magnitudine in actu perueniat ad hoc q habeat magnitudinem in actu. Hoc enim nõ eſſet augmentatio corporis ſed generatio, de cuius ratione eſt quod fiat aliquid in actu quod prius fuit in potentia. ¶Poſtquam Ariſtot. determinauit de materia ex qua fit augmentatio, an ex corporeo, an verò ex incorporeo, nunc eãdem quæſtionem iterum à principio particularius diſputandum eſſe inquit, vt ſic inquiramus cauſas augmenti & diminutionis. Quæſtio igitur quã de nouo modo proponit, eſt. Quale ſit id quo aliquid augetur, aut diminuitur. ¶Ad hanc autem quæſtionem diſſoluendã Ariſti. primò duo fundamẽta iacit, ac deinde proponit argumẽtum quo vult probare, quòd nihil in augmẽtatione addatur. Primum ergo Ariſtotelis fundamentũ eſt. Eius quod augetur quælibet pars augetur, & eius quod minuitur, quælibet pars minuitur. Secundum eſt. Omne quod augetur, aliquo extrinſeco adueniente augetur, & ſimiliter aliquid diminuitur aliquo recedẽte. Hæc duo fundamenta nõ probat, ſed veluti per ſe nota ſupponit. S. Tho. autem ea ſuper tex. breuiter probat, & primũ hac ratione, quia ſicut dicitur in 5. Phyſ. tex. 1. illud cuius aliqua pars mouetur dicitur moueri ſecundum partem & non ſimpliciter, ſicut homo dicitur vulnerari, cuius manus vulnerata eſt: ad hoc ergo quòd aliquid per ſe & ſimpliciter moueatur requiritur quòd quælibet eius pars moueatur. Quod quidẽ in augmẽto & omnibus alijs motibus obſeruari oportet. Secundum fundamentum etiam probat. Nam quãdo aliquid reducitur in actu oportet q reducatur per id quod eſt actu. Vnde ſecundum hoc id quod eſt in potẽtia ad maiorem quantitatem reducitur in actum illius quantitatis per aliquid quod habet actu quãtitatem illam, & hoc eſt quod adijcitur ei quod augetur. ¶His duobus ſuppoſitis fundamentis proponit iam Ariſt. argumentum quo vult probare q nihil addatur in augmẽtatione, & eſt huiuſmodi; Si eius quod augetur oportet quamlibet partẽ augeri, & omne augmentum fit per alicuius additionem, vt ſuppoſuimus in duobus fundamentis modo poſitis, ergo cuilibet parti eius quod augetur oportet aliquid addi, ergo illud quod additur quo aliquid dicitur augeri aut eſt incorporeum aut corporeũ: ſed neutrum horum, ergo. Probat minorem quòd non incorporeum. Nam ſicut in præcedẽti quæſt. oſtẽſum eſt, impoſsibile eſt quòd materia ſit ſeparata à magnitudine & ſit quoddam commune, ergo id quo aliquid augetur nõ poteſt eſſe incorporeum. Alia etiam ratione probat D. Tho. hoc mẽbrum. Quia ſi eſſet incorporeum non eſſet quantum in actu, vnde ſui appoſitione non faceret maius ſecundum quantitatem. Quòd verò neque ſit corporeum etiam probat. Nam ſequeretur quòd duo corpora ſimul eſſent in eodẽ loco, ſcilicet, corpus quod augetur, & corpus quod auget; hoc autẽ eſt impoſsibile, ergo. ¶Nec valet dicere, quòd augmentum ſit nullo alio appoſito, ſed per quẽdam tumorem, vt putà quando ex aqua generatur aër, nihil materiæ additur, ſed augetur materia quodã tumore. Nam hoc eſſet generatio vnius & corruptio alterius, non augmẽtatio, ergo. Probatur antecedens. Nam eſt generatio eius in quod tranſmutatur, ſcilicet, aëris, & corruptio eius quod tranſmutatur, ſcilicet, aquæ. Quod verò etiam non ſit augmẽtatio probat. Nam ſi eſſet augmentũ vel eſſet augmentum aquę vel aëris, vel alicuius communis aëri & aquæ, ſed nullum horum augetur, ergo nihil. Maior non probatur, ſed ſupponitur. Minor probat tali ratione. Omne quòd augetur manet ſub vtroque termino augmenti, ſed nullum dictorum manet ſub vtroq; termino, ergo nullũ eorum augetur.

augetur. Maior probatur ex tribus conditionibus requiſitis ad augmentum. Prima eſt ſuprapoſita, ſcilicet, quòd quælibet pars magnitudinis quæ augetur fiat maior, puta ſi caro augetur, quòd quælibet pars carnis ſit maior. Secũda etiam ſuprapoſita eſt, ſcilicet, quòd aliquo adueniente aliquid augetur. Tertia autem eſt quæ nunc ponitur de nouo, ſcilicet, vt id quod augetur, conſeruetur & permaneat in ſuo eſſe ſub vtroque termino. Quòd autem hæc tertia conditio requiratur probat ex differentia generationis ab augmentatione & alteratione. Quia in generatione non manet idem ſed corrumpitur quod prius erat. At verò licet in alteratione non maneat eadem paſsio, & in augmentatione & diminutione eadẽ magnitudo, ſed ſit maior & minor, tamen debet manere idem ſubiectũ, ergo. Huius autem rationem Ariſt. nõ affert, S. Tho. autem breuiter ſic probat. Quia generatio & corruptio ſunt tranſmutationes circa ſubſtantiam, cum ſimpliciter aliquid generatur vel corrumpitur nõ permanet eius ſubſtantia, ſed cum augmentatiõ & diminutio ſint circa quãtitatẽ & alteratio circa qualitatem quæ ſunt accidentia ideo cum aliquid alteratur ſeu augetur, vel diminuitur debet manere idem numero ſecundum ſubſtantiam. Ex his omnibus infert Ariſt. ſolutionem datam non eſſe bonam. Nam ſi prædicta trãſmutatio, ſcilicet, qua ex aqua generatur aër per tumorem, eſſet augmentatio, ſequerentur duo contraria prædictis ſuppoſitionibus; quorum vnum eſt, quòd aliquid augeretur nullo alio adueniente, & diminueretur nihilo recedente. Aliud eſt quod id quod augetur nõ maneret, quæ tamen oportet, vt in augmento ſaluentur. Quod autem hæc ſequantur nõ probat Ariſt. ſed probat D. Tho. Nam quod nihil addatur ipſi ſolutio concedit, quòd verò nõ maneret probatur, quia nec aqua manet ſiquidem corrumpitur, neq; corpus quod videtur eſſe commune manet idem numero. Vnde Ariſto. ſignanter dixit in textu, Si aliquid eſt commune: quia, ſcilicet, nihil actu ens idem numerò exiſtens ſecundum ſubſtantiam eſt cõmune ei quod corrũpitur & generatur. ¶Poſt: hæc Ariſt. proponit aliam quæſt. ſcilicet, Quid ſit quod augetur; vtrum, ſcilicet, ſit id cui apponitur, vel id quod additur. V.g. An crus hominis augeatur, aut cibus qui ei apponitur, vel potius vtrumq; augeatur? Fit videtur quòd ambo augeantur, quia quodlibet illorũ ſit maius, & id quod apponitur, & id cui apponitur, ſicut patet quãdo aqua vino admiſcetur quodlibet ſit maius. ¶Ad hanc quæſtionem reſpondet vnica concluſione. Illud cui apponitur ſolummodo dicendum eſt, quod auctum ſit. V.g. ſi crus ſit cui apponitur, & nutrimentũ quod apponitur, crus & non nutrimentũ dicetur augeri. Probat hanc concluſionem dupliciter. Primo; Id dicitur augeri quod manet ſub vtroque termino augmenti, & non id quod non manet, ſed crus manet ſub vtroque termino, & non cibus, ergo crus augetur & non cibus. Et hoc eſt quòd inquit; Aut quoniam huius, ſcilicet, cruris manet ſubſtãtia, huius autem, ſcilicet, quod aduenit nõ manet ſubſtantia. v.g. cibi, ergo quod augetur eſt crus cui apponitur. Et quia in obiectione fiebat mentio de mixtione vini cum aqua probat concluſionẽ ipſo exẽplo de mixtione. Nam quando in mixtione ex aqua & vino, vinũ prædominatur, quòd ſit quãdo parum de aqua additur ei, vinũ augetur, quoniã permanet & aqua apposita corrumpitur & mutatur in vinum. Quod autem maneat vinum in iſta mixtione patet; quia vini propria operatio manet aqua modica appoſita calefaciendo & confortando, non autem facit opus aquæ, ergo vinũ manet. Nam ex propria operatione eiuſdem infertur ſpecies. Secundo probat eandem concluſionẽ exemplo de alteratione. In alteratione enim ſi caro manet, & accidens de nouo aduenit, caro dicitur alterari, & non accidens illud, ergo ſimiliter hic crus dicetur auctum & non cibus additus. Sed in hoc eſt differentia inter alterationem & augmentationem, quia ſi reſpicias id à quo fit augmentum, & à quo alteratio puta extrinſecum ipſum, quod in alteratione eſt agens, in augmento cibus, tunc aliquando alterans alterat & alteratur vt dum frigefacit aqua calefit: aliquando non alteratur vt Sol agit nõ alteratus ab eo in quod agit. At in augmento cibus non ſe ſe habet, ſed ſemper ita alterat vt alteretur, quia ſemper auget & nunquam augetur. Et hoc eſt quod inquit; Quo verò alteratũ eſt, hoc quandoquidem nihil paſſum, neque alterata eſt ſubſtantia quãdoq; autem & illud. Fiſt etiam ſimilitudo aliqua inter augmẽtationem & alterationẽ. Quia alteratum quod eſt principiũ motus, hoc eſt, quia potentia alterativa quæ eſt alterationis principiũ & potentia auctionis, eſt in eo quòd augmentatur & alteratur; & ita vult quòd potentia alterativa ſit in alterabili, & augmentativa in augmentabili. Cuius cauſam affert cum inquit; In his, ſcilicet, augmentabili & alterabili eſt ipſum mouẽs, quod eſt potentia motiua. ¶Ex his ſoluit vnum dubiũ quod contra prædicta fieri poteſt. Nam aliquãdo cibus ſit maior quàm erat & augetur, vt pote cum conuertitur in ſpiritum, ſiue in ventum corpus tumeſcentem, vel conuertitur in ſpiritum, id eſt, ſubſtantiam ſubtiliorem vt in ſanguinem, ergo ipſum quod augetur aliquando augetur. Hanc dubitationem ponit in illis verbis, Quoniam & ingrediens, &c. ſoluit autẽ in illis: Oportet corruptũ eſſe &c. Vult dicere, quòd neque in caſu cibus augetur, nõ ſolum quia corruptus eſt, vt dictum eſt, ſed etiam quia mouens, hoc eſt, potentia motiua ipſius non eſt in cibo, id eſt, quia in cibo non eſt illa virtus vt conuerteretur in maiorem ſubſtantiam, ſed in ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mali alterante & conuertente cibum. Quòd si augeri dicerctur, vtique haberet talem virtutem in se. ¶ Postquàm Philosophus mouit dubitationē de eo quo aliquid augetur, & soluit dubitationem interpositam, hic iam accedit ad soluendam dubitationem principalem, & ait quòd oportet hoc ita explicare, vt saluentur illa tria principia suprapositа, ne aliquod eorum falsificetur. Primum est, q̄ id quod augetur permaneat: secundum est, quòd augmentum fiat adueniente aliquo & diminutio recedente aliquo: tertium est, quòd quodlibet signū sensatum, id est, quælibet pars sensibilis, & minima naturalis eius quod augetur, quæ potest per se actionem habere, & cibum cōuertere, augeatur in augmento & diminuatur in diminutione. Adhuc præter ista tria principia oportet alias tres veritates obseruare, quas simul concordare est difficile, quòd non est vacuum intra corpus, quòd non est corporum penetratio, q̄ non augeamur incorporeo, sed corporeo. Videtur enim suppositis prædictis suppositionibus, vt optime dicit D. Tho. alterum horum inconueniētium ex necessitate sequi. Nā corpore susceptо ab extrinseco augemur, quare videtur q̄ penetretur cū corpore nostro. Quod si penetratio non est, videtur quòd nō debeat esse corpus, quo augemur. Quod si nec penetratio est, nec incorporeo augemur, videtur q̄ interius sit vacuū in quod recipiatur corpus hoc. Quod si nō est vacuum profectо difficile est modum inuenire quo possit fieri augmentatio. At talis modus inuenidus est. Nam impossibile est vnumquodque illorum, scilicet, incorporeo augeri, penetrationem esse, aut vacuum intra corpus quod augetur dari. ¶ Ad solutionem huius quæst. præmittit Aristot. duo. Primum est, q̄ anomiomera, id est, membra dissimilium partium putà manus aut pes aut similia augentur per hoc q̄ partes augētur quas omiomeras, id est, similares vocat, sicut brachium augetur ex augmento partium carnis, & partium ossis. Hoc probat, quia vnumquodque membrum dissimilium partium augetur ex his quæ sunt similia sicut manus ex carne & osse & neruo, & ideo oportet q̄ per augmentum partium augeatur totum. Secundum quod præmittit est, quod vna quæque partium vt caro, os & similes est duplex. Est enim vna quæ est materia, & alia quæ est forma. Quam diuisionē in quæstionibus copiosè explicabimus. ¶ His præmissis ponit Aristo. hanc conclusionem quа respondet quæstioni. Quando diximus quòd quælibet pars augetur eius quod augetur, & quod vnumquodq; augetur adueniente aliquo extrinseco, id intelligendum est accipiendo partem nō secundum materiam, sed secundum speciem. Nam cuilibet parti secundum speciem cōsideratæ additur aliquid tanquam permanenti; & ita quælibet pars secundum speciem considerata augetur. Non autem cuilibet parti secundum materiam consideratæ fit additio, atque ita neque pars secūdum materiam considerata augetur. Dictum est enim q̄ id quod augetur oportet permanere, non autē permanet quælibet pars secundum materiā considerata, sed solum secundum speciem, ergo. ¶ Hanc cōclusionem manifestat & probat Arist. duobus exemplis. Primum est in mensura aquæ. Accipiatur vnum vas aquæ ex quo aqua paulatim effluat, & quantum ex vna parte effluit, tātum ex alia infundatur, notum est tunc q̄ aqua quoad mensurā quæ est formale semper erit eadem, tamen quoad materiam aqua non erit eadem, sed alia & alia. Sicut ergo ibi mensura, ita in augmento forma, & sicut ibi manet mensura, & illi additur aqua alia & alia, ita manet forma in aucto, & partes materiæ fluunt. Vnde formæ additur secūdum quamlibet partem materiæ, non tamen cuilibet parti fit additio quia fluit. ¶ Secundum exēplum ponit in partibus dissimilaribus, in quibus dicit q̄ prædicta conclusio sit magis manifesta. Etenim videmus in anomiomeris, id est, membris dissimilium partiū puta manu quòd proportionabiliter augetur tota manus, & quilibet digitus, & etiam quilibet articulus. Et hoc ideo quia magis manifesta est distinctio speciei & materiæ in his membris, quàm in carne, & osse, & alijs similibus mēbris. Quanto enim sunt propinquiora toti, tanto plenius formę perfectionem recipiunt, quæ forma principaliter est actus totius. Vnde magis sunt manifestæ operationes animæ in dissimilibus membris, quàm in partibus similibus. Quod etiam ex signo apparet, quia mortuo homine, caro magis apparet caro aut os, quàm manus aut brachium. Ex his concludit Arist. solutionem positam, q̄ scilicet, quælibet pars est aucta secundum formam, non autem quælibet pars est aucta secundum materiam. Videndus est D. Tho. super hos duos textus, qui elegantissime eos exponit, & præter exempla Arist. adducit alia duo, quę etiam nos afferemus infra. ¶ Erat alia cōditio prępositа ab Arist. quomodo fieri potest auctio adueniente aliquo extrinseco de foris, & non effici penetrationem corporum, & hoc nunc declarat & simul exponit modum quo fit augmentatio; & dicit, q̄ nutrimentum quidem in principio est contrarium, & dissimile ipsi viuenti, tamen mutatur in simile. V.g. accedit sanguis humidus ossi sicco: est quidem sanguis contrarius tamen mutatur in os, & fit similis, & sic auget ipsum os, & sic in reliquis partibus. Et ità augmētum fit ex simili & dissimili, simili in fine mutationis, dissimili in principio. ¶ Deinde hoc posito quærit Aristot. Quale oporteat esse id quod augetur? Cui quæstioni respōdet Aristot. hac conclusione. Id quo augmentū fit est potentia id quo augetur. Hæc conclusio sequitur ex his quæ dicta sunt in præcedenti textu; & eam licèt

licèt Arist. non probet, tamen D. Tho. sic probat ex his quæ insinuat ipse Arist. Quia si. v.g. caro est quæ augetur, id quo augetur oportet esse in potētia carnem, quia vt dictum est, id quo aliquid augetur est in principio dissimile & in fine simile, & quia nihil est in potentia ad vnum quin sit in actu aliquid aliud, oportet id quo augetur caro, quod est in potentia ad carnem, esse actu aliquid aliud quàm carnem putà panis. Quod autem est actu aliquid non fit aliud nisi per prioris & sequentis generationem & corruptionē, oportet ergo augmentum fieri corrupto eo quod prius erat actu puta pane genito eo quod augetur putà carne. Et sic manifestum est quòd in augmento concurrit generatio aliqualiter; non tamen simpliciter. Etenim generatio est alicuius totius per se, sed augmentatio semper fit ex hoc quòd additū iungitur alicui præexistenti in vnitate, & ideo patitur ab eo quod auget, & fit quædam mistura vnius & alterius. Et huius rei est simile, sicut si aliquis vino præexistēti superinfundat aquam hoc modo, q̄ vinū sua virtute potest aquam commixtam conuertere in sui naturam. Tunc enim dicitur esse augmentū vini non generatio. Cum autem liquor aliquis secundùm se in vinū conuertitur est vini generatio. Aliud est etiam huius rei exemplum de igne qui adurit corpora vstibilia sibi coniuncta, & ita contingit in eo quod augetur quod est actu caro, cuius virtus augmentatiua id quod adurit existens in potētia ad carnem facit actu carnem, ita tamē quòd sit simul cum carne præexistente. Si enim ex aliquo quod est in potentia caro seorsum fieret caro, esset generatio carnis non augmētum. Sicut accidit cum ex virtute seminis sanguis menstruus in carnem conuertitur; & hoc etiam accidit circa ignem. Contingit enim quandoque q̄ ligna igniuntur adiuncta igni præexistenti, & hoc est augmentatio ignis. Quando verò ipsa ligna incenduntur seorsum nō adiuncta alijs lignis adustis tūc est generatio. ¶ In præcedentibus Arist. comparauit augmentum generationi, nunc autem ostēdit quid sit id quod augetur. In qua re ponit hanc conclusionem. In augmento augetur hoc quantum singulare & indiuiduū non vniuersale. Probatur. Sicut est in generatione, ita in augmento, sed in generatione non generatur vniuersale, nec genus, nec species, sed singulare, ergo in augmento hoc quantum singulare, sicut in generatione hic homo, hic equus. ¶ Deinde ostendit quid sit id quod auget; fit enim augmentum adueniente aliquo vt dictum est, sed si per augmentū fieret quantum in vniuersali, oporteret id quod aduenit esse quantum in potentia & nullo modo in actu. Sed quia nō generatur quātū in vniuersali, sed hoc quātū puta caro, oportet id quod aduenit esse quidem aliquid in actu quantum, nō autem caro quanta sed solum in potentia. ¶ Cum nutrimentum qualiter se haberet ostendisset, nūc distinguit augmentationē à nutritione. Hæ enim ex eodem fiunt subiecto: dicitque ratione & diffinitione differre, subiecto tamen conuenire. Nam augmentatio respicit nutrimentū vt est potentia quantum illud quod debet augeri. Nutritio verò respicit idem, vt est potentia substantia viuēs. V.g. sit nutrimentum sanguis, hic est potentia caro nutrienda, & potentia quantum ipsum, scilicet, caro, nutritio sit ex ipso vt est potentia caro, augmentatio verò ex ipso vt est potentia tale quantū viuens, & sit actu quantum. Ex his infert Arist. q̄ aliquis nutritur quousque saluatur, id est, quandiu conseruatur in vita, quia semper oportet restitui per nutrimentum id quod continuè soluitur & diminuitur; non autem semper animal augetur, sed quādiu cibus conuersus in carnem potest extendi in maiorem quantitatem. Posita autem differentia inter augmentationem & nutritionem, nunc ponit eandem inter id quod nutrit, & id quod auget. Sunt enim idem subiecto, sed differunt ratione. Vt enim cibus est potētia caro, nutrit carnem, vt autem est potentia quanta caro, ita vt sit plus quam deperditum, sic auget, cum verò minus, diminuit; semper tamen siue in augmento siue in decremēto est nutritio, quia est substantiæ conuersio. ¶ Nunc tandē agit de diminutione & ponit hanc conclusionem. Diminutio fit per diminutionē quanti ex defectu formæ & virtutis. Probatur. Augmentum fit per formam immaterialem, id est, per formæ virtutem non adiuuante materia, licèt illa virtus sit semper in aliqua materia, ergo illa virtus poterit extendi ad maiorem quantitatē, tunc sequentur partes immateriales, id est, formæ maiores & fiet augmentum; si ergo sic fit augmētatio, ergo diminutio sit per defectum illius virtutis, & tandem tantus poterit esse defectus virtutis, vt tandem totum cesset & non sit. Videndus est D. Tho. super hūc textū, qui licet sit difficilis optime tamen ab eo explicatur.

IN hoc capite id imprimis aduertēdū est, quòd propter eius difficultatem & longitudinem in eius explicatione mutaui stilum, & paulo aliter quàm soleo ipsum interpretatus sum. Quod quidem benеuolum lectorem rogo vt boni consulat, si quidem propter eius vtilitate id feci. ¶ Circa tex. 28. vbi dicit Arist. q̄ materia non potest separari à magnitudine, & quòd in eodem nō possunt esse plures materiæ est dubiū, vtrum hæc sint vera? Etenim contra primum est argumentū. Quia omnis substantia prior est tempore accidēte, ergo potest separari. Patet consequentia, quia omne prius potest separari à suo posteriori. Cōfirmatur. Quia accidens est quod potest inesse & abesse præter subiecti corruptionem. Contra secundum est etiam argumentum. Nam quando mixtum generatur ex elementis, quælibet pars mixti est mixta, ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo coextendũtur sub eadem quantitate omnes formæ elementorum, sed non separatur materia à sua forma, neque forma à sua materia, ergo coextenduntur sub eadem forma mixti omnes materię elementorum. Confirmatur. Quando bipedale fit tripedale per rarefactionem, tunc pedalitas acquiritur in aliqua materia, & non in prima materia quæ præfuit, quia tunc esset penetratio quantitatum, ergo in materia noua, & sic duæ materię possunt esse simul in eodem. ¶ Ad primum negatur, quòd omne prius possit separari à suo posteriori, vt essentia prior est passione & tamen non potest separari ab ea, & huius rei multa alia sunt exẽpla. Ita dicimus in proposito ꝙ licèt materia sit prior quantitate, tamen materia non potest separari à quantitate, non quia quantitas sit materiæ coëua vt Comment. & quidam alij exponunt, sed quia aliqua quãtitas siue hæc siue alia semper debet esse in materia. De quo iam multa diximus in præcedenti capite agentes de ista opinione Commẽt. Ad confirmationem respondetur, ꝙ illa diffinitio accidentis intelligenda est quòd potest abesse & adesse præter subiecti corruptionẽ per mentis cogitationẽ vt nigredo respectu corui, & albedo respectu cygni. De quo multa dici solent in prædicabilibus capite de accidente. ¶ Ad secũdum argumentum respondetur, quòd habet aliqualem difficultatem in sentẽtia Commentatoris & aliorũ qui tenent formas elementorũ manere in mixto; cæterùm nos id negamus & dicimus elemẽta manere in mixto tantum virtualiter, & ita argumentum nullas habet vires. Cæterùm de hoc copiosissime agemus infrà super. 1 1. & vltimum caput huius libri. Ad confirmationem respondetur, ꝙ quando ex bipedali fit tripedale nõ producitur noua quantitas, sed tantùm præexistens extenditur. De quo etiam multa dicemus in vltima quæst. super istud caput. ¶ Super tex. 30. videndus est D. Tho. & in eodem tex. notanda est illa maxima quã ibi affert Aristot. scilicet, quòd omne quod est sub genere, debet esse in aliqua specie. De cuius intelligẽtia videndus est Ferrar. in. 3. cont. gent. c. 4. ¶ Circa tex. 33. mouet Philopponus dubium de generatione aquæ ex aëre quam affert hic Arist. Nam si aqua posset fieri ex aëre, cum aër ex quo fit sit maior aqua ex ipso genita, tunc derelinqueret vacuum. Præterea. Si ex aqua fieret aër, tũc prius fuisset vacuum, ad quod aër factus replendum mouebitur. ¶ Ad hæc respondet Philopponus dicens quòd aliqui volunt, quòd non potest ex aëre aqua fieri, quin tantum aëris ex aqua ex regione contraria fiat, vt si in regione nostra ex aëre fit vna glebba aquæ, in regione opposita ex aqua fit vna glebba aëris; & tunc dicũt isti quòd cum generatur à quo ex aëre, totus aër mouetur ad replendum locum in quo erat aër corruptus. Sed hæc omnia absurda & contra experientiam sunt, & ideo eis relictis aliter & benè respondet ipse Philopponus dicens, quòd neutrũ sequitur, sed partes propinquiores elementis parum condensantur cum sit aër, rarefiunt autem cũ fit. De quo vide Arist. o. in. 4. Phys. tex. 83. & D. Thomam ibi. ¶ Circa tex. 34. aduertendum est, quòd in eo dicit Arist. quòd sicut in aucto est virtus augendi, ita in alterato est virtus alterãdi, ita vt in vtroque, id est, alterabili & augmentabili sit principium motus, scilicet, augmentationis & alterationis. Circa quod est dubiũ quomodo dicitur, virtus alteratiua esse in eo quod alteratur: videtur enim potius esse ab extrinseco; non enim calesit aliquid aut frigesit nisi ab extrinseco agente. Confirmatur, & explicatur. Nam si factiua causa alterationis esset in eo quòd alteratur, sequeretur ꝙ id quod alteratur à seipso alteraretur, quod est cõtra rationem & rerum euidentiam. Nam nos calescimus ab igne, & frigesimus à niue, & non videmus in nobis factiuam causam caliditatis & frigiditatis. Confirmatur secũdò. Nam cera alteratur à sigillo, cum figuratur, ergo alteratiua virtus in sigillo est & non in cera, ergo falsum est quod dicit Arist. ꝙ alteratiua potentia est in eo quod alteratur. ¶ Pro solutione notandum ꝙ non est dubium de virtute augmẽtatiua. Hanc enim certũ est esse in eo, quod augetur, non in ipso cibo. De quo multa dicemus in quęstionibus, disputantes; Vtrùm non viuentia augeantur: modo tamen id probatur dupliciter ex Philoppono. Primò, quia in eo est virtus augmentatiua, vbi est virtus nutritiua, sed hæc non est nisi in eo quod nutritur, non autem in cibo, & nutrimento, quia nutrimentũ corrumpitur, virtus autẽ nutritiua manet; est ergo in ipso quod nutritur, hoc enim manet. Confirmatur, quia in eo est virtus augmentatiua, in quo est asimilatiua, qua mẽbrum sibi asimilat cibum; hæc autẽ est in mẽbro & non in cibo, ergo. Secundò. In eo est virtus auctiua quod permanet, at membrum permanet, cibus transmutatur, ergo auctiua virtus est in eo quod augetur. Consequentia cum minore patent, & maior probatur ex Arist. dicente hìc in tex. 35. quòd id quod augetur debet permanere semper, ergo in eo debet esse virtus auctiua. Confirmatur. Nam hoc est quod cõmuniter dicitur, quòd quæ augentur propriè, debent ab intrinseco augeri; de quo vbi supra, ergo. Difficultas ergo est de virtute alteratiua; vtrum sit in alterãte, an in alterato. Nam Arist. expresè dicit hic quòd est in alterato, argumenta autem posita & manifesta experientia videntur probare, quod est in alterãte. ¶ In quare duplex est opinio. Quidam enim dicũt, quòd Aristoteles per alterationem intelligit non simpliciter alterationem, sed alterationem augmentatiuã, qua nutrimentum asimilatur membro, & qua nutrimentum corrumpitur, & cõuertitur in substantiã nutriti.

nutriti. Hæc autem alteratio habet potentiam in alterato; quia est in eo in quo est auctiua, imo alteratiua hoc modo & augmentatiua eadem est potentia realiter, & solum differũt ratione. Nam qua membrum redditur maius dicitur auctiua, qua nutrimẽtum alteratur & asimulatur ipsi membro, dicitur alteratiua. Hæc doctrina licèt sit vera non tamen est ad mentem Arist. Etenim vt patet legenti textum loquitus est ipse vniuersaliùs quàm de alteratione augmentatiua. Deinde, quia secundum istam expositionem propositio Aristo. esset falsa. Etenim alteratione augmentatiua non membrum ipsum, sed potius cibus alteratur, vt patet, & tamen virtus augmentatiua non est in cibo, sed in mẽbro vt iam probauimus, ac per consequens nec alteratiua augmentatiua, atque ita falsum esset ꝙ virtus alteratiua est in alterato, quia potius est in alterãte. ¶ Quare alij aliter respondent cum Alexandro & Philoppono, qui distinguunt de virtute alteratiua. Altera enim est quæ dicitur factiua alterationis, altera actuatiua alterãtis; factiua alterationis semper est in alterante, actuatiua verò eius quod alterat, semper est in eo quod alteratur. Et de hac secunda loquutus est Arist. Quam distinctionem vt intelligas, aduerte ꝙ est aliquod alterans, quod non alterat aliquid nisi prius ab ipso quod est alterandum alteretur. Sicut vinum & piper non calefaciunt, nisi prius calore naturali alterentur, similiter pharmaca. Hæc enim non alterant, nec mouẽt nostra corpora, nisi prius à calore nostrorum corporum actuentur, at postquam actuata sint, mox mouent & alterant. Simili ratione aër reclusus inter linteamina lecti calefactus à nostro corpore, tãdem nostrum corpus calefacit. Aliud autem alterans est, quod alterat antequam alteretur, vt ignis calefacit, & nix frigefacit. Tunc igitur illa virtus quæ alterata & actuata à virtute rei alteratæ alterat, dicitur virtus alterationis actuatiua; illa verò virtus quæ primò alterat antequã alteretur dicitur virtus factiua alterationis. Loquitur igitur Arist. de virtute alteratiua actuante. Hæc enim est in eo, quod alteratur vt notum est. Etenim virtus actuatiua piperis est in eo quod à pipere calefit, & alteratur; & talis est ea, quæ est in eo quòd augetur. Actuat enim cibum, qui actuatus animal alterat. Hanc responsionem sub alijs verbis Philopponus asserit. Et dicit quòd potentia alteratiua proxima est in alterante, remota verò quæ est actuatiua est in alterato. Et per hæc patet ad argumenta in principio posita. Dicimus enim, quòd quia non omne alterans requirit actuationem, ideo verbum Arist. solum habet veritatem in his alterationibus omnibus, in quibus alterans requirit actuationem & sic exemplum de carne adductum ab Aristot. est ad propositum. ¶ Secundò circa hoc idem potest esse dubium cur quatuor existentibus mutationibus solum auctiua & motiua secundum locũ potentia est in eo quod mouetur, cæteræ autem vt generatiua & corruptiua nec alteratiua (loquendo de alteratione non requirente actuationem vel de potentia alteratiua proxima) nõ sunt in eis quod moueantur. Respondetur, ꝙ motiua potentia secũdum locum est in eo quod mouetur naturaliter, quia natura est potẽtia motiua, quæ est in eo quod mouetur. Natura enim est principium motus & quietis eius in quo est, vt dicitur in. 2. Phy. ij. Auctiua vero potẽtia est in eo quod augetur & nõ in cibo, quia (vt iam diximus in præcedenti dubio) cibus corrumpitur, membrum autem quod augetur permanet, & non potest virtus seruari in re corrupta. Generatiua verò potentia non est in ipso generabili, sed generante, quia causa alicuius opus est vt sit actu, quod autem nondum est, non est actu, ergo potentia generatiua non potest esse in ipso generabili, sed solum in ipso generante. Nec etiã potentia corruptiua potest esse in ipso corruptibili, sed tantum in corrumpente, quia omnia naturaliter suum esse desiderant, ergo in re ipsa corruptibili non potest esse talis potẽtia. ¶ Sed circa hæc dicta adhuc est aliud dubium, quomodo dicitur hic esse alterans, quod non alteratur, cum constet quod omne agẽs agendo repatiatur. De hoc infrà multa dicemus. Sciendum tamen breuiter quòd ad hoc respondet Philopponus, ꝙ hic loquitur Arist. non absolutè sed cõparatiue; nam vult ꝙ aliquid possit agere magis quàm patiatur: infra verò cum dicit ꝙ omne agens agendo repatitur loquitur absolutè, quia vult quòd nihil agat quod nõ patiatur aliquo modo, quæ non contradicunt. Nihilominus tamẽ in hoc non placet mihi Philopponus. Et ita dico quòd Arist. loquitur hic vniuersaliter de omni alterante siue agat per contactum siue non. At verò non omne alterans alteratur, quia cælum, Sol & Stellæ & intelligentiæ alterant & tamen non alterantur. Infra verò loquitur de alterante per contactum Physicum, quod necessariò dum alterat, alteratur. Quod amplius explicabimus in sequentibus. Et secundum hanc expositionem in textu apposuimus exempla de causis vniuersalibus, quę alterant hæc inferiora, & tamen ipsæ non alterantur ab his inferioribus. ¶ Alia multa quæ circa hos textus poterant notari, dicemus in quæstionibus. Quare hæc sufficiant circa literam.

NOta hanc disputationem augmentationis in duas diuidetur partes. In prima agemus de essentia ipsius augmẽtationis, de genere, scilicet, & differentia; in secunda autem de proprietatibus & conditionibus ipsius augmentationis disputabimus. In prima quid sit augmentatio, in secũda verò de modo quo fit ipsa augmentatio differemus; & licèt iste ordo, exactè hic à nobis seruari nõ possit, quia astringi-

mur

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur vt quæstiones textus ordini accomodemus, quoad fieri tũ posit curabimus vt omnia debito ordine disposita sint, vt sic facilius addisci possint.

Circa primam ergo partem totius disputationis est prima quæstio.

QVÆSTIO I.

¶ Vtrùm augmentatio sit motus distinctus ab alijs motibus.

ET videtur q̃ non. Primò. Omnis conuersio nutritiui in maiores partes animati corporis quàm sunt deperditæ est augmẽtatio, sed aggeneratio est huiusmodi, ergo augmentatio nõ distinguitur à generatione. Cõfirmat primo. Illud quo existente est augmẽtatio & quo nõ existẽte non est augmentatio omnibus alijs seclusis habet veram rationem augmenti, sed generatio maioris partis substantiæ quàm est deperdita per actionẽ caloris est huiusmodi, ergo ipsa est augmentatio. Minor probatur, quia impossibile est, quòd fiat cõuersio in maiores partes substantiæ quin substantia sit maior & augmentata. ¶ Confirmatur secundò, quia nutritio terminatur ad maiorem substantiam, sed nõ potest esse maior nisi per quantitatẽ, ergo terminatur ad quantitatẽ & sic erit augmentatio. ¶ Confirmatur tertiò, quia in augmẽtatione est corruptio simpliciter cibi, ergo ibi est generatio; corruptio enim vnius est generatio alterius, ergo augmentatio est generatio. ¶ Arguitur secũdò. Nam augmentatio non est motus, ergo nõ est motus distinctus ab alijs. Consequẽtia est bona, & antecedens probatur. Augmẽtatio fit in instanti, ergo non est motus. Antecedens probatur. Augmẽtatio fit quando noua pars in substãtia generatur, sed noua pars generatur in instanti, ergo. Minor probatur. Nã noua pars generatur in instanti quo corrũpitur cibus, aliàs daremus corruptionẽ cibi (quæ proculdubio instantanea est) absq; sequente generatione. Confirmatur primò. Nam aliàs sequitur quòd noua pars substantiæ quę acquiritur per aggenerationem, incipiat per vltimum nõ esse ad modum motus, sic quòd fit verum dicere; nũc nõ est noua pars substantiæ & immediatè post hoc erit. Et quòd forma alimenti, quæ est substãtia desinat esse per vltimum sui esse, sic quòd fit verum dicere, nũc est forma cibi & immediate post hoc nõ erit; quæ duo expresse sunt contra Arist. qui in. 6. Physi. probat hoc esse impossibile, quia alias daretur aut materia sine forma aut cũ duabus formis. De quo vide ibi Soto. q. 3. Sed probatur sequela, quia si aggeneratio non fit in instanti fit in tempore, quæ autem incipiunt in tempore, incipiunt extrinsecè per vltimum non esse, ergo. Deinde, quia si non fit in instanti, fit in tempore ad modum augmentationis, ergo quando est augmentatio est verum dicere quod est aggeneratio, sed augmentatio si esset motus inciperet per vltimum non esse ita quòd esset verum dicere; nunc nõ est augmentatio & immediate post hoc erit augmẽtatio, ergo & erit verum dicere; nunc non est aggeneratio & immediate post hoc erit aggeneratio. Quòd verò ex hoc sequitur, quòd etiam alimẽtum desinat per vltimum sui esse, patet ex dictis. Nam iam est probatum, quòd noua pars generatur per vltimũ non esse, ergo quando est verum dicere; Nunc non est noua pars substantiæ & immediate post hoc erit, erit vnum dicere; Nunc est alimẽtũ & immediate post hoc non erit. Aliàs si tunc esset verum dicere; Nunc non est alimentum & immediate ante hoc erat, daretur materia sine forma. Quod autem hæc duo inconuenientia & sint contra Arist. & intolerabiles errores in Philosophia patet in. 6. Physico. vbi suprà, ergo. Confirmatur secundo. Aggeneratio nõ est per se motus, similiter nec nutritio, ergo nec augmentatio. Consequentia probatur. Nam quemadmodum acquiritur noua pars quantitatis in augmẽtatione ita noua pars substantiæ in aggeneratione, ergo si vnus non est motus per se nec alius. Confirmatur tertiò. Nam mutatio à maiori ad minorem quantitatem, quæ diminutio dicitur, non est inter species motus, ergo nec mutatio à minori ad maiorem quantitatem. ¶ Arguitur tertiò, & probatur quòd augmentatio non distinguatur ab alijs motibus penes terminum, scilicet, quia est motus ad quantitatem, vt Arist. ait in prima cõclusione primæ quæstionis ab ipso propositæ. Et arguitur sic. Augmentatio est motus ad substãtiam, ergo non ad quantitatem. Antecedens probatur dupliciter. Primo; Quãdo aliquid augetur accrescit ei aliquid substantiæ, ergo augmentatio per se est ad aliquid substantiæ & ex consequenti ad maiorem quantitatem quæ consequitur ad nouã partem substantiæ corporeæ. Antecedens patet ex Aristot. text. 32. & 38. aduenientе aliquo augescit, quod permanet corrupto alimento. Consequẽtia probatur, quia sicut generatio non est motus ad quantitatem, sed ad substantiã quia quantitas cõsequitur substãtiam: ita & aggeneratio est motus ad partem substantiæ. Secundo probatur idem antecedens. Primò, nam motus solùm est per se ad formam, quæ per se acquiritur, non autẽ ad eam quæ ad productionem alterius consequitur. v. g. non ponimus motum localem per se ad locum, sed ad vbi, quia acquisito vbi consequenter acquiritur locus, similiter & motus est ad quantitatem & nõ ad figuram, quia figura consequitur. Explicatur vis huius rationis. Nam quia ad quantitatem cõsequitur figura & relatio ad figuram & relationem non est per se motus sed per accidens; sed ad nouã partem substantiæ maiorem cõsequitur maior quantitas ex

titas ex necessitate, quia quantitas & maior quantitas fluit per modum passionis à substantia, ergo ad quantitatem maiorem nõ erit per se motus eadem ratione, & sic augmentatio non distinguetur ab alijs motibus. Confirmatur primò. Nam quãdo plura concurrunt ad vnum & idem, à principaliori debet sumi denominatio, sed ad augmentũ concurrit aggeneratio nouæ partis substantiæ & generatio nouæ partis quãtitatis, ergo debet dici augmentatio generatio substantiæ partialis, quia est nobilior. Confirmatur secundò. Nam nutritio & augmentatio identificantur, cum habeãt eundem terminum, scilicet, substantiam, ergo etiã augmentatio & generatio. Probatur cõsequentia, quia aggeneratio est etiam idẽ quòd nutritio. Antecedens etiam probatur autoritate Arist. qui id ait tex. 41. Confirmatur tertiò. Quãdo homo producitur, nõ est aliquis motus ad quantitatẽ & ad alia accidentia, quia ista consequuntur & cõproducuntur, ergo à simili. Confirmatur vltimo. Nam potentia nutritiua & potentia augmentatiua eadem est, vt patet 2. de Anima, sed potẽtia nutritiua per se primò ordinatur ad nutriendum, ergo consequenter & per accidens ordinabitur ad augẽdum: non enim vna potentia potest per se primò duplicem rationem respicere. ¶ Arguitur quartò, & probatur idem. Nam rarefactio est motus distinctus ab augmentatione & terminatur ad maiorem quantitatẽ, ergo augmentatio non terminatur ad maiorẽ quantitatem. Maior est Aristo. tex. 23. & minor probatur primò, quia in rarefactione maior locus occupatur, ergo maiore quantitate. Secundo, nam nihil aliud est rarefieri, quàm acquirere maiorem quantitatem, vt si antea erat res bicubita modò fit tricubita, quod non potest fieri nisi habeat maiorem quantitatẽ. Cõfirmatur. Nam augmentatio est ad maiorem quantitatem, ergo propriè & formaliter non est motus ad quantitatẽ, sed ad maiorẽ quantitatem quod est contra Arist. hic & in. 5. Physic. cum dicit ad quantitatem esse per se motum. Nec sufficit dicere, quòd nomine quantitatis intelligit maiorem quantitatem. Nam eadem ratione possemus dicere, quòd ad substantiam est per se motus, siquidem est motus ad maiorem substãtiam puta aggeneratio. Confirmatur secundò. Motus debet esse à contrario in contrarium, sed quantitati nihil est contrarium. Maior est Arist. 5. Physi. tex. 10. minor est etiam ipsius in cap. de quantitate, ergo. ¶ Arguitur quintò, & probatur q̃ augmẽtatio nõ differat ab alijs motibus penes modum tẽdendi in terminum, vt ait Aristo. in. 2. concl. 1. quæst. quia, scilicet, in augmentatione est mutatio loci, in alijs verò non. Contra. Nam Arist. in. 8. lib. Physi. ait q̃ motus localis est primus omnium motuum, & id nos definiuimus ex eius sententia in principio huius libri, ergo nihil potest alterari vel generari, quod non moueatur localiter. Et confirmatur primo, quia. 8. Physic. tex. 55. dicitur, quòd alteratio præsupponit motũ localem. Deinde, quia si quod augetur mutat locum secundùm partes, tunc augmentabile non differret ab eo quod mouetur circulariter, quia per huiusmodi motũ mouetur quis secundùm partes manente toto in eodem loco. ¶ Arguitur vltimò. Nam augmentatio est generatio simpliciter, ergo non distinguitur ab alijs motibus. Antecedens patet, quia augmentatio ignis nihil est aliud quàm q̃ ex lignis appositis generetur ignis nouus. Quod si dicas, q̃ non est propriè augmentum, quia nõ est per virtutem intrinsecã. Contra. Quæcunque res augeatur siue viuens siue non viuens sit vt ignis, suscipit incrementũ virtute intrinseca, ergo. Antecedens probatur. Nam ignis virtute intrinseca conuertit tabulam in substantiã ignis, & eam sibi copulat, ergo. Confirmatur. Nam virtus cuiuscunque rei ad quantitatem est proprietas corporis, ergo quæcunque quantitas aduenit subiecto ortum habet ex principio intrinseco rei. ¶ In oppositum est Arist. in princ. huius capitis in prima quæstione. ¶ Pro intelligentia huius quæst. notandũ est primò varias esse acceptiones augmẽtationis. Prima est, qua accipitur pro quacunque intensione qualitatis; dicitur enim vt etiam in principio præcedentis capitis dicebamus intensio augmentum quoddam, & qualitates augeri, hoc est, intendi dicuntur. Secundò modo pro augmentatione numeri, numerus enim augeri dicitur per additionem vnitatum. Tertiò modo pro augmẽto quantitatis coniunctæ, quod bifariam potest contingere: vno modo nulla facta additione & ita rarefactio dicitur augmentatio quædam, vt cũ aqua congelata liquefit. Altero modo per aliquam additionem & id rursus dupliciter accidit. Primò, quando simile additur simili, vt quando aqua additur aquæ: secundò per iuxtapositionem vt quando igni applicantur ligna. Vltimò tandem accipitur prout solis viuentibus competit, & sic augmẽtatio est, quando accipitur pro accretione viuentis, quæ fit per successionem alimẽti, quod ingrediens per partes interiores conuertitur in substantiã rei, quæ augetur. Et de hac in præsentiarum sermonem fecimus, licèt etiam pauca dicemus de ea quæ conuenit etiam non viuentibus, vt quando ignis crescit; quamuis in rigore hoc incrementum non sit à principio intrinseco, nec forma præexistens trahat ad suum esse nouam partem, sed noua pars formæ generetur in ligno, quæ vnitur igni præexistenti; de quo plura in. 1. Physi. q. 4. & 2. de Anima tex. 42. tamen ad explicandam augmentationem propriè dictam eius cognitio maximè iuuat. Igitur quãdo quærimus; Vtrùm augmentatio distinguatur ab alijs motibus, de augmentatione quæ solis viuentibus conuenit, quæ & propriè tantùm est augmentatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatio quærimus. ¶ Secundò sciendum est, q licet iuxta præscriptam ab Arist. docendi methodum quæstio, an est, primò loco sit tradenda, quia hoc tamen intelligendum est si ita fuerit necessarium nō abs re id de accretione nō quærimus, quum ipsam esse clarius sit, quàm vt aliqua confirmatione indigeat. Quid enim est magis omnibus manifestum, quam animantia singula sensim paulatimq; adolescere? Et plātarum radices, fructus, frondes & sic animantia singula augescere quotidiana experientia nisi cæci sumus perspicimus. Hæc igitur quæst. prætermissa, aliam ei proximam examinādam suscipimus. Quid, scilicet, sit huiusmodi augmētatio & quomodo ab alijs motibus differat. ¶ Tertiò est sciendum, quin hac augmentatione propriè dicta multi motus, & mutationes reperiuntur annexæ. Primò enim reperitur motus localis alimenti ad stomachum. Cuius ratio est, Quia vt ait Arist. in hoc cap. augmentum non fit nisi aliquo aduenien te extrinseco, nihil autē extrinsecum in ratione alimenti potest aduenire rei, quæ augetur nisi per motum localem ipsius alimēti; ergo. Secundò reperitur alteratio. Cum enim alimentum in principio sit dissimile, in fine verosimile, necessariò interuenit alteratio cibi facta à calore naturali. Tertio. Inuenitur corruptio alimenti quia alimentum non potest fieri simile rei, quæ augetur, nisi amittat formam, quam habet, vt habetur tex. 34. & sic interuenit corruptio. Quarto. Reperitur partialis generatio substantiæ viuentis, quæ aggeneratio, dicitur; Nam cum illa materia quæ erat sub forma alimenti non maneat sine forma, in illa introducitur forma viuentis. Quintò. Reperitur nutritio, vt docet Arist. in fine huius capitis quæ quāuis possit reperiri sine augmentatione tamen augmētatio nunquam reperitur sine illa. Cuius ratio est, quia per augmentationem plus quantitatis acquiritur, ac proinde illam semper comitatur nutritio, quæ in viuente nihil aliud est, quàm substantiæ deperditæ restauratio. Sextò. Reperitur acquisitio maioris quantitatis, quæ est motus ab anumeratis distinctus. ¶ His positis quartò sciendum est, esse quosdā Philosophos, quos citat Marsil. q. 10. asserentes augmētationē esse hos omnes motus; quod probant, quia istis sex motibus positis, si tamen sit variatio in maiores partes est augmentatio. & istis non existentibus non est augmentatio, ergo isti motus sunt augmentatio. Secundò dicūt, q motus augmentationis distinguitur ab alijs motibus concurrentibus vel ad ipsam requisitis sicut totū à suis partibus. Quod ptobant, quia augmētatio est motus omnes illi collectiue, ergo quilibet illorum erit pars eius, & sic distinguetur vt pars à toto & conuerso. ¶ Ipse verò Marsilius, quē sequitur tota ferè schola nominalium, tenet augmentationē esse generationem maioris partis substātiæ quàm fuerat deperditæ. Pro cuius intelligentia sciendum est, q vt dicebamus in præcedenti notabili, quando in augmento corrumpitur cibus, & inducitur forma aucti in eius materia est ibi ponere generationem quia corruptio vnius est generatio alterius, sed notum est ibi esse corruptionem alimenti, ergo & generationem alterius substantiæ, sed vt dicebamus supra. c. 3. est duplex generatio quædam secūdum quid altera simpliciter. Illa vocatur generatio simpliciter, quæ terminatur ad substantiam illa secundum quid quæ terminatur ad accidens. Sic autem accipiendo simpliciter & secundum quid, generatio quæ fit in corruptione alimenti est generatio simpliciter, cum generetur substantia. Alio modo potest dici generatio simpliciter & secūdum quid, ita quod generari dicatur simpliciter, quod seorsum & per se, & vt totum generatur, sicut quando generatur suppositū totale vt Petrus aut Paulus, secundum quid autem dicitur, quando etsi generetur substantia tamen non tota & per se, sed potius aggeneratur alteri, & vnitur illi vt pars eius, & istud fit in augmento. Itaque generatio quæ reperitur in augmento si consideretur in ordine ad generationem accidentis est generatio simpliciter, si verò consideretur in ordine ad generationē totius suppositi dicitur generatio secundum quid, & vocabitur sicut communiter solet non generatio, sed aggeneratio. Hoc supposito hic autor dicit, quatuor, Primum est accipiēdo generationem simpliciter vt distinguitur contra accidentis productionem in omni augmentatione est generatio simpliciter. Secundum. Eodem modo capta generatione omnis augmentatio est generatio (siue vt clarius dicitur) est aggeneratio. Tertium est. Si generatio simpliciter idem sit quod generatio totius substantis per se, augmētatio nō est generatio. ¶ Quartum. Augmentatio & generatio etiam illa partialis differunt ratione, generatio significat formam vniri materiæ augmentatio autem vltra hoc connotat, quod id quod vnitur sit maius quàm pars deperdita, ergo. Hæc dicit iste autor. Hanc sententiam sequi videntur quidā iuniores inter quos est Valles insignis Medicus in contro. medicis lib. 2. c. 27. & 5. Phyſi. c. 2. & 7. Phyſi. c. 2. & 8. Phyſ. c. 3. & in controuersijs Phyſicis controuersia. 29. ait enim q augmētatio est aggeneratio & q per eam per se solum acquiritur noua pars substātiæ, quantitas autē non per se acquiritur per augmentū, sed comproducitur. ¶ Tertia sententia est quorundam Theologorum qui dixerunt in accretione viuentis nec acquiri substantiam nec cibum conuerti in substantiam aliti, sed solum substantiam in generatione acquisitam eandem manentē perduci vsq; ad perfectam quantitatem, atque ita materiā cibi aiunt nunquā informari anima viuentis quod augetur, sed solum habere se vt fomētum caloris naturalis,

turalis, ne propriā substantiā cōsumat. Tenet hanc sententiā M. Sent. in. 2. d. 30. c. vlti. & penultimo & Petr⁹ Comest. in materia de accretione in sua hist. Eccles. c. 73. Hugo de S. Victore de sacramēt. p. 6. c. penult. Alex. Alens. D. Bonauen. & alij dicūt hāc sententiā esse rationabilē. Addit tamē huic opinioni Albert. Magnus in summa de homine. q. 2. arti. 2. nec quantitatē de nouo in auctione acquiri, sed præexistentē dilatari. ¶ Nihilominus tñ pro veritatis intelligentia est prima cōclusio. Illa prima opinio, quæ asserit augmētationē esse collectiue omnes illos sex motus, quos retulimus in tertio notabili, & est contra Arist. & falsissima. Probatur primò. Nam hæc opinio est contra Arist. in logica in post prædicamēto motus, vbi ponit augmētationē peculiarē motum; & ratione probatur secūdo. Nam tūc augmētatio nō esset motus, quia eadē est ratio motus & vnius motus, sed non est vnus motus, ergo neq; motus. Minorē ipsi concedunt, imò neq; esset ens, quia nō est vnū ens. Itē, nā augmentatio distinguitur specie ab illis motibus, vt infra videbitur, ergo non potest esse omnes isti motus. Vltimò probatur ista cōclusio, quia quilibet illorū motuū habet suos terminos distinctos, ergo nō sunt idē motus. Vnde quāuis ad augmētationem omnes illi requirātur vt quid præsuppositū, nō tamē in hoc cōsistit ratio augmentationis. ¶ Secūda cōclusio. Augmentatio differt à generatione, alteratione & ab alijs omnibus motibus. Hæc conclusio est Arist. in princ. huius cap. Et quidem si generatio accipiatur pro generatione totius compositi eam acceptat Marsilius. Hanc conclusionē probat dupliciter Arist. Primo, quia augmentatio est motus ad quātitatē generatio ad substātiā, alteratio ad qualitatē, ergo distinguunt. Patet cōsequētia, quia motus distinguūtur penes terminos. Secūdò, quia ex parte modi differūt. Nā in generatione & alteratione nō est necessarium illud quod generatur vel alteratur, mutet locū, sed illud quod augetur vel diminuitur, necessum est mutare locum, ergo. Circa quas duas rationes Arist. aduerte ex Philoppono hic, q artificialia tripliciter differūt. Quædā em ex sola materia, vt qui facit statuā ex ligno, & qui facit ex lapide, & qui facit ex ferro; quædā differunt forma sola, vt qui ex ligno facit statuā, & qui ex ligno facit trirremes; quædā in vtroque, vt medicina, & ars domificandi & fabrilis. Ita se habent hæc augmentatio, generatio & alteratio, differūt enim secūdum vtraque, scilicet, materiā & formā & ideo proposuit duo, scilicet, q differunt in termino ad quē, qui est velut materia, & in modo tēdendi qui est velut forma. Tertiò probatur cōclusio, & q augmētatio differat à motu locali. Hoc em Arist. etiā ꝓbat in tertia cōcl. 1. q. Nā per motū localē nō est necesse sequi aliquā corruptionē vel generationē in re mota localiter, in augmento autem sic, ergo.

¶ Tertia cōclusio. Augmētatio nō solū differt à generatione substātiæ totalis, sed etiā à generatione partiali substātiæ quæ dicit aggeneratio. Itaq; aggeneratio & augmētatio realiter tanquā res à re distinguūtur. Hæc cōclu. est cōtra Marsil. & eius sequaces, & Valles Medicū. Quod dixi de augmentatione respectu aggenerationis, dicēdū est etiā respectu nutritionis, ita q ab ea etiā distinguit tanq̄ res à re. Et quidē ista cōclu. probat primo eadē ratione qua præcedētē Arist. probauit. Nam mutationes quarū termini distinguūtur, & ipsi distinguuntur, sed generationis, nutritionis & augmētationis termini distinguūtur: est em augmentatio ad quātitatē, & aggeneratio & nutritio ad substantiā, ergo & ipsæ distinguunt, ergo & augmētatio neq; est aggeneratio neq; nutritio. Secūdo, quia secūdū Arist. & oēs eius interpretes in. 5. Phyſ. tex. 9. terminus & motus nō differūt, sed idētificātur. Tunc sic. Vel acquisitio quātitatis est acquisitio substantię, vel aliarū eadē, ergo substātia erit quantitas. Nā acquisitio rei est ipsa res. Si alia, sed acquisitio substātiæ est generatio, & acquisitio quātitatis est auctio, ergo auctio non est aggeneratio. Tertiò. Augmētatio vtpote motus est à subiecto in subiectū, at generatio est à nō subiecto ad subiectū, ergo augmētatio nō est aggeneratio. ¶ Quarta conclusio. Augmētationē necessariò cōcomitat aggeneratio nouæ partis substātiæ. Hæc cōclusio est cōtra autores tertiæ opinionis de qua infra in hoc cap. redibit copiosior sermo. Probatur hæc cōclusio. Nam alimētū in augmētatione corrūpit, & eius materia nō pōt manere sine forma, ergo vel manet cū forma alimēti, & hoc nō quia illa corrūpitur, ergo cū noua forma, ergo necessariò cōcomitat augmētationē aggeneratio. Secūdò, quia alimentū cōuertitur in substātiā aliti, vt infra probabimus, sed hoc nō apparet quomodo fieri possit, nisi alimētū corrumpatur, & eius materia informetur forma eius quod augetur, ergo. ¶ Quinta conclusio. Aggeneratio & nutritio formaliter distinguūtur, id est, est vnus motus realiter non tamen formaliter. Pro huius cōclusionis intelligētia notādū q nutritio accipitur dupliciter; vno modo pro qualibet cōuersione cibi in substantiā aliti, siue fit maior siue minor siue æqualis quàm fuerat deperditū per calorē naturalē, & non accipit sic in cōclusione. Etenim hoc modo nutritio idē est q aggeneratio. Alio modo accipit ꝓ cōuersione maiori cibi in substātiā aliti, q̄ fuerat deperditū per calorē: & hoc modo nutritio tm̄ reperit qñ viuēs augmētat, & sic accipit nutritio in nra cōclu. Probat, nā aggeneratio est substātię partialis, ꝓductio, nutritio verò est ꝓductio substātię maioris, quā fuerit deperdita per actionē caloris naturalis; sed isti termini in ratione termini formaliter distinguunt, ergo & mot⁹. Maior patet. Minor probatur, quia ad distinctionē formalē ter

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini, sufficit q̃ secundùm rationem aliã terminet, licet in re non sit formalis distinctio, sicut conceptus hominis & animalis formaliter distinguũtur quia habent terminos in ratione terminandi diuersos. Nam conceptus animalis terminatur ad perfectionẽ animalis vt sic, cõceptus hominis ad totam hominis essentiam. Ita illi motus sunt diuersi, quia vnus, scilicet, adgeneratio terminatur ad partialẽ substantiam siue sit maior, siue non; nutritio verò semper ad partẽ maiorem, quàm fuerat deperdita. Aduertendũ tamen est, q̃ aliqua adgeneratio non solùm distinguitur formaliter ab aliqua nutritione, sed etiã realiter tanquã res à re, quia quando in senibus & in cõsistente ætate acquiritur pars substantiæ, quæ est minor vel æqualis cum substantia deperdita, est adgeneratio & ibi non reperitur nutritio, quæ est acquisitio maioris partis, ergo iam illa adgeneratio realiter tanquã res à re distinguitur ab aliqua nutritione. Quod igitur volumus dicere in conclusione est, q̃ cum adgeneratio & nutritio reperiuntur simul, tunc non distinguũtur realiter tanquã res à re, sed tantùm realiter formaliter. V. g. quando in viuentibus acquiritur per calorẽ naturalem maior pars substantiæ quàm fuerat deperdita, ibi reperitur adgeneratio & nutritio, adgeneratio secundùm q̃ est partialis substãtiæ productio, nutritio secũdùm q̃ est maioris partis substantiæ productio, sed pars substantiæ maior & minor nõ distinguuntur tanquã res à re, ergo neque motus ad illã partialem substantiã ordinati, quia cum illa vterq; idẽtificatur vtpote cum suo termino. ¶ Ad argumenta in principio facta respondetur. Ad primum negatur maior. Nam augmentatio nõ est ad maiorẽ partẽ substantię, sed ad maiorẽ quantitatẽ. Augmentationẽ autẽ ibi comitatur nutritio, quæ est ad maiorẽ partẽ substantiæ quæ fit maior per quantitatẽ acquisitã per accretionem. Ad primam cõfirmationẽ negatur primo maior. Nam existẽte vltima dispositione est homo, & generatio ipsius, & vltima dispositio neq; est homo, neq; eius generatio; similiter existẽte homine est risibilitas, & eo corrupto corrumpitur homo & è contra, nõ tamẽ homo est risibilitas neq; è conuerso. Secundò respõdetur, q̃ si ponatur præcisè maior pars substantiæ sine quãtitate per possibile vel impossibile, nõ erit augmentatio quia non ponitur eius terminus, qui est quãtitas, semper tamẽ ex tali adgeneratione sequitur augmẽtatio, nõ tamẽ propter hoc adgeneratio est accretio, sicut posito homine omnibus alijs circũscriptis ponitur intellectus, nõ tamẽ propter hoc intellectus est homo. Ad secundã cõfirmationẽ iam dictũ est, q̃ terminatur nutritio ad substantiã quę fit maior per quantitatẽ: augmentatio verò ad quãtitatẽ quæ facit maiorẽ substãtiã, & sic termini & realiter & formaliter distinguuntur. Si autẽ Arist. videtur aliquãdo dicere, q̃ augmẽtatio & nutritio sunt idẽ, vult dicere q̃ sunt idẽ subiecto vel q̃ simul se cõcomitãtur. Ad tertiã cõfirmationẽ cõcedo primã cõseq. & eius antecedẽs; & similiter concessò secũdo antecedẽti nego secũdam cõseq. nõ em̃ vt patet ex dictis, talis generatio substãtię est augmẽtatio, sed ei est adiũcta, & ad ipsam necessãria, quãuis simul tẽpore vtrũq; sit. ¶ Ad secũdũ resp. primò negãdo antecedẽs, ad ꝓbationẽ cõcedo antecedẽs, & nego cõseq. Nã vt optime ait M. Soto in. 5. Phys. q. 1. ad 5. ratio motus nõ consistit in hoc q̃ in instãti vel successiue acquirat forma per illũ, sed in hoc q̃ sit tendẽtia & via alicuius entis cõpleti, & existẽtis in actu, quod conuenit & augmẽtationi, licèt quãtitas in instanti acquireret. Nã tũc subiectũ acquirẽs hãc particulã quantitatis ex vi motus tẽdit vlterius, quousq; vltimo perficiatur. Ita solemus explicare motũ angelorũ, qui cõsistit in illa tẽdẽtia, quæ cõsideratur in vna ad alterã operationẽ. Quia tũ ex hoc videtur sequi augmẽtationẽ esse motũ discretum, quod reputo falsum; respõdetur secũdo, negãdo q̃ noua pars substãtiæ aut quãtitatis fiat in instãti, aut similiter corruptio cibi, sed omnia ista in tẽpore fiũt. Pro quo notãdũ est, q̃ aliud est loqui de corruptione absolute vt ordinatur per se ad generationẽ noui suppositi, aliud verò de corruptione quæ tẽdit in nutritionẽ, & augmentũ rei, quæ iam supponit rẽ existentẽ. Prima em̃ instantanea est, sicut & generatio totius, quod optime demonstrat Arist. 6. Phys. vide Soto. q. 3. secũda verò nõ itẽ. Et ne videatur voluntariè dictũ probatur & explicatur. Primò, nã nutritio & augmẽtatio paulatim fit & successiuè, ergo incipiunt ad modũ successiuorũ, scilicet, per vltimũ non esse. Antecedẽs patet experiẽtia. Nemo em̃ repentè fit summus, aut in instãti alitur. Ex quo rursus infero q̃ corruptio cibi ad quã nutritio sit successiuè, desinit per vltimũ sui esse propter argumẽtũ factum, aliàs eius materia daretur sine forma. Præterea. Nã extẽsio formæ substãtialis, quæ fit successiuè non est in instãti, nec similiter expulsio formę cõtrarię, ergo etiã augmẽtũ. Antecedẽs patet in igne paulatim & dearticulatim cõuertẽte tabulã in propriam substãtiã & expellẽte formã tabulæ. Et tandẽ, quia res quę incipiũt & desinũt simul cũ motu, incipiũt ad modũ motus, & similiter quæ ordinãtur ad motum, corruptio ergo cibi successiuè fit sicut & ipsa augmẽtatio. Itaq; quemadmodum accidẽtia quæ per motũ ex sua natura producũtur quãdo fiũt simul cũ substãtia in instãti intrinseco incipiũt, quia cõsequũtur ad substãtiã producẽtã, ita corruptio & generatio quæ aliàs instãtaneæ sunt quando per se ordinãtur ad esse substãtiæ, successiua erũt, quãdo ordinãtur ad motum successiuum vt ad augmentum. Et per hæc patet ad primam confirmationem. Ad Aristo. verò respondetur, quòd loquitur de generatione substantiæ secũdum se, & similiter de corruptione quæ ordinatur ad productionem alterius suppositi, non autem de Gener. & corrup. substantię quæ ordinantur ad motum aliquẽ successiuum. Tunc enim ad modum ipsius motus & incipere & desinere debent. ¶ Ad secundam cõfirmationem nego paritatẽ rationis. Nam augmentatio sit inter extrema habentia latitudinẽ, & oppositionem inter se, non verò aggeneratio, cum substantia in indiuisibili consistat, nec habeat contrarium. Quòd si assignamus nouam partẽ substãtię, illud fit ratione quantitatis, & idem de nutritione dicimus. Est etiam aliud discrimen, q̃ subiectũ augmentationis est totũ cõpositũ in actu: subiectum autem aggenerationis est materia prima quæ erat sub forma alimẽti. Etenim sicut in generatione totius fit resolutio vsque ad materiã primã: ita in generatione partis. ¶ Ad tertiã cõfirmationẽ respondetur, q̃ diminutio nõ est intenta à natura, sed nec terminus illius, quapropter consequitur ad corruptionẽ partiũ totius. Hinc est, q̃ nulla potẽtia ponitur in viuẽtibus vt diminuatur, cũ tamẽ detur, vt augeantur. ¶ Ad tertium argumentum negatur maior. Ad probationẽ primã respõdetur negando cõsequentiã. Ad probationẽ concedo nullum esse motũ ad quantitatẽ cũ substãtia simpliciter generatur. Ratio est, quia res tunc simpliciter acquirit esse, & ex cõsequẽti esse quantũ &c. At cum augescit, tametsi ad substantiã fiat aliqua accessio, & ad quantitatẽ quoque, tamẽ terminus per se illius mutationis est esse maius quantũ (neq; enim alium terminũ quis poterit signare in cõcreto vt debet esse terminus per se, sicut calefactionis esse calidum) & quia esse maius quantum formaliter fit per quãtitatẽ maiorẽ, ideo dicimus rectè terminũ augmentationis esse maiorẽ quantitatẽ tanquã formam, qua subiectũ est maius, sed quia maior quãtitas esse nõ potest sine additione nouæ materiæ: ideo talis additio habet se materialiter in illo motu. Cuius ratio etiam altera potest esse. Nam semper quantitas prouenit à forma substantiali, quæ in viuẽtibus est principiũ omniũ accidentiũ & motuũ, quiin subiecto manẽt. Cęterum quãdo primo generatur subiectũ, quantitas dicitur fluere per modũ passionis, quia absque noua operatione dimanat à subiecto instar passionũ, quãdo verò subiecto supposito superadditur noua pars quãtitatis, nõ dicitur passio: quia noua actione producitur. Hinc est, q̃ quantitas dicitur intrinseca rei corporeæ, augmentũ autẽ est accidẽtariũ; & hinc etiã est, q̃ quãdo res generatur, quãtitas cõproducitur, quãdo autẽ augetur totum maior quantitas per se intẽditur, noua autem pars substãtiæ per accidẽs. Adhuc tamẽ difficultas remanere videtur, qua ratione cum ibi noua pars substãtiæ & quantitatis acquiratur, id quod per se intenditur, fit maior quãtitas, & nõ substantia. Et enim semper quãtitas est propter subiectum, & ab illa pendet in omni genere causæ, tum quia (vt ait Arist. 7. Met.) substantia prior est accidente & per consequẽs quãtitate tẽpore, natura & diffinitione. Nihilominus tamẽ dico colligi maiorẽ quantitatẽ per se intendi à natura per augmentationem, quia postquã subiectũ iam semel est productũ in rerũ natura intẽtio naturę est illud cõseruare, & ad perfectum statum perducere. Hæc autẽ perfectio status non potest esse aliquid substantiale, quia quicquid substantiale & essentiale est, acquiritur in instanti generis in quo agens essentialiter & substantialiter assimilat passum. Superest ergo vt perfectio quæ post modũ per se intenditur, sit accidentaria, ac per cõsequens motus per se conuenientes subiecto ordinẽtur ex intẽtione naturæ in acquisitionem accidentis. Atq; ita quãdo generatur noua pars substantiæ est motus per se ad quantitatem & non secundariò, quia per se intendit augmentans acquirere debitam quantitatem. Nam cum viuens intendat & se conseruare & nutrire & augere, quia ad sui perfectionem accidẽtaleu requirit debitam quantitatem; hinc fit quòd nutritio per se terminatur ad partialem substantiam, augmentatio autem ad maiorem quantitatẽ. Cæterum quãdo generatur aliquid, generans non intendit primò & per se nisi dare esse rei genitæ ad quod cõsequitur quantitas; & per hæc patet ad omnes probationes tertij argumenti, & ad tertiam confirmationẽ. ¶ Ad primam autem respondetur, quòd si illa maxima deberet habere verum, esset quando ex æquo cõcurrerent, at partialis substantia non concurrit vt terminus formalis, sed vt prærequisitũ ad augmentationẽ & nõ est per se intẽta ab augmentante vt sic, sed à nutriente. ¶ Ad secundã cõfirmationem respondetur, q̃ potẽtiæ illæ sunt diuersæ. Dicuntur autẽ exẽ ab Aristo. quia sunt in eodẽ subiecto, & circa eandẽ materiã cibi, aut quia cõsequẽter se habent. De quo disputatur. 2. de Anima super illum locũ. Vide Ferr. q. 7. ¶ Ad quartũ argumentũ respondetur negãdo antecedẽs. Ad primã probationẽ negatur cõsequẽtia. Pro cuius explicatione notandũ, q̃ quãtitas dupliciter potest cõsiderari; vno modo mathematicè, id est, vt abstrahit à passibilibus qualitatibus. Alio modo cõsideratur à Physico vt, scilicet, est in hoc subiecto talibus affecto passionibus, & tali materia & forma cõstãti. Vnde & maiorẽ quãtitatẽ diuersimode cõsiderat & Mathematicus & Physicus. Ille enim maius illud dicet esse, quod extrema distãtioris mensuræ cõtinet. At Physico hoc nõ sat erit, vt dicat aliquid esse maius, sed adijciet cæteris paribus, id est, in eadem raritate & densitate. Et quia augmentatio motus est Physicus, ideo cum res acquirit primo modo maiorem quantitatem non augetur, sed alio motu mouetur, scilicet, rarefactione cuius terminus est qualitas, scilicet, esse rarius, ad quod consequitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutatio quantitatis Mathematicæ. Vnde quãuis A eadem materia sit magni & parui, vt cum ex aqua fit aër, aut cum aër multus fit densior, tamen nunquam est auctio, nisi noua pars materiæ aduenit existenti in actu. Et ita quia maior locus occupari potest maiore quantitate secundùm extensionem ideo optime negatur antecedens argumenti, quia non est motus ad eiusmodi maiorem quãtitatem & rursus optime negatur consequentia, qua probatur antecedens, intellecto cõsequenti de maiori quantitate Physica. ¶ Superest tamen vnum argumentum contra hoc. In rarefactione deperditur B quantitas, & acquiritur alia de nouo, ergo per motum, aliter non est intelligibile, quomodo perdatur prior quantitas, cum subiectum non corrumpatur. Respondetur negando antecedẽs. Ad probationem, quia nunc est tricubita, antea bicubita, quæ sunt species quantitatis, ergo; eadẽ enim quantitas non potest esse diuersarum specierũ. Respondetur nihil inconuenire eandem quantitatem continuam successiue pertinere ad diuersas species in ratione mensuræ, quæ est passio quantitatis, sicut iste homo nunc est sedens, nunc stans, & eadem linea est curua & recta. Et maxime quia variatio illa mensuræ secũdum species illas Mathematice consideratur. Physicus enim tãtum dicet esse ceræ cũ rarefit, atque cum obduruit, nisi aliqua forte fuerit exhalatio in rarefactione. De qua tamen infra plura dicemus. Et per hoc patet ad secundam probationem argumenti principalis. ¶ Ad primã confirmationem patet ex dictis hic & in præcedenti solutione ad tertium. ¶ Ad secũdam confirmationẽ respondet M. Soto. q. 2. super. 5. Physic. ad 6. vide illic. ¶ Ad quintum argumentum respondetur, q D motus localis est primus, quia nihil potest generari quin præcedat motus in alio, vt in ipso generante, similiter nihil potest alterari quin præcedat motus localis in alio vt in ipso alterante, cæterũ ipsum alterabile & generabile non est necesse vt mutet locum quãdo generatur aut alteratur; quod tamẽ contingit in augmentatione. Augmentabili enim dum augetur necesse est vt maiorem occupet locum, & per hoc patet ad primam cõfirmationem. ¶ Ad secundã respondetur, q partes eius quod augmentatur mutant locum, sed non eodem modo E sicut partes sphæræ; partes enim sphæræ transmutantur toto manente in eodem loco, scilicet, subiecto, quanuis etiam totum mutet locum secundum rationem, vt dicitur. 6. Physi. tex. 85. sed partes variant locum etiã subiecto; sicut pars cœli, quæ modo est in Oriente, postmodum erit in Occidente. Sed talis transmutatio partium sphæræ semper est in simili loco, id est, neque in maiori, neque in minori; sed partes corporis quæ semper augetur extenduntur in maiorem locum, eius vero quod diminuitur semper retrahuntur in minorem. ¶ Ad sextum & vltimum optime ibi respondetur, quòd ignis non proprie augetur, sed per iuxtapositionem & ab extrinseco; nos autem hic loquimur de augmentatione proprie dicta. Ad huius impugnationem respondetur esse maximum discrimen inter viuentia, & non viuentia in hoc quòd augmentum viuentium & est à virtute intrinseca, & fit & exercetur intra ipsum viuens per omnes eius partes, & ita forma præexistens actuat nouam partẽ materiæ. In non viuentibus autem augmentum non censetur hoc pacto fieri ab intrinseco, quia. v.g. quando noua pars ignis superadditur præexistenti forma diuidebatur in distinctas partes, ita q ignis aduenies affert secum formam distinctam à præexistenti, & eisdem substantialiter manentibus fit illa vnio. Hinc colligitur, quare non ponimus potentiam augmẽtatiuam in igne, sed solùm generatiuam, quia vltimatè non intendit ignis copulare sibi passum per se, sed generare sibi simile. Vnio autem consequitur aliquando per accidens propter propinquitatem materiæ; quare videmus ignem comburere ligna sibi coniuncta, & palcas, C aut lineam distantem, & ideo non dicitur hoc augmentum à virtute intrinseca, quia nec est potentia in subiecto per se ad illud ordinata, neque exercetur intra subiectum quod augetur; per quod patet ad confirmationem. De hac re tamen infra copiosior redibit sermo. ¶ Ex his omnibus rectè intellectis manet explicata definitio augmentationis, quæ est huiusmodi. Augmentatio est motus per se à minori ad maiorem quantitatem per virtutem intrinsecam viuentis, quod augetur. Dicitur motus per se, quia intenditur primò & per se maior quantitas à tali mutatione, & ad eam terminatur ex intentione naturæ. Ad quid autem sit motus per se, vide Soto. 5. Physico. quæst. 1. & nos id aliqualiter explicuimus cap. præcedenti vbi disputabimus; an ad solam tertiam speciem qualitatis sit per se motus alterationis. Dicimus à minori ad maiorem quantitatem tum vt diminutionẽ à ratione augmentationis reijciamus, cuius termini sunt oppositi, tum quia ista sunt extrema contraria, inter quæ talis motus exercetur. Dicimus per virtutem intrinsecam, vt excludamus augmẽtationem impropriam quæ fit ab extrinseco, & per iuxta positionem. Et hæc de hac quæstione. ¶ Satis superq; ex dictis in. q. præced. explicata manebat essentia augmentationis secundum se & absolutè, quòd erat primum quod secũdùm Aristotelis ordinem hic præstitutum ad naturam augmentationis inuestigandam erat disputandum, si postquam definiuimus de augmẽtationis genere, scilicet motu, & eius differentia quæ sumitur in ordine ad terminũ, scilicet, quantitatẽ maiorẽ, explicuissemus etiã, an augmẽtatio postquam cõtinetur sub motu, an contineatur sub motu continuo, an vero discreto.

Quare

Quare antequam ad secundam disputationis partem deueniamus, scilicet, de modo quo augmentatio fit, oportet vt id inuestigemus.

QVÆSTIO II.

¶ Vtrum augmentatio sit motus continuus.

ET videtur quòd non. Primò autoritate Arist. 8. Phys. textu. 23. Neque enim augeri neque minui possibile est cõtinue, sed est mediũ; vbi etiam assimilat motum augmẽti motui guttarum B stillantium & excauantium lapidem, quem cõstat non esse continuum, ita quod quælibet gutta lapidis aliquid extrahat, & Comment. ibi. in textu. 23. idipsum videtur tenere. Inquit enim; Illud quod augmentatur. v. g. digitaliter in vno anno, nõ possumus dicere, quòd in qualibet parte temporis demonstrata inueniamus fieri partem magnitudinis, sicut accidit in motu ad vbi. Et causa in hoc est, quia minima partium magnitudinis factarum est determinata in actu, & quælibet earum fit in instanti, cum sit indiuisibilis factione. Vnde necesse C est, quòd istæ partes non continuentur in motu, nisi continuentur instantia adinuicem. S. Tho. etiã ibidem huic sententiæ fauere videtur, vbi dicit; Non est possibile aliquid augeri continuè ita, scilicet, q quantitas aucti diuidatur secundùm tempus, ita q in qualibet parte temporis aliquid eius augeatur, sed interponitur medium tempus post augmentũ vnius partis, in quo nihil augetur, sed fit dispositio ad augmentum sequentis partis, hoc etiam videtur tenere in. 6. Phys. tex. 32. vbi ait; Continuitas autẽ primò & per se & propriè inuenitur in motu locali, qui solus potest esse continuus & regularis. Item D 1. 2. q. 52. art. 3. & 2. 2. q. 24. art. 6. & in multis alijs locis videtur dicere augmentum non esse motum continuum, ergo. ¶ Arguitur secundò. Ad continuitatem motus requiritur vnitas subiecti & vnitas termini ad quem, sed in augmentatione nõ reperiuntur hæc duo, ergo. Minor probatur, non est vnitas subiecti, cum partes quæ augentur, sint diuersæ, neque vnitas termini ad quem, cum quantitas quæ acquiritur in vna parte non est eadẽ cum ea, quæ acquiritur in alia. ¶ Arguitur tertiò. Conuersio alimenti in substantiam aliti non est motus E continuus, ergo nec augmentatio. Consequentia probatur. Nam augmentatio sequitur illam conuersionem & in eodem instanti in quo est maior pars substantiæ est maior quantitas. Antecedens patet, nam illa conuersio est quædam substantiæ aggeneratio, ergo fit in instanti. Patet consequentia, quia substantia est ens per se & indiuisibile, atque ita in instanti intrinseco debet incipere esse quælibet pars substantiæ signata sicut alia entia permanentia vt probatur. 6. Physicor. quæst. 3.

Deinde, nã si pars substantiæ quæ aggeneratur nõ A incipit per primum sui esse, ergo incipit per vltimum non esse, ac per consequens etiam cibus corrumperetur successiue, & delineret per primum non esse, quod est impossibile, nam daretur materia sine forma in instanti illo initiatiuo carnis, & terminatiuo cibi in quo, vt patet per exponentes, verum est dicere; Nunc non est cibus, & nunc non est caro. Confirmatur. Nam si augmẽtatio fit continue, ergo diuiditur ad diuisionem temporis, sed hoc est falsum, nam sic non daretur minima caro producta, sed ante quãlibet alia, & alia esset, quod videtur falsum. ¶ Arguitur quartò. Forma carnis exigit minimam dispositionem quæ sit vt introducatur in parte materiæ cibi, ergo incipiet in illa per primum sui esse, ac per consequẽs noua pars quantitatis, quæ sequitur. Antecedens probatur, nam forma substantialis, quæ de nouo producitur, exigit certam dispositionem vt introducatur, ergo etiam id requiret, quando in noua parte introducitur. Consequentia probatur à paritate rationis, imò verò Arist. 1. Physi. tex. 36. ex hoc quòd partes non determinant sibi certam quantitatem & dispositionem colligit quòd nec totũ. Quod bene notat Soto quæst. 4. artic. 2. cõclusione. 3. vbi hac ratione tenet quòd accidentia conseruantia, tam partes quàm totum terminantur per maximum & minimum intrinsecè. Confirmatur. Nam ideo cum forma de nouo generatur, exigit determinatam dispositionem per minimum quòd sic, quia forma est determinatæ essentiæ, sed eadẽ ratio est de forma respectu partis, ergo. ¶ Arguitur quintò. Cum cibus aut sanguis corrumpitur datur maximum distemperamentum sub quo nõ possit conseruari, ergo datur instans in quo est verum dicere; Nunc non est forma sanguinis & immediate antea erat, ac per consequens, nunc erit verum dicere; Nunc est noua pars substantiæ & quantitatis & ideo incipiet per primum sui esse, & non per motum continuum. ¶ Arguitur sextò. Diminutio est discreta, ergo & augmentatio. Consequẽtia videtur nota, & antecedens probatur. Nam diminutio fit per corruptionem partium viuentis, & ex tali corruptione resultat nouum suppositum distinctum & separatum à viuenti, ergo. Consequentia probatur. Nam illud suppositum substantiale quod de nouo fit, non potest produci in tempore sed in instanti. ¶ Arguitur septimo. Nam si augmentatio est motus continuus, sequeretur q in fine horæ qua exercetur, esset producta infinita quantitas. Probatur sequela, nam cum cõtinua sit augmentatio in quolibet instanti sit maius subiectum, cum ergo præcesserint infinita instãtia subiectum resultabit infinitum. Confirmatur, quia eadem ratione darentur infinita minima carnis. ¶ Arguitur vltimò. Supposito quod in quæst. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Physicor. de maximo & minimo probauimus formam substantialem vniuscuiusque speciei seruari non posse sub quauis minori quātitate. Tunc arguitur. Sit. v.g. alimentum quod successione cōtinua conuerti debet in carnem quantitatis certæ vt quatuor, & terminetur ad maximum quod nō, scilicet, ad duo, qui est terminus paruitatis extrinsecus, sub quo non seruabitur forma substantialis; est ergo argumentum. Virtus nutritiua non potest conuertere in carnem medietatem illius quin simul totum conuertat, ergo qua virtute potuit secundam medietatem simul conuertere poterit & priorem. Probo antecedens, quia aliàs forma substantialis alimenti cōseruaretur in termino extrinseco. Alia argumenta fieri poterant pro hac parte, illa tamē elici possunt ex his quæ diximus in præcedenti cap. in quæstionibus. q. 6. vide illic. ¶ Pro intelligentia huius quæstionis sciendum est varias & diuersas esse in hac quæstione sententias. Quidā enim dicunt conuersionem alimenti, fieri in instāti, augmentationem verò esse successiuam & continuam ex eo quòd non fit simul cum conuersione, sed tempore sequenti, quia post conuersionem alimenti anima vegetatiua mediante calore naturali rarefacit totam substantiam viuentis, ex quo generantur noui pori, & priores dilatantur, & ad istam continuam rarefactionem subsātiæ, sequitur continua extensio quantitatis, quam proinde vocant augmētationem. Et ratio huius est, quia prius pori alimento dilatātur, quàm illud cōuertatur in substantiā aliti; quādo ergo est cōuersum vel cōuertitur alimentū, viuens non est maius quàm antea esset, siquidem tanta tunc erat quantitas, quanta modo est, ergo in illo instanti conuersionis non est augmentatio, sed post fit per rarefactionem. Secūda sententia est aliorum dicentium augmētationem esse motum discretum. Ita Albertus Magnus, & Comment. 8. Physic. vbi supra. Capr. 1. sent. d. 17. q. 2. in argumentis cont. 9. conclu. Sonc. 8. Met. q. 22. & 24. Astud. 1. de Gener. q. 10. & 16. Niphus hîc quæst. 6. & 8. Met. q. 7. & multi iuniores defendunt hoc esse de mente S. Tho. Tertia sentētia est tenentium oppositum. Ita Marsi. q. 14. Albertus de Saxonia. q. 13. Soto. 1. Physi. q. 4. & lib. 6. q. 3. & idem de omni motu tenet. 5. Physi. q. 3. artic. 2. Iauellus verò in hac quæst. varius est. Nam in 8. Physi. q. 6. expresse sustinet secūdam sententiam, in epitome autem super hos libros tract. 2. cap. 3. dub. 3. sequitur tertiam. ¶ Secundò notandum, q augmentum potest dici continuum dupliciter. Primo dicitur continuum quasi q duret per totā vitā rei viuentis. Secundò dicitur continuum, quia in tempore quo fit siue hora siue anno, siue tota vita fuerit, fiat sine interuallo & interruptione, ita q in toto tempore quo durat motus est in acquisitione termini, taliter quod non possimus signare instās, in quo mobile non aliter se habeat quàm antea in acquirendo termino talis motus; non autem quod acquisita hac particula quantitatis post aliquod temporis acquiratur alia & sic perueniat mobile ad terminum augmenti. Vide tamen quæ pro huius explicatione diximus in præcedēti capite quæstione. 6. ¶ Est prima conclusio. Augmentatio nō est continua ita quòd per totam vitam duret. Hæc conclusio omnibus est communis, & experientia constat, quia non semper crescimus, sed datur terminus extrinsecus, & intrinsecus in viuentibus, vt patuit. 1. Physic. quæst. 4. Secundò. Nam licèt per totam vitam animati fit conuersio alimēti in substantiā nutriti ad restaurationem deperditi, tamen non fit semper maior cōuersio quàm fuerat deperditio vt patet in ætate virili & consistenti, imò aliquando fit minor, vt patet in senibus, ergo augmētatio non potest esse continua per totam vitam. Patet consequentia, quia impossibilis est augmentatio sine eo quòd aggeneretur maior pars substātiæ, ergo. ¶ Secunda conclusio. Et si sit possibile aliquem continuè augeri vsque ad terminum augmenti naturalis viuentis, nō tamen id est necesse, imò neque de facto contingit. Volumus dicere, q cum omnia viuentia habent certos terminos augmenti sui. v.g. homines augentur, vt acquirāt sibi debitam quantitatem à principio vitæ vsq; ad. 25. annum, quòd licet sit possibile materialiter quod huiusmodi augmentum duret cōtinuè per totum istud spatium temporis, non tamen id ita contingit, sed regulariter loquendo semper tale augmentum medra quiete interrumpitur. Hæc conclusio probatur primò quoad primam partem, scilicet, q hoc sit possibile. Nam possibile est, quòd viuū maneat semper sanum, & nutrimētum sufficiēs apponatur debite approximatum, ergo possibile est, q sine interruptione temporis à principio augmenti vsque ad finem, quo viuens vlterius non potest augeri, augeatur continuè. Probo consequentiā, quia causis sufficientibus continuè positis in à gentibus naturalibus continuè & sine interpositione ponetur effectus; sed in hoc casu sunt sufficientes causæ augmenti positæ continuè & sine interpositione, ergo. Maior nota, quia agentia naturalia tātum, & tamdiu agunt, quantum & quandiu possunt. Minor patet, quia causa sufficiens augmenti à principio vsque ad finem, in quo est aptū augeri viuens, est corpus sanum, quia tunc est anima in sufficiēti dispositione cum sufficienti calore naturali, & sic est posita sufficiens causa efficiens, & nutrimentum sufficiens debite approximatum est causa materialis, ergo minor est vera. Quod verò hoc sic non contingat, quod erat secunda pars conclusionis. Probatur. Quoniā viuū fæpissimè infirmatur, & stāte infirmitate ex paucitate nutrimēti, & debilitate caloris naturalis nō fit tanta cōuersio in substantiam

stantiam nutriti, quæ sit sufficiens ad augmētum. Et licet non infirmetur tamen fæpissimè interrumpitur istud augmentū tum propter nutrimentum appositū vel quia non est sufficiens vel quia nō est proportionatū viuētis cōplexioni, & propter alias multas causatum extrinsecas tū intrinsecas, quas medicorum potiusque Philosophorū est ad amussim recēsere. Secundò probatur experiētia in plantis, quæ in hyeme non augentur quia habent totū nutrimentū congelatū, vnde nō potest ad eas transire. Confirmatur. In quibusdā animalibus, quæ in tota hyeme vel in magna eius parte dormiūt vt patet in gliribus, cimicibus & alijs vt magnæ ranæ. Cum ergo in tota hyeme non comedant, per totā videntur nō augeri. Quod ostēdit macies illorum in fine hyemis, ergo. ¶ Tertia conclusio. Augmentatio eo tempore quo durat, est motus continuus. Hæc conclusio est contra autores secūdæ opinionis, & existimo eam esse & Arist. & D. Tho. quare probatur primò ex autoritate eorum. Nam Arist. in. 3. Physi. sic diffinit motū. Motus est actus entis in potentia secundum quòd in potentia; quam diffinitionem, & S. Tho. vbique acceptat, & quitenēt oppositam sententiam admittunt cum omnibus Arist. interpretibus. Tunc sic. Si augmentatio nullam habet continuitatem, sed componitur ex mutationibus instantaneis, tunc rogo, aut subiectum mouetur cum est in primo instanti ad gradū quantitatis quem tunc habet, aut ad illum quem in alio instanti habiturum est. Primum esse nequit, quia non est in potentia ad illum, neque verò ad secundum quia sicut se habet in illo instanti primo ita immediate post illud, sed immediate post non erit motus ad secundum, ergo neque in illo est actus entis in potentia secundum quòd in potentia, sed secundum quòd est actu habens talem gradum quantitatis. Confirmatur, quia Aristo. dixit statim à principio. 3. Physi. q motus est de genere continuorum, &. 5. Physi. postquā motū discreuit à mutatione dixit tres species motus, & per totū librum sextum determinat in cōmuni de motu quòd est cōtinuus & diuisibilis in infinitum, & q nō potest componi ex indiuisibilibus, quia est continuus. Et quanuis Arist. multoties afferat exempla de motu locali, tamen demonstrationes quas facit de omni motu procedunt, maximè quia ipsemet Arist. expresse in illo libro tex. 49. & D. Tho. ibi aiunt easdem demonstrationes fieri in motu secūdum quātitatem, quoniam quātitas per se diuisibilis est. Inquit enim Arist. Quare non erit primum in quod mutatum est, similiter autem & in quantitatis mutatione & hæc quidem enim in continuo est. Vbi vide D. Tho. Id ipsum repetunt in tex. 58. Deinde hæc conclusio est maximè consona. 5. Physi. & 6. Physi. lect. 6. & sequentibus, & alibi sæpè. Secundò probatur conclusio. Motus in genere includit continuitatem, ergo & species motus ac per cōsequens augmentatio. Probatur consequentia, quia quod intrinsecū est superiori debet conuenire inferioribus. Antecedēs vero probatur ibi ab Arist. latissime, vbi demōstrat q ante quodlibet moueri præcedit mutatiū esse. Confirmatur, quia augmētatio est vnus numero motus, ergo nō est interruptus. Probatur cōsequentia ex Arist. 5. Phys. tex. 34. & 35. vbi cum appellat vnū numero motū, qui nō interciditur. Tertiò. Nulla pars substātiæ aut quātitatis acquiritur in instanti, ergo augmentatio nō discreta, sed continua est. Consequētia est euidens, & antecedēs probatur. Nam quælibet pars substātiæ & quantitatis diuisibilis est in plures partieulas, ergo habēt latitudinē pertrāsibilē per motū, ac per cōsequēs nō in instāti fiet ille trānsitus. Cōfirmatur. Nā ideo substātia in instāti producitur quia cōstat ex indiuisibili, nec habet latitudinem inter extrema contraria, ergo vbi est latitudo & contrarietas extremorum, quæ in qualibet parte quantitatis potest signari, non fiat ipsitatio in instanti. Hac enim ratione Aristo. & D. Tho. probant generationem instantaneā esse, alios autē motus in tēpore exerceri, quod explicuimus in. 5. Physi. Quod si dicas augmentationem fieri per minima, in quibus non est latitudo. Contra. Agens maioris virtutis maiorem partem alimenti poterit corrūpere ac subinde maiorem partem substantiæ & quātitatis producere. v.g. si demus duos homines quorum alter habeat virtutem vt duo, & alter vt octo. Certè si ille qui habet virtutem vt duo, potest corrumpere in hoc instanti digitalitatem cibi, & proportionaliter generare, ille qui habet virtutem cōuersiuam vt octo poterit in duplo vel in triplo maiorem partē corrumpere & proportionabiliter maiorem producere, non ergo augmentatio in isto fiet per minima. Et confirmatur. Nam quantò ignis maior est maioris quoque virtutis est, ac subinde applicatus tabulæ perfectiorem producit effectum, & videmus quòd nec corruptio tabulæ, nec generatio ignis ibi fiat per minima, sed simul bonam partem tabulæ corrumpit, & ibi suam formam introducit, ergo id ipsum dicendum erit de augmento. Praterea. Nam quando composita generantur nō producuntur per minima, sed vnus embrio recipiens animam est maior altero ex latitudine maiori ventriculi, aut ex multitudine seminis, aut vero ex virtute agentium, ergo etiam quando partes aggeneratio non necessario fiet per minima, sed nunc maior nunc minor pars producetur iuxta diuersitatē virtutis & materiæ, ac per consequēs nec augmentātur fiet per minima. Quarto probatur cōclusio. Dispositio corrūpens formā cibi in augmētatione potest cōtinuè per aliquod tēpus extēdi per materiā cibi, ergo cibus cōtinuè corrūpitur. Nā vbicūq; est ista dispositio corruptiua non est forma cibi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& cum corruptionem cibi sequatur generatio nouæ substantię, quia non potest manere materia sine forma, sicut ille corrumpitur continuè, ita ista continuè generatur & sic augmentatio quæ simul fit erit continua. Antecedens probatur, quoniam illa dispositio sit per extensionem, tum quoniam experientia constat, quòd postquam dispositio disponit lignum, vt semel accendatur, motu quodam continuo extenditur forma ignis in ligno ad extẽsionẽ dispositionis. Quintò. Nam ex opposita sentẽtia sequeretur, ꝙ augmẽtatio & interruptio eius esset perceptibilis, consequens est falsum, ergo & antecedens. Sequela probatur. Nam dato viuente quod virtute augmentatiua maximè vigeat, poterit secundùm illos bonam aut magnam partẽ corrumpere in instanti, & aliam producere proportionalem in seipso, ergo tam corruptio cibi quàm aggeneratio nouæ partis perceptibilis est, sicut si modo ab hac tabula separes partem determinatã subito aut illi nouam adiungas. Minor verò probatur, tum quia nullius viuentis percipitur augmentatio, tum etiam quia si fieret perceptibiliter, suppositũ non esset idẽ. Et cõfirmatur. Nam si totũ quod plãta augescit spatio centũ annorũ acquireret spatio vnius diei esset augmentatio cõtinua, ergo etiã erit continua, quæ fit per centũ annos. Consequentia patet à paritate rationis, & antecedẽs probatur, nam si fieret talis augmentatio per instantia & discretè profectò perciperetur sensu, quia magnas partes deberet tunc acquirere planta discrete. Sextò. Si prima pars maioris quantitatis acquiritur in instanti, sequeretur quòd posset dari augmentatio quæ non sit motus. Probatur sequela. Si postquam mobile acquisiuit primam partem quantitatis impediatur à causa naturali ne vlteriorem partem cibi disponat, tunc verè augeretur suppositũ siquidẽ fit maius virtute potentiæ augmentatiuæ, & tamẽ cum nec sit successio mutationum aut mutationis non erit motus, ergo. Septimò. Impossibile est, ꝙ motus localis sit in instanti aut discretè, vt etiã contrarij ex sententia Arist. admittunt, ergo nec quod augmentatio fiat in instanti aut discretè. Probatur consequentia. Nam non potest esse acquisitio maioris quantitatis quin simul sit acquisitio maioris loci, vt asserit Aristot. in principio huius. 5. capitis, sed acquisitio maioris loci fit per motum localem, ergo ad eius mensuram fit augmentatio. Et hoc argumentum est fortissimum. Probatur vltimò conclusio, quia videtur prorsus voluntarium asserere ꝙ agens sit debitè appropriatum passo, & potens producere effectum, & ꝙ transeat tempus absque operatione. v.g. post primum indiuisibile quantitatis productum in instanti. A. transit tempus vsque ad instans. B. Tunc enim rogo in illo tẽpore quare cessauit; non vt disponeretur subiectum, quia per motum disponitur, quare ergo potius in instanti.

A B. & non in alio præcedenti nouus gradus euasit? Ad hoc respondet Astudillo. q. 4. voluntatem diuinam esse causam quare magis in illo instanti. Sed hæc solutio non est philosophica. Hanc cõclusionem ideo tam multis corroborare volui, quia multi ex iunioribus eam negant oppositum existimantes esse de mente D. Tho. Quod tamen iam ostendimus esse falsum. ¶ Quarta cõclusio. Continuitas in augmentatione non prouenit ex rarefactione præexistentis substãtiæ, vt asserebat prima opinio. Probatur conclusio. Nam viuens augetur quantitate actuali siue potentiali alimenti viuentis, vt ait Arist. in hoc. c. 5. tex. 39. ergo non augetur per solam extensionem partium, aliàs si ante aduentum alimenti actione caloris naturalis fieret rarefactio, augeretur viuens, quod est contra Philosophum. Secundò. Nam sequeretur augmentationẽ esse nutritionem per accidens, cõsequens est falsum, ergo. Sequela probatur. Nam augmentatio secundum hanc opinionẽ nihil est aliud quàm extensio, quæ sequitur nutritionem, sed ista extensio est motus per accidẽs, ergo & augmẽtatio. Minor probatur. Nam rarefactio primò terminatur ad raritatem: secundò verò ad extẽsionem partium. Vltimò probatur. Nam sequitur esse rarefactionem, quia est præexistentis quantitatis extensio, ergo. ¶ Ad argumenta in principio facta respõdetur. Ad primũ ex autoritate Arist. respõderi poterat ex prima cõclusione ꝙ Arist. ibi & D. Tho. nihil aliud volebãt nisi quòd motus augmentationis nõ est cõtinuus, id est, perpetuò durans. Argumẽtabatur enim contra Heraclytum qui id asserebat; & sic respõdimus suprà. c. præcedenti. q. 6. & ita explicat illũ textum M. Soto ibi. Hæc tamen solutio non placet Ferr. 8. Physic. q. 6. nam videtur extorta. Nam Aristot. & Heraclytus loquebantur facta hypothesi, quòd augmentatio duraret per vnũ mensem, & Heraclyto dicente ꝙ illa augmentatio esset toto illo mẽse continua contradicit Arist. & probat hoc esse falsum, ergo mens illius non est probare augmẽtationem non esse perpetuam. Prædicta nihilominus solutio satis cõformis est textui Arist. ibi enim arguit contra Heraclytum, qui asserebat omnia moueri semper, licèt motus aliquorũ esset imperceptibilis, & exẽplum adducebat de motu augmẽtationis, quo motu semper mouetur viuens, licet id ad sensum non pateat. Aristoteles autem ipsum Heraclytum redarguit in exẽplo ab ipso allato, & conatur ostẽdere viuens non semper augeri. v.g. si augmentum duret per viginti annos, non in hoc toto tempore augmentum continuè fit, sed aliquando cessatur. Hoc tamen non obstabit, quin augmentũ eo tempore quo durat, sit continuum. Hæc igitur solutio optima est. Licèt etiã aliter explicari optimè posset Aristo. Pro quo supponendũ est, ꝙ Heraclytus duo dicebat. Primò, ꝙ augmentatio quæ fit tota hora,

hora, commẽsuratur illi omninò taliter ꝙ sicut tota augmentatio respondet toti horæ, medietas augmentationis respondet medietati horæ, & tertia pars augmentationis tertiæ parti horæ, & sic vlterius procedẽdo. Ex quo inferebat & dicebat secundo, ꝙ augmentatio esset cõtinua, regularis & vniformis sicut & ipsa hora. Arist. autem vtrumq; dictum intendit redarguere exemplis de excauatione lapidis, & de tractione nauis, quæ fit à pluribus hominibus, & de scisione lapidis quæ fit à planta. Videmus enim ꝙ licèt guttæ excauent lapidẽ nõ tamẽ hæc pars excauationis tribuitur huic guttæ, & medietas medietati eiusdem guttæ, sed omnibus guttis cadentibus paulatim disponunt vt sequatur excauatio. à simili concludit, ꝙ augmentatio quæ in hora fit non debet mensurari, aut diuidi iuxta diuisionẽ proportionalẽ ipsius, sed horæ quãdoq; in principio horæ augebitur magis compositum, minus verò in fine, aut e contra iuxta diuersitatem & dispositionem subiecti. Et in hoc sensu concludit Arist. o. augmentationem non esse continuã, id est, non necessariò suppositum augetur secundùm diuisionem aut regularitatem temporis in quo fit, vt asserebar Heraclytus; quæ quidem sentẽtia Arist. verissima est, & propter quam D. Tho. 6. Physic. vbi suprà ait perfectam continuitatem & regularitatem reperiri solum in motu locali ac subinde in tempore. Alij autem motus solum sunt cõtinui, & regulares participatione quadam, & similitudine ad motum localem. Ex hoc tamẽ non licet inferre ꝙ partes illorum non copulentur termino cõmuni, nec de hoc loquitur Arist. in illo tex. sed de cõtinuitate correspondente prorsus continuitati temporis, quam ponebat Heraclytus. Ad loca D. Tho. respondetur, & ad duo prima loca dicimus iuxta dicta ad Aristot. ꝙ vel ibi loquitur de continuitate perpetua secũdum primam solutionem, vel de regulari & correspondente cõtinuitati tẽporis iuxta secundam. Ad tertium locum ex. 1. 2. respondetur ꝙ solum ait, ꝙ non quodlibet alimentũ sumptum auget animal, sed multiplicato alimento tandẽ augescit animal. Ad illud autẽ ex. 2. 2. dicimus ꝙ ait augmentum corporale non esse motum continuũ ita, scilicet, vt si aliquid tantum augetur in tãto tẽpore, necesse sit, vt in qualibet parte tẽporis aliquid augeatur, sed medio tempore disponetur, id quod nos non imus inficias, sed tantùm negamus nũquã fieri posse vt aliquo in tempore auctio sit cõtinua. ¶ Ad secundum argumentum respõdetur, ꝙ semper in re quæ augetur est eadem quantitas continua, quæ secundùm omnes partes proprijs continuatiuis continuatur, & ita motus augmentationis est vnus simpliciter. ¶ Ad tertium respõdetur negando antecedens. Ad probationem nego consequẽtiam. Etenim vt diximus in præced. q. ad 2. nõ est necesse quòd omnis substantia producatur in instanti, sed solum hoc habet verum, quando totũ compositũ producitur, nõ vero quando eius pars. Vide ibi. Ad secundam probationẽ respõdetur, ꝙ si signemus determinatam partẽ cibi & carnis non debet dari instans, nec intrinsecum, nec extrinsecum, in quo definat forma cibi, & incipiat forma carnis in tota illa parte simul. Et ratio est, quia forma cibi non in instanti, sed in tempore deserit partem determinatam & diuisibilem, similiter forma carnis in tempore actuat partem. Quod si arguas. Nam hæc pars cibi definit esse, ergo vel per primũ nõ esse vel per vltimum sui esse. Respõdetur quòd totus cibus definit esse per primum non esse sicut motus, non tamẽ in illo instanti forma cibi deserit totam aliquam partem determinatam. Et quando est verum dicere; Nunc non est cibus est verum dicere; Nunc est completa pars quæ aggenerabatur; quare non datur materia sine forma. Ad confirmationẽ respondetur, ꝙ non datur minima caro coniuncta, bene tamen separata via generationis, non tamen via aggenerationis. ¶ Ad quartũ, ꝙ quando forma substantialis de nouo producitur expostcit determinatam dispositionem & minimã quæ sic, secus autem quando solùm producitur noua pars substantiæ quæ conseruatur in toto, & producitur ex coniunctione ad augmentationem. Quo fit vt minus requiratur ad hoc vt forma carnis introduca-tur, & conseruetur in noua partẽ vnita viuenti, quàm si esset introducenda talis forma in eadem parte à viuenti separata. Vnde Arist. 1. Physi. tex. 38. dicit, ꝙ in partitione & diuisione actuali carnis deueniendum est ad minimam carnem, quæ non possit diuidi rursus manente forma carnis: cum tamen sit certum, ꝙ in minimo illo carnis partes illæ coniunctæ conseruentur sub forma carnis. Non ergo eadem dispositio requiritur ad productionem formæ de nouo, & ad esse nouæ partis coniunctæ toti composito. Ad illud autem Arist. tex. 36. dicimus, ꝙ loquitur contra Anaxagoram qui dicebat partem integralem compositi esse infinitã in actu, quem conuincit inferendo, ꝙ totũ etiam esset infinitum, sed hæc illatio in hoc sensu nihil contra nos vt patet. Ad confirmationem respõdetur primò, ꝙ ex determinatione essentiæ solùm concluditur, ꝙ non possit actuari corpus actu infinitum, nec similiter partes integrales non limitatas, non verò probat minimam dispositionem quæ sic. Secundò respondetur negando consequentiam, quia vt patet ex dictis non est eadem ratio, nec idem requiritur, quando totum producitur, atque quando pars in toto aggeneratur. ¶ Ad quintum aliqui in nostra sententia concedunt, quòd quælibet pars determinata quantitatis & substãtiæ incipit esse per primũ esse, & similiter in alimento quælibet pars signata definit esse in instãti intrinseco. Isti tamen incidũt in opinionem oppositam, & insuper debẽt ponere

Universidad de Deusto
Biblioteca

corruptionem & aggenerationē fieri per minima vt facilè ex dictis probari poteſt. Quare aliter reſpondeo & dico quòd forma cibi, vt ad ſecundum dicebamus, non deſerit totam aliquam partē ſimul & in inſtanti, quare reſpectu cuiuſuis determinatæ partis nec debet ſignari minimũ temperamentũ, nec maximum diſtemperamentum quod nõ ſufficiens ad productionem ſimultaneam illius, aut ad corruptionem partis cibi. Itaque ſicut in termino motus non deſiuit eſſe tota aliqua pars ſecundum ſe totam, ſed eſt vltimum inſtans extrinſecè terminãs eſſe motus, ita in aggeneratione & corruptione cibi philoſophandum eſt, q̃ videlicet quando alimentum cõſumitur datur inſtans, in quo eſt verum dicere; Nunc non eſt alimẽtum, & immediate fuit, & ſimiliter datur diſpoſitio maxima quæ non via corruptionis. Quare verum eſt dicere, ſub hac non conſeruatur alimentũ & ſub qualibet minori poſſet, non tamen datur inſtans in quo ſit verum dicere; Nunc non eſt forma cibi in tota hac parte, & immediate fuit. Nam hæc pars eſt diuiſibilis ac ſubinde antequam deſineret eſſe vltima medietas illius deſiuit eſſe alimentum in priori medietate, & idem dicendum eſt de diſpoſitione. ¶ Ad ſextum negatur conſequentia propter rationem differentiæ, quam ibi inſinuabamus, quia videlicet ex diminutione recipit eſſe, & generatur totalis ſubſtantia non autem ex aggeneratione. ¶ Ad ſeptimum negatur conſequentia ſicut nõ valet; Hæc tabula, aut hæc hora poteſt diuidi in infinitum, ergo eſt infinita, ita in propoſito. Etenim diuiſio illa quæ fit in augmentatione ſit per partes proportionales ſicut diuiſio horæ & tabulæ; vt autem eſſet infinita augmentatio requireretur q̃d̃ quolibet mutato eſſe ſignabili acquireret de facto partem aliquã determinatam quãtitatis. Imò ſi hoc argumẽtũ aliquid concluderet, concluderet ſubinde etiam q̃ motus localis non eſſet continuus, quod tamẽ eſſe falſum & contra Ariſt. etiam autores oppoſitæ ſententiæ fatentur. Nam in quolibet inſtanti durationis motus reperitur mobile aliquid pertranſiſſe, & pariter ſunt infinitæ partes tẽporis, & in qualibet aliquid determinatum pertranſitur, ergo motus eſſet infinitus, ſiquidem infinitum ſpatiũ pertranſiuit mobile ipſum. ¶ Ad octauum reſpondetur, quòd etiã procedit ſecũdum omnem opinionẽ. Vnde & qui dicunt augmẽtationem eſſe diſcretam, & fieri per minima tenentur ſoluere. Nam omnes tenẽtur cõcedere res terminari quoad paruitatẽ ad maximũ quod non. Quod ſi negauerint, ſequitur quòd datur vltimum eſſe rei permanentis, ſcilicet, ſubſtantiæ. Probatur ſequela. Nam dẽtur duo minima cõtinua in aliquo alimento & primum in inſtanti. A. conuertitur in carnem, in quo inſtanti ſecundum minimum ſit ſufficienter diſpoſitum per alterationem præcedentem. Tunc rogo ſecũdum minimũ aut eſt tunc & non immediate poſt erit, & ſic habetur intentũ, aut in illo iam non eſt, & ſic ſimul conuerteretur in carnem cum priore, aut dicere cogentur q̃ durabit per aliquod tempus vſq; ad inſtans, B. quod erit primum non eſſe illius, ſed ſtatim neſcient aſſignare cauſam, quare in tempore medio non fuit corruptum, niſi ad diuinam voluntatem recurrant, fortaſis tamen negabunt duo minima ſimul diſponi per alterationem. Quod ſi ita contingat ſimul cõuertentur in carnem. Ad argumentũ ergo in quantum militat contra noſtrã concluſionem reſpondetur concedendo q̃ in illo inſtanti, in quo peruentum eſt ad maximum quod non alimenti, deſinit alimentum per primum nõ eſſe, ſed quando inſertur, ergo eadem ratione totũ alimentum ſimul potuit conuerti totum alimentũ. Nego conſequentiam quia in maiori quantitate ſemper potuit conſeruari alimentum. Idem dico, quando ignis ſilum ſtupæ continuè comburit, & fit aggeneratio præexiſtẽti, ſcilicet, quòd cum perueniret ad maximum quod non ſtuppæ, tunc iam nõ continuè, ſed ſimul cõuertitur in ignẽ reliquũ ſtuppæ. ¶ Poſtquam iam egimus de eſſentia augmentationis quoad genus, ſcilicet motum, & differẽtiã quæ eſt ordo ad terminum, vel maior quãtitas, oportet vt de modo quo iſta augmentatio fiat, diſſeramus. In has enim duas partes Ariſtotelem ſequuti totã hanc diſputationem de augmẽtatione diuidimus. Igitur in hac ſecũda parte duo explicabo. Primum erit quomodo ſe habeat in augmẽtatione id quod augetur; ſecundum ex qua re fiat iſta augmẽtatio. Quibus expoſitis ſatis apertum erit, quomodo fiat augmentatio. Prima igitur quæſtio in hac parte diſputanda erat; vtrum maneat idem ſuppoſitum numero in augmentatione? ſed vt hoc intelligatur, & vt morem geramus conſuetudini eorum, qui hos libros de Gener. & corrupt. commentantur, oportet prius diſputare; quod ſit principium indiuiduationis, & à quo conſtituatur ſuppoſitum materiale vnum numero. Hoc enim expoſito, ſatis dilucida erit alia quæſtio principalis; an maneat idem numero ſuppoſitum in augmentatione. ¶ Eſt ergo quæſtio 3. huius capitis.

QVÆSTIO III.

¶ *A quo ſumatur principium indiuiduationis in rebus materialibus.*

IN qua quæſtione tria faciam. Primò enim fundamenta quædam, quæ ab omnibus vel admittuntur vel admitti debẽt, iaciam; deinde opiniones ſingulas recitabo, ac tandem quid verius, cõformiuſque doctrinæ D. Tho. nobis appareat, explicabo. ¶ Vt igitur ad primũ accedamus eſt primò notandũ, q̃ de hac quæſt. multi præcipuè ex diſcipulis D. Tho. multa ſcripſerũt. Imprimis videndus eſt Caiet. 2. c. de ente & eſſent. q. 5. & 1. p. q. 29. art. 4. & 3. p. q. 3. attic. 3. Capre. in. 2. d. 3. q. 1. cont. 2. concluſi. vbi etiam & in. d. 12. agunt de eadem re Doctores Scholaſtici. Ferr. 1. cont. gent. c. 21. Metaphyſici ſuper. 7. Sonc. ibi à q. 31. vſque ad 35. Iauellus in. 5. Met. q. 15. Flandrenſis quæſtionẽ longiſſimam de hac re cõſtituit in. 7. Met. q. 22. Vide etiam Heru. quodl. 3. q. 9. ¶ Notandum eſt ſecundò q̃ vt dicit S. Tho. de ente & eſſentia. ca. 4. licet eſſentiæ rei non conueniat per ſe vt ſit communis, aut incommunicabilis, ſed vtrumq̃ue eſt per accidens ad eſſentiam ſpeciei, tamen eſſe communem conuenit ei per operationem intellectus, eſſe, verò ſingularem & contractam ad hoc ſine operatione intellectus conuenit ei, tametſi verum ſit, q̃ vt concipitur ſingulari conceptu dicitur vno modo indiuidua, id eſt, cui ſic cõceptæ repugnat de pluribus dici; Nunc ergo cum quærimus de principio indiuiduationis, non ſumimus in diuiduum prout importat ſecundam intentionem, ſed vt ſignificat illã contractionem realem quæ conuenit rebus ante operationẽ intellectus. Vnde Porphyrius in prædicabilibus. c. 2. tex. 7. & 8. duas diffinitiones indiuidui aſſignauit. Altera quæ explicat ſecundã intentionem indiuidui, ſcilicet; Indiuiduũ eſt, quod de vno tantùm prædicatur. Altera quæ explicat liceat à poſteriori & per effectum contractionẽ illã realem indiuidui, ſcilicet, indiuiduũ eſt cuius collectio proprietatum ita eſt in hoc, q̃ non poſsit eſſe in alio. Indiuiduum autem vt importat primã intẽtionem accipitur quadrupliciter, vt notat S. Tho. 2. Met. lect. 4. Vnò modo pro propoſitione immediata quæ dicitur indiuiduum quia per aliam probari non poteſt. Secundò pro ſpecie ſpecialiſſima quæ dicitur indiuiduum tum quia ad illa vſque & vlterius ſcientia non procedit, tum quia amplius non diuiditur diuiſione formali, ſiue per eſſentiales & formales differẽtias, ſed quia formalis diuiſio non ſolùm eſt ſecũdum q̃ genus diuiditur per differentias per cuius diuiſionis priuationem ſpecies ſpecialiſſima dicitur indiuiduum, ſed etiã ſecũdum quòd diffinitum diuiditur in partes diffinitionis vt patet. 1. Phyſi. tex. 5. ideo etiam genus generaliſſimum (inquit S. Tho.) dicitur indiuiduum, quia eius definitio non reſoluitur in aliqua diffinientia. Quarto modo particularia dicuntur indiuidua inquantum neque formaliter neque materialiter vlterius diuidi poſſunt; & hæc quarta acceptio indiuidui eſt propria ratio huius nominis indiuiduum & ſic à nobis in præſenti vſurpatur. Nam propoſitio immediata & ſpecies ſpecialiſſima, & genus generaliſſimum nõ propriè ſed analogicè indiuidua dicuntur. Et indiuiduum propriè acceptũ diffinit eſſentialiter & quidditatiue S. Tho. 1. p. q. 29. artic. 4. Indiuiduum eſt quod eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio. Diffinitio autẽ ſecũda Porphyrij eſt à poſteriori. Quare vtendum eſt diffinitione D. Tho. ¶ Notandum eſt tertiò, quòd indiuiduum hoc ſecũdo modo eſt vnũ numero. Vnum autem numero, & vnum formaliter ſecũdum rem ſunt idem. Etenim idem eſt homo, & iſte homo. Vnde ſicut vnitas formalis ſubſtantialis eſt, ita & vnum numerale, & ideo tam homo quàm hic homo ponuntur in prædicamẽto ſubſtantiæ. ¶ Notandum eſt quartò, quod licet ſint idem ſecũdum rem, aliud tamẽ debet eſſe principium à quo vnitas formalis & ſpecifica ſumitur, aliud verò à quo ſumitur vnitas numeralis & materialis. Quod patet ex terminis. Nam ſi vnitas numeralis materialis eſt, non ſumitur proximè à forma. Nam forma habet ſolùm dare eſſe formale proximè & per ſe. Itaque ſicut quòd totum ſit materiale proximè non prouenit à forma, ſed à materia ita vnitas numerica, quæ materialis eſt. ¶ Notandũ eſt quintò, quòd vnitas iſta numerica non dicit ſubſtãtiam & eſſentiam rei, ſed modum exiſtendi in particulari ſubſtantiæ & eſſentiæ. Hoc ſequitur ex præcedẽtibus. Nam ſubſtantia & eſſentia rei completur per formam, ergo quod poſt modũ intelligitur aduenire, erit vt modus eſſentiæ & ſubſtantiæ conſtituẽs. Et hinc D. Tho. ſæpiſsimè (quod etiam omnes Metaphyſici admittũt) dicit, quòd ſingulare vagum & determinatum. v. g. quidam homo & hic homo ſolum addunt ſupra nomen ſpecificum modum exiſtendi in particulari. De quo vide Caiet. ca. de ſpecie in fine & in cap. de ſubſtãtia, &. 1. p. q. 34. ar. 1. ¶ Notandum eſt ſextò, quòd vnitas eſt duplex. Altera eſt ſubſtantialis, altera quãtitatiua & accidentalis. Hæc facit numerum de prædicamento quantitatis, vt ternarium, & quaternariũ, illa facit numerum ſubſtantialem, quæ vnitas eſt modus quidam ſubſtantialis pertinens reductiuè ad prædicamentum ſubſtantiæ. In præſenti autẽ quando diſputamus de principio indiuiduationis, nõ quærimus per quid conſtituatur in diuiduum vnũ numero vnitate quãtitatiua & accidentali, ſed vnitate ſubſtantiali, quia quærimus de vnitate indiuidui ratione cuius ponitur in prædicamento ſubſtãtiæ quæ neceſſario debet eſſe ſubſtantialis, & eiuſdem prædicamẽti. Nam impoſsibile eſt rem vnius prædicamenti intrinſecè includere rem alterius prædicamenti. Aduertendum tamen quòd hoc videtur negare Capr. Etenim in. 2. ſent. d. 3. q. 1. ad quartũ Scoti cont. ſecundam concluſ. fol. 75. inquit, quòd principium indiuiduationis ſubſtantiæ nõ ſemper oportet ad genus ſubſtantiæ propriæ pertinere. Quod probat autoritate D. Tho. 3. p. q. 2. art. 3. ad 3. vbi ait; In rebus creatis res aliqua ſingularis non ponitur in genere, vel in ſpecie ratione eius quod pertinet ad indiuiduationem, ſed ratione naturæ, quæ ſecũdum formam determinatur, cum indiuiduatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

duatio magis fit secundùm materiam in rebus cõpositis. Nihilominus tamen hæc sentẽtia Capreoli propter rationẽ positam, & propter alias multas quas infrà adducemus, falsa est, & nihil minus quã eam D. Tho. vult asserere. Etenim in loco allegato non dicit, quòd indiuiduum constituatur in ratione indiuidui, aut sub specie vt indiuiduum per aliquid, quod non pertinet ad indiuiduationem, sed quod ait est, in rebus creatis nullam rem neque singularem constitui in genere aut in specie per principia indiuiduantia, quod quidem verissimum est propterrationem assignatam à D. Tho. quia quælibet res constituitur in genere & in specie ratione naturæ, quæ per formam determinatur ad hãc vel illam naturam. Aliud autem est aliquid constitui in specie, aliud autem sub specie. Etenim in specie constituitur per formam, & nõ ratione eius quod pertinet ad indiuiduationẽ, & hoc est quod ait D. Tho. Cõstituitur autẽ sub specie per principia indiuiduantia naturam constitutam in specie ad hoc indiuiduum, quæ principia eiusdẽ ordinis & prædicamenti esse debent. Dicimus igitur relicta hac sententia quòd vnitas indiuidui de prædicamento substantiæ debet esse substãtialis & reductiuè pertinere debere ad hoc prædicamentum substantiæ tãquam modus eius. De qua nos quærimus à quo sumatur talis vnitas. De hoc fundamento infra dicemus plura. ¶ Notãdum est septimò, q̃ nostrum munus in præsenti tãtùm est disputare de substantia materiali, & de formis materialibus vel si sunt spirituales, & immateriales informant tamen materiam, & sunt actus eius, licet ab ea neque in operari neque in esse dependeant qualis est anima rationalis; non item de angelis, & de rebus purè spiritualibus, tametsi consequenter aliquid dicẽdum fuerit etiam de eis. ¶ Aduertendum est octauò, quod cũ indiuiduum duo includat, scilicet, incommunicabilitatem & vnitatem, id est, indiuisionem in se, & diuisionem & distinctionem ab alijs, idẽ est quærere de principio indiuidui, ac si quæratur, propter quid natura specifica, quæ est ex se communicabilis & diuisibilis, fit in Petro incommunicabilis, & per consequens fit hæc. Deinde propter quid Petrus habens hanc naturam incommunicabilem distinguitur à quolibet alio homine distinctione substantiali & nõ accidentali, vt etiam dicebamus in sexto not. de vnitate. Cuius ratio est etiam eadẽ. Cum enim Petrus sit hæc substantia & reponatur in prædicamento substantiæ sicut ens per se non specificè, sed numeraliter sumptum, quærendũ est, propter quid Petrus vt hæc substantia est, vt antecedens saltim natura omne suum accidens distinguitur à quolibet alio substantialiter. ¶ Ex his omnibus manet satis elucidatus titulus quæstionis. Cum enim quæritur, à quo sumitur principium indiuiduationis, est ac si quæreretur, à quo habet

A q̃ natura specifica quæ de se diuisibilis est numeraliter fiat hæc & indiuisibilis, & vna vnitate numerali substantiali, & nõ accidentali, & distinguatur distinctione etiam substãtiali ab omnibus alijs indiuiduis eiusdem speciei. Quæ quæstio sic expõsita satis difficilis est tum ex obiecto. Nam cum intellectus nostri obiectum sit quidditas rei materialis, quæ definitione explicatur, vbi nõ ponitur aliquid singulare, fit vt difficile inuentu sit quid sit singularitas diffinitiuè & formaliter. Habet enim se singulare sicuti centrum ad quod omnes lineæ
B circunferentiæ terminãtur: ita omnia essentialia prædicata in singulari terminantur & contrahuntur: tum ex diuersis sententijs Doctorum, & varijs etiam inter ipsos D. Tho. discipulos opinionibus, & dissimilibus dictis Arist. & S. Tho. de indiuidua tione hac, vt in sequentibus apparebit. Quare non ab re erit, vt singulas opiniones (vti solemus) singulis articulis examinemus, vt sic veritas magis patefiat.

ARTICVLVS I.

C ¶ *Vtrùm natura seipsa sit indifferens & indiuidua, & hoc non conueniat ei ab aliquo principio.*

ET videtur quòd sic. Primò. Res differens, & res indifferens non sunt eadem res, sed natura Petri est natura differẽs, quia est res sibi propria, ergo si in eo est etiam natura indifferens, sequitur quòd in Petro sint duæ naturæ, quod est falsum. ¶ Arguitur secundò. Quicquid aduenit alicui indifferenti, relinquit ei omnem indifferẽtiam sibi intrinsecam, ergo si aliqua natura de se est indifferens, differentia indiuidualis & aduenies relinquit in ea talem indifferentiam. Antecedens patet, quia non potest auferri id quod ineſt tali naturæ intrinsecè & per se. Nam albedo aduenies superficiei non aũfert indifferẽtiam, quam habet ad alios colores, & forma equi aduenies materiæ nõ tollit ab ea indifferentiam, quam habet ad alias formas, ergo si natura de se est indifferens & non hæc
D & singularis differentia aduenies non tollit ab ea indifferentiam, & sic erunt in Petro duæ naturæ, scilicet, natura differens & indifferens, vt arguebamus in præcedenti argumento. ¶ Arguitur tertiò. Nam secundùm Philosophum. 4. Met. tex. 3. eodẽ modo formaliter aliquid est homo, & vnus homo, sed Petrus humanitate est homo, ergo & hic homo, ergo per seipsum & nõ per aliquid aliud natura specifica contrahitur. ¶ Arguitur quartò. Omnem realitatem indifferentem ad aliqua plura potest Deus trãsferre ab vno eorum ad aliud, sed humanitas est res extra intellectũ indifferens ad proprietatẽ Petri & Pauli, ergo potest Deus transferre humanitatẽ quæ est sub proprietate Petri ad pro-

prietatem

prietatem Pauli, & per consequens huminas Petri
A potest esse humanitas Pauli; quod certè videtur absurdum. Consequentia est bona, & minor conceditur ab ijs qui tenent oppositam sententiam, & maior patet. Nam quia materia est indifferens ad plures formas nõ repugnat ei ab vna in aliã transferri. ¶ Arguitur quinto. Natura vt est indifferens & plurificabilis nullo modo est in re, sed tãtum in intellectu, ergo in re est hæc & indiuidua à se. Patet consequentia, quia singularitas per se conuenit ei, indifferentia autem per intellectum. Confirmatur. Quia omne quod est, singulare & vnũ numero est, ergo omnis res eo quòd extra intellectũ est
B singularis est de se, nec oportet quærere aliam causam. ¶ Propter hæc argumenta, & alia Aureolus (vt refert Capr. in. 2. d. 3. q. 1. contra secũdam conclusionem) tenet, quod nulla natura specifica est de se indifferens ad hoc, vel ad illud singulare, & consequenter q̃ nõ oporteat quærere aliquid quo indiuiduetur & cõtrahatur ad hoc vel ad illud singulare, sed hoc habet natura ex seipsa, ita quod ex se est singularis & indiuidua. Quam opinionẽ sic explicat Sonc. in. 7. q. 31. Natura quælibet habet
C duplex esse quorum primũ est esse extra animã. Secundum verò esse in anima. Primum esse habet natura ex se formaliter, & non ab alio nisi tantùm effectiuè. Vnde si quæratur, quare natura lapidis est ens reale, dicendum est q̃ ex se habet, vt sit ens reale. Si verò quæratur, vnde habet esse in anima, dicendum est quod per aliud, scilicet, per sui similitudinem vel per animam ipsam, & quia singularitas conuenit naturæ secundum esse reale extra animam, ideo sicut non est assignare causam quare sit ens reale, ita non est assignare causam, quare
D sit vna & singularis; & similiter quia vniuersalitas cõuenit ei vt habet esse in anima (intellectus enim facit vniuersalitatem in rebus, vt dicitur. 3. de Anima tex. 5.) ideo assignatur intellectus pro causa illius vniuersalitatis & indifferentiæ, quam habet natura, nec ipsa habet aliquam indifferentiam ex se, sed aliunde, scilicet, ab intellectu. Heruæus verò in quodl. 3. q. 9. hanc eandem ferè sententiam sequitur. Dicit enim q̃ indiuiduum dicit distinctionem ab alijs. At verò aliquid dupliciter ab alijs distingui potest; vno modo intrinsecè per illud, scilicet,
E quod est sibi intraneum, & essentiale, alio modo extrinsecè, scilicet, per causas extrinsecas; sicuti etiã quælibet res habet esse & intrinsecè à principijs, scilicet, intraneis & essentialibus, & extrinsecè vt à causa efficienti. Dicit ergo quòd indiuiduum constituitur in ratione indiuidui extrinsecè per causam efficientem & finalem, & per subiectũ, & per accidentia disponentia ad hoc q̃ indiuiduũ distinguatur ab alijs. Cæterum hæc principia (inquit) sunt extrinseca, & extrinsecè constituunt indiuiduum. Nam essentiale & intraneum principiũ di-

A stinctionis numeralis nullum aliud quærendũ est nisi ipsamet essentia, ita quòd vnumquodque indiuiduum formaliter & intrinsecè distinguitur ab alio per suam essentiam, & non per aliquid aliud. Atque ita Heruæus & recitat & approbat ibi opinionem Aureoli. ¶ Pro veritatis tamen intelligentia sciendum est, quòd ista opinio dupliciè potest habere sensum. Primus est q̃ materia per se in aliquo modo perfectatis est determinata & indiuidua, ita quòd indiuiduatio ei conueniat in aliquo modo dicendi per se, sicuti homini conuenit in pri
B mo modo esse rationalem in secundo esse risibilẽ. Secundus est, quòd licèt esse indiuiduam non conueniat naturæ in aliquo modo dicendi per se, tamẽ hoc non conuenit ei per aliquid aliud, sed per seipsam immediate natura communis sit hæc & singularis; sicut solet dici de substãtijs separatis quod seipsis sunt indiuiduæ. Et in hoc secundo sensu puto quòd isti autores intelligunt suam sententiam. ¶ Nihilominus tamen sit prima cõclusio. Naturæ specificæ non conuenit esse singularem & indiuiduam neque in primo neque in secũdo modo dicendi per se. Hæc conclusio est D. Tho. in opusc. de ente & essentia cap. 4. vbi eam late probat, & videndus est Caiet. ibi. q. 5. &. 6. probatur tamen
C evidenter. Nam quod conuenit alicui, vel in primo, vel in secundo modo dicendi per se vbicunque est debet ei conuenire, vt patet in rationali & risibili, quæ prædicata conueniunt homini vbicũque est, sed esse indiuiduam non conuenit naturæ specificæ vbicunque est, ergo. Probatur minor. Nam natura in intellectu non est singularis & indiuidua quin potius est vniuersalis. Et confirmatur. Quia quãdo aliquid conuenit alicui in his modis dicẽdi per se, oppositũ eius nec per se nec per accidens potest ei conuenire, ergo si naturæ cõuenit in his mo
D dis esse indiuiduam nullo modo potest ei conuenire oppositum illius, sed in intellectu natura est vniuersalis, ergo. ¶ Sit tamen secunda conclusio. Naturæ conuenit esse vniuersalem & indifferentẽ ad plura indiuidua in tertio modo dicendi per se. Hæc cõclusio est Capr. vbi suprà & Sonc. 7. Meta. q. 31. concl. 1. Pro cuius intelligentia est notãdum ex Arist. 1. post. c. 4. q̃ sunt quatuor modi dicendi per se. Primus in quo definitio aut pars definitio-
E nis conuenit subiecto. Secundus, quando passio prædicatur de subiecto. Tertius, quando res solitariè sumitur. Quartus, quando effectus de sua causa propria prædicatur. Hæc autem est differentia inter hos quatuor modos, q̃ primi duo sunt modi prædicandi per se, tertius autẽ per se essendi; quartus autem per se causandi. Ex quo patet quid in nostra conclusione velimus dicere. Etenim dicimus quòd naturæ specificæ conuenit indifferentia in tertio modo dicendi per se, quia si consideremus naturam secundùm suam essentiam & prædicata

quiddi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidditatiua & ſolitariè, ei neque conuenit differentia & ſingularitas, neque indifferẽtia & vniuerſalitas, ſed vtrumq; ei poteſt conuenire. Quæ concluſio ſic intellecta eſt etiam expreſſa S. Tho. vbi ſupra. Ait enim ſi quæratur; vtrum natura poſsit dici vna vel plures, neutrum concedendũ eſt, quia vtrumque eſt extra intellectum humanitatis, & vtrumque poteſt ſibi accidere. ¶ Tertia concluſio. Neceſſe eſt vt in natura aſsignemus aliquod principium per quod indiuiduetur, & fiat hæc, neque natura de ſe hoc habet. Iſta concluſio probatur à Sone. vbi ſupra octo rationibus. Probatur tamen à nobis breuiter. Natura vt patuit in præcedenti cõcluſione de ſe non habet eſſe ſingularem, ergo per aliquid aliud. Secundò. Nam alias indiuidua eiuſdem ſpeciei different ſpecie, hoc impoſsibile eſt, ergo. Probatur ſequela, quia hac ratione ſubſtantiæ ſpirituales diſtinguũtur ſpecie, quia ſeipſis differunt, ſed etiam ſecundùm iſtos autores iſta indiuidua ſeipſis ab alijs differrent quia ſeipſis indiuiduarentur, ergo differrẽt ſpecie. Tertiò. Nam ſi natura ex ſe eſt indiuidua, vel hoc eſt ex ſe vt eſt vnũ ſpecie, & hoc non, vt patet; Nam vnitas ſpecifica non eſt cauſa vnitatis indiuidualis: vel vt eſt vnum numero, & hoc eſt explicãdum per quid ſit vnum numero. ¶ Ad argumenta in principio: Ad primum reſpondetur, quòd eadem res ſecundùm diuerſas conſiderationes poteſt eſſe differens & indifferens, ſingularis & vniuerſalis; & ita natura Potri vt eſt contracta, eſt differens & ſingularis, & eadem natura prout abſtrahitur per intellectum à conditionibus indiuiduantibus fit indifferens & vniuerſalis. ¶ Ad ſecundum reſpondetur, q̃ natura non eſt de ſe indifferens ad plura: in primo neque in ſecundo modo dicẽdi per ſe, quin potius natura per ſe neque eſt differens, neque indifferens, & ita differẽtia indiuidualis poteſt eam ita ſingularizare, vt in indiuiduo tollat ab ea omnem indifferentiam, ita quòd tantum fundamentaliter maneat vniuerſalis, id eſt, ita quòd poſsit eam intellectus ſine conditionibus indiuiduantibus cõſiderare, & facere vniuerſalem. ¶ Ad tertium reſpondetur, q̃ ibi Ariſt. non dicit, quòd quo homo eſt homo, eſt etiam hic homo, ſed tãtum ibi vult probare quòd ens & vnum tranſcendentaliter ſumptũ, ſunt idem licèt formaliter diſtinguãtur, vt patet intuẽti textum. Quod tamẽ neque nos negamus quinpotius libentiſsime concedimus, neque tamen vllo modo contra nos eſt. ¶ Ad quartum tranſeat maior, & negatur minor, quin potius natura extra intellectum in re non eſt indifferens, quin potius eſt contracta & hæc, ſi autem eſt vniuerſalis & indifferẽs hoc habet per intellectum. ¶ Ad quintum cõceſſo antecedẽti negatur cõſequẽtia. Ad probationẽ nego q̃ ſingularitas naturę conueniat per ſe, imò verò accidentaliter ei conuenit. Ad confirmationem concesſo etiam antecedenti negatur conſequẽtia. Et hęc de iſto articulo, in quo ſuppoſito, quòd diffiniuimus naturam de ſe non eſſe indiuiduam, ſed per aliquod principiũ indiuiduari, oportet vt iam quid ſit iſtud principium inueſtigemus.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm hecceitas ſit principium indiuiduationis.*

ET videtur quòd ſic. Primò, ſicut aliquid eſt ens, ita eſt vnum, vnitas enim eſt paſsio entis, ergo vltima vnitas, ſcilicet, numeralis non ſequitur eſſe communicabile; deinceps, ergo nõ ſequitur ab aliquo quod ſit actu in ſpecie, quia eſſe ſpeciei eſt communicabile, ergo non ſequitur ex quidditate rei, ſed neque ex aliquo eſſe accidentario, quia eiuſmodi eſſe poſsibile eſt: colligitur ergo neceſſariam eſſe entitatem incõmunicabilem, quæ eſt hecceitas, ad quam ſequatur vnitas numeralis. ¶ Arguitur ſecundò. Omnis differentia rerũ differentium reducitur ad aliqua primò diuerſa, alioqui daretur proceſſus in infinitum in differentijs, ſed indiuidua propriè differunt, ergo eorũ differentia reducitur ad aliqua primò diuerſa; hęc nõ ſunt naturæ ipſorum, nec priuationes, nec materia & forma, nec quantitas nec materia quantitate ſignata, ergo ſunt hecceitates. Conſequentia eſt bona, & antecedens huius vltimæ conſequentiæ probabitur in his quæ infra dicẽtur, ergo. ¶ Arguitur tertiò. Non minus contrahitur natura ad indiuiduum, quàm genus ad ſpeciem, quia ſicut genus eſt in potentia ad ſpecies, ita ſpecies ad indiuidua, ſed genus contrahitur per differentiam ſui generis ad ſpecies, ergo ſpecies etiam contrahitur ad indiuidua per differentiam ſui generis; hæc autem non poteſt eſſe neque materia neque forma, neq; quantitas, ergo eſt hecceitas. ¶ Arguitur quarto. Nam quamlibet entitatem ſequitur ſua vnitas, ergo entitatẽ numeralem ſequitur vnitas numeralis; vnitatis autem numeralis principium non poteſt eſſe niſi hecceitas, quæ eſt eiuſdem generis, ergo.

Pro intelligẽtia huius queſtionis ſciendũ eſt, q̃ Scotus in. 2. ſent. d. 3. q. 6. tenet opinionẽ peculiarem, & Philoſophis antiquis ignotam de principio indiuiduationis. Cuius ſententiã clarè ex eius mẽte explicat Iauellus in. 5. Met. q. 15. vbi dicit, q̃ Scotus tenet indiuiduum fieri indiuiduum, vel naturã ſpecificam tralii ad indiuiduum per aliquam entitatem poſitiuam incommunicabilem ſimpliciter, quæ dicitur hecceitas, quam non ponit eſſe materiam neque formam, nec compoſitum, ſed eſt modus omnium quaſi modificans ea, & eſt vltima realitas eorũ nõ tamẽ realiter diſtincta ab eis. Hæc eſt mens Scoti, quam eius diſcipuli præcipuè Baſſolis vt videre licet in. 2. ſenten. d. 12. per aliquas concluſiones declarant. ¶ Quarũ prima eſt. Natura ſpecifica cõtrahitur ad eſſe indiuiduale per aliquod poſitiuum. Probatur. Duo indiuidua ſub eadẽ ſpecie conueniunt in natura ſpecifica, & differunt abinuicem; ſi differunt, differentijs differunt, ſed differẽtia eſt aliquod poſitiuum, cum etiam ſit paſsio entis ex lib. 10. Met. ergo. ¶ Secunda concluſio. Illud poſitiuum cõſtituens indiuiduum eſt de ſe hoc & indiuiſibile, & incommunicabile. Probatur. Conſtituens communicabile nõ conſtituit incommunicabile, aliter conſtitueret ſibi oppoſitum; ſed indiuiduum eſt cõſtitutum incommunicabile, ergo poſitiuum cõſtituens eſt incommunicabile, & per conſequens eſt de ſe hoc, & indiuiſibile. ¶ Tertia concluſio. Differẽtia indiuidualis in aliquibus conuenit, & in aliquibus differt à differentia ſpecifica. Probatur, quia conuenit in hoc, quòd ſicut differentia ſpecifica cõparatur ad genus ſicut actus ad potentiam, eo q̃ genus determinatur & contrahitur per ipſam; ſic differentia indiuidualis comparatur ad naturam ſpecificam vt actus ad potentiam & contrahit ipſam. Differt autem in hoc q̃ differentia ſpecifica non remouet omnem diuiſibilitatem à natura ſpecifica. Licèt enim remoueat diuiſibilitatem in alias ſpecies, non tamen impedit, quin poſsit diuidi in plura numero: differentia autẽ indiuidualis remouet omnem diuiſibilitatẽ eo quòd conſtituit hoc, cui repugnat diuidi in plura. Item conueniunt in hoc, q̃ ſicut differentia ſpecifica ſumitur à forma vel à realitate formæ, ſic & differentia indiuidualis. Sed differunt in hoc, quoniã differentia ſpecifica aliquando ſumitur à forma diſtincta realiter à forma à qua ſumitur genus. Vt rationale ſumitur ab anima intellectiua, & corpus vt genus à corporeitate, quæ ſecũdum Scotum ſunt formæ diſtinctæ etiam in eodem cõpoſito. Aliquãdo autem ſumitur ab eadem forma à qua ſumitur genus, ſed ab alia & ab alia realitate eiuſdem formæ, vel alio & alio cõceptu formali. Sicut ſuppoſito q̃ anima intellectiua non diſtinguatur in homine ab anima ſenſitiua, ab eadem vt dat eſſe ſenſitiuum ſumitur genus animal, & ab eadem vt dat eſſe intellectiuum rationale differentia. Cæterum differentia indiuidualis ſemper ſumitur ab vltima realitate formæ, & habet cõceptum ſimpliciter ſimplicem, & eſt primò diuerſa ab omni alia differentia. Item differunt in hoc q̃ differentia ſpecifica eſt de eſſe quidditatiuo, & de ratione ac intellectu formali ipſius ſpeciei; & ideo dicitur forma. Differentia autem indiuidualis non eſt de eſſe quidditatiuo, nec de intellectu ſpeciei. Poteſt enim homo vt homo intelligi ſine omni differentia indiuiduali, ſicut poteſt intelligi genus ſine differẽtijs ſpecificis. Vnde differentia indiuidualis reſpectu ſpeciei dicitur materia, quia eſt extra rationem ſpeciei. Et de hac materia explicat Philoſophum in. 5. Met. tex. 12. cũ dicit; vnum numero ſunt, quorum eſt materia vna numero. Hæc eſt opinio Scoti, & diſcipulorũ eius. ¶ Nihilominus tamen pro intelligentia veritatis aduertendum eſt, q̃ indiuiduum materiale dupliciter conſiderari poteſt. Primò vt res eſt: ſecundò vt reponitur in prædicamento ſub ſpecie ſpecialiſſima, ſicuti ſpecies reponitur ſub genere. In primo ſenſu eſt conſideratio realis, in ſecundo eſt conſideratio logica. ¶ Quibus poſitis eſt prima concluſio. Si indiuiduum accipiatur primo modo, hecceitas nõ põt principiũ eſſe indiuiduationis. Probatur. Nam hoc modo vt ait S. Tho. in infinitis penè locis principium indiuiduationis eſt materia ſignata, ergo. Hæc cõcluſio infra patebit amplius. ¶ Secunda concluſio. Opinio Scoti & falſa & fictitia eſt. Hanc cõcluſionem probat Caiet. in de ente & eſſentia. c. 2. q. 4. multis argumentis; ſed certè ſatis argumenti eſſe deberet hãc eſſe fictionẽ, q̃ nullus Philoſophorum eam comprehẽdit præter ipſum Scotum. Ariſt. enim lumen naturæ in primo cœli tex. 92. & vbique locorum vnitatem & diuerſitatem indiuiduorum in eadem ſpecie ſemper refert in materiam. Quare non oportet vt in impugnãda hac opinione iumoremur, cum ex dictis ibi à Caietano & falſa, & fictitia imò ſibi repugnãs demonſtretur; nihilominus tamen vnico medio probatur noſtra cõcluſio. Nam, vt ipſe Scotus in loco citato fatetur, natura non poteſt fieri indiuidua per aliquid commune, ſed hecceitas eſt quid commune, ergo hecceitas &c. Conſequentia patet, & probatur minor. Nam omnes hecceitates particulares. v.g. hecceitas Petri, & hecceitas Pauli conueniunt in ratione hecceitatis. Nam hæ ſunt veræ, hecceitas Petri eſt hecceitas, & hecceitas Pauli eſt hecceitas, ergo hecceitas eſt quid cõmune, ergo non eſt principium indiuiduationis. ¶ Tertia concluſio. Si indiuiduum accipiatur ſecundùm quòd ponitur in prædicamento, ipſius principium eſt differẽtia indiuidualis. Iſta concluſio explicatur primò, & deinde probabitur. Pro primo aduerte q̃ principiũ indiuidui ſecundùm conſiderationem logicam eſt illud per quod indiuiduũ ponitur in prædicamẽto ſub ſpecie ſpecialiſsima. Illud autem eſt gradus indiuidualis, à quo ſumitur differentia indiuidualis contrahens ſpeciem ad indiuiduum. Imaginãdum eſt enim, q̃ ſicut gradus ſpecificus à quo ſumitur differentia ſpecifica contrahit genus ad ſpeciẽ, ſic gradus indiuidualis contrahit ſpeciem ad indiuiduum; qui gradus differt à materia ſignata quoniã illa eſt pars indiuidui, iſte autem gradus dicit totã ſubſtantiam indiuidui, à quo gradu differentia indiuidualis ſumitur, quæ prædicatur in recto de indiuiduo, ſicut differẽtia ſpecifica prædicatur in recto de ſpecie. Secundò eſt aduertendum, q̃ ſicut ignoramus differentias ſpecificas, & propterea nõ poſſumus eas nominare niſi imperfectè; ita ignoramus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ramus differentias indiuiduales, & ideo nescimus eas nominare. Et nisi nouum & inusitatũ vocabulum apud Philosophos esset, optime eas appellare possemus, hecceitates sumptas ex diuersa signatione materiæ. Hęc conclusio sic explicata probatur. Nam Petrus vt est ens substantiale ante omne suum accidens ponitur in prædicamento substantiæ. Nam si consideretur substantia Petri cum accidentibus suis non est vnum per se, & per cõsequẽs vt sic non est in prædicamento. Ens enim diuisum in decem prædicamenta est ens per se ex. 6. Meta. ergo est necesse vt in Petro sit aliquod cõtractiuũ naturæ communis ad indiuiduum. Sed hoc nõ est quantitas, cum enim sit accidens, est posterior Petro substantialiter sumpto. Nec est materia signata, quoniam contractiuum alicuius in recta linea prædicamentali contenti dicit totum, & prædicatur in recto, sicut patet de sensitiuo cõtrahente animatum ad animal, & de rationale contrahẽte animal ad hominẽ. Sed materia signata cum sit pars non prædicatur in recto; prædicatur autẽ in recto differentia indiuidualis, eo quòd differentia totum dicit, ergo à sufficienti diuisione necesse est ponere differentiam indiuidualem principium indiuidui. Cõfirmatur primò. Quoniã in intelligibile videtur, quomodo materia signata posit cõtrahere speciem ad indiuiduũ, cum materia signata sit pars Physica, species autem totum Metaphysicũ, quod nisi per partem Metaphysicam contrahi non potest. Confirmatur secundò. Quoniam Petrus substantialiter sumptus est sub specie in recta linea prædicamentali vnus numero nõ vnitate de prædicamento quantitatis, sed substantiali, cuius vnitatis quãtitas nullo modo potest esse principium, optimè autẽ differentia indiuidualis, ergo. ¶ Sed contra hanc cõclusionem sunt duo argumẽta. Primum est, quia ipsa videtur contra D. Tho. qui nũquam de tali differentia mentionẽ fecit, sed vbiq; pro principio indiuiduationis assignat materiam signatam nulla habita ratione talis differentiæ indiuidualis. Confirmatur. Quia idem semper asserit Arist. qui vt dicebamus in secũda cõclusione semper refert vnitatem aut pluralitatem indiuiduorũ sub eadem specie ad materiã & nõ ad hanc differẽtiam indiuidualem, nisi velimus & D. Tho. & Aristotilem Scotice interpretari, qui dicebat (vt retulimus in tertia conclusione explicando eius sententiam) per materiam intelligere Arist. hanc differentiam indiuidualem, quia est extra rationẽ & essentiam speciei. Quod quàm falsum sit, & repugnans doctrinæ ipsius Arist. optimè ostẽdit Caiet. vbi supra argumento quarto contra opinionem Scoti. ¶ Secundum argumentum est, quia ponẽdo istas differentias indiuiduales videmur coincidere cum opinione Scoti quam & nos in secũda cõclusione impugnauimus, & cõmuniter solent omnes Thomistæ impugnare. Sequela autẽ videtur nota, quia per hecceitates nihil aliud intelligit ille nisi has nostras differentias indiuiduales, ergo. ¶ Ad hæc argumenta respondetur, q̃ non est nouum in schola D. Tho. asserere istas differẽtias indiuiduales, cum eas & ratio euidẽs desumpta ex doctrina D. Tho. conuincat, vt patuit in probatione cõclusionis nostræ, & Caieta. & Iauellus D. Tho. clarissimi interpretes, & fidelissimi eius discipuli eas expresse asserant, quorum potius ego sententiam hic recitaui, quàm aliquid noui adduxi, præcipue cum in eatũ assertione maximè sit differentia inter nos & Scotum. Nam Scotus imaginatur, q̃ differentia indiuidualis sumatur ex parte formæ. Credit enim q̃ sicut differentia specifica contrahit naturam generi cam, ita differentia indiuidualis cõtrahit naturam specificam, etiãsi non esset materia signata, & propterea tales differẽtias indiuiduales ponit etiam in substantijs separatis, vnde tenet, q̃ in eis possunt esse plura distincta numero sub eadem specie. Nos autem dicimus, q̃ assignãtur ex parte materiæ signatæ, quoniam remota materia signata non possumus assignare modum, quo natura specifica sit plurificabilis in plura numero, cum non sit distinguibilis per differentias formales, sicut est distinguibilis natura generica. Vnde sicut nesciremus contrahere animal ad hominem & animal, nisi essent formæ partium putà anima intellectiua, & anima leonis à quibus sumuntur differẽtiæ specificæ, sic nesciremus contrahere naturã hominis ad hũc, vel illum hominem nisi essent materiæ signatæ, à quibus sumuntur diuersæ differentiæ indiuiduales, quibus vnũquodq; indiuiduũ constituitur in prædicamento sub specie sua, & à quolibet alio distinguitur. Etenim eadem est proportio materiæ signatæ ad proprietatem seu differentiam indiuidualem, qualis est proportio animæ humanæ ad differentiã hominis constitutiuam. Sicut enim anima intellectiua non est ipsa differentia putà rationale, sed id vnde sumitur, ita materia signata nõ est ipsa differentia indiuidualis, sed id vnde sumitur, & quod causat ipsam intrinsece. Et sicut homo est homo, & per rationale tãquam per principium formale totale, & per animam intellectiuã tanquã per principiũ partiale intrinsecum formale, à quo rationale causatur; ita Petrus est hic homo per differẽtiam indiuidualem tanquã per totale quoddã principium, quod nihil aliud est quàm gradus indiuidualis, sicut differẽtia specifica est gradus specificus, & per materiam signatã tanquã per priorẽ causam intrinsecam, à qua ipsa indiuidualis differẽtia causatur. Ex quo patet solutio ad duo argumenta. Cum enim D. Tho. & Arist. asserunt q̃ materia est principium indiuiduationis, volunt dicere non q̃ ipsa sit quæ formaliter indiuiduũ facit, sed q̃ sit radix & origo vnde differentia indiuidualis sumitur,

tur, sicut ipsi etiam sæpissimè dicũt, q̃ genus sumitur à materia, & differentia à forma, non quia materia sit genus, aut forma differẽtia, sed quia ex eis sumitur & genus & differentia, ita prorsus in proposito. ¶ Ad argumenta in principio respõdetur. Ad primum concedimus totum q̃ infert argumẽtum, si per hæceitatem intelligamus differentiam indiuidualem sumptã ex materia signata, vt à nobis est expositum. Si verò intelligamus hecceitatẽ ad modum Scoticum, negamus illam consequentiam, quin potiùs in ipsum Scotũ possumus retorquere argumentũ, quia illa hecceitas est quid communicabile & diuisibile, vt probatũ est in secunda conclusione, cuius tamẽ oppositum ipse supponit, vt patuit in secunda conclusione pro eius sentẽtiæ explicatione, ergo hecceitas non potest esse principiũ indiuiduationis. Consequentia patet ex dictis ibi. ¶ Ad secundum respondetur, q̃ illæ differẽtiæ sunt indiuiduales sumptæ à materia signata, vt patuit. ¶ Ad tertium & quartum argumentũ respondetur, q̃ tantùm probant nostram tertiam conclusionẽ. ¶ Et hæc de isto articulo. Pro sequẽtibus autem est notãdum quòd in hoc articulo iam est determinatum, quòd differẽtia indiuidualis est quæ contrahit naturam specificam ad esse indiuidui, & ita in sequentibus restat inquirere, quid sit id vnde sumatur ista differentia, an à quantitate, an à materia, an à forma vel ab aliquo. Quare cũ quærimus, an quantitas sit principium indiuiduationis, non quærimus; vtrum ipsa quantitas sit differentia indiuidualis per quã natura indiuiduatur, sed vtrum sit id vnde talis differẽtia originatur, & sic de alijs.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm quãtitas sit principiũ indiuiduationis.

ET videtur quòd sic. Primò autore Philosopho. 3. Met. tex. 11. vbi ait, quòd omnis diuisio aut est per formam, aut per quantitatem. Diuisio autem per formam tantùm cõuenit generi, & constituit diuersas species. Diuisio autem per quantitatẽ cõuenit speciebus in indiuidua. Commentator autem. 7. Met. com. 35. hoc ipsum videtur sentire. Ait enim. Omnia diuidũtur in suas partes secundùm quantitatem diuisione rerũ per suas materias, id est, diuisione speciei in indiuidua. Sa. autem Tho. idẽ omnino videtur semper sentire. Nã in. 3. p. q. 77. art. 2. ait, q̃ indiuiduationis principiũ est quantitas dimensiua. Cuius etiam rationẽ assignat Caietanus. Ex hoc enim aliquid natum est in vno solo esse, quia illud est in se indiuisum, & diuisum ab omnibus alijs. Diuisio autẽ accidit substantiæ ratione quãtitatis, vt dicitur 1. Physi. tex. 15. & ideo ipsa quãtitas dimẽsiua est quoddã indiuiduationis principiũ formis in quantũ, scilicet, diuersæ formæ numero sunt in diuersis partibus materiæ.

A Cõsimile dicit in. 4. sent. d. 12. q. 1. ar. 1. quæstiun. 3. ad 3. & in tractatu de principio indiuiduationis. ¶ Arguitur secũdò ratione. Id quod alicui cõuenit primò & per se, nulli alteri cõuenit nisi per ipsum; sed diuisibilitas conuenit quantitati primò & per se, ergo quicquid est diuisum siue distinctum hoc habet à quantitate. Maior est Philosophi. 1. post. tex. 14. vbi ait. Primũ dico, cui nõ per alterum, sed per ipsum alteri. Minor autẽ conceditur ab omnibus Metaphysicis in. 5. Metaphy. & in Logica in Prædicamento quãtitatis. ¶ Arguitur tertio. Aut B esse distinctũ conuenit indiuiduo per materiã, aut per formã, aut per quantitatẽ; sed non per materiã neq; per formã, ergo per quantitatẽ. Maior nota, quia nihil aliud potest dari. Minor probatur, q̃ nõ per materiã, quia materia præcisè & secundùm se accepta per exclusionẽ cuiuslibet formæ, nullã habet distinctionẽ in se, quia actus est qui distinguit, & separat vt patet. 7. Met. Quòd nõ per formam, patet; Quia forma non est distincta, nisi quia recipitur in materia distincta. Vnde distinctioni formæ præsupponitur distinctio materiæ, ergo relinquitur, q̃ per quãtitatẽ. ¶ Arguitur quartò. Indiuiduũ formaliter cõstituitur per collectionẽ accidentium, vt patet ex Porphyrio definiente; Indiuiduũ est, cuius collectio proprietatũ &c. sed inter omnia C accidẽtia cõcurrentia quãtitas est præcipuũ, ergo. ¶ Arguitur quintò. Diuidatur lignum in decẽ partes, constat q̃ istæ partes sunt indiuidua eiusdem speciei: sunt enim decem ligna, quæro per quid distinguãtur. Apparet enim q̃ non potest assignari alia ratio huius distinctionis nisi quãtitas diuisiua. ¶ Pro huius quæstionis intelligentia sciendũ est, q̃ D de ratione indiuidui sunt duo. Primũ & principale est, quod sit incõmunicabile multis. Secundum est, q̃ sit ab alijs distinctũ numeraliter. Capreolus ergo vbi supra, & Sonc. 7. Metaph. q. 34. & Ferr. 1. cont. gent. c. 21. existimant q̃ quantitas est principium indiuiduationis quantum ad hunc secundum effectum, ita quòd indiuiduũ esse actu distinctum ab alijs, habet à quantitate; & conuincuntur ad hoc tenendum rationibus & autoritatibus adductis. ¶ Nihilominus tamen sit prima conclusio. Quantitas non est principium proximum & principale indiuiduationis. Hæc conclusio omnibus E est & necessario debet esse communis. Probatur tamen. Primò, nam vnitas numeralis substantialis est, ergo proximè & per se non est à quantitate. Antecedens patuit supra in. 6. not. & probatur amplius, quia Petrus est indiuiduum speciei substantialis, ergo eius vnitas debet esse substantialis. Patet consequentia, quia vnum est passio entis, ergo quo modo est ens, est etiam vnum. Secundò, nam quantitas est hæc numero ab hoc numero supposito, ergo hoc suppositum non est numero tale ab hac quãtitate. Et confirmatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam quãtitas indiuiduatur à ſubiecto, ſicut & alia accidentia, ergo quemadmodum alia accidentia ſupponunt eſſe numericum ſubiecti ita & quantitas. Confirmatur ſecundò. Nã ideo D. Tho. & nos ex eius mente ſupra probauimus quantitatem & figuram non eſſe eandem numero in genito & in corrupto, quia ſubiectum nõ eſt idem numero, ergo. Imò ſiquis negaret D. Tho. ſubiectũ geniti & corrupti eſſe idem aut diuerſum; nõ probaret per identitatem aut diuerſitatẽ quantitatis. Vnde hæc cauſalis falſa eſt; Subiecta ſunt diuerſa, quia quantitas eſt diuerſa. Probatur tertiò cõcluſio. Nam differentia indiuidualis Petri, vel eſt ſubſtantialis, vel accidentalis, quia non eſt dare medium; ſed nõ eſt accidentalis, quia ſpecies ſubſtantiæ nõ contrahitur ad aliquod indiuiduum, per accidens aliquod, alioqui eſſet indiuiduum accidentis, ergo eſt ſubſtantialis, ergo non poteſt eſſe quantitas. Patet cõſequentia, quia quantitas eſt accidens. Ex hac concluſione ſequitur, quòd neque villũ aliud accidens, imò neque congregatio omnium accidentium poteſt eſſe principium indiuiduationis ſubſtantialis, quod poteſt euidenter probari eiſdem rationibus, quibus probata eſt etiã concluſio. ¶ Secunda concluſio. Quantitas nõ eſt principium diſtinctionis numericæ, neque indiuiduum ſubſtantiæ habet q̃ diſtinguatur ab alijs indiuiduis eiuſdem ſpeciei à quantitate, ſed ab aliquo alio, quod quid ſit infra oſtendetur. Hæc concluſio eſt contra ſupradictos autores, & vt mihi videtur euidẽter ſequit ex præcedẽti. Nam ab eodem debet habere aliquid q̃ ſit vnum numero indiuiſum in ſe & diuiſum à quolibet alio, ergo. Secundò. Nam indiuiduum ante omne accidens eſt vnum ſubſtantialiter vt patet ex præcedenti concluſione, ergo ante omne accidẽs eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio, ergo à quantitate non poteſt habere, quòd differat ab alijs. Tertiò. Per quantitatẽ non poteſt ſubſtantia differre ſubſtantialiter, cum non poſsit dare effectum perfectiorem ſe, & vltra ſpeciem ſuam, at vero hic non de diſtinctione accidentali, ſed ſubſtantiali quærimus, ergo. Probatur minor, quia quærimus de diſtinctione ſubſtantiæ. Et confirmatur. Nam autores oppoſitę opinionis, vt eſt videre apud ipſos, concedunt, quòd quantitas non facit differre niſi differentia quantitatiua, & accidentali; ſed nos nõ ſolum de iſta, ſed etiam de principio differentiæ ſubſtantialis quærimus, ergo. Quare iſti autores certè non reſpondent propoſitæ quæſtioni. Non enim explicant per quid indiuiduum ſubſtantiæ ſubſtantialiter ſit vnum indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio. Hæc concluſio probari etiam poteſt eiſdem rationibus quibus ſuperior. ¶ Tertia concluſio. Quantitas eſt principium proprium & proximum vnitatis & diſtinctionis de prædicamento quantitatis. Hanc cõcluſionem euidenter probant argumenta in principio propoſita, quæ omnia cõfirmantur. Quia in rebus à quãtitate abſtractis non reperitur numerus prædicamentalis, ſed tranſcendentalis. ¶ Quarta cõcluſio. Quantitas poteſt eſſe principium vnitatis numericæ ſubſtantialis quoad nos, id eſt, ſecundùm noſtram cognitionem & ab effectu. Probatur. Nam nos intelligimus vnum indiuiduum ab alio diſtingui, quia habet diuerſam quantitatem, quod quidem eſt ab effectu, & à poſteriori. Et confirmatur. Nam vix ſcimus nos aliter diſtinguere materiam niſi per certam quantitatem, ergo. ¶ Ad argumẽta in principio facta reſpondetur. Ad primũ reſpondetur quòd Ariſt. & Comment. & D. Tho. explicandi ſunt iuxta quartam cõcluſionem vel etiam poſſunt explicari iuxta tertiam. ¶ Ad ſecũdum & tertium reſpondetur, q̃ tantùm probant noſtram tertiam concluſionem. ¶ Ad quartũ reſpondetur, q̃ petebat illam difficultatẽ; Vtrum varietas accidentium poſsit eſſe cauſa diſtinctionis ſecundùm numerum, id eſt, principium indiuiduationis. De qua quæſt. videndus eſt D. Tho. ſuper Boëtium de Trinit. q. 4. arti. 2. Cui quæſtioni iam nos breuiter reſpondimus in prima concluſione negatiuè. Ad argumentũ autem reſpondetur quòd Porphyrius ibi diffinijt indiuiduum à poſteriori iuxta dicta in quarta cõcluſione, & per accidentia quędã & proprietates, quæ maximè explicant Dialecticis naturam indiuidui. Inſuper etiam nam ibi diffinit indiuiduum, tam ſubſtantiæ quàm accidentis, vt hæc albedo, hæc actio. Nos autem hìc inquirimus de principio indiuiduationis ſubſtantiali. ¶ Ad quintum quòd illæ decem partes diſtinguũtur per materiam ſignatam per quantitatem autem à poſteriori & quoad nos.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum materia ſit principiũ indiuiduationis.

VIdetur quòd ſic. Primò ex Ariſt. qui vbicũque loquitur de diſtinctione ſingularium aſsignat materiam pro cauſa. Nam 5. Met. tex. 28. dicit ea eſſe diuerſa numero, quorum materia eſt altera, &. 7. Met. dicit, quòd generans generat aliud propter materiam. Et in eodẽ. 7. tex. 28. loquens de partibus diffinitionis dicit. Quæcunque verò in materia ſunt, vel accepta ſunt cum materia non eadem, & Comment. 7. Metaph. comm. 28. dicit; Erit cauſa in multiplicatione generabiliũ ab vno generante multiplicatio materiarum in quas agit. S. etiam Tho. in locis citatis in primo argumẽto art. præced. id ipſum tenet. Alia multa loca ſunt in his autoribus ex quibus probari videtur q̃ materia ſit principiũ indiuiduationis, ſed adducta ſufficiant, quia eodẽ modo omnia explicãtur. ¶ Arguitur ſecũdo ratione. Quicquid eſt de rõne primæ ſubſtantię, eſt etiã de ratione indiuidui, ſed materia

materia eſt de ratione primæ ſubſtantiæ, ergo eſt de ratione indiuidui. Maior patet, quia prima ſubſtãtia & indiuiduum ſunt idem. Minor probatur. De ratione illius eſt materia in rebus materialibus, de cuius ratione eſt non eſſe in ſubiecto, nec dici de ſubiecto. Sed iſta ſunt de ratione primæ ſubſtantiæ vt patet ex eius diffinitione, ergo materia eſt de ratione primæ ſubſtantiæ. Minor patet. Maior probatur. Primum in vnoquoque genere eſt cauſa omniũ, quæ ſunt poſt vt dicitur. 2. Meta. tex. 2. ſed materia prima eſt primum in altero non receptibile, ergo quicquid non poteſt in altero recipi, habet hoc à materia. ¶ Arguitur tertiò. Propterea homo & equus differunt ſpecie, & nõ ſolo numero, quia differunt per diſtinctos gradus formales deſignantes animalis formã, ergo diſtinctio numerica ſumitur à materia. Probatur cõſequẽtia, quia illa forma animalis fit hæc quia recipitur in hac materia. ¶ Autores citati in præcedẽti articulo dicunt, q̃ materia eſt principium indiuiduationis quantum ad eſſe incommunicabile, ſicut quantitas quantum ad eſſe diſtinctum ab alijs. ¶ Prima concluſio. Si materia abſolutè cõſideretur, impoſsibile eſt, q̃ ſit principiũ indiuiduationis. Probatur primò. Nam materia eſt de ſe indifferens, ergo. Itẽ, quia materia omnium rerum corruptibilium eſt vna, atque ita ſi indiuiduum conſtitueretur in ratione indiuidui per ſolam materiam omnia indiuidua eſſent vnum indiuiduum, quod implicat. Prętereà, nam alias embrio, homo & cadauer haberẽt idem principium indiuiduationis, quia habẽt eandem materiam. Hanc cõcluſionem præterea probant argumenta poſita à Sonc. in princ. quæſt. 33. lib. 7. Met. licèt ea conetur ſoluere. ¶ Secunda concluſio. Materia abſolutè ſumpta eſt prima radix vnde ſumitur principium indiuiduationis, non tamen eſt completa radix. Primam partẽ huius concluſionis demõſtrant argumẽta propoſita in principio quæſt. & hoc tantum volunt docere Ariſt. Comment. & D. Tho. ſecunda autem pars concluſionis probabitur infra cum oſtenderimus, quòd iſtud principium completum eſt materia ſignata. Et probatur nunc breuiter, quia materia abſolutè conſiderata, vt dicebamus in præcedenti, eſt indifferens, & vna in omnibus, ergo non poteſt eſſe cõpleta radix & principium indiuiduationis.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm forma ſit principium indiuiduationis.

ET videtur q̃ ſic. Primò. Eo eſt aliquid ens quo vnum, quia idem eſt eſſe, & eſſe vnũ; ſed forma eſt quæ dat eſſe, ergo & quæ dat eſſe vnum. ¶ Arguitur ſecũdò. Quia eodem eſt aliquid vnum numero, quo eſt terminus generationis, ſed forma eſt id quò quælibet res eſt terminus generationis, ergo forma eſt quo quælibet res eſt ſingularis, & indiuidua. Conſequentia eſt bona, & probatur maior, quia generatio terminatur ad ſingulare & indiuiduum. Minor etiam probatur, quia forma eſt terminus quo generationis, ergo. ¶ Arguitur tertiò. Omnis differentia eſt per formam, ſiue per actum. Per materiam enim quæ eſt pura potentia res non poſſunt abinuicem differre. Cuius ratio eſt, quia differre ſupponit eſſe. Et proportionabiliter differre actu ſupponit eſſe actu, per materiam autem nihil poteſt eſſe actu, ſed tantum per formam. Quælibet enim res compoſita ex materia & forma per materiam quidem habet quòd poſsit eſſe, vel non eſſe, per ſolam autem formam habet, quòd ſit actu, ergo nulla differentia eſt per materiã, ſed ſolùm per formã in habẽtibus formã & materiam, ergo cum differentia indiuidualis ſit propriè differentia à forma prouenire debet. ¶ Prima cõcluſio. Si forma abſolutè cõſideretur ipſa ſola non poteſt eſſe principiũ indiuiduationis. Hæc cõcluſio eſt contra quoſdã autores oppoſitũ ſentientes, nihilominus tamen probatur primò. Nam per formã habent omnia indiuidua eiuſdẽ ſpeciei, quod ſint eiuſdẽ ſpeciei, ergo ab ea nõ habẽt, quòd ſub ſpecie diſtinguãtur. Conſequẽtia certè videtur bona, & antecedẽs probatur. Nam effectus formalis primarius & intrinſecus formę eſt dare eſſe ſpecificũ. Et confirmatur. Nam forma ex ſe eſt quid commune, ergo non poteſt eſſe cauſa incommunicabilitatis. Secundò probatur. Nam omnis differentia ſecũdum formã eſt differẽtia ſpecifica, ergo ſi indiuidua differũt penes formã, differũt ſpecificè; conſequens autẽ eſt impoſsibile, ergo. Pro huius autem rationis intelligentia, vide Ferr. 2. contgẽt. c. 93. in explicatione ſecũdæ rationis D. Tho. ¶ Secunda concluſio. Negari non poteſt, quin forma aliquo modo ſit principiũ indiuiduationis nõ quidem forma abſolutè ſumpta, ſed in ordine ad hãc materiã inquantũ per illã informatur materia hæc, & ſit capax huius quãtitatis, à qua materia cũ tali cõditione ſumitur talis differẽtia indiuidualis. Hanc cõcluſionẽ probãt argumẽta poſita in principio; & probatur rurſum breuiter ex S. Tho. opuſculo. 30. lect. 10. Nullum accidens cõſequitur materiã ſine cõmunicatione formæ, imò neque ipſa quãtitas, vt in ſuperioribus dicebamus. Aduertendum tamẽ quòd ſi materia ſola & forma vt cõcurrit ad indiuiduationẽ cõſiderẽtur, principalius materia ad hoc cõcurrit, quàm ipſa forma, quod amplius in ſequẽtibus exponetur. ¶ Ad argumẽta in principio facta reſpondetur. Ad primum cõcedo quòd res per formam habet eſſe & eſſe vnum ſpecifice, non tamen eſſe vnũ numero. Ad hoc enim & forma & materia ſignata concurrunt. ¶ Ad ſecundũ reſpõdetur, quòd forma eſt terminus quo generationis, non quia ipſa ſola faciat rem ſingularem & indiuiduam, ſed quia effectus in ſpecie

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet assimilari agenti, hoc autem non potest habere nisi à forma, quæ dat esse specificum, & hac ratione forma est terminus quo generationis. De quo in superioribus diximus. ¶ Ad tertiũ respondetur, q̃ probat nostram secũdam conclusionem. Etenim nisi materia esset informata forma, nõ posset constituere indiuiduum; formæ enim est cõstituere rem, & etiam eam ab alijs distinguere.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm agens extrinsecum, scilicet, causa efficiens sit principium indiuiduationis.

PRO parte affirmatiua arguitur primò. Singulare & vniuersale sunt idem, & solo intellectu differunt, eorum autem quæ sunt idẽ, eadem sunt principia quatenus idem sunt, ergo eadẽ sunt principia quidditatis & indiuidui. ¶ Arguitur secundo. Quia agens naturale producit singulare, sicut intellectio terminatur ad vniuersale, ergo sicut vniuersale est quatenus ab intellectu producitur, ita est hoc singulare, quatenus ab hoc agẽte producitur, & per nihil aliud intrinsecũ præter principia essentialia. ¶ Arguitur tertiò. Id quod cõuertitur cum ente sumpto secundùm rem, non dicit aliquid additum supra id à quo est ens; sed esse indiuiduum conuertitur cum ente accepto secundùm esse reale, ergo esse indiuiduum non cõuenit alicui per aliquid sibi additum, sed per illud quod est; sed illud per quod est in re extra, est agens extrinsecum, ergo ipsum etiam est per quod est indiuiduum. ¶ Arguitur quartò. Nam Arist. 1. de gen. tex. 83. inquit; Materia efficitur vt sit actu per formam; & 2. de Anima tex. 2. Materia non est hoc aliquid. & 7. Met. tex. 8. Materia secũdùm se neq; est quanta, neque qualis &c. At quòd diuersa fiant indiuidua cum materia sit indifferens, dicit Aristo. causam esse ipsum agens. 8. Metaph. tex. 12. ergo. ¶ Propter hæc argumenta Durand. in. 2. d. 3. q. 2. opinatur vnamquamq; rem distingui numero ab alia, & per suam essentiam & per causam efficiẽtẽ. v.g. Petrus distinguitur à Paulo, quia est hæc substantia genitus à tali parente per talem actionem tali tempore exercitam. Dicit enim duo Durãdus. Primum q̃ nihil est principium indiuiduationis, nisi quod est principiũ naturæ & quidditatis. Secundũ est q̃ materia à forma habet, vt sit hæc, nam de se est indifferens. Vnde, inquit, Concomitanter substantiæ materiales à materia indiuiduantur, cuius signatio, qua dicitur hæc, non est per quantitatem, sed competit ei per aliquid sui generis, sicut q̃ sit ens & vnum: signatio autem qua dicitur tanta putà bicubita, tricubita &c. bene competit materiæ per quantitatem, sed hæc signatio, inquit, non facit eam indiuiduã, sed supponit. ¶ Nihilominus tamen hæc sententia Durandi non placet Thomistis, & communiter impugnatur. Quia agens naturale est indifferens ad hoc vel illud indiuiduũ producendum, ergo ad illud non potest referri ratio indiuiduationis. Patet cõsequentia, quia distinctio numerica sumi nequit à tali causa efficiẽti, quæ de se indeterminata est ad istum effectum & quemlibet alium producendum, cum possit multos effectus producere. Vnde effectus aliqui distinguũtur numero, quia forma vnius recipitur in hac materia, & alterius forma in alia, & quia non potest intelligi formam recipi in hac materia & constituere suppositum distinctũ absque hoc, q̃ hæc pars materiæ distinguatur ab alijs, quod nõ fit per agens, aliunde necessario sumenda erit hæc distinctio quàm ab agenti: & cum dicit Durãd. q̃ intrinsecè est res vna numero per suam essentiam, vel intelligit per essentiam specificam, & hoc nõ: vel per essentiam numericam, & hoc est explicãdum quid tribuat hanc essentiam numero. Deinde, quia Petrus & Paulus sunt eiusdẽ quidditatis specificæ, ergo per aliud distinguuntur, quod nõ sit ipsa quidditas. ¶ Ad argumenta in principio respondetur. Ad primum q̃ in cõfuso principia speciei, scilicet, materia & forma sunt principia singularis. v.g. Petri, sed cum conditione materiæ signatæ distinguitur Petrus à Paulo. ¶ Ad secundum concedimus libentissime q̃ per agens naturale extrinsece tanquam à causa efficienti fit indiuiduum, vt dicemus in artic. sequenti; negamus tamen illud quod infertur, q̃ per nihil aliud indiuiduatur nisi per agens extrinsece, & per principia essentialia; indiuiduatio enim etiam fit à materia signata. ¶ Ad tertium respondetur, quòd vnum numero signatũ, de cuius principio quærimus, non conuertitur cũ ente; nõ enim omne ens est Petrus: si autem sumas vnũ transcendens vt passio entis, fateor quòd conuertitur cum ente, sed nihil cõtra nos. ¶ Ad quartum respondetur quòd illic, & vbicumque sic loquitur Arist. intelligitur in hunc modum, quòd materia prima secundum se considerata non pertinet ad aliquam speciem, sed hoc habet à forma. Cum igitur forma actuatur, statim habet capacitatem ad hanc dimẽsionem sub qua est, à quo sumitur proprietas indiuidualis, quanuis hoc non habeat sine dependentia à forma.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm materia & forma & causa efficiens simul hæc omnia sint principium indiuiduationis.

ET videtur q̃ sic. Primò, nã Arist. 2. de Anima textu. 7. inquit. Materia & forma quare sunt vnũ, nõ oportet quærere; Quasi diceret, quia seipsis, quia vnũ est actus, & aliud potẽtia, vt ipse respõdet. 8. Met. tex. 15. & D. Tho. in opusc. super Boët.

Boët. de Trinit. q. 4. artic. 2. inquit, Inter indiuidua eiusdem speciei hoc modo consideranda est diuersitas. Secundùm enim Philosophũ. 7. Met. tex. 39. sicut partes speciei & generis sunt materia & forma, ita partes indiuidui sunt hæc materia & hæc forma. Vnde sicut diuersitatem in genere vel specie facit diuersitas materiæ vel formæ absolutè, ita diuersitatẽ in numero facit hæc forma & hæc materia. ¶ Arguitur secundo. Nam vnitatis substãtialis principium substantiale debet esse, sed nullum aliud potest assignari in cõposito nisi materia prima, vt est sub forma substantiali, ergo. Maior ex dictis patet. Minor verò probatur, nam totum compositum seipsum non indiuiduat, neque verò quãtitas aut aliud accidens, neq; forma absolutè, neq; etiam materia nuda, neq; agens extrinsecum, vt in superioribus abundè est probatũ, ergo est materia vt est sub forma substantiali, per quam materia fit hæc. Confirmatur. Nam Arist. 5. & 7. Met. vnitatem numericam reducit ad materiã, ergo saltim ipsa erit principium substantiale, & non absolute vt patet ex dictis, ergo vt est sub forma. ¶ Arguitur tertiò. Nam differẽtia indiuidualis Petri vel est substantialis, vel accidentalis, quia nõ est dare medium, sed non est accidentalis, quia species substantiæ non contrahitur ad aliquod indiuiduum per aliquod accidens, alioqui esset indiuiduũ accidentis, ergo est substãtialis, ergo principium illius debet esse aliquid substãtiale, sed nõ potest assignari tale principium nisi forma, & hæc non absolute, ergo vt informat materiam. Et confirmatur, quia ab eodem res aliqua habet vnitatem & distinctionẽ, à quo habet esse, quoniã illa sunt passiones entis, sed Petrus formaliter habet hoc esse à forma substantiali, ergo ab eadem habet vnitatẽ indiuidui, & distinctionem; & nõ ab eadem sola, quia esset distinctio specifica, ergo ab eadem vt facit vnum principium totale cum materia prima. ¶ Arguitur quartò. Materia vt est sub forma præscindendo ab omni accidenti & ab omni ordine ad accidens constituit vnum suppositum substantiale ponibile complete in prædicamento substantiæ, ergo ibi est designare principium indiuiduationis completum, quod nullum aliud erit nisi materia vt est sub forma. Antecedens probatur. Nam res vnius prædicamenti præcipuè verò substantiæ in sua præcisa & cõpleta ratione nullo modo includit rem alterius prædicamenti, vt de se patet, & infinitis rationibus probari posset, quas quia omnibus obuiæ sunt, & breuitatis causa non refero. Consequentia autem probatur, quia illud cõpositũ quod resultat ex materia & forma nõ potest manere in vniuersali, ergo descẽdit ad singulare: tum quoniã illud cõpositum per actionẽ agẽtis naturalis prius natura intelligitur generari, & in rerũ natura produci, quàm omne accidẽs, quia ista ad illius productionẽ cõducũtur, ergo est etiã ante omne accidẽs illud cõpositum singulare & indiuiduũ quia vt colligitur ex doctrina Arist. generari nihil põt nisi singulare & indiuiduũ; & præcipue quia ipsemet Arist. expresse asserit. 1. post. tex. 32. q̃ in quolibet prædicamento est status in sursum & deorsum. Confirmatur. Quod materia habeat accidẽtia, & hãc desgnationẽ, prouenit ratione formæ & vt est sub illa, ergo. ¶ Propter hæc argumẽta (quæ certè sunt valida & firma præcipuè hoc quartũ quod ego pro opinione eorũ addidi) aliqui Doctores & Magistri grauissimi & sapientissimi huius tẽporis ex schola D. Tho. asserũt q̃ principiũ totale indiuiduationis neq; est agens naturale tantùm, neque forma sola, neq; materia, sed hæc omnia simul. Quã opinionẽ sic explicant notãdo primò, q̃ de principio indiuiduationis loqui possum* multipliciter vel de principio formali, aut effectiuo, aut materiali; nam de finali modo non agimus: & de hoc vel loqui possumus secundùm se, vel quoad nos. Quo supposito dicũt quinq; dicta. Primũ est. ¶ Principiũ effectiuum indiuiduationis est generans. Hoc dictũ probãt. Nam generãs per singularẽ operationẽ determinat materiã ad certã formã, & ad certa accidentia, ergo ab eo efficitur rei indiuiduatio. Et confirmatur. Nam indiuiduatio fit ab aliquo effectiue, & nõ nisi à generãte; ergo. ¶ Secũdò dicũt. Principiũ indiuiduationis formale est hæc forma substãtialis. Probatur, quia per hãc formã est hęc materia & hæc quãtitas, & hoc indiuiduum formaliter, ergo ipsa est formale principiũ indiuiduationis. Antecedens probatur, nã materia & quãtitas nõ possunt esse hoc vnũ formaliter à seipsis, cũ nihil sit forma sui ipsius, ergo. Itẽ indiuiduũ substãtiale nõ potest habere esse hoc vnũ formaliter à materia & à quãtitate tanq̃ à formatibus qm̃ neq; materia, neq; quantitas possunt habere rationẽ formæ: tũ quia quãtitas nõ põt esse causa formalis vnitatis substãtialis, alioqui nobilior, & prior esset effectus sua causa, ergo sola forma substãtialis est principiũ formale indiuiduationis. Præterea. Hæc forma determinat istã materiã ad hãc quãtitatẽ & ad cætera accidentia, ergo neq; quantitas neq; alia omnia accidentia determinãt materiã, & faciũt hãc, sed præsupponũt iam indiuiduatã, vt singularizatã, & factam hanc. Antecedẽs probatur. Nã illo priori naturæ quo forma vnitur materiæ, intelligitur materia determinata, & nõ nisi à forma, ergo. ¶ Tertiò dicũt. Materia est principiũ indiuiduationis materiale. Probatur, quia ista materia est causa materialis huius formæ, quæ ab hac materia intrinsecè dependet quãtum ad ordinẽ. Deinde forma de se est infinita & cõmunicabilis, ergo limitatur per hoc, q̃ suscipitur in hac materia. Præterea. Nam distinctum vnum est de prædicamento quantitatis, & de prædicamento substantiæ, sed illud fit per quantitatem, ergo hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

non fit nisi per materiam & formam substantialē. Vltimo probari possunt ista duo dicta simul argumentis in principio positis. ¶ Quartò dicūt. In his duobus dictis non committitur circulus in eodem genere causæ, sed in diuerso quod non incōuenit, quia causæ sunt sibi inuicem causæ, & materia habet causalitatem circa formā in genere causæ materialis, & forma supra materiā in genere causæ formalis. Notandum tamen hic vnum quod quidem in omni opinione certissimum esse debet, ꝙ materia est præcipuum principium indiuiduationis, & ꝙ hoc ei conuenit magis quàm formæ. Ratio est, B quoniā de ratione indiuiduationis sunt duo, scilicet, incommunicabilitas & distinctio. Primū autē horū sumitur à materia & non à forma, quia de se cōmunicabilis est, quoniā autē in hac materia susci pitur, fit incōmunicabilis, vnde materia est prima radix indiuiduationis. Secūdum autem, scilicet, distinctio sumitur à forma, quia cum distinguere sit officium formæ & actus, nō habet à materia vnde possit vnum ab alio distinguere nisi per ordinē ad formā, & ex his duobus elicitur vnū totale principium. ¶ Quintum & vltimum dictū. Materia signata quantitate non est principium indiuiduationis sufficiens, & secundùm rei veritatem, & si dicatur principium ab Arist. & D. Tho. hoc tātum est secūdum nostrā cognitionē & ab effectu. Nam nos intelligimus materiā fieri hanc, & ab alijs materiæ portionibus distingui per quātitatem, & intelligimus etiam signationē materiæ, ita ꝙ materia dicitur signata per quantitatē & dimensiones, non ꝙ reuera materia signetur intrinsecè per quantitatē, bene autem extrinsecè, sed quia est nobis signum intrinsecæ signationis, quæ in materia fit per formam. ¶ Pro resolutione huius difficultatis est notandum ꝙ principium indiuiduationis dupliciter potest considerari. Vno modo quantum ad fieri hoc indiuiduum, alio modo quantum ad esse hoc indiuiduum. v. g. cum Petrus gignitur possumus quærere, quare Petrus & nō Paulus natus est? Aut quare hic homo est Petrus, & nō Paulus? Per quid est hic? Nota secundò, quod cum principium indiuiduationis quantum ad esse debeat esse intrinsecum, fit vt ex necessitate assignanda sit forma, aut materia aut vtrumque, aut accidens subiecti, aut F aggregatum ex accidente & parte substantiæ aut aliquid aliud, quod tamen sit intrinsecum ipsi indiuiduo. ¶ Prima conclusio. Si quæramus de principio indiuiduationis quantum ad fieri hoc indiuiduum, ex necessitate naturaliter loquendo recurrendum est ad causam particularem efficiētem, & ad actionem eius præcedentem generationē. Ista conclusio probatur ex Arist. 8. Met. tex. 12. ait sic; Fit autem vt vna ex materia diuersa ob mouentem causam oriantur. Et quanuis Aristot. loquitur de diuersitate specifica, tamen facile inde colligitur, quia quemadmodum materia est indifferens A ad diuersas formas secundum speciem, ita ad diuersas secundum numerum tantum, ergo sicut determinatur ad hanc speciem ab agēte huius speciei, ita ad hoc singulare ab hoc agente singulari. Dixerim tamen in conclusione naturaliter, quia Deus se solo potuit producere Petrū. Addidi autē actionem singularem necessariam esse, quia aliàs idem agens semper generaret idem. Actio autem singularis ex multis dependet, scilicet ex subiecto quod patitur, ex tempore, ex tali agente, quoduis horū defuerit, non potest esse eadem actio. Hæc enim actio est huius & in hoc, vt inquit Arist. 3. Physic. & si hoc voluit dicere Durandus optime loquutus est, & autores etiam opinionis modò recitatæ. ¶ Secunda cōclusio. Si loquamur de principio intrinseco quātum ad esse, probabilissime potest dici, quòd hoc principium est materia vt informatur substantiali forma, ita quòd ex materia & ex forma fiat vnum principium totale & intrinsecū vnitatis numericæ sine aliquo accidēti neque sine ordine ad illud, etiamsi sit quantitas. Ista conclusio C satis probabiliter manet probata ex quatuor argumentis in principio quæstionis factis, & ex alijs quæ pro secūdo & tertio dicto opinionis recitatæ in hoc articulo assignata sunt, quæ certè sunt maximi ponderis & momenti, & confirmantur modò omnia. Quia indiuiduum substantialiter est vnum, ergo principium vnitatis huius substantialis debet esse eiusdem ordinis, ergo substantiale, sed substantiale principium in indiuiduo nullum aliud potest signari nisi hæc materia & hæc forma, ergo. Deinde, quia indiuiduum positum in recta linea prædicamentali substantiæ ante omne D accidens, & ante omnem ordinem ad accidens ponitur tam quam indiuiduum sub specie; & tunc nō est aliud per quod possit indiuiduari nisi hæc materia & hæc forma, ergo. Præterea vt supra ex D. Tho. diffiniuimus, forma substantialis immediate vnitur materiæ, ergo statim facit seipsa hoc aliquid, alia verò sequuntur. Et autores huius opinionis optimè explicant D. Tho. quòd quando dicit, quòd materia signata quantitate est principium indiuiduationis, loquitur quoad nos, qui signationem substantialem materiæ factam à forma, & quam præsupponit quantitas, intelligimus per quantitatem, cuius signatio est nobis manifestior, & apertior vtpote sensui magis proxima, & perceptibilis. Et modò se offert aliud argumentum pro ista opinione. Quia prima substantia est indiuiduum substantiæ, sed primam substantiam præsupponit quantitas, & omnia alia accidentia, vtpote à qua habent esse, & qua destructa necesse est reliqua omnia destrui, vt ait Arist. in prædicamento substātiæ, ergo tam quātitas quàm omnia alia accidentia supponūt iam primam substantiā, sed

sed tunc in prima substantia non aliud inuenitur A Caietan. 1. p. q. 7. modo citato, & apud Ferrar. in. 1. cont. gent. ca. 43. & Iauellum in. 5. Met. q. 2. & 3. Quod diximus de limitatione formæ à materia idem prorsus dicendum est de limitatione materiæ à forma, nisi in hoc, quòd forma tantum limitatur per materiam ad hoc quod sit hæc, vt ostendemus in articulo vltimo huius quæstionis, materia autem non solum limitatur à forma ad hoc ꝙ sit hæc & singularis, sed etiam ad hoc vt sit huius speciei. De quo nos in superioribus satis multa diximus & expresè id asserit S. Tho. 1. p. q. 44. arti. 2. vbi hæc verba dicit; Considerandum est, quòd materia per formam cōtrahitur ad determinatam speciem. Ex quibus omnibus clarè patet quomodo materia & forma adinuicem se limitent, & coarctent. Aduertendum autem quòd quando isti dicunt, quod principium totale & intrinsecum indiuiduationis est materia cum forma, nolunt dicere ꝙ ipsa materia & forma sint differentiæ per quas species cōtrahūtur ad indiuidua, sed volunt dicere ꝙ sunt principiū, id est, id vnde sumitur differētia & proprietas indiuidualis, vt supra expositum est. ¶ Tertia conclusio. Materia vt est sub forma substantiali præcisè non est complecum principium indiuiduationis. Hæc cōclusio præcipuè asseritur propter autoritatem D. Tho. qui vbique locorū vt tam ex parte vidimus & amplius in art. seq. manifestabitur, semper ad materiā primā cū dimensionibus reducit principiū indiuiduationis. Vnde licet in loco citato in argumēto primo posito à principio huius articuli cōcedat, ꝙ hęc forma & hæc materia faciat diuersitatē in numero, non tñ ea censet esse cōpletū principiū talis distinctionis. Post verba enim ibi citata subiungit statim; Nulla autē forma inquantū huiusmodi est hæc seipsa. Vnde forma fit hæc per hoc ꝙ recipitur in materia, sed cum materia in se cōsiderata sit indistincta, non potest esse ꝙ forma in se receptā indiuiduet, nisi secūdum ꝙ est distinguibilis. Nō enim forma indiuiduatur per hoc quod recipitur in materia, nisi quatenus recipitur in hac materia vel in illa distincta & determinata ad hic & nunc; materia autē nō est diuisibilis nisi per quantitatē. Vnde Philosophus dicit 1. Physic. tex. 15. ꝙ submota quantitate remanet substātia indiuisibilis. Et ideo materia efficitur hęc & signata secūdum quòd est sub dimensionibus. Hæc ibi D. Tho. Quæ doctrina in ipso est perpetua. Ex quibus colligitur quòd licet cōcedendū sit ꝙ materia & forma sint principiū indiuiduationis; tamē nō completū, sed necessariò recurrendum est ad quantitatē. Vnde quādo in præcedenti cōclusione diximus quòd forma limitatur per materiā & materia per formam ad esse singulare, intelligi debet per hanc formam, & hæc forma indiuiduatur per hanc materiam. Cæterùm hæc materia effici non potest hæc per formam, cum ipsa de se sit

Caietan. 1. p. q. 7. modo citato, & apud Ferrar. in. 1. cont. gent. ca. 43. & Iauellum in. 5. Met. q. 2. & 3. Quod diximus de limitatione formæ à materia idem prorsus dicendum est de limitatione materiæ à forma, nisi in hoc, quòd forma tantum limitatur per materiam ad hoc quod sit hæc, vt ostendemus in articulo vltimo huius quæstionis, materia autem non solum limitatur à forma ad hoc ꝙ sit hæc & singularis, sed etiam ad hoc vt sit huius speciei. De quo nos in superioribus satis multa diximus & expresè id asserit S. Tho. 1. p. q. 44. arti. 2. vbi hæc verba dicit; Considerandum est, quòd materia per formam cōtrahitur ad determinatam speciem. Ex quibus omnibus clarè patet quomodo materia & forma adinuicem se limitent, & coarctent. Aduertendum autem quòd quando isti dicunt, quod principium totale & intrinsecum indiuiduationis est materia cum forma, nolunt dicere ꝙ ipsa materia & forma sint differentiæ per quas species cōtrahūtur ad indiuidua, sed volunt dicere ꝙ sunt principiū, id est, id vnde sumitur differētia & proprietas indiuidualis, vt supra expositum est. ¶ Tertia conclusio. Materia vt est sub forma substantiali præcisè non est complecum principium indiuiduationis. Hæc cōclusio præcipuè asseritur propter autoritatem D. Tho. qui vbique locorū vt tam ex parte vidimus & amplius in art. seq. manifestabitur, semper ad materiā primā cū dimensionibus reducit principiū indiuiduationis. Vnde licet in loco citato in argumēto primo posito à principio huius articuli cōcedat, ꝙ hęc forma & hæc materia faciat diuersitatē in numero, non tñ ea censet esse cōpletū principiū talis distinctionis. Post verba enim ibi citata subiungit statim; Nulla autē forma inquantū huiusmodi est hæc seipsa. Vnde forma fit hæc per hoc ꝙ recipitur in materia, sed cum materia in se cōsiderata sit indistincta, non potest esse ꝙ forma in se receptā indiuiduet, nisi secūdum ꝙ est distinguibilis. Nō enim forma indiuiduatur per hoc quod recipitur in materia, nisi quatenus recipitur in hac materia vel in illa distincta & determinata ad hic & nunc; materia autē nō est diuisibilis nisi per quantitatē. Vnde Philosophus dicit 1. Physic. tex. 15. ꝙ submota quantitate remanet substātia indiuisibilis. Et ideo materia efficitur hęc & signata secūdum quòd est sub dimensionibus. Hæc ibi D. Tho. Quæ doctrina in ipso est perpetua. Ex quibus colligitur quòd licet cōcedendū sit ꝙ materia & forma sint principiū indiuiduationis; tamē nō completū, sed necessariò recurrendum est ad quantitatē. Vnde quādo in præcedenti cōclusione diximus quòd forma limitatur per materiā & materia per formam ad esse singulare, intelligi debet per hanc formam, & hæc forma indiuiduatur per hanc materiam. Cæterùm hæc materia effici non potest hæc per formam, cum ipsa de se sit

B quantitate sumenda erit differentia indiuidualis. ¶ Ad hoc respondetur, ꝙ materia facit formā hāc, & forma facit etiā è conuerso materiā hāc. Neque in hoc vt dictum est in quarto dicto pro hac opinione, committitur circulus, quia id fit in diuerso genere causarum. Pro cuius ampliori notitia scien dum est ex D. Tho. 1. p. q. 7. art. 1. & 1. cont. gent. c. 43. ratione secūda, quod materia quodammodo finitur & coarctatur per formam, & forma per materiam. Materia quidem per formam inquantum materia antequā recipiat formā est in potētia C ad multas formas, sed cum recipit terminatur per illam; forma verò finitur per materiam inquātum forma in se considerata cōmunis est ad multa, sed per hoc quòd recipitur in materia fit forma determinatè huius rei. Hæc D. Tho. In quibus verbis expresè concedit, ꝙ materia limitatur per formā, & forma per materiā. Quod quid aliud est, quam formam fieri hanc per materiam, & materiam per formam? Quod vt melius intelligas scito, quod cū duo posimus in forma considerare, scilicet, naturam specificam, & esse illi naturæ debitum, quum D dicimus formam limitari per materiam, non intelligimus de forma quantum ad eius essentiam specificam; per suam enim propriam differentiam est ad hanc speciem, & ad hunc gradum entium limitata, non autem per materiam, intelligi ergo debet de forma quantum ad eius essendi modum, scilicet, numericum. Scito secundò quòd forma in alio receptibilis sicut est ad determinatum gradum entium, & ad determinatam speciem limitata, ita habet esse determinatum in natura essendi simpliciter. Nam ita aliquod esse debetur albedini in- E quantum albedo, quòd aliud esse sibi nō debetur; sed tamen ipsum esse naturæ tali debitum latitudinem quandam essendi habet, secundum quòd susceptiuum formæ diuersimode disponi potest, & ipsa potest in diuersis recipi. Vnde secundum hoc esse limitari potest vt, scilicet, nō habeat totū, & perfectum esse suæ naturæ debitum, sed tātùm aliquem eius gradum numeralem habeat, atque ita forma per materiam limitatur, non vt habeat modum essendi absolutè, sed modum essendi numeralem & singularem. Vnde de hoc plura apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

communicabilis,sed per quantitatem, de cuius ratione est omnia distinguere.Quod est valde notãdum,quia maximè conducit ad solutionẽ omniũ argumentorum pro præcedenti opinione.Nihilominus probatur hæc nostra conclusio tertia ratione.Primò,nam si præscindamus ab omni accidẽti & ab ordine ad illud non est materia signata quantitate, sed hæc est principium completum indiuiduationis vt in artic.seq.demonstrabitur,ergo materia & forma præscindendo ab omni accidẽti nõ est principium completum indiuidui.Secundò.Si materia excludat quantitatem & omnia accidẽtia non est determinata nec per formam solam potest determinari,ergo.Probatur antecedens.Nam materia ad recipiendam formam substantialem determinatur per accidentia & maximè per quantitatẽ. Et confirmatur.Forma non determinat materiam in genere materiæ,scilicet,in genere causæ materialis,ergo supponit illam determinatã in illo genere, ac per cõsequẽs talis determinatio est immediate à forma.Tertio.Si materia vt est sub forma est principium indiuiduationis,forma esset principiu proximum talis indiuiduationis,cuius oppositũ patet iam ex dictis. Sequela verò probatur. Nam si corpori vt est sub albedine cõpetit disgregare visum, albedini competit propriè talis disgregatio,corpori verò remotè. ¶ Sit tandem quarta conclusio. Principium substãtiale proximum indiuiduationelicet incompletum est materia prima determinata per formam.Hæc conclusio videtur esse Diui Thomæ in loco citato pro præcedenti cõclusione, & probatur.Nam vnitatis substãtialis principium substantiale debet esse, sed nullum aliud potest assignari in composito nisi materia prima,ergo. Maior patet ex dictis in.6.fundamẽto & in tota quæstione,& minor probatur. Quia non est forma vt diximus,nec totũ compositũ seipsum indiuiduat, ergo.Secũdò probatur.Nam Arist.& 7.Met. vnitatem numericam reducit ad materiã,& in.3.Met. textu.11.ait,quædam differre forma, id est specie, quædam materia,id est,numero;& 10.Met. textu 25.ait,vicum & fœminã non differre specie, quoniam tantùm differunt ex dispositione materię & 11.Met.tex.49. asserit primos motores nõ posse esse plures numero, quia sunt immateriales, & distinctio numerica sumitur à materia,& S.Tho.etiã hoc vbique concedit, ergo saltim erit principium substantiale,quomodo autem materia formatu & forma materiam adinuicẽ se determinẽt;iam optimè expositum in præcedenti opinione. Sed quæres; Quid igitur est totale principiũ, & cõpletum indiuiduationis?Ad hoc respondebimus, quid nobis probabilius & certius colligi possit ex doctrina D.Tho.in artic.seq. ¶Nunc autẽ ad argumẽta in principio posita respondẽdum est.Ad primum patet ex tertia conclusione. ¶ Ad secundum cum sua cõfirmatione patet ex quarta cõclusione,quã tantum probat illud argumentum. ¶ Ad tertium concedo q̃ differentia indiuidualis Petri est substantialis, & q̃ sumitur à materia determinata per formam tãquam à principio essentiali & eiusdem ordinis,licèt materia vt sic non est totale & cõpletum principium.Ad confirmationem patet ex tertia & quarta conclusione.¶ Ad quartum concedo antecedens,& nego consequentiam. Ad probationem dico q̃ res vnius prædicamenti nõ potest includere rem alterius prædicamenti tanquã rationẽ formalem sui,aut tãquam principium proximum alicuius suæ proprietatis, verumtamẽ bene potest habere tanquam cõditionem determinatiuam sui ad aliquam operationem vel proprietatem.Quod quomodo sit intelligendum in seq.articu.amplius explicabitur.Ad confirmationem respondetur,q̃ determinatio illa est à forma in genere causæ formalis,materia autẽ in genere causæ materialis etiã determinari debet,& quia numeralis vnitas materialis est,debet habere præter formam aliud proximum & per se principium materiale.

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrùm materia signata quantitate sit principium indiuiduationis.

ET videtur quòd non.Primò.Prima substãtia per se ponitur in prædicamento,ergo nõ constituitur per aliquid quod sit extra genus substantiæ alias enim esset per accidens, sed materia quantitate signata includit aliquid quod sit extra genus substantiæ,scilicet,quantitatem,ergo. Confirmatur.Ex materia & accidenti fit vnum per accidens & aggregatum,ergo non est vnum principiũ cõstitutiuũ indiuidui quod est ens per se. ¶ Arguitur secundò. Quod materia sit sub quantitate;formaliter est quid posterius indiuiduo, ergo nõ constituit indiuiduum.Consequentia est bona, & antecedens probatur.Nam prius est, q̃ totum compositum sit,& q̃ sustentet accidentia, quàm quòd materia subijciatur eisdem,ergo. Et confirmatur. Generatio primo & per se terminatur ad hunc hominem,deinde accidentia comproducuntur,ergo prius intelligitur iste homo quàm ista accidentia. ¶Arguitur tertiò. Accidẽtia quę sunt in cõposito, sunt singularia quatenus recipiuntur in subiecto singulari,ergo quantitas est,quia recipitur in hoc subiecto & non è contra. Et confirmatur.Substantia in illo priori quo est prior quantitate;est indiuidua,ergo non indiuiduatur per quantitatẽ. Consequentia patet, & antecedens probatur. Eo modo substantia est prior omni accidente, quo est subiectum accidentium.Nam per hoc quòd substantia est subiectum accidentium probatur.7.Metaphy. q̃ sit diffinitione prior accidentibus, sed substãtia inquantum est subiectũ, est indiuidua,quia vt dicitur.2.Physi.& 2.Met.singulariũ sunt causæ singulares in quolibet genere causæ,ergo causa subiectiua siue materialis alicuius accidentis singularis, est causa singularis.¶ Arguitur quartò. Nam vt supra diffinitum est ex S.Tho. forma substantialis immediate vnitur materiæ,ergo statim facit seipsa hoc aliquid, alia verò sequuntur.Probatur consequentia,quoniam ex illa vnione materiæ cum forma sequitur compositum substantiale,& non vniuersale,quia hoc implicat,ergo singulare. ¶ Arguitur quintò.Materia est indifferens vt sit capax huius aut illius quantitatis, ergo ab aliquo determinatur ad hanc quantitatẽ.Confirmatur. Quia omnis capacitas materiæ est ad formam substantialem & ex consequenti ad illa quæ consequũtur formam. Item quia ista quantitas & illa sunt eiusdẽ speciei, ergo non differunt numero seipsis.Præterea, quia quantitas ex se est indifferẽs ad hanc vel illã quantitatem vnde ergo habet quãtitas q̃ sit hæc,& materiã faciat hanc?Præterea,quia S.Tho. 2.2. q. 24. art.5.ad primum,&.3.p.q.77.art.2.ait, q̃ dimẽsio dupliciter indiuiduatur,scilicet, ratione subiecti sicut & alia accidentia & ratione situs.¶ Arguitur sextò, & confirmatur præcedens argumentum. Nam quantitas sicut cætera accidentia indiuiduatur à substantia,cuius signum est, q̃ non possunt esse in eodem subiecto duæ quantitates,ergo quãtitas præsupponit iam substantiam indiuiduatam, ergo materia signata non est principiũ indiuiduationis.Sed dicetur fortè,q̃ licèt substantia non indiuiduetur formaliter à quantitate materiã signante, indiuiduatur tamen per ordinem ad illam. Sed contra. Prius est substantia hæc vna, quàm dicat ordinem ad quantitatem, ergo non indiuiduatur per ordinem ad illam. Consequentia est nota, & probatur antecedens.Nam prius est hæc substãtia vna,quam dicat ordinem ad quãtitatem,imò proxima aptitudo materiæ ad hanc quantitatẽ dimanat à forma substantiali, nam per esse substantiale quod habet à forma;efficitur ipsa capax cuiuscũque esse accidentalis, & determinatur secũdariò ad accidentia. ¶ Arguitur septimò. Nam si materia qutãitate signata est principium indiuiduationis; vel hoc intelligitur quãtitate terminata vel interminata.Non terminata,quia hoc est expressè contra D.Tho.in opusc.super Boët.de Trinit.q.4.art. 2.vbi expressè tenet q̃ ex dimensionibus interminatis efficitur materia hæc signata, & q̃ sic indiuiduat formã, & probatur eius ratione ibi. Nam sequeretur q̃ Petrus puer, & idem Petrus vir nõ esset idem indiuiduũ. Nam quãtitas terminata putà cubitalis,quæ est in Petro puero, non remanet in Petro viro;fit enim bicubita. Variato verò principio formali indiuidui, variatur ipsum indiuiduũ. Neque verò materia signata quãtitate interminata est principium indiuiduationis.Nam S.Tho.in opusc. de principio indiuiduationis expressè asserit,q̃ materia sub quãtitate terminata dicitur proprium & primum principium indiuiduationis. Et probatur ratione.Nam indiuiduũ est determinatũ semper ad aliquam certam quantitatem putà bicubitam vel tricubitam, ergo.Pro hac parte possent hic adduci argumenta quatuor quæ in principio artic.præced.sunt proposita, & omnia alia quæ in fauorem opinionis ibi citatæ fecimus.Vide tamen ibi. Capreolus etiam in. 2. sent. vbi suprà adducit alia.16.argumenta pro hac parte negatiua. Hæc tamen breuitatis causa sufficiant præcipuè cũ ista sint quæ huius quæst.totam difficultatẽ attingũt, & ex eorum solutione reliqua omnia paruo cum labore solui possint. ¶ Pro huius rei intelligẽtia sit conclusio prima. Materia quantitate signata est completum & totale principium indiuiduationis. Hæc conclusio absolutè vt iacet ab omnibus, qui D.Tho.se discipulos profitentur,mihi quidem videtur acceptãda.Etenim hæc est perpetua eius doctrina in omnibus operibus suis. Omnia autẽ loca vbi S.Tho.hoc asserit adducit Capr. formaliter in 2.vbi suprà,vide tamẽ tu ipsum S.Thomã. 1.p.q. 75.art.4.& q.vlt.art.1.3.p.q.77.art.1.& 1.contra gent.c.21.& 2.cont.gent.c.92.& 93.& 4.ca.65. & in.4.d.12.q.1.art.1.& in.c. 2. de ente & essent. & in opusc. de principio indiuiduationis & super Boët.de Trinit.q.4.art.2.In quibus omnibus locis & alibi sæpè S.Tho. ait, q̃ in rebus naturalibus & materialibus principium indiuiduationis est materia signata quantitate sensibili & particulari, per quam vna pars materiæ distinguitur ab alia.Nam si quæras,quare Ioannes & Franciscus distinguuntur numero; Respõdetur, quia Ioannes habet istã formam, quam non habet Franciscus. Et si roges quare habet istam formam;Respondetur quia habet istam materiam in qua recipitur.Et si rursum quæras.Quare ista materia est hæc numero, & distincta ab alia, cum de se omnes materiæ sint vnũ & indistinctæ;Respondetur,quia habet istã quantitatem & ibi est sistendum. Nam quantitas cum per se sit diuisibilis,non habet q̃ ab alio diuidatur, & distinguatur, & ita radix & principium indiuiduationis est quãtitas,& materia signata per quãtitatem.Ratio potissima huius sentẽtiæ S.Tho.est quã ipse facit.3.p.q.77.art.2.Nam ex hoc aliquid est indiuiduum,quia est indiuisum à se & diuisum à quolibet alio.Sed diuisio conuenit substãtiæ materiali ratione quantitatis,ergo quantitas est principiũ indiuiduationis.Confirmatur,quia propterea homo & equus differunt specie & non solo numero,quia differunt per distinctos gradus formales designantes animalis formam, ergo distinctio numerica non potest sumi à forma tanquã à principio indiuiduationis, sed quia hæc forma recipitur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in hac materia est hæc; hæc autē pars materiæ ex quantitate est distincta, ergo. In hac itaque conclusione vt iacet omnes Thomistæ si D. Tho. sequi volunt, conuenire debent. Sed explicare quid per materiam signatam intelligat S. Tho. hic opus hic labor. Est enim in hoc maxima dissensio inter omnes discipulos D. Tho. Dicam primo quid alij senserint, ac postea quid mihi probabilius appareat explicabo. ¶ Est ergo in hac parte prima sententia autorum quos citauimus in artic. præcedēti qui existimant ꝙ materia signata per formā substantialem est principium indiuiduationis secundum rei veritatem, & quādo S. Tho. dicit quòd est materia signata quantitate, explicant ipsum quòd vult dicere à posteriori & quoad nos. De hac sententia iam satis multa diximus ibi. Alij existimant per materiam signatam intelligi materiā & quantitatem simul accipiēdo totum hoc aggregatum. Sed hoc falsissimum est. Nam vnius entis per se quale est indiuiduum substantiæ non potest esse vnum principiū per accidens, cuiusmodi est quantitas & materia, ergo. ¶ Tertia sententia est quam sequitur Ferr. in. 1. cont. gent. ca. 21. & Capr. in. 2. vbi suprà & Sonc. 7. Met. q. 33. & 34. Dicunt isti autores, ꝙ per materiam signatā intelligit S. Tho. materiam sub quantitate, ita ꝙ actu habeat illā, & ꝙ ad indiuiduationem materia & quantitas cōcurrit. Materia quidem in quantum indiuiduū est incommunicabile per exclusionem cōmunicationis illius qua vniuersale communicatur particulari. Nam quia materia primum subiectū est in nullo receptum inferiori; ideo natura in materia recepta vt sic nulli inferiori cōmunicari potest. Quantitas autem concurrit in quantum indiuiduum distinctum est à quolibet alio indiuiduo eiusdē speciei distinctione quantitatiua & materiali. Vnde sicut duo conueniunt in indiuiduo, scilicet, incōmunicabilitas & distinctio, ita materia signata quæ principiū indiuiduationis est, duo includit, ipsam, scilicet, materiam incommunicabilem & quantitatem ad quam primo materialis distinctio pertinet, ita ꝙ nec materia sola indiuiduat, nec sola quantitas, sed materia quantitate signata & limitata est illa quæ indiuiduat ratione materiæ dans incommunicabilitatem, ratione verò suæ determinationis per quantitatem numeraliter distinguēs. Hanc expositionem videtur expresse assignare S. Tho. in. 3. p. q. 77. art. 2. & in. 4. d. 12. q. 1. art. 1. quæstiū. 3. ad 3. vbi dicit. Cum duo sint de ratione indiuidui, scilicet, incommunicabilitas & distinctio materialis ab alijs; vnius horum principium esse materiam, alterius verò quantitatem, & sic totale principium indiuiduationis esse materiam signatam, id est, materiam sub quantitate, quæ signum eius dicitur, eo ꝙ per ipsam sensibilis fiat, & determinata ad hic & nunc, vt dicitur in tractatu de principio indiuiduationis. Hæc sentētia nō placet alijs Thomistis, & meritò. Nam omnia argumenta facta à principio huius articuli conuincunt eius falsitatē. Et præterea, quia in omni coordinatione prædicamentali sunt omnia pertinentia ad illam coordinationem omni alio circūscripto, & maximè hoc est verum in prædicamento substātiæ, sed indiuidua substantiæ per se pertinent ad prædicamentū substantiæ, cum de eis in recto prædicentur genera & species, ergo absque quantitate actu adhuc indiuiduum est indiuiduum. Confirmatur. Quia isti autores concedunt, ꝙ quantitas non potest dare nisi vnitatem quantitatiuā, & accidentalem, ergo neq; distinctionem nisi quantitatiuam. Sed nos loquimur tām de vnitate quàm distinctione substātiali indiuidui, ergo. Deinde, quia in primo instanti, in quo Petrus per generationem habet primum sui esse; terminat generationem vt cōpositū singulare in genere substantiæ, & tamen in illo priori nulla quantitas actu est in materia. Nam quantitas pro forma corrupta in illo priori non est, eo ꝙ forma corrupta tunc habet primum non esse sui, ad cuius desitionem & quantitas sua & alia omnia accidentia definunt esse. Similiter quātitas pro forma quę introducitur, tunc nō est, eo ꝙ subsequitur formā substantialem, ergo in illo priori nulla quantitas actu est in materia, & tamen in illo priori terminatur generatio præcise vt substantialis, cuius terminus est substātia singularis, eo ꝙ actiones sunt singularium, ergo singulare materiale est singulare ante omnem quantitatem receptam & permanentem in materia. Non ergo necesse est, ꝙ materia signata includat actu quātitatem. Et præterea, quia illa materia actu habens quantitatem est ens per accidens. Patet etiam falsitas huius opinionis ex art. 3. & 4. huius quæst. ¶ Quare relicta hac expositione Caieta. in. c. 2. de ente & essent. q. 4. quę sequitur Iauellus in. 7. Met. q. 15. aliam adhibet huius rei explicationem. Vult enim ꝙ per materiam signatam quantitate non debet intelligi materia actu habens quantitatem, vt aiebat præcedens opinio, sed materia ita huius quantitatis capax, ꝙ nō illius; capacitatem autē istam dicit nō esse aliquid ab ipsa materia realiter distinctum. Vnde materia signata nihil addit supra materiā, quod sit ab ipsa realiter distinctum, sed capacitatem huius quantitatis, quæ capacitas ab ipsa tantum ratione distinguitur. Ait enim Caiet. ꝙ agens particulare appropriat materiam ad hanc formam particularē, ita ꝙ in primo instanti generetionis Petri primo ordine naturæ fit particulare cōpositum, deinde naturali ordine sequuntur omnia accidentia. In illo autem priori naturæ quo compositum particulare generationem primo & per se terminat, materia quæ est pars intrinseca Petri, ita est appropriata ipsi Petro, ꝙ nō est capax alterius quantitatis, quā illius, quam

quam sibi Petrus determinat, & materia sic appropriata dicitur materia signata. ¶ Contra hunc tamen modum dicendi arguit Ferr. vbi supra. Nam si materia signata nihil aliud est, quàm materia appropriata Petro, & ita capax huius quātitatis Petri, quod non alterius; quęro in illo priori secūdum naturam, in quo dicitur ipsam esse appropriatam, aut est aliqua forma in materia per quam ad hanc animā Petri approprietur, aut nulla. Si est aliqua forma siue substantialis, siue accidentalis, ergo materia appropriata, & signata non dicit solum materiam primam, sed materiam cum forma, per quam dicitur appropriata & signata. Si nulla. Cōtrā. Nulla potentia accipit appropriationem & limitationem nisi per aliquem actum quem suscipit, vt habetur ex S. Tho. 1, p. q. 7. arti. 1. sed materia prima est simpliciter potentia, ergo non accipit determinationem & appropriationem nisi per aliquā formam, quia actus & formæ est determinare & limitare. Si ergo debeat materia esse signata ad hoc vt per ipsam forma ex tali signatione indiuiduetur, necesse est vt in ipsa sit aliquis actus à materia realiter distinctus; non ergo materia signata dicit tantum ipsam materiam primam per exclusionē omnis reiab ipsa realiter distinctæ, sed materiam cum aliqua forma limitante. Quare ipse Caietanus mutauit sententiam in. 1. p. q. 29. arti. 1. & arguit cōtra eam. Nam capacitas ista materiæ vel est accidens aliquod vel saltim ipsamet quantitas, sed sic iam supponit subiectum singulare, & factū indiuiduū, ergo non indiuiduat ipsum. Nam illa capacitas si non est quantitas debet esse potentia ordinata ad actum accidentalem, scilicet, ad quantitatem & sic erit accidens. Nam actus & potētia sunt in eodem genere. Hanc tamen rationē Caietani Iauellus soluere nititur vbi suprà. Nam hæc capacitas, seu potentia non addit aliquid supra materiam realiter distinctum ab ea, sed solum secundum rationem, quia non est necesse, quod potentia ordinata ad actum accidentalem sit eiusdem generis cum illo, & distinguatur realiter ab eo, quando est potentia respiciens actum secundarium, & non primarium cuiusmodi est quantitas, & reliqua accidentia. Potentia verò materiæ primo & per se ordinatur ad formam substantialem, secundario & per accidens ad accidentalem. Sicuti anima vt receptiua suarū potentiarum, quæ comparantur ad animam sicut actus ad potentiam, non est in eodem genere cum suis potentijs. Sed contra hanc solutionem ad hue est argumentū; Quia certè videtur implicare in dictis; quoniam vel illa potentia materiæ per quam fit signata, est immediata ad istam quātitatem vel ad hanc formam. Si primum sequitur potentiam illam esse accidēs, siquidem immediate ordinatur ad accidens, quod est absurdum. Si secundū, ergo principium indiuiduationis non est materia cum potentia ad istam quātitatem, sed materia cum potentia ad istam formam substantialem, ac subinde sequitur formam esse principium indiuiduationis; nam materia est hæc & est signata per immediatū ordinem ad formam substātialem. Confirmatur. Nam ista potentia & capacitas vel est aliquid superadditum materiæ, vel non. Secundum non potest dici. Nam aduenit materiæ hic & nunc virtute agentis & disponentis illam, ergo. Si autem dederis secundum. Contra, nam illud superadditum non est substantia formaliter cum non sit forma, nec compositum, nec est accidens. Nam si accidens est eadem difficultas est de illo atque de quātitate vt arguebamus contra Ferrar. & alios autores præcedentis opinionis. ¶ Relicta igitur hac explicatione Caiet. 1. p. q. 29. vbi suprà aliam expositiōnem adhibet dicēs; Substantia materialis indiuiduatur per materiam sub certis dimensionibus tanquam per proprium & intrinsecum non solum constitutiuum, sed distinctiuum. Chimericū est enim hos actus separare secundùm rem. Per materiam autē sub certis dimensionibus nō intelligo vt olim exposui in commentarijs de ente & essentia materiā cum potentia ad quantitatem, quoniam potentia illa est in genere quantitatis, & sic Sortes non esset vnum per se, sed intelligo materiā distinctam numero, non vt subiectum quātitatis, sed vt prius natura ipsius fundamentum, radix & causa, ita ꝙ ipsa materia in se est prius sic distincta quàm quāta, vt sic effectus proportionetur causę. Distinctio enim numeralis qua Sortes distinguitur à Platone inquātum sunt isti homines, non est distinctio quātitatiua, sed fundamentum quātitatiuæ distinctionis. Et similiter principium distinctiuum huius hominis ab illo vt sic est radix & fundamentum quantitatis, & cōsequenter distinctionis sequētis ipsam. Hoc autem est materia quæ est altera pars compositi primo terminantis generationē substantialem in rerum natura in primo instanti naturæ ante adhæsionem accidentiū. Oportet enim pro tunc esse singulare distinctum ab vniuersali, & per se ens ac vnum, quod absque constitutiuo in esse hoc intelligi nequit, per idem autem vnūquodque est hoc, & à cæteris distinguitur. Nec propterea nego illa maximam ex sensibus Arist. ac S. Tho. habitam, scilicet, quòd distinctio numeralis materialis primò conuenit quantitati, & cōsequenter per illam cæteris secūdum doctrinam posteriorū, quoniam participare naturam eius cui primò conuenit aliquid, cōtingit pluribus modis. Nec oportet illam formaliter saluari in omnibus ipsum participantibus, vt ostendi in. 1. post. c. 5. Materia autem quæ radix est & fundamentum quātitatis, non est etiā in illo priori extra participantia naturam quantitatis, imò vt melius loquar est quasi præhabēs quātitatis naturam: & quoniam magis est præhabere, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm participare, ſi participantia naturã aliquam quoquomodo poſſunt in effectum illius, quanto magis præhabentia naturam illam poterũt? Oportet enim omnem effectum primò alicui cõuenientem ab illo in ſe vel ſuis participantibus aut præhabentibus fieri, vt inductiue patet etiã in effectibus formalibus in vegetatiuo & ſenſitiuo, & ſimilibus, quanuis diſtinctio de qua loquimur nõ ſit formalis effectus quantitatis, nec materia huiuſmodi ſic contineat quantitatem. Hæc Caietanus ibi. Cuius verba referre hìc volui, quoniam maximè iuuãt ad intelligentiam totius quæſtionis, & quia clare explicat ſuam ſententiam. ¶ Hæc ſunt quæ alij in expoſitionem S. Tho. adducunt, nũc operæpretium erit, vt quid ego ſentiam, breuiter explicem. Qua in re dico duo. ¶ Primum eſt. Hæc vltima expoſitio domini Caietã. in. 1. p. eſt valde ſubtilis, & ſatis ad mentem D. Tho. per eam enim aperte & clare intelligitur, quomodo prædicamentum ſubſtãtiæ in ſua ratione non includat aliquod accidens, in quo tota huius quæſtionis difficultas conſiſtit. Etenim licèt materia vt eſt fundamẽtum & radix & vt præhabens quantitatem, ſit id à quo ſumatur diſtinctio numerica, non inde ſequitur quod in ratione indiuidui præciſè includatur aliquod accidens; ſicuti homo conſtituitur & diſtinguitur ab alijs ſpeciebus contentis ſub animali per rationale quod eſt radix & fundamentũ & præhabens omnes paſſiones hominis, quarum aliquæ vt riſibile vt diſciplinabile ſunt accidentia, nõ tamẽ in ratione hominis intrinſece illa clauduntur; ita prorſus licet materia præhabens quantitatem ſit primum indiuiduationis & diſtinctiuum & conſtitutiuum non tamen propter hoc includitur in ratione intrinſeca indiuidui aliquod accidens. Eſt etiã aliud huius rei exemplum accõmodatum: nam corpus de prædicamento ſubſtantiæ conſtituitur in eſſe corporis ex hoc q̃ ex ipſo poteſt profluere trina dimenſio de prædicamento quantitatis tanquam ex principio & radice talis trinæ dimenſionis. Ad D. Tho. autem & Ariſto. qui in quantitatẽ vltimò reducunt iſtam indiuiduationem vt patet in locis ſupradictis, ſubtiliſſime reſpondet Caiet. q̃ reducitur in quãtitatem, vel in id quod illam præhabet tanquam radix, cauſa & fundamentum. Pro cuius ſolutionis intelligentia legendus eſt ipſemet Caiet. in. 1. poſter. c. 5. dub. vltimo. Quare hæc ſententia Caiet. probabiliſſima eſt, & in ea facile ſoluuntur omnia argumenta quæ in princ. artic. poſita ſunt.

¶ Dico ſecundò. Materia ſignata quantitate eſt principiũ indiuiduationis, ita q̃ habeat actu quantitatem, non q̃ quantitas indiuiduet ſubſtantiam imò iam ſupponit indiuiduam, ſed quia eſt cõditio ſine qua materia indiuiduare non poteſt. Itaq; materia cum quantitate conſtituit completum principiũ indiuidui, ita quòd materia ſola determinata per formam eſt principiũ radicale & ſubſtantiale, à quo differentia indiuidualis ſumitur; cæterùm quantitas eſt conditio ſine qua non poſſet indiuiduare. Sicuti ſolemus dicere q̃ agentia naturalia per virtutes & potentias ſibi intrinſecas & à natura ſua dimanantes agunt, nihilominus tamen eſt neceſſe q̃ ſint ſimul cum paſſo, & ſint debite illi approximata, & mutuò ſe contingant, non quòd per illam approximationem aut contactum agãt, ſed quia iſta requiruntur tanquã conditiones ſine quibus agere non poſſunt; ita prorſus dicimus in propoſito, q̃ materia eſt quæ indiuiduat, quæ ſingularizat, quæ facit formam hãc; cæterùm eſt neceſſe q̃ quantitatem ad hoc faciendum habeat tãquam conditionem ſine qua id efficere nõ poſſet. Eſt aliud exemplum magis ad hoc explicandum accommodatum. Nam materia eſt cauſa materialis, & ſubiectum formæ ſubſtãtialis ex natura ſua, & ante omne accidens, imò ante omnẽ ordinẽ ad accidens, quia immediate materia prima reſpicit formam ſubſtantialem, & tamẽ ad hoc vt actu recipiat eam, & ſuſtentet neceſſe eſt, q̃ determinetur per accidentia præcipuè per quantitatem, quæ eſt veluti cõditio cauſæ materialis, ita materia eſt quæ indiuiduat ſuppoſita tamen quãtitate quæ eſt veluti conditio ſine qua non. Neque aliquod inconueniens eſt, q̃ ſubſtantia includat hoc modo aliquod accidens extra prædicamentum ſubſtantiæ vt patet per exempla adducta, & quia vt ſic nullã intrinſecam connexionem accidens habet cũ ſubſtantia, etenim conditio ſine qua nõ intrinſeca nõ eſt ei, qui opus habet illa conditione, quinpotiùs extrinſece aduenit. Nemo autẽ eſt, qui non videat ſubſtantiam includere poſſe extrinſecè omnia accidentia, imò id eſt neceſſarium. ¶ Cæterùm cõtra hunc modũ dicendi ſunt duo argumẽta ex quorũ ſolutione patebit amplius mens noſtra. Primũ eſt. Nam in illo priori quo materiæ vnitur forma reſultat compoſitum ſingulare, ex vnione enim materiæ cum forma producitur compoſitu, ergo vt etiã conditio ſine qua non quantitas nõ requiritur ad indiuiduationem. ¶ Secũdò, quia in iſta opinione reſtat explicare vnde habet q̃ materia quę eſt vna numero in omnibus corruptibilibus, fiat hæc & determinata intrinſece, ſiquidem per quantitatem non determinatur niſi extrinſece & tanquam per conditionem ſine qua non. ¶ Ad primum dicitur, q̃ nullum inſtans eſt in re, in quo forma materialis vniatur materiæ abſque quantitate, eo q̃ hæc forma non vnitur niſi huic materiæ ab alia parte materiæ diſtinctæ. Ad hoc autẽ quod in illo priori dicatur quantitatem quaſi conditionem ſine qua non determinare materiam, non eſt neceſſe quòd in illo priori intelligatur exiſtere, ſed ſatis eſt quòd nullum inſtans detur in re in quo materia non ſit cum quãtitate. Sicut ad hoc q̃ diſpoſitiones prius natura

natura diſponant materiam, quàm forma ſit in ea, non eſt neceſſe quòd in illo priori naturæ exiſtãt, ſed ſatis q̃ prærintelligantur exiſtere, & quòd in re nullum ſit inſtans in quo vnũ ſit ſine alio. Ita prorſus in propoſito. De quo in expoſitione cap. præcedentis explicantes quod ſit ſubiectum accidẽtiũ ſatis multa diximus in artic. 3. illius quæſt. & plura in art. 2. quæſt. in qua quærebamus; vtrùm reſolutio fiat vſque ad materiam primam. ¶ Ad ſecundũ reſpondetur, q̃ iam nos expoſuimus in artic. præcedenti vnde intrinſecè materia determinetur & fiat hæc; vbi diximus q̃ materia determinata per formam eſt principium ſubſtantiale & intrinſecũ licèt non completum, modo autem dicimus quòd conditio cõpletiua & vltima eſt quãtitas. ¶ Quare colligentes ex omnibus quæ in tota hac longiſſima quæſtione attulimus, inferre poſſumus quòd principium indiuiduationis intrinſecum & totale in rebus materialibus eſt materia determinata per formam cum quantitate, quæ tanquam conditio ſine qua non concurrit ad indiuiduationẽ, nõ tanquam ratio intrinſeca ipſi indiuiduo. Et hoc meo iudicio S. Tho. vult dicere, quando dicit q̃ materia ſignata quãtitate eſt principium indiuiduationis. Probabiliter tamẽ ſuſtineri poſſunt & opinio recitata in artic. 7. & expoſitio quam aſsignat Caieta. in. 1. p. q. 29. vt expoſitũ eſt in hoc artic. Reliquæ autẽ opiniones ægrè ſuſtineri poſſunt. ¶ Aduertẽ dum tamen eſt hìc, q̃ aliæ duæ opiniones circunferuntur de principio indiuiduationis. Prima dicit, q̃ quælibet ſubſtãtia eſt indiuidua per ſuã actualẽ exiſtentiam, quia vt habetur. 7. Met. actus eſt qui diſtinguit, ergo vltimus actus vltimatè diſtinguit. Secunda dicit, q̃ omne indiuiduum in quacũque natura ſit formaliter eſt indiuiduum duabus negationibus. Nam de ratione indiuidui eſt negatio diuiſionis intrinſecæ. Petrus enim ideo eſt vnus homo, quia non eſt diſtinctus in plures homines. De ratione etiam indiuidui eſt negatio idẽtitatis cum quocũque alio. Nam Petrus ideo eſt indiuiduum, quia non eſt idem Paulo, nec cuicunque alteri indiuiduo, ſed ab omnibus eſt diſtinctus ſaltim negatione quæ eſt diſtinctio. Sed de his opinionibus non oportuit contexere articulos peculiares, tum quia nihil conducebant quæ in eorũ explicatione dici poterant ad concludendum quod intendebamus; reliquæ autem opiniones omnes aliquid habebant, quod neceſſarium erat ad expoſitionẽ noſtræ ſententiæ: tum etiam quia falſitas harum vnicuique obuia eſt. Nam prima apertè eſt nulla, quia id quod eſt de ſe communicabile, non poteſt eſſe principium incommunicabilitatis, alioquin daret modum repugnantem ſibi: ſed exiſtentia ex ſe eſt communicabilis & plurificabilis, cum poſsit concipi conceptu ita cõmuni ſicuti ens, ergo. Secundę etiam patet falſitas. Nam licèt verum ſit, quòd duæ negationes conſequuntur quodlibet indiuiduum, tamẽ cum iſtæ negationes ſint entia rationis, quomodo quæſo poſſunt eſſe cauſa vnitatis & diſtinctionis realis? Deinde, quia iſtæ duæ negationes ſunt in Petro & in Paulo, ergo ſunt eiuſdem rationis & ſolo numero diſtinguũtur, ergo oportet aſsignare aliquid per quod quælibet negatio iſtarum in Petro ſit hæc & diſtincta ab illis, quæ ſunt in Paulo. Vide tamen de iſtis opinionibus ſi vis plura apud Sonc. 7. Met. q. 32. & 12. q. 49. ¶ Ad argumenta in principio factа reſpõdetur. Ad primum Sonc. ex Capreolo vbi ſuprà reſpondent diſtinguendo de ente per ſe. Dicunt enim q̃ tripliciter poteſt aliquid dici ens per ſe. Vno modo quia à nullo depẽdet, & tale eſt ſolus Deus. Secũdò quia vtique ab alio dependet, ſed in ſua ratione formali nec in recto, nec in obliquo dicit res diuerſorum generũ, & ſic entia Metaphyſicalia, & Mathematicalia ſunt entia per ſe. Tertiò, quia dicit res diuerſorum generum habentes neceſſarium ordinem inter ſe, ita q̃ eorum vnio non eſt per accidens, & ſic entia naturalia ſunt entia per ſe. Includũt enim accidentia ſenſibilia, & quantitatem quæ neceſſario concomitantur formam, & materiam naturalem; & ideo nõ ſequitur, q̃ indiuiduum ſit ens per accidens, licèt indiuiduetur per quantitatem. Reſpondetur ſecundò, q̃ in opinione Caiet. quãtitas non eſt principium indiuiduationis, ita q̃ ex materia & quantitate fiat vnum principium, ſed ſolùm materia præhabens talem quãtitatem & vt radix eſt ipſius & fundamentum, eſt tale principiũ. Materia autem præhabens talem quantitatem nõ eſt ens per accidens, quia omnis ſubſtantia in vniuerſum hoc modo præhabet multa accidentia, & tamen nulla ſubſtantia vt ſic eſt ens per accidẽs. Reſpondetur tertiò iuxta noſtram opinionẽ & melius concedendo antecedens, & diſtinguẽdo conſequens, ergo non conſtituitur per aliquid quod ſit extra genus ſubſtantiæ tanquam per rationem eſſẽdi, cõcedo conſequentiã, nullum verò eſt inconueniens, q̃ conſtituatur tanquã per conditionem ſine qua non conſtitueretur in prędicamẽto. Vt autem eſſet ens per accidens neceſſe eſt, q̃ tam materia, quàm quantitas ſignificarentur ex æquo; non autẽ ad id ſufficit, q̃ materia ſignificetur principaliter, quantitas autem vt conditio; ſicut in materia determinata duo coniunguntur, licèt vnica ſit cauſa materialis. Ad cõfirmationẽ ex his patet.

¶ Ad ſecundum reſpondetur diſtinguendo antecedens, ſi loquatur de materia determinata vt cauſa eſt materialis formæ & indiuidui, nego quòd ſic prius eſt etiam natura indiuiduum quàm q̃ ſit materia formaliter ſub quantitate. Etenim vt hìc prius natura determinat quantitas vt conditio materiã, quàm ſit indiuiduum. Si verò loquatur antecedẽs de exiſtentia quantitatis fateor; in quo multi fal-

luntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

luntur,existimantes non posse quantitatem determinare nisi prout existens, cum tamen certum sit materiam & dispositionem eius prius natura causare,quàm existant. De quo in præc.c.q.de natura dispositionum multa diximus,vbi expositum est, quomodo dispositiones simultaneæ cum sint accidentia & habeant suum esse à forma, ac per consequens posterius ipsa, nihilominus prius natura in genere causæ materialis disponunt materiam,licèt in illo priori naturæ non existant. Ita dicimus de quātitate,q licet in illo priori quo indiuiduum est prius ipsa vtpotè causa ipsius, non existat, potest tamē determinare materiam quia in alia prioritate naturæ præintelligitur etiam quantitas præcedere indiuiduū,scilicet,in genere causæ materialis. Nullum tamen in re est instans, in quo indiuiduum sit sine quantitate aut è conuerso. Vide locum citatū in corpore huius articuli. Ex his patet ad confirmationem. Generatio enim respicit esse quod compositum primò communicatur:determinatio verò materiæ dicit ordinem naturæ & causalitatis. Respondetur secūdò, & in idem ferè reddit. Cōcedo enim antecedens ad argumentum, & distinguo consequēs;Ergo non cōstituitur indiuiduum per quantitatem tanquam per principium intrinsecū,concedo,tanquam per conditionem sine qua non,nego. Ad probationem concedo antecedēs, & nego consequentiam quia ad hoc sufficit vt nullum in re sit instans in quo materia sit sine quantitate, vt iam expositum est. Ad confirmationem concedo totum quod infertur cum antecedenti,non tamen inde sequitur quòd quantitas nō determinet tanquam conditio sine qua non;vt patet ex dictis. ¶ Ad tertium respondetur primò concedo antecedens & nego consequentiā. Et ratio est, quia quantitas seipsa indiuiduatur, vt S. Tho. aliquando ait; Ratio autem quare cætera accidentia indiuiduantur à subiecto & non quantitas, est quia quantitas seipsa est primò diuisibilis,& omnibus alijs per ipsam diuisio conuenit,atque ita seipsa debet indiuiduari. Nam aliàs non esset primò diuisibilis, siquidem diuisibilitas ipsi per aliud, scilicet, subiectum conueniret: sicuti lux seipsa est visibilis, & entitas seipsa est intelligibilis,& bonitas seipsa est diligibilis. Respondetur secundò concedo antecedens,scilicet, q quātitas indiuiduetur à subiecto sicuti alia accidentia,& distinguo consequens. Ergo quantitas est hæc quia in hoc subiecto,& non è contra,in vno genere causæ cōcedo cōsequentiā, in diuerso autem nego consequentiam. Nam compositū singulare est prius natura quantitate in genere causæ sustentantis,& dantis ipsi esse; cæterum quantitas est prior ipso in genere causæ formalis vt materiam formaliter determinans. Quod non est incōueniens,causæ enim sunt sibi inuicem causæ,vt patuit per exempla adducta in præced.argumēto,de quo plura in cap.præced. Ad confirmationē concedo antecedens, & nego consequentiā. Vt enim iam diximus, non est necesse, q in illo priori existat,sed satis est q in aliquo genere causæ præintelligatur existere. ¶ Ad quartū iam patet ex dictis. Concedo enim q in illo priori quo forma vnitur materiæ,resultat compositum singulare & indiuiduatum; cæterùm non propterea quantitas excluditur ab indiuiduatione, quia licèt in illo priori naturæ non existat,potest determinare materiā:tum quia in alio genere, scilicet, in genere causæ determinantis est prior illa vnione, quæ in hoc genere supponit materiam iam determinatam:tum etiam quia in re nullum est instans,in quo indiuiduū aut materia sit sine quantitate. ¶ Ad quintum respondetur quòd materia prima ex actione particularis agentis habet,q habeat hanc quantitatem & non aliam. Etenim agens tales induxit dispositiones præcedentes, vt in primo instanti esse Petri materia non posit recipere nisi hanc quantitatē,quam sibi forma Petri exigit. Itaque materia quæ est indifferens ad hanc & illam quantitatem, determinatur extrinsecè ad hanc potius quàm ad illam ab agenti extrinseco,intrinsece autem ab hac forma, quæ has & non alias dispositiones, hanc & non aliam quantitatem ad sui conseruationē requirit. Ad primam confirmationem concedo totū;cæterùm nihil cōtra nos,si quæ diximus de causalitate quantitatis in illo priori in quo non existit benè aduertantur. Ad secundam cōfirmationem, & tertiam,& quartam patet ex dictis ad tertium vbi diximus q quantitas vel indiuiduatur à seipsa, vel à subiecto:& quodcunque concedatur,nihil contra nos vt patuit ibi. ¶ Ad sextum argumentum etiam patet ex dictis. ¶ Ad septimum respondetur quòd petit vt conciliemus D.Tho.qui vt in argumento allatum est sibi opposita dicere videtur. Et Capre. vbi suprà dupliciter D. Tho. conciliat in secunda conclusione,Sonc.verò de hac re quæstionem peculiarem constituit in.7.q.3 5. vide ipsos;Iauellus optimè & clarè in hac parte loquitur. Aduertendum tamen pro solutione q quantitas terminata potest sumi dupliciter. Primò pro quantitate,quæ est sub certo termino, nec potest fieri maior, aut minor per rarefactionem vel condensationē, sicut est quantitas cœli. Secundò pro quantitate vt est sub certo gradu vel termino,potest tamē fieri maior aut minor, vt quantitas bicubita huius aquæ. Quantitas interminata potest dici tripliciter. Primo,quia sit actu infinita:secundò quia nullius sit termini:tertiò quia licèt sit semper in rerum natura sub aliquo termino,tamen consideratur vt non sub hoc vel illo termino, sed secundùm quandam latitudinem vt declarabitur. Ex his dico ad argumentum,q quantitas interminata non in primo, nec in secundo, nec in tertio sensu est principium indiuidui.

indiuidui. Nam est considerandum,q licèt quantitas,qua redditur materia Petri diuisa à quacunque alia materia sit semper sub certo termino, quia in principio est putà vnius digiti, deinde vnius palmi, deinde vnius cubiti &c. tota tamen hæc quantitas considerata secundum totam latitudinē, quæ est inter maximum, & minimum sub quibus potest seruari natura talis speciei in tali indiuiduo, est principium indiuidui. Dico insuper q quātitas terminata vt opponitur interminatæ primo & secundo modo est principium indiuidui,eo q omnium natura constantium est certus terminus augmēti & decremēti vt dicitur in.3.de Anima. Ex his concordantur dicta B. Tho. Quando enim dicit super Boet.de Trinit.q quantitas terminata nō est principium indiuidui, accipit terminatam vt opponitur interminatæ in tertio sensu. Nam quantitas sic terminata est,quæ est sub certo termino, & consideratur præcise vt est sub tali termino; & verū est quòd vt sic non est principium indiuidui, quoniā cum illa varietur,& accipiat alium terminum,non remaneret idem indiuiduum. Quādo autē dicit in opusc.de principio indiuiduationis q quātitas terminata est principium indiuidui,accipit terminatā vt opponitur terminatæ in primo & secūdo sensu, & specialiter vt contradicit Comment. Non enim vt supra visum est, concedit S. Tho. dimensiones interminatas vt præcedunt formam, & ideo cum neget eas, negat etiam in eodem sensu, quod sint principia indiuidui. Patet ergo quomodo secundum sentētiam D. Tho. tam quantitas terminata, quàm interminata sint principia indiuidui. Et de hoc articulo hæc sint satis.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm omnis forma in Vniuersum indiuidetur per materiam.

ET videtur quòd non. Primò. Nam formæ separatæ ab omni materia vt Angeli inter se distinguuntur numero, & tamen ibi nulla est materia per quam distinguantur,siquidē sunt immateriales,ergo. ¶ Arguitur secūdò. Nam vna anima rationalis distinguitur ab alia numero & tamē non per materiā,quia sunt formæ puræ, & immateriales, licet perfectiuæ materiæ, ergo vnitas numerica formarum non sumitur à materia. Et confirmatur. Nam anima rationalis est subsistens, & prius est hæc quàm hic homo & quàm hæc materia,ergo nō indiuiduatur à materia,nō enim prius à posteriori dependere potest. Nec valet dicere, q animæ rationales habent inclinationem ad diuersa corpora distincta numero,& ita habent aptitudinem ad informandū materiam, & ideo per istas diuersas aptitudines, & respectus distinguuntur. ¶ Contra hoc enim arguitur tertiò. Nam illa aptitudo & respectus non potest esse de formali ratione animæ cum sit respectus, respectus autem non est de formali ratione alicuius absoluti. Item,quia hæc anima ideo habet hanc inclinationē, quia est hæc anima & nō è contra,quia forma est finis materiæ & non e contra, ergo hæc aptitudo & inclinatio non est ratio essendi hanc animam, sed præsupponit eam. Item,quia ille respectus est accidēs, siquidem est relatio,ergo potius ipse ab anima indiuiduatur,quam quòd animā indiuiduet. Et confirmatur. Nam destruat Deus omnia corpora, & producat duas animas extra materiā, aut istæ animæ sunt diuersarum specierum,aut eiusdem. Non diuersarum,quia si vnirentur postea materię,constituerent suppositā eiusdem speciei,scilicet, homines,ergo sunt eiusdem speciei; sed tunc non habēt materiam,ergo materia non est vnde formę distinguntur. Dicetur vt ad præcedens argumentum q distinguuntur per respectum ad materiā. Contra. Nullum ens rationis est causa entis realis, sed ille respectus est rationis tantùm, cum sit entis ad non ens;distinctio autem illarum animarū est realis, ergo ille respectus non potest esse causa huius distinctionis. ¶ Arguitur quartò. Nam plures formæ solo numero distinctæ in eodē subiecto simul inueniuntur, sicut plura lumina in vna parte diaphani, & plures species in eodem puncto aēris & in eadem parte oculi & plures paternitates in eodem patre,qui genuit plures filios, ergo formæ nō distinguuntur numero per materiam. Quod si ad primum exemplum de lumine dicas,q à pluribus corporibus luminosis vnicum tantùm numero lumen in eadem parte aēris causatur. Contra hoc est argumentum,quia tunc non posset dari aliqua radiorum interfecatio, quod est contra Perspectiuæ documenta. Item, quia si pluribus corporibus luminosis corpus opacum opponatur, causabuntur plures vmbræ;vt si ponātur duæ candelæ, vna hic & alia ibi,ponatur etiam corpus medium densum, fient duæ vmbræ. Si ergo amoueatur illud corpus densum,lumen vtriusque candelæ incedet incessu directo ad locum vbi erat corpus densum,& ita in eadem parte aēris erunt duo lumina. Nam vmbra est priuatio luminis,ergo amoto obstaculo,lumen vtriusque candelæ erit,vbi vmbra præfuit, quia habitus & priuatio fiunt circa idem. Item,quia cōmunis propositio est,q maius lumen offuscat minus; hoc autem esse non posset,nisi maius lumen & minus essent duo lumina in eodem subiecto existentia. De secūdo autem exemplo q sint plures species in eadem parte pupillæ &c. expresse videtur concedere S. Tho. in lib.de sensu & sensato exponens textum qui incipit; Vel quemadmodum in rebus ipsis contingit. Vbi ait S. Tho. Corpus naturale recipit formas secundum esse naturale, & materiale secundum q habent in se cōtrarietatem,& ideò

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideò non potest idem corpus simul recipere albedinem & nigredinem. Sed sensus & intellectus recipiunt formas rerum spiritualiter,& immaterialiter secundùm esse quoddam intētionale,prout nō habent contrarietatem,vnde sensus & intellectus simul potest recipere species sensibilium cōtrariorum.Cuius simile potest videri in diaphano,quod in vna, & eadem sui parte immutatur ab albo, & nigro,quia immutatio non est materialis secūdùm esse naturale,vt dictum est.Hæc S.Tho. Ergo secūdum ipsum duæ formæ accidētales numero distinctæ possunt esse in eodem subiecto imò in eadem parte subiecti,ac per consequens non distinguuntur per subiectum numero. Hanc etiam sentētiam innuere videtur S.Tho.1.p.q.75.arti. 6.¶ Arguitur quintò.Nam si darentur duo accidētia separata à subiectis,illa distinguerentur numero, tamen non per subiectum cum non essent in illo, ergo. Confirmatur. Nam si modo inesset ligno calor vt quatuor & corrumperetur, & post aliquod tēpus iterum in eodem ligno produceretur nouus calor vt quatuor;isti duo calores distinguerentur numero vt patet,& tamen inessent eidem subiecto,ergo formæ accidentales non distinguētur numero penes subiectum.Confirmatur secundò. Subiectum ex se est indifferens ad recipiendum hoc accidens vel illud,ergo per subiectum accidens non indiuiduatur.¶ Pro solutione huius quæst. aduertēdum est,q formæ in vniuersum sunt in duplici differentia. Aliæ enim sunt substantiales, & aliæ accidentales.Substantialium aliæ purè immateriales, vt angeli,aliæ pure materiales, vt forma equi & leonis, aliæ medio modo se habentes,qualis est anima rationalis, quæ quantum ad suam substantiā & esse est immaterialis, licèt quātum ad informationem dicat ordinē ad materiam, quam tanquā vera eius forma actuat.Formæ autem accidentales etiā sunt in duplici differētia,aliæ sunt formæ realiter denominantes subiectum,vt albedo,color & huiusmodi. Aliæ sunt intentionales,vt species. Quid autem sit forma intentionalis,vide Sonc.7.Met. q. 9. vbi optimè hoc explicat.De indiuiduatione ergo omnium harum formarum breuiter in præsenti à nobis est agendum.¶ Prima conclusio. Formæ purè immateriales quales sunt intelligentiæ seipsis sunt indiuiduæ.Hæc conclusio est in D.Tho.& cōmunis omnium eius discipulorum, & hic nō est proprius locus de ea plura dicēdi.Vide in.1.p.q.50.& alibi sæpè.Probatur tamen breuiter, quia cum in eis neque sit materia neque quātitas,necessario seipsis indiuiduari debent.¶ Secunda cōclusio.Omnes formæ materiales indiuiduantur ab hac materia extrinsecè, & penes ordinem ad illā intrinsecè. In hac conclusione non solum loquor de formis purè materialibus,vt forma leonis & equi, sed etiā de anima rationali,quæ licèt sit spiritualis,quia tamē est forma materiæ,ab ea necesse est indiuiduetur.Hæc conclusio est D.Tho.2.cont.gent.c.75. &.c.81.vbi omninò videndus est Ferr. qui de hac re ibi multa & elegantissima affert, quæ breuitatis causa non refero.Probatur tamen conclusio nunc vnica ratione ex eodem S.Tho. in de spiritualibus creaturis artic.9.ad 3.Sicut corpus se habet ad esse animæ,ita ad eius indiuiduationē,quia vnūquodque secundùm idem est ens & vnum. Esse autem animæ acquiritur ei secūdùm q vnitur corpori,cū quo constituit vnam naturam. Atque ita sicut anima secundùm essentiam suam habet habitudinem ad corpus inquātum hoc est ei essentiale,q sit forma corporis,ita hęc anima inquātum est hæc anima habet habitudinem ad hoc corpus, & hoc corpus in eius diffinitione ponitur. Aduertendum tamen est,q distinguendum est inter animā rationalem,& alias, q illa non indiuiduatur quantum ad fieri ex actione particularis agētis; nam per solam creationem fit,aliæ vero cum educantur de potentia materiæ,principium indiuiduationis quantum ad fieri habent ex actione agentis naturalis. Cæterùm quantum ad introduci in materiam hanc anima etiam rationalis dependet ex dispositionibus præcedentibus. Vide etiā S.Tho.q.vnica de Anima art.1.ad 2.& 3.Aduertendum secundò, quòd nouus ille autor in.3.de Anima.q.18. dicit nō esse veram hanc nostram sentētiam, q anima rationalis indiuiduetur per commensurationē ad corpus, quanuis cōtrarium doceat S.Tho.in 2. cont. gent. c.81.quinpotiùs inquit q animę rationales seipsis indiuiduantur. Sed iste autor iam obducta fronte D.Tho.doctrinam paruipendit, quare nullo modo est auscultandus præcipuè cum neq; aliquā rationem & nouam aut alicuius ponderis afferat.In hoc autem loco pluribus eius sentētiā impugnare nō vacat,satis superq; eius falsitas apparet & ex dictis & ex autoribus citatis & ex ipsomet D.Tho. in locis allegatis. Vide Ferr. vbi supra & Caieta. in de ente & essent.c.6.q.13.& aliqui etiam de hac re solent tractare in.1.p.q.76.art.2.¶ Tertia conclusio.Omnes formæ accidentales siue intentionales sint siue nō,distinguuntur numero à suis subiectis formaliter sumptis extrinsecè,& ab ordine quē ad ipsa dicunt intrinsecè,si tamen adsit idem tempus. V.g.hęc albedo distinguitur numero ab alia,quia est in hoc subiecto singulari in hoc tempore.Dixi à suis subiectis formaliter sumptis, quia albedo & dulcedo in pomo sunt in eodē subiecto singulari materialiter sumpto, scilicet pomo,& tamē distinguuntur numero,quia idemmet pomum habet diuersam rationem formalem subiecti respectu illorum accidentium. Nam istæ formæ vtpote diuersorum generum,diuersas potentias in eodem subiecto respiciunt. Nam pomum secundùm aliā potentiam recipit in se albedinem, & secūdùm aliam dulcedinē; quia albedo inest ei secūdùm q participat de natura diaphani, dulcedo autē secūdùm naturā humidi.Dixi,etiā si adsit idē tēpus,quia vt essi cacitèr probatur per cōfirmationem primā quinti argumēti,ad vnitatē numeralē accidētis requiritur vnitas tēporis,& variatio ipsius variat vnitatē indiuidualē eius.Itaq; sicut Arist.in.5.Phys.ad vnitatē numericā motus non solum requirit vnitatē termini & subiecti, sed etiā temporis, ita etiā dicimus nos q ad vnitatē numericā cuiuslibet alterius accidētis nō solùm requiritur,q sit in hoc subiecto singulari,sed etiam q sit in hoc tempore.Ista conclusio sic expositā probatur. Nam accidens totū suū esse habet à subiecto,ergo & esse singulare. Et confirmatur. Nam ficuti in ratione accidentis cōmuni ponitur subiectum in communi, ita in ratione huius accidentis ponitur hoc subiectū,ergo.¶ Ad argumenta in principio respondetur. Ad primum patet ex prima conclusione.¶ Ad secūdum patet per secundā cōclusionē. Ad confirmationē q anima rationalis est hæc per ordinē ad hanc materiā.¶ Ad tertium argumentū cōtra hanc solutionem respondetur q ille respectus est transcendentalis idētificatus cū ipsa anima,nō est autē vllū inconueniens, q talis respectus sit intrinsecus absoluto, vt patet in potentia visiua quæ est qualitas absoluta, & tamen intrinsecum ordinem dicit ad obiectum. Ad primā confirmationē nego antecedēs.Imò potiùs hæc anima ideo est hæc anima,quia dicit ordinē ad hāc materiā.Ad secūdā nego q ille respectus sit accidēs,quinpotiùs est ipsamet anima dicēs talē ordinē ad corp^m hoc singulare quod informat.Ad tertiā confir. q illæ animæ distinguerentur penes ordinē ad hęc corpora.Licèt enim Deus possit creare animas extra corpus, non tū potest eas creare sine ordine ad corpus, quia de intrinseca ratione animæ est q sit forma corporis,ac per consequens quod dicat ordinem ad corpus. Quod autē est de intrinseca ratione alicuius,Deus ab eo non potest separare.Nego autē q ille respectus & ordo sit ens rationis,quinpotius vt iam dixi est ipsamet substātia animæ dicens ordinem ad corpus. Respectus enim transcendentalis benè potest esse realis, & tamen respicere ens rationis, vt patet. Nam habitus Logicæ est quid reale vtpote qualitas & tamen dicit ordinem realem ad suum obiectum, quod est ens rationis.Vide alia si vis de materia huius argumenti apud Sonc.in.7.q.34.ad 2.vbi nota, quòd solutio quam impugnat suppresso nomine autoris est Capr.in.2.d.3.q.1.folio.81.¶ Ad quartum respondetur quòd petit illam difficultatē; Vtrùm duo accidentia solo numero differētia possint esse in eodem subiecto? De qua non est hîc locus disputandi.Vide de ea Sonc.in.7.Met.q.4.& 9.& Capreol.in.1.d.7.q.2.arti.2. Iauellus eam copiosè disputat,& optimè resoluit in.5.Met.q.18.Nunc au-

tem quantum attinet ad solutionem argumēti respondetur breuiter ex D.Tho.in quæst. de verit. q.8.arti.14. q formarum quædam sunt vnius generis,quædā autē generū diuersorū.Formæ diuersorū generū possunt optimè esse in eodē subiecto secūdum actū per fectū;& quādo S.Tho. ibidē ait, q est impossibile vnū subiectū simul perfici diuersis formis diuersorū generū,intelligitur secundùm eādē rationē formalē subiecti & secūdùm eādē potētiā; & q hoc sit eius mēs probatur. Nam formæ diuersorū generū,vt ibidē ait ipse S.Tho. recipiuntur in subiecto secūdùm diuersas potētias, vt si aliquod corpus est simul albū & dulce, albedo inest ei secūdùm q participat de natura diaphani,dulcedo autē secūdùm naturā humidi, ergo huiusmodi formę benè poterūt esse in eodē subiecto secūdùm istas diuersas rōnes & potētias.Formæ autē eiusdē generis tripliciter possunt inesse eidem subiecto. Vno modo in potētia tm̄,& sic sunt simul.Probatur, quia vna potētia est cōtrariorū & diuersarum formarū vnius generis, vt homo secūdùm eādē potētiā respicit tanq̄ susceptiuū & subiectū albedinē, & nigredinē.Alio modo possunt esse in eodē subiecto huiusmodi formæ secundùm q sunt in actu imperfecto,& sic etiam possunt simul esse;vt patet cū aliquis dealbat.Tūc enim toto dealbationis tēpore albedo inest vt in fieri,nigredo verò vt in corrupi.Quod ipsum etiā patet in accidētibus intētionalibus.Etenim ista(vt in eodē arti.ad 8.ait D.Tho.) possunt esse in eodē subiecto in fieri & in actu imperfecto;vt patet in aëre,in quo ,ppter sui spiritualitatē possunt esse simul diuersæ formæ albi & nigri,sicut si à diuersis vidētibus albū & nigrū videat tali dispositione existēte,q lineę directæ ab oculis ad res visas intersecent se in vno punēto, per quod oportebit simul & semel speciē albi & nigri deferri, & sic in eodem subiecto erūt illæ duæ species in actu tū imperfecto,qa sunt vt in medio deserente. Similiter in intellectu angeli & hominis sunt plures species simul in actu imperfecto, & incōpleto qa eis simul nō vtūtur neq; intellectus simul perficit illis diuersis speciebus intelligibilibus ad intelligēdū diuersa in actu.Tertio modo formæ eiusdem generis possunt esse in eodē subiecto in actu perfecto & cōpleto, vt qñ albedo est in fine dealbationis, & qñ forma intentionalis actuat perfectè sensum,aut intellectū,vt exeat in actū sentiēdi, vel intelligendi;& sic est impossibile duas formas vnius generis esse simul in eodē subiecto. Oporteret enim eādē potētiā ad diuersos actus terminari, quod est impossibile, sicut & vnā lineā ex vna parte terminari ad diuersa pūcta.Vbi aduertēdū est, q secūdū hāc doctrinā D.Th.causa sufficiēs huius incōpossibilitatis secūdùm actū perfectū nō est sola oppositio vel repugnantia secūdùm esse,quæ reperitur in speciebus colorum & saporum in suo esse reali,vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersitas situs in partibus, quę reperitur in speciebus figuræ, sed etiam vnigeneitas formarũ, id est, quæ sunt vnius generis proximi. Nam in subiecto respectu talium formarum seruatur vnitas potentiæ receptiuæ, ita ꝙ omnes formæ vnius generis proximi respiciunt subiectũ secũdùm vnã potẽtiã receptiuã, vt omnes species colorum respiciũt corpus secundùm diaphaneitatem; & quoniam sicut potentia respicit actũ, ita vna potentia vnũ actum, & plures potentiæ plures actus; ideo est impossibile, vt vna potentia simul plures actus recipiat; nã si plures reciperet: iam non esset vna. Impossibile est ergo quòd duæ formæ eiusdem generis, & multò minùs eiusdem speciei solo numero distinctæ siue sint contrariæ siue non, siue secũdùm esse reale siue intentionale sub actu perfecto in eodẽ subiecto simul existant. ¶ Ad quartum argumentum cum omnibus suis replicis ex dictis patet solutio. Etenim ad illud de lumine respondetur, ꝙ à duobus corporibus luminosis nõ causantur in eadem parte aëris duo lumina, sed vnum, intensius tamẽ, quàm si ab vno tantùm luminoso corpore causaretur. Ad primam replicam cõtra hoc negatur sequela. Non enim interfecatio radiorũ est accipienda ad modum duorũ corporũ se se in aliquo puncto tangentiũ, quali, scilicet, ipsi radij distincti sese in aliquo puncto cõtingant: sed quia diuersi radij à diuersis corporibus luminosis prouenientes in aliquo puncto vnũ lumẽ efficiuntur intensius quàm esset, si ab vno tantùm corpore lucido causaretur, ex eo ꝙ vtraq; virtus illuminatiua ad idẽ pũctum concurrit. Ad secũdam replicã respõdetur, ꝙ corpus oppositum nõ priuat lumẽ ab vno luminoso corpore causatũ, sed lumen quod erat intẽsum posito tali obstaculo fit remissum ex ea parte, ad quã actio illius corporis luminosi nõ potest liberè peruenire. Respõdetur secundò ꝙ licet vnius luminis sit tantum vna priuatio perfecta totaliter; possunt tamẽ ipsius esse plures imperfectæ priuationes, & sic vnaquæque ipsum imperfectè & pro aliqua sui parte remouet, inquãtũ in subiecto extensionẽ habet sicut & diuisionẽ; & ideò non sequitur si sunt plures vmbræ, ꝙ sint plura lumina in eodẽ subiecto quia quælibet vmbra lumẽ imperfectè priuat & partialiter. Ad tertiã replicã respondetur ex D. Tho. in. 3. p. q. 5. art. 4. ad 2. ꝙ lumẽ maius euacuat lumen minus alterius corporis illuminantis, nõ tamen euacuat, sed perficit lumen corporis illuminati. Ad præsentiã enim Solis obscuratur lux stellarum, sed aëris lumen perficitur. De qua solutione, vide eundẽ D. Tho. in eadem. 3. p. q. 9. arti. 1. ad 2. ¶ Ad illud autem de speciebus quæ sunt in eodem pũcto aëris iam patuit, ꝙ sunt in actu imperfecto, quia sunt in eo tanquam in medio deferẽte. Sciendũ est enim ꝙ oẽs formæ intelligibiles sunt vnius generis, & oẽs species sensibiles alterius, oẽs species quæ sunt in imaginatiua sunt alterius, & sic in reliquis potẽtijs, quantumcũq; res quarũ sunt species, sint generũ diuersorũ. Omnes enim eandẽ potẽtiã respiciũt: vt intelligibiles eundẽ intellectũ, visibiles eandẽ potentiã visiuã, & sic de alijs. Vnde in potẽtia bene possunt esse simul vel in intellectu vel potentia visiua vel in sensu cõmuni, & similiter possunt esse simul in actu, incõpleto tamẽ & imperfecto, qui est medius inter potentiã & actũ perfectũ, & hoc est species esse in habitu, qui est medius inter potentiã & operationẽ, tũc autem sunt in actu perfecto, quãdo visus. v. g. in actũ exit, & imaginatur imaginatiua, & intellectus intelligit. Nõ potest autem eadẽ visio terminari ad duo obiecta; vnde quando visus videt albedinẽ. A. species eius est in actu perfecto in oculo, species autẽ albedinis. B. est in habitu, & quando videt albedinẽ. B. species sua est in actu perfecto in oculo, & species. A. remanere potest solum in habitu. Ad D. autẽ Tho. ex lib. de sensu & sensato respondetur ꝙ loquitur de formis intentionalibus secũdùm esse imperfectũ. Nõ enim species intentionales sunt in actu perfecto in sensu, & in intellectu, vt modo dicebamus nisi dũ actu mouẽt sensum ad sentiendũ, vel intellectũ ad intelligendũ, ita ꝙ quandiu sunt in actu perfecto, tamdiu sensus vel intellectus sunt coniuncti actui secũdo, & quãdo cessant ab actu secundo istæ formæ intentionales nõ remanẽt nisi in habitu, quod est esse in actu imperfecto; & simile acceptum ex diaphano nõ aliud cõcludit nisi ꝙ in eodẽ puncto aëris sunt plures species intẽtionales in actu imperfecto, quoniã nõ sunt nisi vt in media deferente, vt supra retulimus ex D. Tho. in. q. de verit. q. 8. artic. 14. ad 8. Et quãdo D. Tho. absolutè dicit, ꝙ impossibile est ꝙ idẽ subiectum perficiatur pluribus formis vnius generis specierũ, sicut impossibile est ꝙ idẽ corpus secũdùm idem simul coloretur diuersis coloribus, vel figuretur diuersis figuris vt in. 1. p. q. 85. art. 4. & 5. Met. tex. 15. vbi ait, ꝙ impossibile est plura accidẽtia vnius speciei esse in eodẽ subiecto, intelligẽdus est in actu perfecto, vt cõpleto, iuxta iam dicta. Ex quibus omnis apparens cõtradictio in diuersis locis D. Th. aufertur. ¶ Ad quintum ꝙ distinguerẽtur per ordinẽ ad tale subiectũ.

Ad cõfirmationẽ ꝙ præter vnitatẽ subiecti singularis in quo accidẽs subiectatur, ad eius vnitatẽ numericã requiritur etiã vnitas tẽporis, scilicet, ꝙ sit in hoc subiecto, & in hoc tẽpore, vt iam patuit in tertia cõclusione. Et hæc de hac longissima quæstione sufficiant. ¶ Constituto iam quomodo res materiales sunt singulares, supererat vt explicaremus, quomodo id quod augescit, maneat idem numero; sed prius oportet, vt disputemus & diffiniamus quid sit id quod augescit, an viuens solum, an etiam nõ viuentia augeantur, quod est quærere quod sit subiectum augmentationis.

QVÆ-

QVÆSTIO IIII.

¶ Vtrum sola viuentia augeantur.

ARguitur primò pro parte negatiua. Augmẽtatio fit per partes porosas, sed partes porosæ non solum sunt in viuentibus, sed etiam in non viuentibus, ergo propriè augentur non viuentia. Antecedens patet. Nam lapides. v. g. in locis in quibus generantur, etiam crescunt suscipiendo interius humorem, qui in lapidem cõuertitur: quod fieri nullo modo posset, nisi lapis partes porosas haberet. ¶ Arguitur secundò. Nam idẽ ignis fit maior aliquo sibi accedente tanquam nutrimẽto. Item propria virtute actiua conuertit in se materiam adustilem. v. g. stupam. Quòd si dicas non suscipere intus alimẽtum, hoc videtur voluntariè dictum. Nam ignis per virtutem propriam conuertit materiam in substantiam suam, ergo. Confirmatur primò. Nam ad augmentum nihil aliud requiritur, nisi quòd quælibet pars alicuius rei augeatur, vt ait Arist. in hoc capite, sed si flammæ maximę intromittatur aliqua materia apta combustioni, vt si quis ignis respergeretur olei guttis, aut puluere sulphureo, vndique ignis tunc augeretur, ergo. Confirmatur secundò. Nam manens idẽ ignis ex hoc solùm quod ei applicantur combustibilia mouetur ad maiorem quantitatem, ergo propriè augetur. Antecedens probatur experientia, ignis enim minor sit maior, & Arist. lib. 2. c. 8. tex. 50. expresse asserit & probat ignem nutriri. Quod si nutritur etiam augetur. Consequẽtia patet ex desinitione augmentationis supra assignata. ¶ Arguitur tertiò. Si multo vino parũ aquæ immisceatur, quælibet pars vini augetur, & tamen vinum non est viuens, ergo. Maior certè experiẽtia probatur. Quia quælibet pars manet debilior, quod non esset nisi aqua per totum esset diffusa. Confirmatur. Nam Arist. tex. 42. ita explicat augmentationem viuentium, sicut accidit in vino, quod parum aquę in vinum conuertitur. ¶ Arguitur quartò. Quia propriè motus localis est non solùm quũ fit à principio intrinseco, sed etiam ab extrinseco, ergo tam proprie erit augmentatio subiecti siue in illo sit principium actiuũ siue ab extrinseco, dummodo subiectum fiat maius idem permanens, vt si Deus suppleret vicem causæ efficiẽtis, scilicet, ignis proprie esset motus calefactionis, si succedsiuè calor reciperetur in ligno: sed non viuentia eadẽ permanentia acquirunt maiorem quantitatem siue illud fit ab extrinseco, siue ab intrinseco, ergo. ¶ Arguitur quintò. Ignis est non viuẽs, & tamẽ alitur propria virtute & augmẽtatur, ergo. Probatur minor. Nam alitur inquantum educit subtile humidum de calefactis, & connalescit & sustentatur in ipso: augetur autem inquantum incrementum accipit suæ quantitatis per appositionem cremabilium.

A Confirmatur. Nam ignis non nutritus perit per continuã suæ materiæ perditionem. Euolant enim semper ascendendo materiales partes ignis & contendunt superius; cùm igitur sic continuè deperdatur, indiget deperditi restauratione. Non autem deperditum restauratur nisi per nutrimentum; ergo ignis nutritur. Nec valet dicere, quòd ignis naturaliter mouetur sursum, & ideo partes suæ materiales euolãt ex ipso naturaliter. Nam nihil corrumpit seipsum, nec naturaliter intendit suiipsius corruptionem. Ignis autem corrumpitur & destruitur per hoc quòd paulatim euolant ex ipso partes materiales, ergo non naturaliter emittit eas, ergo erit nutrimentum ipsum seruans. ¶ In oppositum est D. Tho. hic super tex. 42. vbi videndus est. ¶ Propter hoc argumentum quidam Philosophi antiquissimi quos refert Arist. in. 2. de Anima textu. 40. existimauerunt, quòd inter omnia corpora non viuentia ignis & alitur, & propriè augetur, imò existimabant, quòd omnia alia alterentur, & augerentur virtute ignis. ¶ Pro decisione sit prima conclusio. Solum viuentia augentur propriè loquendo de augmento. Ista conclusio est expressa Aristotelis in. 2. de Anima tex. 46. vbi ait; Quoniam autem nihil alitur non participans vitam, animatum vtique erit corpus quod alitur in quantum animatum &c. Hoc ipsum videtur tenere in hoc libro textu. 39. vbi ait principium motus esse in eo quod augmentatur; & loquitur de motu augmentationis non de alteratione cibi, motus autem augmentationis est in eo quod augetur, ac subinde si in illo est principium actiuum, talis motus est viuentis, vt ex. 8. Physicor. palàm fit. Et. 2. libro Metheorum tractatu. 1. capite. 2. ait flammam ignis non nutriri, quia non manet eadẽ &c. Hanc eandem conclusionem tenet S. Thom. expresse hic textu. 42. & 2. de Anima textu. 46. &. 3. parte quæst. 33. articu. 1. ad. 3. & in 4. distinct. 12. quæstione. 1. art. 2. quæstiun. 3. & quæstione vnica de Anima art. 13. ad 15. Probatur tamen ratione. Primò. Non viuentia nõ recipiunt additionem per internam susceptionem, sed tantum per iuxta positionem, vtpote quia principium actiuum motus non habent; at in iuxtapositione eodem modo manet id quod antea erat, ergo non augetur. Explicatur exemplo. Nam si manui pro medietate albæ in altera medietate albedo superueniat, quæ priori continuetur, nullus dicet primam medietatem, aut primam albedinem esse auctam, quia eodem modo manet vt antea, ergo sic erit in proposito. Nam ad veram auctionem requiritur, vt id quod antea erat, augmentum recipiat, & maius fiat; nec; id quod aduenit discerni debet ab eo quod antea erat: quod fieri non potest nisi adsit virtus interna actiua immediate deferens partes alimenti; quæ partes alias animalis subintrando augeantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt cum maiore quantitate maneāt. ¶Probatur se- A
cundò. Tantum viuentia propriè nutriuntur, ergo
illa solùm augentur: augmentum enim includit nu
tritionē, vt Arist. ait hic in tex. 41. & in. 2. de Ani
ma tex. 46. Antecedens verò probatur. Nutrimen
tum est reparatio partium perditarum per actio
nem caloris naturalis circa humidum; aut per vir
tutem internam agentē circa partes ipsius rei quæ
nutritur: at in non viuentibus nulla est talis actio
interior (habent enim non viuentia omnes partes
similes & eiusdem rationis, quò fit vt vna in aliam
agere non possit,) ergo. ¶Probatur tertiò. Non vi- B
uentia ad maiorem quantitatē per se nō mouētur,
nec ad illā recipiendā natura sua inclinantur, ergo
non augētur propriè. Probatur consequētia, quia
augmētatio est motus, qui natura sua ad maiorem
terminatur quantitatē. Antecedēs verò probatur.
Non viuētia ex accessione maioris quātitatis non
perficiūtur, nec melius se habēt, ergo ex natura sua
ad acquirendā illā nō inclinantur. Appetitus enim
rei ad suā est cōseruationē, & melius esse, vt ex in-
ductione fit notū. Antecedens patet, quia nō viuē
tia in quacūq; quantitate sint, habēt perfectionem C
suæ speciei, & supremā operationē, quæ est sibi si-
mile producere. E diuerso viuētia, quia nō in qua-
cunque quantitate habēt suæ speciei perfectionē
& operationem, natura sua inclinantur ad maiorē
quantitatem. Puer enim non valet producere sibi
simile, aut arbor in quacunque quantitate non po
test fructus facere &c. Sed dices forsan rationem
hanc vltimam solùm probare non viuentia natura
sua ad augmentum non inclinari, cum quo tamen
stare potest, vt ab alio contra suam inclinationem
in maiorem quantitatē moueantur: sicut aqua na- D
tura sua non inclinatur ad recipiendum calorem;
cæterum propriè ab igne alteratur, & illa ad calo-
rem mouetur. Huic obiectioni iam patet ex secun
da probatione huius conclusionis; fatemur enim
tantùm nostrā rationē cōcludere à se nō viuentia
nō moueri: sed ex hoc euidēter colligitur propriè
etiā nō augeri, quia si à se nō mouētur, non habent
actiuū principium, ab subinde intimè per omnes
partes alimentū non suscipiunt, quo fit vt non au-
geantur. Confirmātur omnia dicta. Ignis enim na
tura sua cum calefacit & comburit, sui augmētum
non intendit, nec ab alia causa id intenditur. Inten E
dit enim tantùm sui similē producere & generare,
vt in esse cōseruetur species, quæ per indiuiduorū
productionem conseruatur, & quia ignis genitus
eiusdē naturæ est cū generāte; facilè cōiungūtur &
cōtinuātur. Quò fit, vt si materia in qua formā suā
inducit, sit distās, suū assequatur ignis finem gene
rando similem, & tamen nulla illi fit augmētatio.
Idipsum constat in reliquis elementis, & nō viuen
tibus. ¶Ex his ego colligo rationem quare viuētia
sibi certam determinant magnitudinem, & habēt

augmentum determinatum, non item non viuen-
tia, sed in infinitum augeri possunt. Nam viuentia
natura sua per internam virtutem inclinantur ad
acquirendam quantitatem requisitā ad operatio-
nes suæ speciei, qua acquisita cessat finis, ac subin-
de operatio, quæ est propter illum finem: manet
tamen semper virtus nutritiua ad conseruandum
indiuiduum, vt dicitur in de longit. & breuit. vitæ
ca. 2. Et ratio est; quia cum viuentia habeant partes
diuersarum rationum, vna alterat aliam secūdum
quòd necesse est ad operationes, & sic vna patitur
ab alia. Quare necesse fuit, vt esset virtus nutritiua
ad restaurandū quod consumitur calore naturali,
aliàs enim breui consumeretur indiuiduum. Insu-
per præter rationem signatam ex parte finis, est
secunda ratio ex parte causæ efficiētis, quia virtus
ipsa augendi & nutriendi per continuā actionem
circa cibum & alimentum tandem debilitatur, ita
vt perueniat ad tempus in quo non modo non va
let augere, sed nec restaurare, quod deperditum
est, maximè quia cùm in augmentatione & muta
tione deperdantur partes corporis, & aliæ ex con
uersione de nouo aduenient, virtus hæc non tam
perfectè recipitur in partibus aduenientibus sicut
fuit in præcedentibus, vt dicitur in lib. de iuuentu-
te & senectute. lect. 4. & 5. & propter hoc omne
viuens senio confectum perit. At verò non viuen-
tia cùm per accidens augeantur, & non ex inclina
tione formæ ad certum finem, & in his quæ sunt
per accidens nihil repugnet processus in infinitū;
augeri possunt in infinitum. Insuper etiam in his
causa efficiens non debilitatur per hoc q̄ augea-
tur, imò quodammodo extenditur. ¶Ex dictis in-
tellige S. Tho. 1. p. q. 7. artic. 3. quem adducit Soto
1. Physic. q. 4. art. 2. cùm inquit, viuentia vendica-
re certam quantitatem, quia habent certam for-
mam. Intellige, secundùm cuius virtutem augmen
tum, quod est ad maiorem quantitatem, fit. At in
non viuentibus licèt sit certa forma, quia tamē au-
gmentatio non penes ipsam formam, sed potiùs
penes materiam additam est consideranda, sit vt
ratio S. Tho. in non viuentibus locum nō habeat.
¶At certè licèt conclusio nostra iam ab omnibus
acceptetur, in ea tamen defendenda & assignando
discrimine inter viuentia, & quædam nō viuentia,
est maxima difficultas. Qua in re multi discrimi-
na diuersa proferūt. Quidam dicunt rationē pro-
priæ auctionis in hoc esse positam, vt idem manēs
secundùm formā omnino efficiatur maius ex hoc
quòd illa forma plus actuat, conuenit viuentibus
non tamen non viuētibus. Et videtur hæc differen
tia habere autorem Arist. tex. 35. 37. 42. vbi do-
cet, quòd pars quæ augetur, manet eadē secūdùm
speciem; sed istud discrimen nō potest assignari in
omnibus viuētibus. Nā plātarū saltim formæ sunt
coextēsæ ad extensionem materiæ & pars formæ
est in

est in parte materię quò fit vt multi existiment, q̄ A
est necesse vt si planta augetur, partem formæ de
nouo accipiat sicut materiæ. Alij dicunt, q̄ nō viu-
entia non augentur per intus susceptionem sicut
viuentia. Alij quod non propria virtute auctiua se
augent; sed vtrūque discrimen diluitur experimē-
to flammæ quæ paulatim nutritur ex oleo attra-
cto, quin & augetur vndique. Item vinum aquā in
se conuertit, intusque illam suscipit, ita vt non pos-
sis distinguere partem quæ facta est vinū ex aqua,
& quæ antea præerat. ¶Dicēdum est ergo ex sen-
tentia S. Tho. 2. de Anima tex. 46. & quæst. vnica B
de Anima art. 13. ad 15. vbi videdus est, q̄ necesse
est, vt aliquid proprie augeatur, & per virtutem
propriam augmentatiuam, quæ per se ordinatur
immediatè ad melius esse eiusdem subiecti, augea-
tur. ¶Pro cuius explicatione notandum est, q̄ res
corruptibiles sunt in triplici differētia: quædā sunt
simplices, vt elementa, quædam mixta; mixtorum
quædā viuētia vt equus, quędā nō viuētia vt ignis.
¶Secundò nota, q̄ cum omnis res appetat se cōser
uare quātū potest, omnis res habet aliquā virtutē C
ad conseruandū se secundum melius esse. Hoc au-
tem melius esse est, vt species cōseruetur in aliquo
indiuiduo. Ex quo infertur, q̄ cum indiuiduū est
incorruptibile, neq; generare potest aliud sibi simi
le, neq; se augere, quia nihil deperdit aliunde, vt est
sol, & corpora cœlestia. At quando indiuiduū est
corruptibile, quia species in vno indiuiduo nō cō-
seruaretur, ideò necesse est, vt sit aliquod princi-
pium, quod sua operatione cōseruet speciē. ¶No-
tandum est tertiò, q̄ principium cōseruatiuū spe-
ciei in indiuiduo habet se diuersimode in elemētis,
& mixtis non viuis, & in viuentibus. Nam in ele- D
mentis est productiuum alterius indiuidui per se,
vt ignis ignem generat, at quòd genitum vniatur
agenti, est per accidens ad cōseruationem speciei,
quia species inuenitur, & tota saluatur in quouis
igne minimo. Ideò virtus ignis est immediatè ge-
neratiua alterius ignis, per accidens autē augmen-
tatiua alterius ignis. Vide S. Tho. 2. de Anima tex.
46. In mixtis autem non viuentibus principium
conseruatiuum speciei est in ipsis indiuiduis tan-
tùm ad resistendum corrumpenti, non ad generan
dum aliud indiuiduum, neque ad augendū se. v. g. E
vinum non generat aliud vinum, neque per rece-
ptionem maioris quantitatis cōseruatur, imò neq;
naturalem vim augendi se habet. Probatur. Nam
vis naturalis aut est ad bonum speciei, aut indiui-
dui, sed cum vinum fit maius, peius cōseruatur in-
diuiduum & species. Nam melius purum conser-
uatur, quàm infusum aqua, & operationes vini
perfectius sunt in puro, ergo nō habet vim augmē
tatiuā per se, sed tantum resistendo cōtrario repati
tur, & cum contrariū est parū, non omninò corrū-
pit substantiā vini, sed potiùs corrūpitur ab illo, &

in circūstās cōuertitur. Quod si roges, vbi est ergo A
principiū conseruatiuū vini & harum specierum?
Respondeo q̄ illa est in viuētibus ex quibus pro-
cedunt per aliquas corruptiones, aut est in simpli-
cibus, ex quorū mixtione fiunt. V. g. lignū est in
arbore, & vinum in vite conseruatur tanquam in
principio effectiuo vuæ, & aurum in elementis &
cœlestium virtute. ¶At in viuentibus necesse fuit,
vt esset virtus augmētatiua per se ordinata ad hoc
immediatè, vt maiorem quantitatem acquirerent.
Ratio est. Quia operatio speciei nō potest exerce-
ri in quacunq; magnitudine generetur indiuiduū.
Vt plantæ non sub minima quātitate possunt fru
ctus facere, homo non potest generare, neq; semē
producere quousque crescat ipse. Quare necesse
fuit, vt viuentia tali virtute essent prædicta. Deinde
postquā iam debitā quātitatē acquisierūt, necessa
fuit vt conseruarentur, haberent virtutē nutritiuā.
Ratio est, quia cum viuentia habeant partes diuer
sarum dispositionum secundùm q̄ necesse est ad
operationes, vna pars aliā mouet alterādo, scilicet,
calefaciendo. Ità repatitur ab illa. v. g. cor & cere- C
brū adinuicē agūt, & nisi esset, vnde restitueretur,
quod calore naturali absumitur, non possent con-
seruari. Vide Arist. de longit. & breuit. vit. c. 2. Ve-
rùm quia virtus hęc nutritiua, vt dicebamus supra
ex Aristo. de iuuen. & senect. lect. 4. & 5. apud D.
Tho. non tam perfectè recipitur in materia super-
ueniente sicut in priore erat, ideo necesse est, tandē
deficiat animal & viuens senio confectum pereat.
¶Ad argumenta ergo in principio facta respon-
dendum est. Ad primum enim respondetur cōce-
dendo quòd in nō viuentibus sunt partes porosæ,
sed quādo inde infertur, ergo augētur propriè, ne- D
go consequentiā, quia propria augmētatio est ex
eo q̄ sint pori, tametsi hoc necessariū sit vt quæ-
libet pars sensibilis augeatur & fiat minor; sed in
hoc quòd in eo quod augescit, sit virtus naturalis
effectrix huiusmodi motus tanquā ad hoc munus
ordinata, sicut iam est explicatū. ¶Ad secundùm
nego quòd ignis propria virtute se augeat. Ad pri
mam cōfirmationē respōdetur quòd vt iam patet
etiā ex dictis, præter illud requiritur quòd propria
virtute quælibet pars augeatur. Ad secundā confir
mationē respōdetur q̄ S. Tho. in. 2. de Anima tex. E
46. videtur negare esse vnū ignē qui multa cōbusti
bilia ei applicantur, nisi per aggregationē. Ait em.
Cū igni accēlo aliqua materia cōbustibilis applica
tur, in illa materia cōstubili nouus ignis generatur,
nō autē ita q̄ illud cōbustibile additū cedat in con
seruationem ignis in alia materia priùs accēsi, puta
si aliquod lignū de nouo ignitur, per hanc ignitio-
nē nō cōseruatur ignitio alterius ligni priùs igniti,
totū enim ignis est, qui ex congregatione multo-
rum ignitorū nō est vnus simpliciter, sed videtur
vnus aggregatione, sicuti aceruus lapidū est vnus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& propter talem vnitatem est ibi quædam similitudo nutritionis. Hæc ille. Propter quod Ferrar. 4. cont. gent. c. 81. Et Iauell. 2. de Anima tract. 3. c. 4. circa finē dicūt, q ignis non est vnus nisi secūdum apparentiā exteriorē, nam in re semper est aggregatio multorū ignium. Caietanus autē in. 1. p. q. 7. commētatus est illud de igni per se vno, & per accidens vno. Nihilominus tamen dicimus, quòd non semper ignis est per aggregationē vnus, vt expresse ait idēmet S. Tho. in. 4. cont. gent. c. 81. & quod hic ait intelligendum est, vbi sunt multæ prunæ aggregatæ. Nam flamma quæ. v. g. seruatur in lichyno ex attractione olei, semper est vna simpliciter. An verò sit eadem, dicit Arist. de iuuentute & senect. lect. 4. quòd non est magis eadem quàm fluuius, sed latet nos propter subtilem attractionē materiæ. Vnde colligo, quòd quemadmodum nō est nutritio fluuij, cum alibi, scilicet, in ortu eius generetur continue aqua, quæ continuatur ei, quæ fluit, & in eius locum succedit, ita neque in generatione ignis ex vna parte, & deperditione ex alia. ¶ Ad argumētum igitur negatur q ignis propria virtute, quæ per se ordinetur ad sui iplius cōseruationem, augeatur. Habet tamen maximam similitudinem illa actio cum nutritione, atque tali nomine vti solemus ad significandā illam; dicitur enim ignis & flamma deuorans, & hac ratione Arist. 2. de Anima textu. 43. dicit, q ignis nutritur aqua. Imò Virgilius. 1. Æneid. dicit; Suscepitque ignem foliis, atque arida circū nutrimenta dedit &c. ¶ Ad tertium respondetur primò, quia quanuis omnis pars sensibilis sit debilitata, tamen ob hanc experientiam, nō est necesse vt quælibet eiusmodi pars intra se aquam susceperit, sed in quibus partibus aqua versa est in vinum, illæ partes vini alias partes sibi continuas debilitāt, quia ipsæ sunt diuersimodè dispositæ; & rursus ab alijs partibus quas debilitant, repatiuntur secundum earum bonam dispositionem vini, & tandem post parum temporis manent omnes æquales. Secundò respondetur, quòd quanuis ita fieret; tamen non sufficit ad augmentationem propriè dictam, quia nō fit virtute vini ad hoc ordinata. Ad confirmationē ex Arist. respondetur quod in exēplis hoc maximè est aduertendum quorsum afferantur, & iuxta intētionem adducentis est pensandum quanta veritas requiratur in exemplis. Aristot. ergo horsum attulit exemplum de vino, scilicet, vt quemadmodum seruata specie vini aliquid aquæ conuertitur in vinū, sed tandem per multas additiones tādem corrumpitur, ita in viuentibus &c. ¶ Ad quartum concedo propriè esse motum localem eum, qui procedit à principio extrinseco efficiente, vt motus lapidis, & tamen nego consequentiā cum infertur statim de augmentatione esse eandem rationē. Quanuis enim motus non sumat speciem ex causa efficienti, sed ex termino per se; tamen aliquando talis motus habet annexam connotationē, vt nisi à tali causa efficienti non sit ille motus. V. g. cursus species motus localis est connotans vt fiat à principio intrinseco actiuo, & pedibus velociter motus. At si alius pedes meos eodē modo moueret, certè non currerē ego, licèt similitudinem haberet ille motis cum vero & proprio cursu. Ita dico de augmentatione q quāuis ab alijs motibus discriminetur per hoc q est ad quātitatē, tñ propria actio rei cōnotat, q sit simul cū nutritione; nutritio autē est motus quidā ad cōseruationē eiusdē suppositi ordinatus; inde est q augmentatio non conueniat nō viuentibus, quæ propriè non nutriūtur. ¶ Ad quintum patet ex dictis. Ad primam confirmationem optimè ibi respōdetur. Ad replicam respondetur q tunc ignis per accidens corrumpitur. Nam per se non intendit, nisi sursum ascendere.

QVÆSTIO V.

¶ Vtrùm maneat idem suppositum & eadē forma in toto tempore augmentationis.

ARguitur primo pro parte negatiua. In augmentatione non est eadē materia signata, ergo non est idem numero suppositū. Consequentia est manifesta ex dictis in q. de principio individuationis. Antecedens autem probatur ex Arist. tex. 35. & ex S. Tho. super tex. 42. vbi ait, q virtus speciei in viuentibus nō determinat sibi materiam aliquam signatam, sicut in non viuentibus. Nec valet dicere quòd S. Tho. intelligitur de virtute specici in communi non in singulari, tum quia non loqueretur ad propositum, tum etiā quia falsum esset, quod dicit in non viuentibus virtutem esse coarctatam ad materiam signatā. ¶ Arguitur secūdò. Quia in plantis & animalibus imperfectis in quibus formæ sunt extensæ, fluunt & refluunt partes materiæ & formæ: nam crescente substātia consequitur crescit forma & diminuta similiter, & idem est de materia, ergo in huiusmodi viuentibus post longam nutritionem nec materia manet eadem nec forma; & consequenter neq; idē suppositum, quod ex illis constat, ergo. Confirmatur. Quia in plantis fit variatio nō solùm secūdùm materiam & formam, sed etiam secundùm situm & figurā partium, dum ramos plurimos germinant, ergo non fat erit respondere, quòd sub eadē figura, & situ manent materia & forma. Et confirmatur secundò. Nam etiam in homine hoc ipsum inueniri videtur. Nam Petrus senex est alius ab ipso quando erat iuuenis, siquidem habet aliam materiam ab ea quam habebat quādo erat iuuenis; materia autē ad idētitatem suppositi requiritur, ergo. Nec valet dicere, q quia imperceptibilitervariatur illa materia, manet idē Petrus: tū quia sequeretur q in resurrectione nō resurgeret idē homo, quia fu bitò

bitò reproducitur tota materia quod est cōtra fidem, tum etiam quia si reproduceretur illa materia quam habebat Petrus senex ante triginta annos, & informaretur eius anima, sequeretur quòd Petrus non esset idē homo qui mortuus est, quod quidem est apertè falsum. Deinde quia in resurrectione quando Deus magnam partem materiæ producet de nouo in paruulis, vt in æqualitate resurgant cum cæteris hominibus, saltim sequitur q non erit idem homo. ¶ Arguitur tertiò. Partes materiæ plantę continuò corrumpuntur, ergo partes formæ, nam vt tota forma corrumpitur ad totius materię corruptionē, ita pars formę ad corruptionem partis materiæ quia tota est in toto, & pars in parte, & ita sicut tota definit definiente tota materia, ita pars formæ definente parte materię, sed partes omnes materiales paulatim desinunt in rebus, quæ informantur anima coextensa, ergo & formales, & sic post aliquod spatium temporis & erit noua forma, & noua materia ac per cōsequens nouū suppositum. ¶ Arguitur quarto, & probatur q in augmentatione no maneat eadem forma numero (& supponatur modo quòd omnes animæ exceptа rationali sunt diuisibiles & extēsæ in materia.) Probatur ergo q in supposito, quod augetur, non maneat eadem forma nisi in homine. Nam demus partem substantiæ viuentis, quæ augeri debet, & est appositus illi cibus immediate, tunc si formæ pars illa quæ est in illa particula materiæ, eadem etiam transit ad informandam materiam cibi, peto vel deserit suam materiam vel non, sed simul vtramque informat. Si deserit, non ergo augetur, nec occupat maiorem materiam; si verò simul informat vtrāque, ergo est indiuisibilis: est enim tota in illa materia priori, & tota illa in alia simul materia, quod non cōpetit formæ diuisibili. ¶ Arguitur quintò ad idem. Si paulatim recedente materia manet forma, & in alia materia de cuius potentia non est educta; sequitur q erit aliqua forma corruptibilis in materia, de cuius potentia nō est educta, quod videtur profectò absurdissimum in Philosophia. ¶ Pro decisione huius quæst. duo sunt nobis agenda. Primum est explicare quomodo maneat eadem forma in augmētatione. Secundū est quomodo idem suppositū. Quantum ad primū quidā existimant, q in augmentatione nunquam manet eadē forma nisi in homine. Existimant enim quòd omnes animæ præter animam rationalem sunt diuisibiles in materia. Quo supposito dicūt, q in augmentatione educitur pars formæ ex materia, & cū materia recedente corrūpitur etiam particula formæ. Hanc sentētiā sequitur Aug. Niphus hic. q. 2. & eam tenēt aliqui ex iunioribus. ¶ Deinde aduertendū est, q forma est triplex. Quædā informans indiuisibilis, & independens, qualis est rationalis anima, quæ informat materiam, & ablij dubio vt omnes cōcedūt, est tota in toto & tota in qualibet parte, & non dependet à corpore. De quo vide S. Tho. 1. p. q. 76. arti. 8. & Caiet. ibidem & quæ nos ibi aduertemus. Alia forma est indiuisibilis, sed dependens, vt anima bruti perfecti, qualis est equi. Hæc enim informat, & est tota in toto, & tota in qualibet parte, sed tamē depēdet à materia, & ideo corrūpitur ad corruptionē suppositi. Hoc autem quod secundò aduertò, non est ita certū sicuti primum. Sunt enim etiā ex iunioribus qui negēt animas animalū perfectorū esse indiuisibiles, ex quibus est Ægidius in. 1. sent. d. 8. q. 3. & Landunus. 2. de Anima. q. 7. & Appollinaris. q. 6. & Marsil. in hoc. 1. lib. de Gener. 3. 1 c. Et Albert. de Saxonia. q. 12. & Auerr. 8. Phys. com. 78. vbi omnē formā in materia putat diuisibilē, quos sequūtur quidam ex modernis. Nihilominus tamē nostra sententia modo supponēda est tanquā verisima. Eam enim tenet Arist. de senect. c. 1. vbi postquam dixit animas imperfectorū animaliū esse singulas diuisibiles vnā actu, plures potētia, subdit q in animalibus probè constitutis, anima est quā maximè fieri potest vna & simplex. Est etiam expressa sententia S. Tho. 1. p. q. 76. articu. 8. & eam omnes discipuli eius sequuntur, inter quos est etiā Herueus. 1. sent. d. 8. q. 4. Tertia forma est informans dependēs, & est tota in toto, non tamen tota in qualibet parte, sed pars in parte; quales sunt animæ plantarum, & animaliū imperfectorū. Hæc est expressa sentētia Arist. vt patuit ex autoritate modò inducta; licèt aliqui etiam id negent, vt Marsilius Ficinus lib. 6. Theologiæ Platonis. De his omnibus agitur in. 1. p. vbi supra, & in. 2. de Anima. ¶ His suppositis sit prima cōclusio. Quando homo augescit, manet in ipso eadem forma toto tempore augmentationis. Hæc ab omnibus cōceditur, nam anima hominis est indiuisibilis, & independēs, ergo. ¶ Secūda conclusio. Quādo augētur animalia perfecta, manet in ipsis eadē forma toto tēpore augmentationis. Hæc etiam patet. Nam animæ istorū animaliū, vt modò supponitur ex dictis, sunt indiuisibiles, ergo. Patet consequētia, quia si sunt indiuisibiles, non videtur quomodo alia pars de nouo aduenire possit, quia tūc diuisibiles essent. Hæc conclusio, supposito q istæ animæ sint indiuisibiles, est etiā euidēs, quare non æget ampliori probatione: probari tū poterit magis ex quarta conclusione. ¶ Tertia conclusio. Loquēdo de augmento animaliū imperfectorū, vt lacertarū & plantarū, probabile est, q in augmētatione nō manet omnino eadē forma, sed q educit noua pars formæ ex noua parte materiæ quæ de nouo aduenit. Hæc cōclusio patet argum. suprapositis præcipuè quarto & quinto. Et probatur, nam huiusmodi animæ sunt diuisibiles, & extēsæ in materia, ergo corrupta parte materiæ corrūpitur pars formæ quæ in ea erat, & educit alia pars de nouo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præterea. Quia in diminutione corrũpitur forma A
plantæ, ergo in auctione generatur. Patet consequencia, quia auctio & diminutio circa idem sunt. Antecedens autem patet, quia diminutio est resolutio materiæ, ergo & resolutio formæ, quæ illi coextenditur. ¶ Quarta conclusio. Probabile mihi videtur, q̃ etiam in augmento horum animalium imperfectorũ manet eadem forma numero, & q̃ non educitur noua pars formæ de materia quæ aduenit, sed q̃ præexistens forma augetur, & extenditur ad informãdam maiorem materiã quàm antea. Hæc conclusio in qua est difficultas est expressa Philopponi in hoc capite qui ait, q̃ per augmentationem nec forma noua generatur nec aliqua pars eius, sed eadem numero forma quæ fuit, remanet, augetur tamen secundùm quãlibet partẽ non per generationem nouæ partis supra nouam partem materiæ, sed per hoc q̃ forma prior fit in maiori materia quàm prius erat. Cuius sententiam ideo adduxi, quia nostram optimè explicat qui in hac parte videndus est, multa enim & optime dicit. Probatur primò. Nam licet huiusmodi animæ sint diuisibiles & extensæ, tamen quia sunt formæ viuentium in hoc excellunt formas non viuentiũ, q̃ eadem manens propter suam excellentiã possit se ad maiorem materiam dilatare. Secundò probatur. Nam, vt statim ostendemus, in augmẽtatione manet idem subiectum, sed si ad receptionem materiæ forma etiam corrumpitur, certè non videtur quomodo idem suppositum maneat. Nam variata forma & materia, etiam variari necesse est, quod ex eis componitur. Hanc conclusionem euidenter probant argumenta tria in principio posita. Probatur tamen conclusio tertio. Nam si in augmẽtatione horum non manet eadem forma, sed corrupta prioris parte, aduenit alia pars de nouo; sequitur q̃ viuentia augeantur ad modum non viuentiũ, sicut ignis; non enim aliter augetur ignis, nisi per aduentum nouæ formę & materiæ. Confirmatur. Nam sequitur q̃ nõ detur certus terminus augmẽti & decrementi horum animalium imperfectorũ, quod est cõtra Arist. expresse in. 2. de Anima tex. 41. Probatur sequela. Nam ideo non viuentia possunt crescere in infinitum, quia crescunt per aduentum nouæ formæ & materiæ quæ præexistẽti addit- E
ur & affert secum nouam virtutem; sed etiã secundùm istos additur noua pars formæ secũ afferens nouam virtutem, & additur etiam noua pars materiæ, ergo. ¶ Sed contra has conclusiones excepta tertia est argumentum. Nam nulla corruptio totalis alicuius substantiæ potest esse sine generatione in eadẽ materia, sed cibi sine alimenti est corruptio totalis, ergo in materia cibi oportet ponere generationem. Maior est Aristo. c. 3. vbi diximus q̃ generatio vnius est corruptio alterius. Minor est satis nota, ergo est noua generatio, sed non po- D
test esse noua generatio nisi per productionem nouam alicuius formæ vel partis eius, ergo necessario etiã in homine aliqua forma vel pars formæ producitur in nutritione & augmento. Confirmatur. Forma educta de potentia materiæ non potest informare aliam materiã nisi eam à qua est educta, sed omnes animæ præter rationalem sunt eductæ de potentia materiæ, ergo non possunt informare nisi materiam de qua sunt eductæ, notum autẽ est materiam cibi non esse materiam de qua sunt eductæ, oportet ergo aliam nouam partẽ formæ &c. B
Propter hoc argumentum Capre. in. 2. d. 5. ad 2. argumentum contra vltimam cõclusionem dicit quòd nulla anima excepta rationali potest informare distinctas materias totales aut partiales plusquam accidens, sed dicit quòd crescente materia crescit & forma. Et licet hæc opinio vt patet ex dictis quantum ad animas animalium imperfectorũ probabiliter sustineri posset, tamen de animalibus perfectis loquendo est expressa cõtra D. Thom. qui in locis citatis animas brutorum perfectorum indiuisibiles putat, non est autem possibile si anima est C
indiuisibilis, q̃ crescat ex additione sicut materia. Ad argumentum ergo dico quòd omnes in quacunque opinione illud soluere tenẽtur, quia etiam currit de anima hominis. Quare respondetur satis esse quòd eadem anima existẽs de nouo informet aliquam materiam, & illa noua informatio est veluti noua generatio quę corruptionem cibi sequitur. Ad cõfirmationem negatur maior de materia non totali, sed partiali loquendo, præcipue cum illa materia paulatim adueniat cum eisdem dispositionibus, quibus fuerat dispositа materia ex quo primò forma illa fuit educta. ¶ Iam verò pro expositione secũdi quod diximus in hac quæst. esse tractandum, Quomodo, scilicet, maneat idem subiectum in augmentatione, aduertẽdum est, q̃ tribus modis potest aliquid manere idẽ numero. Primo modo totaliter, si nihil partium prorsus amittatur, quæ partes sunt illi intrinsecæ, vt Angeli & cœli hoc modo dicuntur manere idem numero. Secundo modo dicitur idem numero formaliter, quãdo manet eadem forma licèt continuò materia fluat, vt reperitur in indiuiduis animalium perfectorũ, in quibus absque dubio semper manet eadem for- E
ma propter eius indiuisibilitatem. Tertio modo dicitur manere idem numero, quando etiã si aliquid deciditur tam materiæ quàm formæ, tamẽ partes ita defluunt & adueniunt, vt maneant in eadem figura, ordine & situ, faciunt̃que vnum cõtinuum cum præexistentibus, vt dicitur idem fluuius. Ratio huius est, quia vnũquodque dicitur eo modo idẽ, sicut habet esse. ¶ Quinta cõclusio. Absolutè & simpliciter debemus dicere, q̃ manet idem subiectum. Nam hoc expresse asserit Arist. tex. 23. & 24. Et probatur. Nam aliàs sequeretur, q̃ augmentatio

tatio esset simpliciter generatio, nam generatio ter A
minatur ad aliquod suppositum priori corrupto, sed nisi maneat idem subiectum augmentatio terminaretur ad aliud subiectum de nouo productũ, ergo esset generatio. Et confirmatur. Nam augmẽtatio est vnus motus numero, ergo habet subiectũ vnum numero, quia vnitas numerica accidentis sumitur à subiecto tempore &c. Sed restat explicare quomodo maneat idẽ suppositũ numero. ¶ Sexta conclusio. In nulla augmentatione manet idẽ subiectũ numero primo modo. Probatur, quia in omni quod augetur, acquiritur aliquid & deperditur B
aliquid, ergo. ¶ Septima conclusio. In augmento viuentium perfectorum manet idem subiectũ numero secũdo modo. Probatur, quia in eis nihil formæ deperditur cum sint formæ indiuisibiles, sed solùm deperditur aliquid materiæ, ergo. ¶ Octaua conclusio & vltima. In augmento viuentiũ imperfectorum probabile est quòd non manet subiectũ idem primo nec secundo modo, sed solùm tertio modo: probabilius tamen mihi videtur, q̃ manet idem non solùm tertio modo, sed etiam secundo. C
Ista conclusio sequitur ex tertia & quarta conclusione, & probatur prima pars. Nam partes formæ, & materiæ illius accedunt & recedunt, ergo non manet neque primo, neque secundo modo, quia tamen partes aduenientes cõtinuantur cum præexistentibus, & habent eandem naturam, accidentia, situm, & dispositiones manet suppositum idẽ tertio modo, Secũda pars probatur. Nam licèt istę formæ sint diuisibiles, non tamen aliquid deperditur formæ vt patet ex quarta conclusione, ergo nũ solum manet suppositum idem tertio modo, sed etiam secundo. ¶ Ad argumẽta in principio facta D
respondetur. Ad primum nego antecedẽs, ad probationem ex Arist. & S. Tho. respondetur q̃ est Arist. intelligendus de materia vt est indifferẽs ad hanc vel illam designationem: & ita non manet eadem. Nam si intelligas de materia secũda, id est, secundùm quod dispositionibus huius formæ est signata, semper est eadem, quia semper ab eadem forma continetur, & efficitur capax huius quantitatis; fatemur autem non esse adeò inuariabilem talem materiam sicut materia cœli, & ideo Arist. explicuit nobis talem variationem exemplo quo- E
dam clarissimo nempè vt quemadmodum eadem mensura aquæ putatur, quia eodem vase continetur, ita eadem designatio materiæ est, quia ab eadẽ forma cõtinetur, & terminatur, vt sit capax talium accidentium, tametsi quemadmodum aqua paulatim effluit, & aliũde infunditur, ita & ipsa materia prima paulatim in aliam formã transit. Sed ad verba S. Tho. respondetur, q̃ cum ait virtutẽ speciei in viuentibus non determinare sibi aliquam materiam signatam, intelligit prorsus inuariatam sicut in non viuentibus, cæterum tota illa latitudo po- F
test dici eadem materia signata propter rationem iam dictam, & propterea Aristo ibidem vocat partes animalis immateriales, scilicet, quia materiam aliam possunt suam facere. Notandum tamen ex dictis in. q. de principio indiuiduationis artic. 8. ad vltũ. q̃ cum supra determinatum est materiã signatam esse principium indiuiduationis, materiam autem signatam explicuimus vt habet hanc quãtitatem, non est intelligenda hæc quantitas Mathematicè & in indiuisibili, sed potius secũdum latitudinem augmenti & decrementi naturalis. v. g. Petrus est hic homo, quia habet hanc materiam quæ modo actuatur, & etiam Petrus erit idemmet licèt postea habeat maiorem quantitatem. Vide dicta ibi præcipuè art. 8. ad vlti. argu. ¶ Ad secundum imprimis respondetur, q̃ in viuentibus imperfectis propter sui imperfectionem fit etiam accessio ad formam, sed quia fit sub tali situ partium inter se, illud satis est vt idem dicatur in augmentatione manere. Secundò respõdetur & nego q̃ etiam in animalibus imperfectis quando augentur, pereat aliqua pars formæ. Licèt enim materia noua adueniat, non tamen aduenit noua forma, sed præexistens in augmentatione extenditur & augetur ad maiorem quantitatem, & in diminutione coarctatur. Ad primam confirmationem respondetur ex D. Tho. de longit. & breuit. vitæ lect. 3. q̃ sicut animal idem dicitur, quia habet cor vnum, aut aliquid simile cordi, ita etiam arbor maximè vnitatem habet ex radicibus & ex trunco. Quod si (inquit) post longum tempus radices quę antè fuerant, exsiccatæ sunt, & aliæ loco illarum succeduat, nũ est eadem arbor. ¶ Secunda confirmatio petit illam difficultatem; Vtrum idem homo sit Petrus iuuenis, & Petrus senex? De quo optimè agit M. Soto in. 2. libro sũmm. c. de quantitate propositionis, & in Logica in. c. de differẽtia. Nũc est breuiter à nobis. Respõdetur q̃ idẽ homo sine aliqua prorsus dubitatione. Quia enim in augmẽtatione, per vim & potẽtiã nutritiuam acquiritur substãtia ad reficiendũ id, quod paulatim per calorem naturalem cõsumitur, propterea manet idem viuens, quia paulatim aduenit nouæ partes & in eodem situ & figura, & cum eisdem accidẽtibus & proprietatibus quas antea habebat, sicut (vt ait Aristot. in hoc capite) quando aliqua tota materia conuertitur in ignem, tunc efficitur nouus ignis; quando verò paulatim igni noua ligna paulatim applicantur, non nouus gignitur, sed idem permanens augetur. Ita in proposito quia imperceptibiliter & paulatim variantur partes manet idem homo. Ad impugnationẽ huius responsionis optimè respondet M. Soto in locis citatis, & D. Tho. 4. cõt. gent. c. 81. ad quartũ. ¶ Ad tertium concedo antecedens, & nego consequẽtiam. Ad probationem dico, q̃ licèt sicut tota est in toto, ita sit pars in parte, non tamen inde se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur,q̃ ſicut corrupta tota materia corrumpitur A
tota forma,ita corrupta parte corrumpatur etiam
pars formæ. Etenim quando definit tota materia
definit totum ſubiectum,à quo cum ſecũdum eſſe
dependeat,neceſſe eſt vt eo definente ipſa etiã de-
ſinat,at verò corrupta vna parte materiæ loco eius
alia ſuccedit, quã de nouo illa pars formæ actuat,
& ſi non aduenit coarctatur intra portionem ma-
teriæ quę remanet,& ſic ex corruptione partis ma
teriæ non infertur corruptio partis formæ. ¶ Ad
quartum imprimis nego illud quod ſupponitur,
ſcilicet,q̃ omnes animæ excepta rationali ſint ex- B
tenſæ & diuiſibiles,inquantum tamen militat con
tra noſtram quartam concluſionẽ reſpondetur,q̃
ſimul informat vtrãq; partẽ materię,nõ tamẽ inde
ſequitur q̃ indiuiſibilis ſit: ſecũdum eã vnã partẽ
informat partẽ materiæ quę remanſit,& ſecũdum
aliam informat illam partẽ quæ de nouo aduenit,
& cuilibet parti materiæ ita correſpondet ſua pars
formæ,q̃ nõ fit iſta in alia portione materiæ. Ad
confirmationẽ reſpõdetur,q̃ prę exiſtẽs forma eſt
aucta & ad maiorem quantitatem extenſa. ¶ Ad
quintũ nego ſequelã. Nam imprimis illa tota ma- C
teria eſt eadem formaliter,licẽt materialiter varie-
tur. Deinde,illa forma dependet ab iſta materia in
fieri & in conſeruari, quia eſt eiuſdẽ rationis cum
præcedenti, & ſuccedit illi cum omnibus diſpoſi-
tionibus,accidẽtibus & proprietatibus, quas præ-
cedens materia habebat,& ita ſicuti à prima depẽ-
debat,ita dependet ab iſta ſubſequente. Deinde ſi
omnibus ſimul particulis definẽtibus materia vni-
uerſa corrumperetur,concedo certè q̃ forma deſi
neret,nunc autem quia materia ſecundum aliquas
partes recedit,ſecundum alias ſtatim accedit, ideò D
materia vniuerſa non definit, & propterea forma
manet eadem numero, imo & figura manet eadẽ
numero,quæ formã concomitatur. Cuius rei opti
mum exemplum adduci poteſt;Si quis in fluuio
continuò fluente vmbram ab aliquo corpore fa-
ctam cõſideraret,vmbra quidem quæ in aqua eſt
vt in ſubiecto eadem numero eſt, aqua verò quæ
eſt vt illius materia eſt alia ſemper;eſt quidẽ eadẽ
vmbra,quoniam nõ vniuerſa aqua ſimul tollitur,
eſt autẽ in alia materia quia cõtinuò aqua recedit,
& alia loco eius ſuccedit, ita prorſus in propoſito. E

QVÆSTIO VI.

¶ Vtrùm hoc ſubiectum quod manet, idem augeatur ſecundùm partes formales, an verò materiales.

ARguitur primò pro parte negatiua. Augmẽ
tatio & diminutio habent terminos oppoſi
tos,quia ſunt motus cõtrarij, ſed diminutio
fit ſecundum partes materiales,ergo & augmẽta-

tio. Minor probatur, quia iſtæ partes materiales,
quæ modo ſunt, deperduntur per diminutionem,
ergo. Confirmatur primò. Nam augmentatio fit
per partes quantitatiuas, quæ potius ſe tenent ex
parte materiæ,ergo. Confirmatur ſecundò.Nam
quando viuens perfectum augetur, aduenit noua
materia, & non augetur forma, ſiquidem ſemper
manet eadem,quod præcipue patet in homine,er-
go fit augmentum ſecundum partes materiales &
non formales. ¶ Arguitur ſecũdò. Nam in anima-
libus imperfectis fit augmentum non ſolum ſecũ-
dum partes materiales,ſed etiam formales,quia for
ma augetur,ſi ergo forma augetur, ergo pars for-
mæ acquiritur & deperditur,& conſequenter non
manet pars formalis, ergo ibi non fit augmentum
neque ſecundum partes formales, neque materia-
les,quia neutræ manent,ergo. ¶ Arguitur tertiò.
Forma viui in auctione redditur maior, ergo &
eius materia, & ſic ſecũdum materiam fiet auctio,
ſicut ſecundum formam.Confirmatur primò.Par
tes quæ aduenium vino aduenium cum materia,
ergo ſicut forma augetur per aduẽtum formæ, ita
materia augebitur per aduentum materiæ.Confir
matur ſecundò.Non ſolum forma augetur, ſed to
tum compoſitum,ergo augetur materia & forma,
cum compoſitũ non ſit aliud niſi ſuæ partes ſimul
ſumptæ.In oppoſitum eſt hic Ariſt.& D.Tho. &
omnes Ariſt.interpretes. ¶ Tota difficultas huius
quæſtionis in hoc conſiſtit,q̃ Ariſt, in hoc capite
tex.35.dixit augmẽtum fieri per partes formales,
non per materiales. Quid autem nomine partium
formaliũ & materialiũ intellexerit Philoſophus,
variæ ſententiæ ſunt. ¶ Magiſter Sent.in.2.d.30:
& alij multi cum eo tenent augmẽtum fieri ſecun-
dum partes formales,& non materiales. Intelligũt
per partes formales id quod eſt de veritate naturæ
quæ augetur,non autem ea quæ non ſunt de veri-
tate naturæ humanæ. De intelligentia huius opi-
nionis infrà redibit ſermo, quare pro nunc relin-
quatur. ¶ Alexander vt refert hic D. Tho. & in.1.
p.q.119.art.1.ad 2.inquit, q̃ ſunt duplices partes
in viuente,ſpermaticæ & nutrimentales; ſpermati-
cæ ſunt illæ,quas virtus formatiua ſeminis facit ex
materia ipſa ſeminis; facit enim oſſa, cartilagines;
venulas,neruulos,& partes organicas, vt cerebrũ,
cor,epar & reliqua.Has partes aliqui vocant humi
dum naturale ſiue radicale, ſiue ſeminarium, ſiue
ſpermaticum.Partes nutrimentales ſunt, quæ ge-
nerantur ex humido nutrimentali, quod quidem
aduenit primo humido radicali ſiue ſpermatico
ſubſtantiali ſicut materia quædam eius prout pri-
mum humidum extenditur per alia membra, ad-
mixto ſibi ſecũdo humido, ad hoc vt compleatur
quantitas rei viuentis, & omnium partium eius.
Primas partes vocat Alexander formales,quia ani
ma ipſa principaliter velutiin ſubiecto primo in-
eſt illis,

eſt illis, ideo illis corruptis corrumpitur & anima. A
Quapropter ſemper manent vſque ad finem vitę,
licẽt non remaneant, æque humidæ humore illo
naturali,vti præerant,imò continuò reddũtur im-
puriores,& improportionatæ.Cæteræ partes,quæ
coagulatæ ſunt ex humore cibali, vt caro additæ
primæ carni ſpermaticæ, pinguedo & alia huiuſ-
modi,dictæ ſunt partes materiales, quia in eis for-
ma vitalis non per ſe exiſtit, ſed per accidens pro
quanto ſunt cõtinuatæ partibus radicalibus.Vult
ergo Alexander q̃ dum vita viuentis,durat manẽt
ſemper partes primi generis, quas inquit vocare B
Ariſt.partes formales,& ſecũdum eas fieri auctio-
nem, reliquas verò Ariſt. partes materiales vocat,
& ſecũdum eas non fit auctio. ¶ Hæc opinio Ale-
xandri & eſt expreſſa contra Ariſt.& contra veri-
tatem.Quod ſit contra Ariſto.probat D.Tho.hic
& in.1.p.vbi ſupra.Nam Ariſtote.dicit, q̃ ſicut in
vnoquocunque habentium ſpeciẽ in materia puta
in ligno & lapide,ita & in carne hoc eſt ſecundum
ſpeciem,& illud ſecũdum materiam. Manifeſtum
eſt autem q̃ prædicta diſtinctio partiũ Alexãdri
locum non habet in rebus inanimatis,quæ nõ ge- C
nerantur ex ſemine,nec nutriuntur, ergo. Iſta ex-
poſitio non eſt ad mẽtem Ariſt. Quod quidẽ ipſe
etiam Alexander aduertens dixit, q̃ hæc ſentẽtia
Ariſt.ſcilicet,q̃ auctio fiat per partes formales, &
non materiales,non eſt dicta per demonſtrationẽ,
ſed q̃ ob reuerentiam Ariſt.illi aſſentimur,atq; ita
ait q̃ rationes Philoſophi in hac parte ſunt diale-
ticæ.Sed contra hoc optimè arguit Auerrois hic
dicens;Et hoc ſi ſit verum, quomodo fuit poſsibi-
le, q̃ ille Magiſter primus cõſentit ſine probatio-
ne?Cum nunquã creditur aliquid dixiſſe ſine forti D
probatione.Quod quidem nõ absre hic dixerim,
vt quidam huius noſtri temporis diſcant D. Tho.
ſi tanquam magiſtrum eum ſequi volunt, ea qua
decet reuerentia colere atque venerari, ne in ipſos
optimè dicere poſsimus.Magiſtrum vocant,cuius
nolunt eſſe diſcipuli. Agere enim interpretem D.
Tho.& tamen vbicunque occaſio quantumcũq;
parua ſeſe obtulerit, eius doctrinam deſerere non
eſt Thomiſtam eſſe, ſed potius Antithomiſtam.
Cæterùm quòd poſitio Alexandri ſit etiã contra
veritatem. Probatur primò, quia ſecundùm illam E
non quælibet pars aucta eſſet aucta; quia cum par
tes illæ humidæ humore naturali remaneant ſem-
per eædẽ,non augebuntur nec diminuentur, cùm
nihil illarum corrumpatur, quia durant vſque ad
finem vitæ.Deinde videtur,q̃ hæ non remaneant
eædem,nam continuò calor agit in illas,ergo ſem-
per earum aliquid deperditur.Prętereà.Tunc duo
corpora ſe penetrabũt, nam partes humidæ nouæ
penetrabunt partes radicales antiquas, ac tandem
tunc multæ partes eſſent in animali non animatæ,
vt partes humidæ nouæ. ¶ Philopponus dicit, q̃

cum ait Ariſt. augmentum fieri per partes forma- A
les & nõ materiales; ſenſus eſt,q̃ in augmẽto ſem-
per manet eadem forma,modo ſub minori,poſtea
ſub maiori quantitate,materia autem nõ eſt eadẽ,
& ſic totum quod augetur, idem manet ſecũdum
formam. Exiſtimat enim iſte autor quòd in au-
gmentatione cuiuſlibet rei ſemper manet eadem
forma,licẽt materia ſemper varietur. Quæ doctri-
na licẽt veriſima ſit, vt patet ex præcedenti quæ-
ſtione; ignoro tamen an expoſitio ſit ad mentem
Ariſtot. licẽt textui ſit ſatis conformis. ¶ Albertus
Magnus in hoc tract. de augmentatione, c.8. pro B
intelligentia huius rei aliqua notat,& quia ea ſunt
optima & vera,& ad Phyſicæ intelligentiam ma-
ximè conducunt,aliqua ex eis hic adducã. Scien-
dum ergo quòd,vt ipſe allegat ex Auicenna in.1.
Canonis maioris,tres ſunt differentiæ partiũ in ho
mine & in alijs animalibus ſaltem perfectis. Quæ-
dam partes ſunt formales,quædã materiales,quæ-
dam mediæ.Formales continent materiam, mate-
riales recipiunt formam,ſed debiliter, mediæ autẽ
ſunt inter iſtas formales & materiales. Formales C
partes ſunt partes diſsimiles ordinatæ ad actũ ani-
mæ ſiue virtutem eius, quæ ſolent dici organa vel
partes organicæ,vt manus,pes, oculus, auditus &
huiuſmodi aliæ. Materiales partes quæ debiliter
recipiunt,formã ſunt partes quæ actus animæ aut
ſenſus tamen participat,& ad nullum opus animæ
ordinãtur,ſicut caro,adeps,& vniuerſa pinguedo.
Mediæ autem partes ſunt triplices. Quædã magis
appropinquantes partibus formalibus quàm ma-
terialibus,aliæ è conuerſo propinquiores partibus
materialibus quàm formalibus,quædã verò æquè
diſtantes ab vtriſque,vt nerui,venæ, arteriæ, pan- D
nieuli,quæ ſunt partes propinquiores formalibus.
Sunt enim quibus partes formales ſuas operatio-
nes exercent,quia neruus eſt quo diffunditur ſen-
ſus à cerebro vel vicario eius qui eſt nuca deſcen-
dens per ſpondiles colli & dorſi. Venæ autem ſunt
per quas diffunditur à corde ſpiritus vitalis. Pan-
nieuli ſunt quibus nobiliora membra inuoluũtur.
Quædam autem ſunt magis propinquiores parti-
bus materialibus,vt os,& cartilago quæ ſunt ad ſu
ſtentandum membra. Quædam verò ſunt quaſi
per æquè diſtantiam mixtæ, ſicut muſculi qui cõ- E
ponuntur ex neruis, chordis, & carne. His habitis
dicit,q̃ partes formales ſiue organicæ omnes au-
gentur per carnem,ita quòd multa carne aduenię-
te membrum eſt maius, carne decreſcente mẽbrũ
eſt minus. Vnde augetur animal ſecũdum forma-
les partes,id eſt,organicas,ſed partibus materiali-
bus,id eſt,carne & pinguedine. Adducit ad hoc ra
tionẽ,& exẽplũ. Ratio eſt,quia natura ad hoc fecit
carnem & pinguedinem,vt impleret concauitates
exiſtentes inter membra organica, & officilia, id
eſt, ea quibus organicæ operantur vt neruos &

venas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

venas,& pãniculos,& arterias,chordas & ligamẽta A
&c.& ideo quando multiplicatur caro & pinguedo,crescunt mẽbra,& quãdo minuitur minuũtur. Exẽplũ est in corio molli,in quo si modicũ liquoris infundatur,paruus inuenitur;si tñ magis infundatur,crescit,sic est de membris per aduentum carnis & pinguedinis. Hæc nihilominus expositio Alberti non solum non est ad mẽtem Arist. quinpotiùs est contra ipsum. Primò,quia Philosophus dicit carnem diuidi in formam,& materiã,& tamẽ Albertus totam carnem ponit materialẽ. Secũdò, quia non dat modum,quo caro augetur secũdum B
formam, & non secundùm materiam vt Philosophus dicit fieri. Tertio,quia Arist. ponit partes formales & materiales in animali eo modo quo in lapidibus & lignis, & etiam in elementis in quibus non sunt partes organicæ. ¶ Alij ergo Iuniores vt Marsil.in hoc lib.q.13. dicunt Aristot. per partes formales intellexisse partes porosas,per materiales verò non porosas,id est,solidas. Illæ formales dicũtur,quia sensibiles,hæ materiales,quia insensibiles, eò ꝙ sunt diuisibiles in infinitum.Hæc etiã expositio est contra Aristot.Primò,quia partes formales C
ideò augeri dicuntur,quia remanent, vt patet tex. 36.sed huiusmodi pori non remanent, sed fluunt & refluunt,ergo.Confirmatur. Nam Arist. voluit docere, quomodo partes formales maneant & nõ materiales,at isti hoc non explicant, nam ita fluit materia partis porosæ,sicut nõ porosæ,ergo.¶Pro decisione ergo veritatis sciendum est,quod partes viuentis paulatim corrumpũtur propter repasionem & defectum caloris naturalis aut eius actionem;& quæ corrumpuntur, instaurantur per nutritionem. Partes autem tam quæ corrumpuntur, D
quàm quæ de nouo generantur informãtur eadẽ forma totali,quia vt supra iam est probatum, vna anima actuat multas partes integrales, eademque numero perseuerat vsque ad interitum viuentis;vt iam supra probatum est quæst. præcedenti. ¶ Sit ergo prima conclusio.Partes formales & materiales sunt idem re, sed differunt secundum nostram considerationem.Conclusio est expressa D.Tho. 1.p.q.vlti.art.1.ad 2.Itaq; eadem natura carnis,& ossis est pars materialis & formalis: pars formalis, si consideretur secundùm speciem carnis imperfe E
ctam, quam habet distinctam ab alijs partibus secundùm dispositiones & accidentia ipsius, & ita semper manet mea caro, quia semper manet species carnis. At ipsamet considerata prout est ista numero & materialiter & prout habet istas dispositiones numericas,non manet; sed per actionem caloris naturalis corrumpitur. Aduertendũ tamen ꝙ quando dicimus, ꝙ manet caro secundùm speciem,nolumus negare, ꝙ modò non habeam ego eandem carnem numero, quã habui, quãdo eram puer,sed volumus dicere,ꝙ manet eadem numero caro non tamẽ quod materiam, ita ꝙ hæc pars carnis semper maneat,& non corrumpatur, quod est falsum,cum semper deficiat,sed manet hæc numero caro formaliter,quia semper succedit caro secũdum eandem naturam, & dispositiones, situm & figuram.Cuius ratio est, quia semper per totã vitã durat eadem anima numero,quę efficit illas dispositiones & accidentia,atque ita ex identitate numerica eius optimè infertur eadem dispositio naturalis materiæ,eadem accidentia, idem situs & figura. Quocirca licet entitatiuè & materialiter partes pereant,dicuntur tamẽ semper eadem formaliter, quia succedunt sub eadem forma substantiali, & eisdem accidentibus,eo vel maximè ꝙ hæc mutatio partiũ fit imperceptibiliter. Cuius rei ipse Philosophus ponit in textu optimum exemplum. Si ex vase aliquo pleno aqua guttatim aqua effluat, & guttatim semper infundatur, erit semper idem quantum ad mensuram aquæ, licèt nõ quoad eius materiam,& D.Tho.super huoc textum explicat triplici exẽplo,puta de populo ciuitatis, qui semper manet idem secũdum id quod est speciei,quãuis hominum ex quibus cõstituitur populus,quidam moriantur,& alij loco eorum succedãt; similiter de fluuio, qui semper permanet idẽ licet alia & alia aqua adueniant;idem etiam dicitur ignis,licèt aliud,& aliud combustile apponatur.Ita prorsus etiam semper manet eandem caro formaliter, & secundùm speciem carnis, licèt materia in qua fundatur talis species carnis cõsumatur per actionem caloris,& alia de nouo adueniat per nutrimẽtum. Cuius rei adhuc est aliud exemplum. Nam locus dicitur vnus numero formaliter, & vna numero superficies formaliter, licet materialiter diuersæ sint.De quo vide quæ dicũtur.4.Physi.q.1. conducunt enim ad huius rei intelligentiam.¶Secunda conclusio. Augmentatio fit secundùm omnes partes viuentis formaliter & non materialiter. Ista conclusio probatur. Nam secũdum idẽ quod permanet,viuens dicitur augeri,sed partes formales permanent,& materiales refluunt,ergo.Secundò. Nam quod augetur permanet,cum augmentũ sit præexistentis perfectio, sed partes non permanent materialiter,sed formaliter,vt patet ex præce denti conclusione, ergo secũdùm partes formales fit augmẽtum. Et si fiat argumẽtum. Nam partes materiales semper manent in eodem situ, & figura,ergo possunt augeri;Respondetur ꝙ hoc pertinet ad rationem formalem ipsarum,secũdum quã manent.¶Ex his duo colliguntur.Primum est, ꝙ vt quodlibet individuum sit idem numero,& permaneat in toto tempore augmẽtationis, sat fuerit maneant partes eius eædem formaliter,licèt materialiter transeant; quod notandum est pro intelligentia præcedẽtis quæst. Secũdò colligitur sensus Aristo. quando dicit augmentum fieri per partes formales

formales quæ permanẽt, & nõ per materiales quæ A
fluunt,est intelligendus iuxta has duas conclusiones. Etenim augmentum non fit per partes materiales,quia illæ potiùs corrumpuntur,& entitatiuè & materialiter transeunt, sed fit per partes formales,id est,per partes omnes integrantes vt sunt sub eadem forma substantiali,& sub eisdem accidentibus,situ & figura ad modum iam declaratum.Expositio est D.Tho.hic super tex.36.&.1.p. vbi supra &.4.cont.c.81.&.2.d.30.q.2.¶Ad argumẽta in principio facta respondetur.Ad primum respõdetur ꝙ diminutio fit secundùm partes formales, B
nam id quod diminuitur manet, sed non manent materiales partes. Secundo respondetur quòd augmentatio & diminutio fit secundùm idem re, & non ratione, & ita potest terminari diminutio ad partes materiales & non formales; augmentatio è contra.Oppositio verò in terminis est, ꝙ augmentatio sit à minori quantitate ad maiorem, diminutio è contra.Ad confirmationem respondetur, ꝙ quantitas vt est primum omnium accidentium & subiectum ipsorum,habet rationem materiæ: sed vt est terminus augmentationis habet rationẽ for- C
mæ, & manet eadem quantitas formaliter & non materialiter. Nutritio verò, quæ terminatur ad maiorem partem substantiæ ad quam non terminatur augmentatio, fit secundùm partes formales sicuti augmentatio. Itaque augmentatio quãtùm ad antecedens requisitum,& quantum ad formale ipsius fit secundùm partes formales. Ad secũdam confirmationem respondetur ꝙ patet ex dictis. ¶ Ad secundum argumentum quidam propter ipsum dicunt,ꝙ in animalibus imperfectis non fit propriè augmentum, quia non permanẽt in ipsis D
partes formales,neque materiales. Sed hoc est falsum.Nam ista animalia per virtutem sibi intrinsecam & connaturalem ad melius esse sui,suppositi & ad operationes suas exercendas acquirunt maiorem quantitatem,ergo propriè augentur. Et ad argumẽtum.Imprimis negatur, ꝙ sicuti fluit pars materiæ ita fluat pars formæ, quinimò vt iam q. præced.concl.4.dictum est, etiã in his animalibus imperfectis manet eadẽ forma numero toto tẽpore augmẽtationis. Neque verò etiã si teneamus probabiliter, ꝙ corrumpitur pars formæ cũ parte E
materiæ & aduenit de nouo alia pars formæ,tenemur concedere,ꝙ propriè huiusmodi animalia nõ augeantur.Imò certissimum apud omnes esse debet,ꝙ propriè augeantur. Licèt enim pars formæ corrumpatur,& alia adueniat de nouo,manent tamen partes formales eædem,quia semper perseuerant cum eadem natura,specie & dispositionibus, quas habebant antea, licèt materialiter fluat pars formæ,& pars materiæ. ¶ Ad tertium argumentũ patet ex dictis. Nam etiam ipsa materia augetur, & fit maior,non tamen materialiter sed formaliter & secundùm speciem. Ad primam confirmationẽ respondetur,ꝙ partes aduenium cum materia, & ꝙ etiam istæ augentur,formaliter tamen. Ad secũdam confirmationem respondetur, ꝙ totũ compositum propriè augetur,materia autem & forma non augentur nisi per accidens ad augmentationẽ ipsius cõpositi. Partes autẽ tam materiales, quàm formales augentur formaliter & non materialiter, vt in secunda cõclusione expositum est.Et sic manet explicata quæstio, quæ grauissimorum virorum ingenia multùm exercuit.

QVÆSTIO VII.

¶Vtrum subiectum augmentationis, quod est viuens, augeatur secundùm omnes suas partes.Quod est quærere, Vtrùm eius quod augetur,quælibet pars augeatur.

ARguitur primò pro parte negatiua. Nam vltimum alimentum omnium est sanguis, sed in partes superiores sanguis non potest ascẽ
dere,ergo augmentum non fit secundùm omnem C
partem. Maior supra patuit quæstione de pluralitate formarũ. Minor probatur;Nã est corpus graue,sed graue naturaliter ascendit sursum,ergo.Cõfirmatur.Nam si augmentatio fit secũdùm omnes partes,sequitur quòd alimentum,seu sanguis diuidatur in infinitas partes,consequens est falsum,ergo.Probatur sequela, nam partes quæ nutriuntur sunt infinitæ, ergo sanguis diuiditur in infinitas partes,vt cuilibet parti sua portio contingat.¶Arguitur secundò.Multa augentur in viuẽtibus,manentibus alijs partibus eodem modo atque fuerũt in principio augmentationis, ergo non quælibet pars augetur. Antecedens patet. Nam vngues, & capilli crescunt,licet aliæ partes non crescant,similiter pili palpebrarum vel parum aut nihil crescũt, licet aliæ partes multum augeantur. Confirmatur primò.Nam experientia compertum est in spadonibus aliquas partes maximè dilatari & crescere, vt brachia,manus,& crura manente capite, & alijs membris in eadem dispositione,quantitate & figura,quam habebant in iuuentute. Confirmatur secundò.Nam si omnes partes augentur,ergo eandẽ proportionem seruant in augmento quam habuerunt à principio; consequens est falsum, ergo &c. Minor probatur,nam videmus in arbore decursu temporis ramos inæqualiter protendi,qui à principio oriebantur æquales. Sequela verò probatur. Nam cum augmentatio fiat in toto compositò, & ab eadem virtute,si fit per singulas partes, non est ratio quare magis istæ crescãt quàm illæ.¶Arguitur tertiò. Alimentum,quod conuertitur in substantiam aliti,vel est iuxta partes quæ augẽtur,vel intra. Hoc secundum nõ potest dici,aliàs duo cor-

pora

Universidad de Deusto
Biblioteca

pora essent simul, & se penetrarent. Primum autē videtur falsum, nam si manet extra partem nō videtur quomodo alimentum extra manens augeat per intus susceptionē. ¶ Arguitur quartò & probatur quod nulli pori sint in viuentibus, ac per cōsequens q̄ non fiat augmentum secundùm partes porosas. Nam imprimis Arist. infra tex. 80. & 81. reprobat opinionem quorundam Philosophorū, qui poros asserebant, vt fieret actio & passio augmentatio. Ait enim istos destruere augmētationem, quia illo modo est iuxta positio, non auctio partis alicuius, ac perinde neque totum augetur. Item tex. 75. conuincit poros esse superfluos, quia si res patitur per contactum, nō opus est vt agens intus recipiatur. Confirmatur. Nam si admittātur isti pori, sequitur q̄ augmentum semel tātum fiat in vita. Probatur sequela, nam per primam augmētationem pori replentur alimento veniente, & sic non erit amplius augmentatio cum non superfint pori per quos fiat. Quod si dicas q̄ postquam est facta cibi illius conuersio fiunt noui pori, & tunc dilatatur caro vel neruus, iam profectò non fit augmentum simul cum nutritione, & conuersione cibi, quod est contra Aristot. ¶ Arguitur quintò. Nam ante aduentū alimenti in partes porosas illæ partes erant repletæ aliquibus humoribus vel aliquo alio, quia non datur vacuum in natura, ergo quando aduenit alimentum illuc, non potest intrare, aliàs duo corpora se haberēt penetratiuè vel si non se habent penetratiuè, sed succedat alimentum in locum vbi erant humores, & illi expellantur, tunc viuens per augmentum non fiet maius, quòd enim pori sint repleti humoribus vel alimēto nō facit maius. ¶ Arguitur sextò. Nam augmentatio quæ fit secundùm partes non porosas nō est propriè augmentatio, ergo illa non fit secundùm omnes partes tam porosas quàm nō porosas, quia hîc loquimur de augmentatione propriè dicta. Confirmatur. Nutritio nō fit per singulas partes, ergo nec augmentatio. Antecedēs probatur. Nam nutritio ordinatur solùm ad restaurandas partes deperditas, sed non omnes deperduntur, ergo nō omnes nutriuntur. Cōsequentia patet, quia augmentatio & nutritio consequenter se habent. In oppositū est Arist. tex. 32. vbi ait; Quod augetur, eius quælibet pars augetur, & quod diminuitur, quælibet pars diminuitur. ¶ Auerrois hîc comm. 38. putat, q̄ in membro est naturaliter causa extensionis in omnes dimensiones, & quodlibet minimum naturale corporis habere suum porū, ita vt inter minima mediet porus, & in hoc sanguis receptus nutrit, & auget; quia raritas corporis, & humiditas cibalis diuidit in se omnes partes per minima foramina, scilicet, poros, quoniam illa foramina extenduntur, & quando fuerint impleta illa humiditate, transmutatur illa humiditas in partes carnis minimas & applicat se illis, id est, auget minimum, quia conuertitur in ipsius substātiam. Et iterum contingunt in illis partibus carnosis nouis foramina minima, & cum membrum iterū extendetur, rarefient omnia illa foramina, & implebuntur per humiditatem cibalem per virtutē attractiuam; & cùm calor coagulauerit illā, reuertetur in carnem & os; deinde tertiò rarefiet, & sic fit crementum membri augmētati. Ex quo patet, quòd Comment. putat, quodlibet membrum naturale corporis habere suum porum minimum, ita vt inter minima mediet porus, & in hoc alimentum receptum auget & nutrit quodcunque minimū per iuxta positionem, quia per calorem naturalē conuertitur in suam substantiam & sic eius quod augetur, quælibet pars sensibilis augetur, per hoc q̄ virtus attractiua defert per omnes partes alimentū per poros & foramina. Hanc sententiam sequitur Aug. Niphus super hoc caput. q. 2. quanuis nōnihil dissentiat à Comment. vt infra videbimus. Alij Comment. discipuli aliter loquuntur. Existimant enim omnes partes aucti augeri remotis impedimentis, sed non eodem modo. Nam partes porosæ augentur per intus susceptionem: quia nutrimentum vt quantum ingreditur porum qui cedit sibi, & non fit penetratio. At partes solidæ augētur per penetrationem. Nam nutrimentum vt substantia penetrat illas quantitate illarum corrupta. Fundātur enim in illa opinione Auerrois, qui ponit vbique formas elementarias esse in quolibet puncto misti, quod esse nō posset nisi se penetrarēt. Quare secundum istos penetratio substantiarum non est impossibilis, sed benè penetratio quātitatiua. Hoc autem ideo sibi persuadent, quoniam aliter verificare nesciunt dictum Arist. q̄ quælibet pars aucti est aucta. Licèt enim hoc de porosis pateat, de solidis non videtur quomodo possit verificari nisi per penetrationē. ¶ Altera opinio est Marsi. hic. q. 13. & Alberti de Saxonia. q. 12. qui multa dicunt. Primum est. Pars aucti non porosa non augetur per intus susceptionem. Probatur, quia alimentum vel intus susciperet per penetrationem corporum vel per diuisionem vel per poros. Non primum neq; secundum nec tertium, cum illa pars non habeat poros, ergo. Secundum est. Pars non porosa augetur per iuxtapositionem. Probatur, quia cuilibet parti apponitur altera porosa mediatè vel immediatè. Tertium est. Pars non porosa non augetur propriè, quia proprium augmentum est per intus susceptionem, sed pars non porosa nō augetur per intus susceptionem, ergo. Quartum est. Quælibet pars porosa aucti augetur propriè per intus susceptionem. Probatur, quia aliqua pars porosa augetur, ergo quælibet, quia nō est maior ratio de vna quàm de alia. Quintum & vltimū est. De augmento communiter loquendo quælibet pars aucti augetur.

getur. Ex quibus explicant Arist. Nam quando dicit, quamlibet partem aucti augeri, quia loquebatur de augmento proprie, de partibus porosis ipsum intelligunt. Hæc opinio sic explicata communiter recipi solet, & eam tenet hîc. q. 14. Magister Astudillo, licet non conueniat cum his autoribus in eorum tertio dicto. Tenet enim ipse proprium augmētum esse per iuxtapositionem. Et ratio eius est; Augmētatio per iuxtapositionē habet, quod est de ratione augmētationis, habet enim q̄ additum est maius deperdito, & quòd sit sub eadē forma, & q̄ fiat virtute actiua intrinseca, ex quibus omnibus resultat maius corpus physicè, ergo. ¶ Pro intelligentia huius rei sciendum est, primò quòd in animali, & in quacunque re viuente sunt duplices partes. Quædam sunt porosæ, quædam verò non porosæ. Pori à quibus partes porosæ dicuntur, sunt foramina quædam minutissima per totum corpus viuentis diffusa, quæ quidem non sunt vacua, sed plena humore quodam qui facilè cedit intrāti corpusculo, aut humori attracto. Partes porosas dicimus habentes hos poros. Pars verò non porosa est tenuis ac subtilis illa particula, quæ inter porum, & porum mediat ipsos distinguens. Nec putes partes porosas realiter distingui à non porosis. Etenim multæ partes quarū quælibet nō habēt porum, constituunt partem maiorem porosam. Dicitur enim pars porosa, quoniam intra se habet porum, non quia porus sit pars. ¶ Notandū secundò, q̄ necessariò debent constitui pori in homine, & alijs viuentibus vt per illos augmentum fiat. Hoc asseritur contra August. Niphum in hoc lib. super tex. 39. qui licèt admittat poros in viuentibus, putat tamen q̄ nulla est necessitas eorum, ad hoc vt fiat nutritio membri vel auctio; quoniam sicut non oportet ponere poros in igne vel vino si debent augeri per iuxtapositionem lignorum, sed sufficit vt vicinetur igni lignum, & aqua vino; sic non oportet ponere poros in membro ad hoc vt augeatur, sed satis est, vt nutrimentum per venas magnas, & paruas deferatur vsque ad membrum: nam postquam vicinū est, virtute auctiua existens in toto osse vel carne, tunc quod est potētia os vel caro, fit caro vel os, & totum membrum augetur secundùm omnem dimensionem. Miror tamen istum autorem, cum semper in omnibus Commētatorem sequatur, cur in re hac fine causa & ratione ipsum reliquerit. Probatur tamen q̄ absolutè huiusmodi pori sint ponendi. Primum experiētia ipsa cōprobatur. Sudor enim à corpore egrediēs huius rei fidem facit; necesse est enim patere viam, nisi aut scisio fiat, aut duo se corpora penetrent. Vrina item per istos poros recipitur in vesicam. Quòd verò sint necessarij ad augmentum & nutritionem, etiam patet. Medulla enim vndiquaque osse duro circumsepta quomodo nutriretur, nisi per poros istos deferretur alimentum? At verò q̄ aliæ sint particulæ non porosæ, sed solidæ prorsus necessarium esse conuincitur. Etenim aliàs totum corpus esset quoddam foramen; & ideo inter porum & porum aliquid nō porosum mediare oportet. ¶ His suppositis sit prima conclusio. Partes porosæ secundum ipsos poros nō augentur per se in viuente, sed ad hoc institutæ sunt à natura vt augmento viuentis deseruiant. Volo dicere, quòd licèt aliquando vt videbitur, pori in viuente multiplicentur per calorem naturalem, tamen viuens ipsum non dicitur fieri maius propter eorum multiplicationem, sed propter augmentum partium, quæ sunt solidæ & non porosæ. Probatur prima pars. Nam pori non censentur partes nostri corporis, cum non sint aliud, quàm concauitates quædā plenæ alimento & humore qui debet conuerti in substantiam aliti. Itaque pori isti sunt veluti receptacula quædam, in quibus alimentum assumitur, & per calorē naturalem disponitur, vt partes quæ sunt inter porum & porum virtute propria conuertant ipsum in suam substantiam. Deinde dato q̄ essent partes, non dicuntur augeri, quia non manent eędem, imò postquam repletæ sunt, alij fiunt noui pori. Quod autem augetur idē debet manere, vt iam supra probatum est ex mente Aristotel. ¶ Pro intelligentia autem secundæ partis conclusionis aduertendum est q̄ pororū est duplex causa; vna efficiens, altera finalis. Efficiens est calor naturalis interiores corporis partes resoluens & consumens, ex quarum resolutione & consumptione supersunt vacuitates internæ in qualibet parte plenæ vapore resoluto vel excremēto. Deinde etiam idemmet calor naturalis extendit istas partes porosas & partes solidas temperat, vt illæ extensæ & dilatatæ alimentum recipiant magis, ac magis; istę verò commodius tēperatæ melius attrahant. Consequenter verò eiusdem caloris etiam est expellere humorem existentem in poris, & hinc proueniūt sudor & alia quædam excrementa. Finis autē horum pororū est duplex. Alter vt sint viæ, per quas excrementa resoluta eijciantur foras, ne interius manētis corruptionis partiū sint causa. Alter finis est vt per eosdem alimentum trahatur ad singulas partes solidas. Etenim sicut natura præstitit poros istos, vt quasdam vias; ita contulit omnibus viuentibus principia quædam vt per illos suas operationes exercerent. Vnde inter alia meritò ponūt medici virtutem duplicem, alteram attractiuam proficui alimenti, alteram verò expulsiuam nocui humoris. Est autem duplex via alimēti; altera est venarū per quas sanguis fertur ad innumeras corporis partes. Sunt enim ramificatæ venæ in multos ramos, quorū alij ad alias partes corporis vergunt: tamen quia non debuit ita vena multiplicari, vt quæque particula haberet suam; prouida natura fecit

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecit istos poros, vt per hos particulæ paruulæ nutrimentum sibi traherent exugentes sanguinem à
A venis, quæ sanguinem ipsum per suos poros emittunt, sicut exit sudor per carnem exteriùs, non q̃ sanguis per se egrediatur, sed quòd à virtute partiũ exugatur. Ex quibus patet quomodo per istos poros quelibet pars corporis augeatur. Etenim virtus existens in parte non porosa ad hoc sibi à natura data conuertendo cibum in poro existentẽ simul resoluit vaporẽ, qui ex concoctione resultat, & ille vapor nouum faciẽs porũ, profert viuentis partes versus locum exteriorem. Hæc sunt, quæ quidam
B ex modernis Philosophis meditantur vt explicẽt, quo pacto singulæ partes augeantur. Fateor tamẽ me adhuc non posse mente percipere, quomodo partes solidæ intus suscipiant alimentum. Etenim penetratio alimenti cum particula solida fieri nequit: ergo si dum patitur & alteratur est extra sed iuxta particulam solidam; colligitur planè quod ibidem fit transmutatio & continuatio ad substantiam viuentis. Patet consequentia, quia intrare nõ potest nisi per poros. Quocirca duas conclusiones adijciam, quibus meam sententiã proferam. ¶ Se-
C cunda cõclusio. Vbi Aristoteles dixit, eius quod augetur quamlibet partem augeri; loquitur de partibus sensibilibus, quæ sensu percipiũtur. Hæc conclusio iudicio meo est S. Thom. super tex. 35. Vbi Arist. tria in auctione necessaria esse ait. Primum est, vt quod augescit permaneat. Secundum est vt aliquid adueniat accedatque. Tertium vt quodlibet signum sensatum, hoc est, vt quælibet pars sensibilis fiat maior. Hinc sequitur q̃ omnis pars eius quod augescit sensu perceptibilis porosa est. Probatur sequela, quoniam aliàs illa pars non potest
D esse maior quàm antea, ac proinde nec augeri. ¶ Tertia conclusio. Pars illa parua, quæ intra suam quantitatem porum non habet, non augetur proprie. Probatur. Quia illa si permanet, non est maior, si non permanet; non est aucta. Confirmatur. Quia ingressiones illæ alimenti intra partem solidam non sunt intelligibiles sine penetratione corporum, quod est impossibile, ergo. Cui tamen placuerit opposita sententia videat quo pacto respondeat ad argumentum nostrum pro hac cõclusione. Cæterum ad argumenta facta in principio
E non est difficile respondere. ¶ Ad primũ respondetur concedo maiorem, de qua in loco citato ibi multa diximus, & negatur minor. Ad probationẽ respondetur q̃ graue absolutè consideratũ ascendere non potest sursum & per sua principia; cæterùm per virtutem ipsius viuentis ad hoc sibi à natura datam optimè potest ascendere sursum. Neq; ex hoc sequitur, quòd ille motus cibi sit violentus quinpotius est naturalissimus. Licèt enim graue vt sic violentè sursum feratur tamen propterea q̃ est in tali corpore & sub tali forma substãtiali, naturalissimè ascẽdit sursum. Sicuti & aqua ne detur
A vacuum secundùm suam naturam etiam ascendit. Et gressus viuentis est etiam naturalis, licèt necessario graue debeat ascendere in illo sursum. Ad cõfirmationẽ respondetur q̃ partes sensibiles & certæ quantitatis sunt finitæ, & augmentum fit secundùm istas, & ita non sequitur q̃ alimentum diuidatur in infinitum, vt ait D. Tho. hic tex. 35. ¶ Ad secundum respondetur, q̃ quando Arist. dicit, omnes partes augeri, intelligendum est de illis prout nondum consequutæ sunt terminum augmenti;
B stat autem q̃ partes integrales perueniant ad terminum præfixum; vt in homine post. 25. annum, & tamen q̃ capilli & vngues nondum sint consequutæ suum augumentum, & idẽ dicimus de pilis palpebrarum, licèt augmentum illorum sit minutissimum, & ferè imperceptibile & imperfectum. Ad primam confirmationem respõdetur q̃ caput in spadonibus minus crescit propter defectum caloris, qui maximè habet locum in capite, cuius cerebrum frigidissimum est. Aliæ verò partes dilatãtur improportionatæ, quia superfluum alimenti,
C quod in nobis conuertitur in semen, in illis transit in ossa & carnes; & quia in semine sunt duę partes, altera quæ dicitur spermatica, & alia quæ dicitur substantifica, dicũt Philosophi q̃ in illis pars spermatica auget carnes & ossa, vis autem substãtifica auget capillos & vngues. Pro solutione secundæ confirmationis nota, q̃ alia est causa diuersitatis augmenti inter vnum & aliud suppositum; alia autem inter partes eiusdẽ. Etenim vnus homo est maior altero potissimum ex diuersitate humidi radicalis, quod in semine parentum latet. Est enim ve-
D luti fermentum totam massam compositi extendens. Potest etiam prouenire ex meliori dispositione vteri materni, ex maiori agitatione & exercicio membrorum. Loquẽdo verò de augmẽto partium dicimus, q̃ diuersitas augmenti potest prouenire vt modò dicebamus ex frequentiori motu, & vsu. Vnde experiẽtia compertum est, q̃ manus dextera excedat in quantitate sinistram: aut verò ex læsione alicuius instrumẽti interni, à quo prouenit vt partes viciniores minus crescant; In arboribus autem partes quæ respiciunt ad Orientem
E magis augentur, & etiam quia propinquant radicibus existentibus in meliori portione terræ, ac tandem quia augmentum in plantis fit per quasdã partes fibrosas, quæ vbi magis multiplicantur, maiorem succum attrahunt, ac per consequens maius suscipiunt incrementum. ¶ Ad tertium respondetur, q̃ probat sextam conclusionem. ¶ Alij verò aiunt, augmentum fit per intus susceptionem, quia calor non solùm dilatat porum existentem, sed facit nouos poros in partibus solidis vsque ad minima, ita vt paulatim pars solida penetretur, & alij pori obtunduntur & solidantur, & alij de nouo fiunt;

fiunt; & hoc videtur Auerroem in sua sententia
A voluisse. Fateor tamẽ hoc me nõ intelligere. ¶ Ad quartum respondetur q̃ Arist. in illis locis nõ negauit poros, sed probat secundum sententiã quorundam Philosophorum frustra poni ad actionẽ, siquidem actio fit per contactum. Quòd si illi destruebant augmentationem, non erat ex eo, q̃ ponebant poros, sed quia corpuscula quædã intrãtia poros non continuabantur neque mutabantur in substantiam adiuncti, sed actu manebãt, & ita erat iuxtapositio. Ad confirmationem respondẽt quidam, q̃ quãuis pori præexistentes per aduentum
B alimenti repleantur, fiunt tamen alij pori de nouo virtute caloris naturalis resoluentis aliquas particulas. Sed nõ est opus in has angustias deuenire. Melius enim respondetur, quòd alimentum in poris existens conuertitur substantiam viuẽtis & auget vel alit particulas solidas iuxtapositas, quæ aliàs paulatim absumũtur à calore naturali. ¶ Ad quintum & sextum patet ex dictis. Ad confirmationẽ autem respondetur q̃ etiã nutritio quãtum est de se fit per singulas partes solidas modo explicato.

C

QVÆSTIO VIII.

¶ Vtrum alimentum conuertatur in substantiam aliti.

ET videtur quòd non. Primò. Quicquid fit ex alimento, potest restaurari si deperdatur per sumptionem alterius cibi, sed nihil pertinens ad veritatem humanæ naturæ potest restaurari si deperdatur, ergo nihil factum ex alimento conuer
D titur in substantiam aliti. Maior videtur experientia clara; quantumcũque enim infirmus ad magnã peruenĩat debilitatem tamen postmodum si ad sanitatem reducatur, integre recuperat omnia, quæ ex alimẽto prius habere videbatur. Minor probatur, quia Medici dicunt, q̃ humidum radicale non potest acquiri si deperdatur hac ratione: quia pertinet ad veritatem & substantiam naturæ viuẽtis; si ergo hæc eorum ratio valet, oportet quòd nihil quod est de veritate alicuius naturę, si deperdatur, restaurari possit. ¶ Arguitur secundo. Id non conuertitur in substantiam aliti, sine quo totalis aliti
E substantia & veritas habetur, sed sine carne nutrimentali habetur tota substantia viuentis in instãti generationis, ergo caro nutrimentalis non conuertitur in substantiã viuentis. ¶ Arguitur tertio. Non est intelligibile q̃ virtute naturæ aliquid conuertatur in præexistens, iam enim natura posset trãssubstantiare, sed si alimentum conuertitur in substantiam aliti, conuertitur in aliquid præexistens, ergo non potest conuerti, ergo. ¶ Hæc quæstio breuiter absoluetur. De ea enim expressum articulum constituit D. Tho. in. 1. p. q. 119. & longissime eam
A etiam tractat in. 2. d. 30. q. 2. arti. 1. & in. 4. d. 44. q. 1. art. 2. quæstiun. 4. Albert. etiam Magnus in sua summa. p. 2. q. 110. de ea optime agit, vbi multas autoritates Sanctorum de hac re affert. Vide etiã Caie. in. 1. p. vbi supra & in Tentaculo. 5. q. 2. videndi sunt etiã Theologi in. 2. d. 30. vbi supra. ¶ Aduertendũ q̃ M. Sent. in. 2. sent. vbi supra, quẽ multi sequuntur, tenet q̃ alimentũ nõ cõuertitur in substantiã aliti, & præcipue hoc asserit de homine, si autẽ alimentum sumitur (inquit ipse) non sumitur quia conuertitur in substantiam aliti, sed vt fomentum naturæ ad resistendum consumptiuo. De intelligẽtia huius opinionis, vide D. Tho. in. 1. p. vbi
B supra & præcipue in. 2. vbi eadem & copiosissime exponit & impugnat. Alexander autem Philosophus vt etiam in eisdem locis refert D. Tho. putat quòd licèt alimentum cõuertatur in substantiam aliti, nõ tamen pertinet ad veritatem aliti id quod sic conuertitur primariò sed secũdariò. Sola enim illa materia cui primò imprimitur anima, pertinet principaliter ad veritatem viuentis, quod ex cibo alitur. ¶ Hoc supposito est conclusio. Alimentum
C verè cõuertitur in substantiã aliti, in quantum verè accipit speciẽ carnis &c. Hæc cõclusio habetur hic in Arist. tex. 35. vbi ait, q̃ aliquo extrinsece aduenĩente fit augmentum, & tex. 39. idipsum habet, & expressius in. 2. de Anima tex. 43. & 47. vbi ait, q̃ alimentum nutrit in quantum est potentia caro. Hanc etiam conclusionem tenet S. Tho. in locis citatis. Et probatur vnica ratione. Nam eadem substantia primogenita nullo modo in quantitatẽ debitã viuẽtis potest peruenire nisi per rarefactionẽ, sed nõ potest esse tãta rarefactio qua perueniat
D ad debitã quãtitatẽ, nisi illa substãtia primogenita corrũpatur, ergo substãtia illa augetur per augmẽtationẽ atq; adeo per cõuersionem alimẽti in substantiã aliti; ac proinde erit de veritate naturæ viuẽtis, cũ vniatur cũ præexistente substantia & eadem forma informetur. Aduertendũ tamẽ q̃ cibus nũquã dicitur pertinere ad veritatẽ viuẽtis vsq; dũ informetur eadẽ forma viuẽtis, qua totũ viuẽs informatur. ¶ Ad argumẽta facta in princi. respõdetur. Et primũ & secundũ petũt, vt explicemus quid sit humidũ radicale. Ad quod dico primò q̃ humidũ radicale nõ est aliqua pars determinata, nec aliqua
E materia siue totalis siue partialis in qua sit anima, quæ maneat fixa in toto tempore vitæ animalis. Nam nulla talis materia tota perseuerat, quæ non secundùm aliquid fluat, ergo illa nõ est humidum radicale. Cõsequẽtia est nota, & antecedẽs probatur. Calor naturalis est agẽs naturale, & per consequens prius naturaliter agẽs in propinquũ, quã in distãs, sed humidũ radicale est aliqñ magis propinquũ calori naturali quàm humidũ nutrimẽtale, vt patet in patientibus famem, ergo tunc calor agit in humidũ radicale, & sic aliquid fluit de materia

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. Dico secundò. Humidum radicale vocatur A tota materia in qua introducitur forma substãtialis in instanti generationis. Probatur. Nam sicut se habet radix ad arborem ratione augmenti & nutritionis, ita se habet hoc individuum ad totam individui consistentiam & augmentum; sed radices ideo radices dicũtur, quia tota arboris vita in ipsis radicatur & fundatur & ab ipsis est tota virtus arboris, ergo id dicetur humidum radicale, quod in animalibus est id in quo primò radicatur anima, & ex cuius virtute efficiuntur postmodũ omnia, quæ aguntur in animali. Hoc autem est illa materia tota cum potentijs quæ habitæ sunt in instanti B generationis à principio, illa ergo humidum radicale vocabitur. Et quia ad illam materiam pertinẽt omnia organica membra & potentiæ organorum & proprietates eorum dispositiones cum materia quæ tũc fuit, ideo illa vocatur radicalis ex illa proprietate radicis sic dicta. ¶ Dico tertio quòd humidum radicale alio modo significat non id quod primò forma informat, sed illud in quo forma secundùm esse perfectũ saluatur, siue hoc sit quod primò informat forma secundum esse perfectum, siue id C quod vitæ successa secundùm esse perfectũ informat & in quo sustentatur. Probatur, quia non tantùm sunt radices quę in principio, sed ea quę postmodum arborem sustentant; vbi aduerte, q̃ cadẽ forma substantialis à diuersis compositi partibus perfectius vel minus perfectè participatur secundùm diuersam perfectionem membrorum; magis enim perfectè se habet anima ad organicam partem, in qua est etiam potentia operatiua vt in oculo, quàm ad alias partes non organicas vt vngues & capillos & carnem &c. sic ergo sanguini dat esse D substantiale anima, tamen nõ esse sensibile, sed vegetatiuum & alijs humoribus similiter, carni verò & ossibus & alijs membris perfectis dat esse simpliciter. Humidum autem radicale totum consistit in omnibus partibus ad esse perfectum animæ requisitis, & propter hoc in tertio dicto dicebatur de esse perfecto animæ. Hæc doctrina de humido radicali est D. Tho. 1. p. q. 119. ar. 1. ad tertiũ, & Caiet. ibi. ¶ Ex his patet ad argumenta. Ad primũ enim negatur maior. Nam credibile est nihil sanguinis me habere modo eius quem habui à principio, si E omnino materialiter loquamur, quia quem modo habeo totus est generatus ex cibo, tamen si simul omnis deperderetur, restaurari non posset. Minor etiam argumenti falsa est, nam vt patet ex dictis humidum radicale per variationem partium continuè deperditur, & per generationem nouarum restauratur. Medici autem loquuntur de his quæ pertinent ad veritatem naturæ alicuius viuentis secundùm esse perfectum, nam quando hæc deperduntur tunc verè perditur humidum radicale ita vt per naturam restaurari nõ possit. ¶ Ex his patet ad secundum. ¶ Ad tertium autem respondetur cõcedendo maiorem & negando minorem, quia alimentum cõuertitur in substantiã aliti corrupta prius ipsa forma alimenti.

QVÆSTIO IX.

¶ A quo fiat ista conuersio alimenti in substantiam aliti.

ARguitur primò & probatur quòd non fiat ab anima. Nã motus nutritionis & augmenti est naturalis, & habet naturalem finẽ determinatum à natura, si autẽ fieret ab anima attrahendo cibum per omnes partes viuentis esset motus violentus, ergo. ¶ Arguitur secundo. Quia in omni animato videmus membra inferiora habere nutrimentum grossum & terrestre, superiora autẽ habere alimentum subtile & calidum. Similiter autem in senibus in quibus deficit calor videmus inferiora membra plus nutriri quàm superiora, & in iuuenibus in quibus est multum calidũ membra superiora plus nutriri quàm inferiora, quia in eis calor naturalis multam ad se trahit materiam, & illa multiplicata, multum eleuatur sursum & parum deorsum. Eadem autẽ etiam est causa quòd in mulieribus membra inferiora multum augentur, & membra superiora habent gratiliora, sicut brachia & humeros, quia frigiditas vincens in eis ingrossat nutrimentum, quod ponderositate sua trahit inferius, ergo calor naturalis aut frigiditas potius est causa augmenti quàm aliquid aliud. ¶ Arguitur tertio. Nam plantæ augeri videntur naturaliter deorsum quidem, quia sic feruntur ex natura sua, & sursum propter ignem qui mouetur sursum, ergo in augmento non est recurrendum ad animam tanquam ad eius causam. Confirmatur. Quia elementa manent in misto secũdum aliquem actum suum, ergo in illo habent suos naturales motus, ergo propter illos mista augentur. ¶ Propter hæc argumenta aliqui Philosophi antiquissimi vt refert Aristot. in. 2. de Anima text. 38. augmentum viuentium non attribuunt animæ, sed motui grauium & leuium. Etenim sicuti alias vtilitates, quæ in rebus viuentibus proueniunt, non dicebãt procedere ex intentione naturæ, sed ex necessitate materiæ puta quòd pedes animalium sic sunt dispositi, non vt sint vtiles ad gressum, sed quia sic contigit materiam dispositam fuisse circa partes; ita etiã & augmentum viuentium non attribuebant animæ, sed motui grauium & leuium. Videbãt enim q̃ viuentia augẽtur in diuersas partes putà sursum & deorsum; quod apparet manifestè in plãtis, quæ radices deorsum mittunt, & rami sursum eleuãtur. Dicebant ergo q̃ augmentũ plantarũ & deorsum causatur ex motu terræ, quæ est in compositione plantæ

plantæ & naturaliter deorsum fertur propter sui A grauitatem. Augmentum autem sursum, causatur ex motu ignis, qui propter sui leuitatem naturaliter sursum fertur. Similiter dicebant de augmentatio aliorum animalium, vt patuit in exẽplis adductis in secundo argumento, nesciebant enim aliter explicare, quomodo augmentum viuentiũ potest esse naturale, & non violentum. ¶ Sit prima cõclusio. Anima in viuente est primum principium omnium motuum viuentis, & per consequens ipsius augmentationis. Hanc conclusionem demonstrat Aristote. in. 2. de Anima lect. 7. apud D. Tho. per B totam præcipuè in fine. Et probatur ratione ipsius Arist. Omnis forma corporis naturalis est principium motus proprij illius corporis, sicut forma ignis est principium motus eius; sed quidam motus sunt proprij rebus viuẽtibus, scilicet, motus localis quo animalia mouẽt seipsa motu processiuo secundùm locum, licèt hoc non insit omnibus viuentibus; & similiter sentire est alteratio quædam, quæ non inest nisi habentibus animam. Item motus augmenti & decrementi non inest nisi his quę aluntur, vt patuit supra, ergo oportet quòd anima C sit principium omnium motuum istorum. Vnde ad hos omnes motus anima habet principia proxima & potentias, & ad augmentandum habet potẽtiam augmẽtatiuam. De qua agit Arist. in eodem 2. libro de Anima à textu. 34. per multos textus. ¶ Secunda conclusio. Calor naturalis est instrumẽtum quo præcipuè anima vtitur ad augmentum. Conclusio est expressa Arist. in. 2. de Anima tex. 41. & D. Tho. ibidem. Habet autem iste calor tres mirabiles operationes in homine viuente, quas in virtute animæ operatur. Prima est, separare partes D diuersæ rationis. Separat enim excrementa à partibus ad nutritionem aptis, & in hoc fit similis calori elementari. Hic enim separat ethereogenea vt aurum ab alijs, quibus eum miscetur, secernit. Altera est vinificare, facit enim ex alimento non viuente viuens, in quo assimilatur calori cœlesti, qui viuificus est. Tertia est assimilare, quia calor in esse sibi alimentum assimilat, dum facit in osse os, in neruo neruum, in carne carnem, & sic de alijs, & ab hoc calor animalis dicitur. Quid autem sit iste calor naturalis non est certum apud Philosophos. E Nam Marsi. q. 13. & alij cum eo dicunt hunc calorem esse substantiam quãdam tenuem & calidam diffusam per omnes partes viuẽtis, sicut humidum radicale est substantia quædã aërea, viscosa & pinguis. Sed certè hoc videtur falsum. Nam non apparet quomodo calor sit substantia. Alij autẽ dicunt esse quoddam accidens in situ à natura quod continuo consumit, tam humidum radicale, quàm nutrimentale, eo q̃ nutritur eo vt pabulo & alimẽto, sicut lampadis lãma nutritur oleo. Et hæc opinio videtur vera, an verò calor iste animalis differat

specie à calore elementari qui est in igne non est A præsentis loci disputare; Breuiter tamen respondetur q̃ est eiusdem speciei, sicuti calor productus ab igne & sole sunt eiusdem speciei, si tamen habent tam diuersas proprietates est ex dispositione subiecti in quo recipiuntur, sicuti etiam idemmet calor naturalis in fœmina generat lac & in viro nõ. Aduertendum tamen q̃ Alber. lib. 20. de animal. c. 4. notat egregiè, qualiter qualitates elemẽtales vt instrumenta sunt animæ variè operentur. Ponit autem quinq; differẽtias. Prima est in modo. v. g. Nã B calor in igne vrit, dissoluit partes consumendo humidum per vstionem trahit ad sui naturam. At vt ab anima est calor temperat humidum frigido & sicco, non dissoluit, sed commiscet & continet partes, conseruatque in propria specie viuentis, Secundò calor differt in forma. Nam in igne mouetur à forma ignis, quæ sibi assimilare rem appetit, at in animali mouetur ab anima, ob id non facit ignem ille calor. Tertiò differt in acumine actionis calor ignis actiuus multum, non penetrat omnẽ dimensionem, sed sursum trahit partes. At calor secũdum C omnem dimensionem in viuente operatur, & partes dilatat. Quarto in multiplicitate. Nã calor ignis solum per se calefacit, reliqua per accidens facit, at calor viuentis per se calefacit, digerit, adunat, assimilat, animat, organizat. Quintò in fine actionis calor ignis reducit corpus ad cineres, at animalis calor inducit animãm, & conseruat. Hoc etiam fit in alijs qualitatibus, vt explicat Albertus, vide ipsum. ¶ Ad argumenta in principio facta respondetur. Ad primũ respõdetur q̃ vt dicitur in. 7. Phys. tex. 10. est duplex tractio. Alia in qua trahens per virtutẽ, quę omnino extrinseca est, trahit id quod trahit, & tractus iste est violentus. Aliùs autẽ tractus est, quãdo trahens aliquid suæ virtutis generat in tracto, quæ virtus innata in tracto facit ipsum moueri ad trahens, sicut trahitur ferrum à magnete, & hic tractus est naturalis; & sic trahitur cibus ad membra, eo quòd virtus mẽbri generatur in cibo, quæ agente in se membro continue reducitur ad actum, & per illam alimentum mouetur ad membrum sicut ad locum suæ formæ & speciei, in quã complementum accipit illius virtutis quæ generata est in ipso per actionem animæ quæ est actus membrorum. Cum autem hæc virtus non sit elementalis, sed animæ actus, constat quòd naturaliter mouetur, vel potiùs (si ita licèt loqui) animaliter mouetur ad membra, & nõ per virtutem aliquam elemẽtalẽ. ¶ Ad secũdum respõdetur q̃ illud quod primò dicit grossius & terrestrius esse nutrimentũ inferiorũ mẽbrorũ, nõ generaliter est verũ. Membrorũ enim terrestriũ sicut sunt ossa nutrimentũ est terrestre, & mẽbrorũ aquaticorũ sicut est cerebrũ, nutrimentũ est aquaticum, & ossa sunt superius, & inferius in corpore, cerebrũ tũ superius. Sed verũ

est, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, quòd in senibus & in mulieribus frigidis plus A nutriuntur inferiora membra quàm superiora, propter caloris defectum; quia calor, vt diximus in secunda conclusione, est instrumentum animæ, & deficiente instrumẽto aut nullæ fiunt operationes artis, aut non bene fiunt, similiter & opera naturæ propter ipsius defectum ad suam perfectionẽ non adueniunt, sed ex hoc non probatur q̃ fiat augmẽtum virtute elementali, sed potius virtute animæ cum aliquo defectu instrumenti. ¶ Ad tertium respondetur q̃ vt colligitur ex Aristot. 2. de Anima tex. 38. & D. Tho. ibidem latè Arist. explicãte, nõ B est idem sursum & deorsum animati corporis, & Mundi; quia in Mundo sursum & deorsum differunt & opponuntur tãtum situ, sed in corporibus animatis differunt figura membrorum & officio. In omni enim animato dicimus quòd caput est superius corporis eius, & tamen videmus q̃ bestiarũ caput est pronum in terram, & nõ rectum nisi soluis hominis sicut Ouid. etiã ait in. 1. Metamorph. Pronaque cum spectent animantia cætera terram, os hominisublime dedit. Si ergo sic figura & ossi cijs in corporibus animatis distinguuntur sursum C & deorsum, tunc cũ planta radices habeat ori animalium per officium similes radix erit in plantis sursum & rami deorsum. De quo vide plura apud S. Tho. vbi supra. Ad argumentum ergo dicimus quod sursum plantæ sunt radices, & quod quando alimẽtum fertur in eis sursum nullo modo potest ferri ab igne, cum sursum ignis sit distinctum à sursum plantæ, fertur ergo à virtute naturali impressa ab anima ipsi cibo vt dicebamus ad primum argumentum; Per quod patet ad confirmationem.

D

QVÆSTIO X.

¶ Vtrùm alimentum sit simile nutrito.

Et videtur quòd non. Primò. Pars viuentis non nutrit ipsum viuens, at nutrimentũ cum est simile nutrito est ipsius pars, ergo nutrimentum nõ debet esse simile. Confirmatur. Nam Aristot. expresè in. 2. de Anima textu. 43. dicit, quòd alimentum oportet esse contrarium ei quod alitur, ergo. ¶ Arguitur secundò. Nam sequitur E quòd quodlibet corpus possit esse nutrimentum viuentium, quia quodlibet corpus simile est viuenti, siquidem est eiusdem materiæ quæ est in potentia ad formam quamlibet. Quod tamẽ falsum est. Non enim quodlibet putà lapidibus vel ferro nutriri possumus. ¶ Arguitur tertiò. Omne agẽs est cõtrarium patienti, nam simile à simili nõ patitur, sed alimẽtum patitur ab eo quod alitur; nam alteratur ab eo & digeritur &c. ergo. ¶ Pro intelligentia huius quæstionis notandum est primò q̃ alimentum siue nutrimentum potest cõsiderari tripliciter. Primo in quantum conuertitur in substantiã nutriti, v.g. consideratur panis vt per decoctionem caloris naturalis in stomacho conuertitur in carnẽ & sanguinem hominis comedentis vt homo nõ deficiat, & sic alimẽtum diffinitur, quod est illud quod est in potentia vt conuertatur in substantiam viuẽtis, vt conseruetur in esse viuo. Secundò consideratur, vt est quãtum. Quodlibet enim alimentũ est corpus & est compositum ex quatuor elementis, quia secundùm Aristotelem in. 2. lib. tex. 50. ex eisdem componitur animatum, & ex eisdem nutritur, sed animata componuntur ex quatuor elemẽtis, ergo ex eisdem nutriuntur. Secundùm ergo q̃ alimentum est quantum, est augmẽtatiuum rei animatæ, quia quantum additum quanto facit magis quantum, quod est augere. Vnde alimẽtum vt est quantum, & corpus est causa augmenti & diffinitur in hac consideratione sic. Alimentum est illud, quod est augmentatiuum rei animatæ, vt ad debitã quãtitatem deueniat. Tertiò consideratur vt est superfluum vel superabundans rei animatæ post nutritionem suam. v. g. si Petrus comedit duos panes, isti duo panes decocti in stomacho, & digesti per virtutem caloris naturalis dicuntur alimentũ actu ipsius Petri. Dico actu, quia cibus antequam sit digestus non dicitur alimentum actu, quia non sine mora potest conuerti in substantiam rei nutritæ. Natura ergo per potentiam nutritiuam conuertit partem huius alimenti in substantiam ipsius Petri, & per potentiam augmẽtatiuam apponit partem ad augmentum eiusdem Petri, si debitam quantitatem nondũ adeptus est putà vsque ad. 21. annũ. ¶ Secundo notandum ex Aristot. in. 2. de Anima tex. 45. & D. Tho. ibidem, quòd alimentum consideratum illo secundo modo adhuc dupliciter considerari potest; vno modo ante decoctionem & digestionem quæ fit in stomacho; alio modo secundum quòd iam decoctũ est, & est in potẽtia proxima vt conuertatur in substantiam aliti. ¶ Sit ergo prima conclusio. Si alimentum consideretur ante decoctionem, debet esse cõtrarium ei quod alitur. Conclusio est Aristot. & D. Thom. vbi supra, & probatur eorum ratione. Nam alimentum decoquitur & mutatur in illud quod alitur siue nutritur, sed nihil mutatur nisi contrarium, ergo alimentum est contrarium ei in quod mutatur. Confirmatur hæc conclusio argumento tertio in principio quæstionis posito, quod etiam facit Arist. pro hac conclusione vbi supra. Aduertendum tamen hic ex eodem Philosopho tex. 43. in. 2. de Anima quòd non quodcunque contrarium sufficit ad rationem alimenti, sed oportet quòd sit de illis contrarijs, quæ habent generationem ex se inuicem, quia nutrimentum conuerti debet in substantiam nutriti. Oportet ergo quòd sit ex illis contrarijs quæ augmentum suscipiunt ex seinuicem,

cem, quia ex alimento sequitur augmentum; vnde licèt ex igne generetur aqua, non tamen dicitur quòd ex igne nutritur aqua, sed potius è cõuerso. ¶ Secunda conclusio. Alimentum consideratum etiam ãnte decoctionẽ debet esse simile & proportionatũ cum viuente. Probatur. Nam cum debeat in viuentis substantiam conuerti, debet esse tale, vt possit formã talem recipere. Confirmatur, quia ex ferro, aut lapide homo neque alitur, neque augeri potest, sed oportet vt alimẽtum qualitates habeat similes cum viuenti, quod auget. Duo autem sunt, in quibus ista proportio consistit. Alterum est vt B sit mixtum, nam viuens omne mixtũ est, quia est dissimilare. Ex quo fit, quòd purum elementũ nec nutrit nec auget viuens. Alterum est, q̃ tale mixtũ sit proximum viuentis temperamento, vel saltim reducibile ad viuentis temperamẽtum ab ipso viuente. Viuens autem in proportione & harmonia quatuor qualitatum consistit, præsertim tamen in calido & humido temperatis. Quæ ergo non possunt reduci ad tale humidum cum calido temperatum, non sunt nutrimentum viuentium. Quod ex C quibus causis proueniat, vide Albert. Magnum in Opusculo de nutritione. c. 1. Quod si dicas has duas conclusiones sibi repugnare videri; cum in prima dicamus alimentum debere esse contrarium, & in hac secunda asseramus debere etiam esse simile; respondetur q̃ in prima volumus dicere, q̃ debet esse contrarium, quia omnis mutatio est à contrario in contrarium, vt dicitur in. 1. Physi. & eũ nutritio sit mutatio, necessariò debet esse à contrario in cõtrarium, à non carne. v. g. ãn carnem; in secunda autem dicimus q̃ illud cõtrarium debet habere similes dispositiones cum re alenda; sicuti etiam gene- D ratio totalis substantiæ est à contrario in contrariũ licèt illud quod contrariũ ex quo res fit, debeat habere tales dispositiones & accidentia determinãtia ipsius materiam primam ad hãc formam introducendam, & non aliam. ¶ Tertia conclusio. Alimentum iam decoctum, & digestum debet esse simile ei quod alitur. Hæc est etiam Arist. in tex. 45. vbi supra; & probatur eius ratione. Nam alimentũ est causa augmenti, sed oportet q̃ simile simili augeatur. Nam si aliquid diuersum opponeretur non esset augmentum, sed esset naturæ extraneæ adiunctio, ergo. ¶ Sed oportet modo explicare, quomodo cum alimentum in principio sit contrariũ, post decoctionem in fine simile fiat, vt augmentum ex illo simili sequatur. v. g. cum panis in principio sit diuersæ speciei ab osse vel carne quomodo fiat os, vel caro, vt additus carni augeat ipsam carnem vel os. ¶ Pro cuius rei intelligentia aduertendum est primò, q̃ in singulis partibus viuentis sunt quatuor virtutes ad præparandum cibum, siue alimentum, & assimilandum sibi & conuertendũ in suam substantiam. Prima est attractiua, cuius officium A est attrahere nutrimentum ad stomachum, vel ad alias partes. Secũda dicitur retẽtiua, cuius officium est tamdiu retinere cibũ vel alimẽtũ, quãdiu decoquatur & disponatur. Tertia dicitur digestiua, cuius officium est digerere nutrimentum retentum in stomacho, vt post conuertatur in substantiam nutriti. Quarta dicitur expulsiua, cuius officiũ est expellere partes crassas, vel superfluas nutrimenti; nullus enim est cibus in quo non sit aliqua pars non conuertibilis in substantiam nutriti, & ideo illæ partes expelluntur varijs modis partim in stercore: partim vrina, partim sputo, partim sudore &c. Has omnes virtutes docet Auicen. 2. Fen. doctr. 6. ca. 2. licèt Auerrois vnã aliam addat, scilicet, discretiuam, qua quod sibi vtile est ab inutili & inepto ad nutritionem secernit. Sed hæc reduci potest ad digestiuam. Hæ quatuor vires sunt potentiæ nutritiuæ, nam augmentatiua nullas habet peculiares sibi deseruientes, quoniam simul cum nutritiua, & omnibus quatuor suis viribus potens est ad extendendum omnia membra corporis proportionabiliter, & sic causatur augmentum. ¶ Se- C cundo est notandum quod peracta illa prima digestione, quæ fit in ore sic impropriè dicta. (nam vt inquit Arist. 2. de partibus animal. c. 3. mastica- tio illa cibi facta in ore non est coctio aliqua, sed solum est causa vt facilius decoquatur à calore naturali, qui citius consumit cibum sic comminutũ) deinde trahitur alimẽtum ad stomachum per virtutem attractiuam, vbi mediante calore naturali decoquente fit prima decoctio, & separantur partes impuræ vel terrestres, quæ sunt in alimento, à partibus puris, & conuenientibus nutritioni, ac deinde partes illæ impuræ & crassæ mittuntur per D virtutem expulsiuam in ventrem, vt inde in secessum postea emittantur. Ex partibus autem puris relinquitur in stomacho congeries quædam, & illa transmittitur ad iecur, vbi fit secunda decoctio & purificatio alimenti. Nam hic à puris partibus adhuc segregantur partes quædam impuræ, licèt non ità terrestres & crassæ, sicut primæ quæ in stomacho fuerunt separatæ, deinde huiusmodi partes impuræ minus crassæ mittuntur ad vesicã, & conuertuntur in vrinam. Officium verò iecoris est par- E tibus istis impuris separatis reliquum quod accepit perficere ad sanguinis generationem, qua purificatione generatur massa quædã rubea (erat enim primò velut croceæ coloris) in qua confuse continentur & in potentia quatuor humores; scilicet, cholera, melancholia, sanguis & phlegma, ex quibus duo priores quia non sunt accommodi ad nutritionem, separantur ad locum felis, in quo residẽt partes biliosæ & cholericæ; reliqui verò duo transmittuntur per amplam venã quæ caua dicitur, ab hepate ad cor. Et in corde ex intenso calore ipsius ad huc fit maior decoctio & purificatio, & iterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

seperantur partes minùs puræ à partibus puriori- A
bus, quæ tamen partes iam habent virtutẽ nutrien
di licet imperfectè. Comparantur enim partibus
purioribus, sicut panis fabarũ pani frumẽti, quorũ
vterq; est nutriens licèt inæqualiter; partes autem
istæ minùs puræ mittuntur à corde ad extremita-
tes corporis ad nutriendum vngues & pilos & ca-
pillos. Cum enim sint partes magis terrestres, cõue
nienter nutriuntur ex simili illis nutrimento sicut
bos ex fœno, aut rusticus ex castaneis. Ex parti-
bus verò purioribus in corde fit sanguis perfectus,
& iam est nutrimentum vltimum. Et ita est senten B
tia vera Arist. lib. 2. de partibus animal. c. 3. vbi di-
cit alimentum vltimum esse sanguinẽ animalibus
sanguineis, quanuis non sit negãdum cũ sanguine
esse admixtum aliquid cæterorũ humorũ. Huius
sanguinis in corde generati purissimæ partes reti-
nentur in corde pro nutritione ipsius cordis; quæ-
dam verò subtiles valdè, & quasi ros ascendunt ad
venulas cerebri, præsertim dum animal vigilat, vt
cerebrum frigidum & humidũ actuetur vt sit pro-
portionatum instrumentũ motus & cognitionis, C
aliæ verò partes iterum remittuntur ad hepar, in
quo plurimæ sunt paruæ venæ, & ramificatæ, per
quas trãsmittit has puriores partes ad singulas par
tes corporis, & in eis mediante calore diffuso per
partes corporis prædictæ partes nutrimenti corrũ
puntur & conuertuntur in substantiam ipsius ani
mati sumentes formam ossis, nerui, carnis, secun-
dum variam dispositionem partium. Quã rẽ opti-
mo exemplo manifestat Aristot. lib. 3. de partibus
animal. c. 5. Imaginandum est enim venam illam
maximam, quæ est iuxta hepar, & dicitur vena ca
ua, & in qua recipitur massa facta ex purissimis D
partibus in corde, esse veluti aquæductum plenũ
sanguine habentem plurimos riuos à se manantes
paruulos quosdam, quosdam verò maiores in om-
nes partes corporis distractos. Nam ex illa vena
maiori certa quædam æquitate & iustitia vnicuiq;
distribuitur quantum illi ad nutritionem satis est,
si adsit alimẽtum, & in istis venis est vltima & per-
fecta decoctio atque purificatio alimẽti. Hoc ergo
modo sanguis per omnes venas distributus ingre
ditur poros, ibique conuertitur in reliquas partes
viuentis, & ita reltauratur id quod per calorem na E
turalem deperditum erat, & si conuertatur in plus
quàm fuerat deperditum, fit augmentatio & nutri
tio, si verò in minus vel in æquale fit adgeneratio.
De hac re exactius agere medicorum munus est,
quare hæc sufficiant crassa minerua dixisse. ¶ Ad
argumenta in principio facta respondetur. Ad pri
mum respondetur, quòd nutrimentum in quantũ
est in potentia ad rem quam alit, est etiam pars in
potentia & sic nutrit. Ad confirmationẽ patet ex
prima conclusione. ¶ Ad secundum argumẽtum
patet ex secunda conclusione. ¶ Ad tertium etiam A
patet ex prima conclusione. Et hæc dicta sufficiãt
de materia augmentationis.

QVÆSTIO XI.

¶ Vtrùm diminutio sit possibilis.

ET videtur quòd nõ. Primò. Nam si datur, aut
est à causa intrinseca, vel extrinseca; non ab
extrinseca, quia cum idẽ sit causa oppositorum;
& augmẽtum & diminutio sint opposita, ea-
dem ratione augmentatio esset à causa extrinseca; B
quod tamẽ est falsum vt patet ex dictis supra. Nec
est à causa intrinseca, quia causæ intrinsecæ sunt
materia & forma. Sed illæ non sunt causæ diminu
tionis, cùm sint causæ conseruationis rei. ¶ Argui-
tur secundò. Si ab aliquo causaretur diminutio ma
xime à calore naturali: sed hoc non, ergo. Minor
probatur. Nam sequitur cp idẽ sit agens in seipsum
actione corruptiua, quod est contra Aristotelem.
Sequela autem probatur. Nam si est causa diminu
tionis, est causa corruptionis substantiæ animatæ,
quæ est subiectum ipsius caloris; sicut enim gene- C
ratio præcedit augmentationem ita corruptio est
præcedens diminutionem. Tunc vltra, Est causa
corruptionis sui subiecti, ergo est causa corruptio-
nis suiipsius; corrupto enim subiecto corrumpitur
& accidens. Nec valet dicere, quòd licet nihil agat
in seipsum per se actione corruptiua, agit tamen
per accidens; sic & calor naturalis per accidẽs cor-
rumpit seipsum, & non per se. Intendit enim per se
conseruari consumendo humidum radicale ad cu
ius corruptionem præter intentionem naturæ se-
quitur corruptio caloris. Contra hoc replicatur. D
¶ Arguitur tertiò. Nam si calor naturalis est causa
diminutionis solum per accidẽs, ergo assignari po
test causa per se, quæ tamen non potest dari. Pro-
batur autem consequentia, quia omne per accidẽs
reducitur ad aliquod per se ex. 2. & 8. Physi. si er-
gò datur causa per accidẽs diminutionis est etiam
assignãda causa per se. ¶ De diminutione vt oppo-
sita augmẽtationi oportuit hic mentionem facere;
nam contrariorum eadem est scientia, tamen quia
ex dictis de augmentationis natura facilè etiã dimi
nutionis essentia constat, non est hic immorandũ.
Etenim illa propriè minuuntur quæ augentur, &
sicut cum res augescit manet eadem, ita cum mi-
nuitur, & cum minuitur etiam minuitur à propria
virtute actiua consumente plus humidi, quàm con
uertat in substantiam. Sed aduerte quod virtus nu
tritiua dum augmentum præstat per se illud in-
tendit, quia est ad melius esse subiecti; at dùm fit
diminutio per se quidem nutrit quantum potest,
diminutionem autem non intẽdit, sed sequitur ex
necessitate materiæ, id est, quia virtus illa in mate-
tia recipitur & debilitatur agẽdo, & sic retardatur
à conse-

quẽsequutione sui finis. Ex quo patet ad primum A
argumentum. Ad secundum autem optimè respõ
sum est ibi. Ad tertiũ contra responsionẽ ibi datã
respondetur cp assignatur causa per se diminutio-
nis, sed hæc est extrinseca, & est intentio primi agẽ
tis. Disponens enim animata etiam corruptibilia
intendit ea augeri & diminui, vt hac vicissitudine
succesio in his inferioribus conseruetur. ¶ Super-
est iam vt pauca de rarefactione dicamus, tũ quia
ad quantitatem terminari videtur, tum etiam quia
multi existimant, inter quos est M. Soto. 4. Physi. B
q. 1. ad 7. quòd rarefactio comprehẽditur sub mo
tu augmentationis. Vt igitur examinemus; vtrùm
sit hoc verum, & sic augmentationis natura omni-
bus numeris absoluta maneat, de rarefactione ser-
monem faciemus præcipuè cum nullus alius in to
ta Physica locus sit, in quo cõuenientiùs disputari
de ea possit.

QVÆSTIO XII.

*¶ Vtrùm in rarefactione acquiratur noua quan C
titas.*

ARguitur primo pro parte affirmatiua. Ter-
minus à quo, & terminus ad quem eiusdem
motus sunt incõpossibiles; sed minor quan
titas in rarefactione est terminus à quo, & maior
terminus ad quem, ergo maior quãtitas, & minor
non se compatiuntur. Maior patet ex. 5. Phys. vbi
dicitur, quòd omnis motus est à contrario in con-
trarium. Minor autẽ est nota, & consequẽtia pro-
batur. Nam si illæ quantitates sunt incõpossibiles
aduenientes maiori desinit esse minor, & sic semper D
est alia, & alia quantitas. Confirmatur. Nam Philo
sophus in. 4. Physi. tex. 84. asserit condensationem
fieri per hoc cp magna dimensio quæ prius erat in
potentia fit actu, sed si esset eadem quantitas non
educeretur tunc de potẽtia in actu; iam enim præ-
fuisset in actu, ergo necessariò secundùm Philoso-
phum concedenda est alia, & alia quantitas. ¶ Ar-
guitur secundò. Nam si non acquiritur noua, sed
maneat eadem magis extensa, sequitur cp quãtitas
susciptat magis & minus, consequens autem est fal E
sum, vt patet ex prædicamento Quantitatis, quod
nos supra explicuimus agẽtes de alteratione, ergo.
Sequela patet. Nam si modò est extensa est maior,
recipit magis, si est cõdensata, est minor & recipit
minus, ergo. ¶ Arguitur tertiò. Nam si manet eadẽ
quãtitas ita vt non acquiratur noua, sequitur quòd
eadẽ numero quãtitas sit in diuersis speciebus quã
titatis, quod est impossibile, sicut quòd idẽ homo
sit in diuersis speciebus animalis. Probatur seque-
la, nam modò est in specie bicubitæ, & si extenda-
tur erit in specie tricubitæ, ergo. Cõfirmatur. Nam
diuersitas passionum arguit diuersitatẽ subiectorũ A
à quibus profluunt, sed in rarefactione & conden-
satione acquiritur noua figura, quæ est passio quã-
titatis, ergo. Consequentia cum maiori patet, &
probatur minor. Nam si cera. v. g. quæ erat quadra
ta postea rarefiat circulariter, acquirit noua figu-
ram, nam antea erat quadrata & deinde circularis,
quæ figuræ specie distinguuntur, & similiter si ex
circulari iterum per cõdensationem fiat quadrata
idem contingit, ergo figura mutatur in rarefactio-
ne & condensatione, ergo & quãtitas. Nam figura
est passio quantitatis, vt dicitur in prædicamento
qualitatis in vltima specie. ¶ Arguitur quartò. In B
rarefactione, vt infra videbitur, acquiritur noua
pars extensionis; aut ergo hęc pars extensionis est
in tota materia aut in aliqua eius parte; sed quocũ-
que dato sequitur duas extensiones esse in eadem
quantitate, quod ita implicat ac si duæ quantitates
essent in eodem subiecto, ergo. ¶ Arguitur quintò
& vltimò. Nam extensio est ratio formalis quanti
tatis, ergo si habet maiorem extensionẽ ratio for-
malis quantitas susciput magis & minus, quod est
falsum, quia species rerum sunt sicuti numeri.

In hac q. quæ propter opinantium varietatẽ fa- C
tis est difficilis, duo breuiter sunt agenda. Primum
est sub quo genere motus sint rarefactio & cõden
satio; an sub generatione motus localis, an augmẽ-
tationis, an alterationis in has enim tres species tan
tùm Arist. 5. Phys. diuisit motum, & in eas oportet
omnes alios reduci. Quod quidẽ non nisi ex termi
nis sciri potest: specifica enim ratio motuũ ex ter-
minis sumẽda est, vt ibidẽ asserit Arist. quare quæ-
rere de genere rarefactionis & condensationis idẽ
est quòd quærere de eius termino per se. Alterum
erit; an supposito cp per rarefactionem acquiritur
quantitas, maneat eadem, an verò diuersa. ¶ Circa
primũ variæ sunt sentẽtiæ. Prima est Alber. de Sa-
xonia. 4. Phys. q. terminus rarefactionis est elõga-
tio partiũ, cõdensationis autẽ est appropinquatio.
Sed hęc opinio est nulla. Elõgatio enim & appropin
quatio partiũ sunt motus locales, nullus autẽ mo-
tus põt terminari per se ad aliũ motũ, vt ait Philo-
sophus. 5. Physi. tex. 10. Secũda est Burlæi in eodẽ
4. Phys. qui dicit, quòd per rarefactionẽ & cõdẽsa-
tionẽ nullũ absolutũ de nouo acquirit, sed tantùm
relationes nouæ, scilicet, maioritas & minoritas.
Sed hæc sentẽtia est etiã omnino falsa, quã Philoso
phus expresè vbi supra, probat motũ nõ terminari
primò & per se ad relationẽ. Marsil. autẽ in hoc
lib. q. 15. tenet rarefactionẽ esse motũ ad quãtitatẽ
& non ad qualitatẽ propriè, licèt benè aliquo mo-
do, scilicet, quoad fitũ partiũ, & elongationẽ parti-
bus, quod dicit esse raritatẽ, vnde ponit istas quali
tates in quatuor specie qualitatis. Alij autem, inter
quos videtur esse M. Soto. 5. Physi. q. 1. ad. 7. &. q.
2. ad primũ inclinant aliquo modo in hãc senten-
tiã Marsil. dicũt enim quòd rarefactio terminatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad maiorem extensionem quantitatis,& condensa A cessiuè contrariorum; secundò q̃ habentia vnãm
tio è conuerso ad minorem extensionem,& sic ra- materiam sunt adinuicem transmutabilia. De qui-
refactionem & condensationem reducunt ad mo bus duobus suppositis, vide Metaphysicos in lib.
tum augmentationis. ¶ Pro intelligentia veritatis 10. Met. & Iauellũ ibid. q. 21. Ex his sic arguitur.
sciendum primò est, quòd vt colligitur ex Aristo. Raritas & densitas sunt qualitates contrariæ, ergo
4. Physi. tex. 84. & 7. tex. 15. rarum est, quod sub sunt aptæ esse successiuè in eadem materia ex pri-
magnis dimensionibus parum continet materiæ. mo præsuppositio, ergo sunt aptæ adinuicem trãs-
Densum verò quod sub paruis dimẽsionibus mul mutari ex secundo, ergo ex denso potest fieri rarũ,
tum continet materiæ. V. g. flamma digitalis dici- & è conuerso. Sed non fit ex denso rarũ nisi rare-
tur rara, quia habet minus de materia quàm lapis fiat, nec ex raro densum nisi condensetur, ergo ra-
digitalis qui dicitur densus; quod clarius apparet, refactio & condensatio sunt possibiles. In qua ra-
cum ex stuppa fit ignis, illa enim materia stuppæ, B tione quæ est Arist. notandum est, q̃ ex ea euiden
quæ sub parua erat dimẽsione, postea sub magna ter sequitur q̃ raritas & dẽsitas sunt qualitates ter-
ignis dimensione est, ac raritatem recipit. Has diffi tiæ speciei. ¶ Secunda conclusio. Rarefactio & con
nitiones D. Tho. etiam assignat in. 1. p. q. 92. art. 3. densatio sunt alterationes, & terminãtur primò &
ad primum, & Caiet. ibi. & in. 1. p. q. 119. arti. 1. & per se ad raritatem, & densitatem, quæ sunt qualita
in. 2. d. 30. q. 2. arti. 1. in corpore circa principiũ, & tes. Pro cuius explicatione notandum q̃ in rarefa-
in. 3. p. q. 77. artic. 2. ad 3. eas assignat ex sententia ctione tria reperiuntur; raritas maior, extensio ma-
Arist. Ad quod autem prædicamẽtum pertineant ior partium, & occupatio maior loci. Similiter in
raritas & densitas non etiam omnes conueniunt. condensatione reperiuntur tria, scilicet, maior den
Nominales enim raritatem nihil aliud putant esse sitas, minor extensio partium, & minor occupatio
quàm rem raram, vt raritas ignis est ignis rarus; & C loci. Illud quod ex his tribus primò & per se acqui
densitatem esse rem densam, vt densitas lapidis est ritur in rarefactione est raritas, in condensatione
lapis densus; sed hæc opinio eisdem rationibus im- densitas, quæ sunt qualitates tertiæ speciei. Proba-
pugnari potest, quibus 2. Physic. probat M. Soto tur hæc conclusio. Nam raritas & densitas sunt po
figuram distingui à re figurata. Alij autem, quos sitiuæ qualitates tertiæ speciei, vt patuit supra, &
recitat Suisset Calculator in ca. de raritate & den- quia illis conuenit diffinitio tertiæ speciei qualita-
sitate dicunt raritatem esse qualitatem positiuam, tis, ergo acquiruntur per alterationem. Nam alte-
densitatem verò esse eius priuationem, & non ali- ratio est motus ad qualitatem, sed ista alteratio est
quid positiuum. Alij verò è cõuerso affirmat den- rarefactio, quia à termino motus denominari de-
sitatem esse quid positiuum, sed raritatem esse pri- bet, ergo. ¶ Tertia conclusio. Extensio quãtitatiua
uationem illius. Et hanc secundam sententiam se- partium, & occupatio maioris loci cõsequũtur ad
quitur ipse Calculator. Sed reuera nulla est peni- motum rarefactionis. Itaque quod primò & per
tus ratio, qua vna magis dicatur positiua aut priua D se acquiritur per rarefactionem est raritas: conse-
tiua quàm alia. Alij vero dicũt, q̃ raritas est distan quutiuè autem & secundariò per eundem motum
tia partium, & densitas est propinquitas ipsarum. acquiritur maior quantitas, & maior occupatio lo
Alij vt Ocham in. 2. & 4. sent. q̃ est motus localis. ci. Sicuti per albefactionem primò & per se acqui-
¶ Veritas tamen est, q̃ raritas & densitas sunt duæ ritur albedo, secundariò autẽ similitudo, quæ con-
qualitates contrariæ, & per consequens positiuæ sequitur ad illã albedinẽ. Quod diximus de rarefa-
sicut albedo & nigredo, & aliæ propriè qualitates, ctione, dicendum est proportionabiliter de cõden
& pertinent ad tertiam speciem qualitatis, quæ est satione. Ista conclusio probatur. Nam per rarefa-
passio vel passibilis qualitas. Hanc sententiã tenẽt ctionem acquiritur maior quãtitas, & maior occu-
Auerrois & eius discipuli, D. Tho. in. 3. p. q. 77. ar. patio loci, sed non acquiritur per se vt patet ex se-
2. ad 3. Scotus Durand. & est communis. Et eam cunda conclusione, ergo secundariò & consequu-
expresse videtur tenere Arist. in. 4. Physic. vbi su- E tiuè. Consequẽtia est bona, & maior probatur. Im-
pra. Non potest autẽ dici q̃ raritas & densitas per- plicat aliquid rarefieri sine eo q̃ eius quantitas ex-
tineant ad quartã speciẽ qualitatis vt dicit Marsil. tendatur, vt patet ex definitione rari, ac per conse-
& alij cum eo. Nam quarta species qualitatis non quens sine eo q̃ maiorem occupet locũ, ergo. Con
est in qualibet parte corporis; figura enim non est firmatur. Cum enim aër. v. g. rarefit rarefaciens ge-
in profunditate, sed raritas & densitas sunt in qua- nerat raritatem, & nulla alia actione interueniente
libet parte corporis rari, vt patet ex transparentia raritas illa fert secum extensionem quantitatis, &
in igne & flamma, & aëre vsque ad cœlũ. ¶ Sit er- non sunt ibi duæ actiones, quarum vna producat
go prima conclusio. Rarefactio & cõdensatio sunt raritatem, & altera extendat quãtitatem, ergo. De
possibiles. Hæc conclusio est Aristo. 4. Physi. tex. hac conclusione vide Caiet. in. 3. p. q. 77. art. 5. cir-
84. vsque ad 89. & probatur eius ratione suppo- ca finem. Has duas conclusiones expresse habet
nẽdo primò, q̃ eadem est materia susceptiua suc- S. Tho. in. 1. d. 17. q. 2. artic. 1. & super hunc lib. de
Generat.

Generat. lect. 13, vbi ait. Talis trãsmutatio, scilicet, A aduenies simul cum præcedenti facit subiectum
rarefactio non potest propriè dici augmentũ, sed calidius. Et si arguatur contra eum, quia tunc duæ
alteratio; fit enim secũdum transmutationẽ passibi dimensiones erunt simul & penetratiuè, respõdet
lium qualitatum, scilicet, rari & densi. Variatio au- hoc non esse inconueniens, quando illæ dimensio
tem quantitatis se habet ex consequenti; sicut ex nes faciunt subiectum extensius, esset autẽ si subie
motu, qui est secundum locum variatur situs secũ- ctum non esset extensius. Alij verò multi sunt qui
dùm dextrum vel sinistrum; non tamẽ dicitur mo tenent in rarefactione, & condensatione manere
tus secundùm situm, quia variatio situs consequen eandem numero quantitatem, sed isti non omnes
ter se habet ad variationem loci. Hęc D. Tho. ¶ Ex inter se cõueniunt. Etenim Ocham in. 3. & 4. sent.
his cõclusionibus sequitur q̃ rarefactio neque est quem communiter sequuntur Nominales dicit, ra
augmentatio neque reducitur ad eam: sed est alte- refactionem fieri manente eadem quantitate per
ratio, quæ est species condistincta ab augmẽtatio- B hoc q̃ illius quantitatis partes localiter mouẽtur,
ne. Nam motus distinguuntur ex terminis per se, & magis distant, vnde secundùm istos rarefieri est
at augmentatio terminatur ad quantitatem, rarefa moueri localiter. Alij verò vt omnes Commẽtistæ
ctio verò ad qualitatẽ, ergo. Et licèt rarefactio etiã tenent hanc sententiam per hoc q̃ cum suo Auer-
terminetur ad quantitatem, id tamen est secunda- roi putant, q̃ quantitas est inseparabilis à materia,
riò, & consequutiuè; motus autem nõ specificatur ita q̃ dum res rarefit & condensatur, nec quantitas
nisi ab eo quod est per se terminus motus. Dein- deperditur, nec de nouo acquiritur. Sed fundamẽ-
de, quia licet rarefactio terminetur secundariò ad tum istorum, scilicet, quòd quantitas est inseparabilis à materia, est debile, & de eo iam multa dixi-
quantitatem & augmentatio primariò, in quo dif- mus in superioribus. Capr. tamen in. 2. d. 18. q. 2.
ferũt isti motus, adhuc est alia differẽtia inter eos, concl. 4. & in solutionibus argumentorum contra
quia per rarefactionem, vt infrà dicetur, nõ acqui C eam & in. 4. d. 12. dicit q̃ in rarefactione eadẽ nu-
ritur neque etiam secundariò noua quantitas, aut mero quantitas manet, ita quòd neque pars aliqua
noua pars quantitatis, sed præexistens extenditur aduenit de nouo, verumtamen dicit quòd quanti-
ad maiores dimensiones: at verò in augmẽtatione tas præexistens intenditur eo modo quo supra di-
acquiritur noua quantitas, aut noua pars quantita ximus formas accidentales intẽdi. Quod tenet con
tis, quæ addita præexistẽti virtute ipsius quod au- uictus autoritate D. Tho. qui id videtur afferere.
getur, fit maior quàm antea erat. De causis autem Etenim in. 1. 2. q. 52. art. 2. ad primum ait, quòd in
rarefactionis & condensationis optimè agit Iauel- magnitudine corporali cõtingit dupliciter augmẽ
lus in. 5. Phys. q. 19. vide ipsum. ¶ Quantum ad se- tum. Vno modo per additionem subiecti ad subie
cundam partem quæstionis, scilicet, an quantitas ctum, sicut est in augmento viuẽtium. Alio modo
quæ in rarefactione licèt secũdariò acquiritur, ma- per solam intẽsionem ab omni additione sicut est
neat eadem, non desunt etiam opiniones. Etenim in his quæ rarefiunt, & in. 2. 2. q. 24. art. 5. ad 1. di-
Marsi. vbi supra tenet q̃ in rarefactione acquiritur D cit, quòd quantitas vt est forma accidentalis, est so
noua quantitas distincta à præcedenti ita q̃ tota lum distinguibilis secundùm subiectum. Et secun-
præcedens corrumpitur, & loco eius alia de nouo dùm hoc habet proprium augmentũ sicut & aliæ
generatur. Hanc opinionem sequitur Hispalensis formæ accidentales per modum intẽsionis eius in
in. 2. sent. d. 18. q. 2. Alij verò dicũt in rarefactione subiecto, sicut patet in his quę rarefiunt, sicut pro-
nouam acquiri quantitatem, sed tamen sine amis- batur in. 4. Physi. tex. 84. In quibus locis videtur
sione præcedẽtis. Scotus in. 4. d. 12. q. 3. dicit opor dicere S. Tho. quòd manet eadem quantitas in ra-
tere ab omnibus concedi aliquam quantitatis par refactione per hoc quòd intẽditur in subiecto. Sa-
tem nouiter aduenire in rarefactione, postquã cor pientissimus M. Soto in. 4. Physi. q. 2. ad primũ di-
pus extensius est. Cõfirmatur, quia omnis motus cit, probabile esse & quòd acquiritur noua quanti
terminatur ad aliquid, quod nõ fuit ante motum, tas, & quòd non acquiratur, sed præexistens extẽ-
aliter motus esset frustra, ergo. Hanc sentẽtiã Scoti E ditur. Ferr. etiam in. 4. cont. gent. c. 65. varius est in
sequitur nouus ille Philosophus, quem aliquando hac parte, & in vtramque partem soluit argumẽta.
citare solemus, in. 4. Physi. q. 11. circa finẽ, sed neq; ¶ Pro decisione veritatis sit quarta cõclusio. In ra-
iste autor neque Scotus explicat quomodo noua refactione manente præexistenti quantitate non
illa pars quãtitatis subiecto adueniat; philosophan acquiritur aliqua pars de nouo. Hæc conclusio est
tur tamen sicut de intensione qualitatum, vt supra contra autores secundæ sententiæ & est expressa
expositum est. Buridanus autem qui hãc eandem Arist. 4. Physic. tex. 84. vbi expresse ait & probat,
sequitur sententiã in. 4. Phys. exponit hoc. Etenim quòd sicut ex calido fit magis calidũ nullo addito
ait q̃ quantitas nouiter aduenies non corrumpit in materia calido, quod non esset calidum: sic ma-
præcedentem, sed aduenies & præcedens sunt si- gnitudo & paruitas sensibilis corporis extenditur
mul in eadem parte subiecti, & illæ simul existen- non accipiente aliquid materia, vide super illum
tes faciunt subiectum extensius, sicut nouus calor

Universidad de Deusto
Biblioteca

textum D.Tho.& M. Soto. Probatur conclusio. Nam vel illa noua quantitas quæ ab alijs dicitur produci est in aliqua parte subiecti vbi prius erat quantitas,vel vbi non,vel in aliqua parte subiecti quæ simul producitur cum noua quantitate. Primum dici non potest,quia duo accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto,vt iam supra probatum est, & etiam quia tunc essent duæ quãtitates in eodem loco penetratiuè. Secundum etiam dici non potest, quia nulla pars substantiæ potest esse naturaliter sine quantitate, vt ait Aristo.in hoc.c.5. Nec tertiũ quia ignis dum rarefacit cæram,nõ producit cæram, aliàs augeret illam,quod est absurdum. Ad argumentum quod pro contraria sententia secundo loco posita factũ est respondetur q̃ fit extensius sine additione nouæ quantitatis per hoc q̃ rarefit. Ad confirmationem respondetur quòd nõ est necesse q̃ motus terminetur ad aliquid, quod antea non erat, vt patet in intensione, sed sufficit q̃ motus terminetur ad aliquid,quod licèt prius esset secundùm essentiam suam,non tamen secundùm talem modum essendi,putà secundùm talem determinationẽ & mensuram. ¶ Quinta cõclusio.In rarefactione nõ corrumpitur quantitas præexistens; neque verò maneat eadem per hoc quòd intendatur. Ista conclusio habet duas partes.Prima est contra primã opinionem & probatur,quia quãtitas est primũ subiectum accidentium corporalium ,ergo si illa corrumpitur omnia accidentia corporalia corrũpuntur,sed corruptis huiusmodi accidentibus corrumpitur etiam substantia rei,ergo si quãtitas corrumpitur,subiectum corrumpitur; quod est cõtra experientiam.Secunda verò pars,scilicet, q̃ in rarefactione non manet eadem quantitas per hoc quòd intẽdatur , est cõtra Capreolum,& probatur,quia quantitas non intenditur, neque remittitur, ergo. Antecedens probatur, tum quia Arist. in prædicamento substantię id expresè asserit,tum etiã quia aër rarior non est magis quãtus,quàm aër densus, ergo. Deinde, quia si aliqua ratione asserẽdum est quantitatem intendi & remitti,maximè quia in rarefactione eadem quantitas nullo addito est extẽsior,quàm priùs,sed hæc ratio est nulla,ergo. Maior patet,quia propter hanc rationem & autoritatem D.Tho. conuincitur Capr. ad id asserendum. De autoritate statim dicemus , q̃ verò ratio nihil valeat probatur, quia vt patet ex dictis supra. c. 4. de intensione formarum,aliud est intẽdi,aliud verò extendi,ergo illa consequentia non valet;extẽditur,ergo intẽditur.Et præterea,quia in rarefactione idem color potest manere non magis intensus in cera rarefacta,quàm antea erat, & tamen est magis extensus,ergo. De hac re vide Sonc.lib.7. Met. q.27.Ad D.Tho.respõdetur q̃ M.Soto in Logica cap.de Quant. ad quintum argumentum dicit, q̃ forsan in locis citatis,non est legendum; Intensionis,sed extensionis. Quod si legatur; Intensionis respõdetur q̃ D.Tho. nihil aliud vult sentire, nisi q̃ licut qualitates intenduntur sine additione nouæ qualitatis,ita quantitas in rarefactione extenditur sine additione nouæ quantitatis, nõ quòd ista extensio sit intensio, sed quia ex hac parte habet similitudinem cum intensione. Vide M. Soto vbi modo citatus est,& Sonc.ad primum, & Caietan. 2.2.q.24.art.5.qui omnes D.Tho.optimè exponunt.¶Sexta conclusio. In rarefactione nõ acquiritur noua quantitas,sed præexistens extenditur, non prout extensio est ratio formalis quantitatis, sed prout est modus quidam aliter se habẽdi ipsius quãtitatis. Prima pars huius cõclusionis satis probata manet ex quarta cõclusione & quinta,& eam optimè probat Sonc.vbi supra.Secunda verò probatur. Nam sicut in intẽsione qualitatis eadẽ qualitas est terminus à quo & ad quem,sub diuerso tamen esse:ita eadem quãtitas in rarefactione est terminus à quo & ad quem sub diuerso modo se habendi prout magis extenditur, qui modus consequitur ad rarefactionem,& hoc vocat D.Tho.augeri quantitatem per intensionẽ, quia nulla quantitas additur , sicuti neque qualitati in intensione additur qualitas,vt modo dicebamus, & quando augmentatur proprie dicitur augeri per additionẽ nouæ quantitatis. Quod diximus de rarefactione idem prorsus,proportionabiliter tamen,dicẽdum est de condensatione.¶ Ad argumẽta facta in principio. Ad primum respondetur q̃ rarefactio & cõdensatio habent terminos oppositos prout rarefactio terminatur ad quantitatem non de nouo acquisitam,sed vt dat esse materiæ magis extensum. Condensatio autem terminatur ad quãtitatem vt dat esse minùs extensum.Omnis autem motus terminatur ad aliquid , quod priùs non erat sub tali esse vel tali modo essendi,quod sufficit ad seruandum motus oppositos esse inter terminos oppositos. De quo latis multa diximus supra. c. 4. in illa quæst.vtrum intensio fiat per maiorem radicationem in subiecto. Ad confirmationem respõdetur concedendo maiorem , & ad minorem dico quòd præfuit in actu quantitas secundùm dimensiones, v.g.vt quatuor , fuit tamen in potentia ad dimensiones vt sex,& per rarefactionem de hac potentia reducitur in actum non per additionẽ nouæ quantitatis,aliàs esset augmentatio,sed per extẽsionem eiusdem.¶ Ad secundum respondetur quòd quãtitas susçipit magis & minus secundùm extensionem,non tamen hoc est intẽdi ; quia ad hoc quòd aliqua forma intendatur,necesse est q̃ ipsa existẽs in eadem parte subiecti sit perfectior quàm prius, in quo omnes conueniunt,licèt hoc secundùm alios fiat per additionem , secũdùm autẽ veritatem & D.Tho.

D.Tho. per maiorem radicationẽ in subiecto. At quando quantitas hoc modo per rarefactionẽ extenditur,non acquirit perfectius esse in eadẽ parte subiecti , quia nulla pars est magis quanta quàm alia,sed solum extenditur quantitas per hoc quòd eius partes magis à seipsis elongantur. ¶ Ad tertiũ respondetur quòd eadem quantitas Metaphysica potest successiuè esse in diuersis quãticatis speciebus sub ratione mensuræ, quæ sunt secũdum quid species,non verò in ratione diuisibilitatis ; nam ad illud sufficit,quod extrema magis distẽt , quod fit per rarefactionem quod iam explicauimus supra in hoc cap.q.1.ad quartum. Ad confirmationem respondetur quòd figura est passio quantitatis nõ in particulari hæc figura puta quadrangularis,sed in communi & abstrahendo ab omni specie figuræ ita q̃ semper ad quantitatem necessariò debet sequi figura.Sicut esse coloratum est passio corporis mixti,nullus tamen color in particulari.v.g. nigredo aut albedo, aut pallor est passio corporis mixti,ita etiam in proposito.¶ Ad quartũ respondetur q̃ illa extensio maior recipitur in adæquate in toto subiecto eius quod secundùm se totum rarefit, & negatur q̃ sint duæ extensiones in eodem subiecto,quia illa extensio acquisita non est res superaddita, & realiter distincta ab extensione præexistente,sed eadem numero alio modo se habẽs. ¶ Ad quintum respondetur, quòd ratio formalis quantitatis,& ipsa quantitas extensiue susçipit magis & minus intensiue minimè , quia in eadẽ parte subiecti partes quantitatis non habent perfectius esse,quod requirebatur ad hoc quòd intenderetur vt iam est explicatum.

CAPVT. VI.

VOniam autem oportet primum de materia,& de vocatis elemẽtis,dicere,siue sint, siue non, & vtrum sempiternum vnumquodque,an vero aliquo modo generetur & si generatur; vtrum ex ſese inuicem generentur omnia eodem modo , an eorum vnum primũ sit. Necesse est itaque prius de his dicere , de quibus indeterminate dicitur nunc.

Omnes enim , qui & elementa generant & quæ ex elementis,segregatione vtuntur & congregatione & facere & pati.Est autem congregatio mistura. Quomodo autẽ misceri dicimus, nondum determinatum est manifestè. Sed , nec alterari possibile nec segregari & congregari, nullo, faciente, aut patiente. Etenim plura elementa facientes generant ea,mutua illorum inter ſe actione & passione , & his quidẽ ex vno necesse est dicere factionem & hoc rectè dicit Diogenes.Quoniam si non essent ex vno omnia, nec etiam facerent & paterentur ; adinuicem. vg.calidum infrigidari & hoc calefieri rursus. Non enim caliditas & frigiditas, transmutantur adinuicem,sed ipsum subiectum,vt manifestum est. Quapropter in quibus facere est & pati,necesse est vnam horum subiectam esse naturam. Omnia igitur talia esse dicere non verum, sed ea demum,in quibus est mutua actio & passio.Sed si de facere & pati & mistura videndum, necesse est & de tactu. Nõ enim facere hæc & pati possunt propriè, quæ non possibile adinuicem tangere, nec nõ tangentia adinuicem qualitercunque contingit misceri primum. Quapropter de tribus his est determinandum , quid Tactus, quid Mistura & quid Factio. Principium autẽ accipiamus hoc. Necesse enim est vt quibuscunque rebus inest mistio,ea ſe mutuo tangere possint, & si aliquid facit, hoc autem patitur,principaliter & his similiter. Ideo primo dicendum est de Tactu.

Fere quidem igitur vt & aliorum nominum vnumquodque dicitur multifariam & hæc quidem æquiuocè, hæc autem altera ab alteris & prioribus.Sic habet & de tactu.

Sed tamẽ principaliter dictum existit in habentibus positionem,positio autem quibus & locus. Etenim in Mathematicis similiter assignandus est,tactus & locus.siue est separatum vnumquodque eorum,siue alio modo. Si igitur est, (vt determinatum est prius) tangere vltima habere simul,hæc vtiq; se tangunt adinuicem, quæcunq; determinatas magnitudines & positionem habentia,simul habent vltima. Quoniam autẽ positio ipsdem quidem , in quibus & locus existit. Loci autem differentia,sursum & deorsum, prima & talia oppositorum , omnia ad seinuicem tangentia,grauitatem vtique habent aut leuitatem,aut ambo aut alterum.Talia autem passiua & actiua. Quapropter manifestum est quoniã hæc tangere nata sunt adinuicem, quorũ dimissis magnitudinibus, simul vltima sunt existẽtibus moris & mobilibus adinuicem. Quoniam autẽ mouens non similiter mouet,quod mouetur , sed hoc quidem necesse est motũ & ipsum mouere,

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc autem immobile ens, manifestum quoniam
& de faciente dicemus similiter. Etenim moues
facere aliquid inquiunt & faciens mouere. Sed
tamen, differunt & oportet determinare. Non
enim possibile est & mouens omne, agere & fa-
cere, si faciens opponitur patieti. Hoc autem in
omnibus, in quibus est motus passio. Passio autē
est, secundum quam alteratur solum. v.g. calidū
& album. Sed mouere amplius quàm agere est.
Illud igitur manifestū est, quòd motiua, partim
immobilia tangunt, partim verò non tangunt.

Sed determinato tangere vniuersaliter quidem, quod est positionem habentiū & hoc quidem motiuo, hoc mobili, adinuicem autem mo-
tiua & mobili, in quibus existit, agere & pati.
Est quidem igitur vt in multum tactū quod tan-
git tangens. Etenim mouent mota omnia ferè,
quæ in conspectu nostro. Quibus necesse est &
videtur, tactum tangere, quod tangit.

Est autem (vt aliquando inquimus) mouens
tangere solum id, quod mouetur, quod tangitur,
autem non tangere id, quod tangit. Sed quæ mo-
uent mota, quia homogenea necesse videtur esse
quod tangitur tangere. Quapropter, si quid mo-
uet immobile ens, illud quidem tangit, quod mo-
uetur, illud autem non. Inquimus enim aliquā-
do tristantem tangere nos, sed nos non eum. De
tactu quidem igitur in naturalibus determina-
tum sit hoc modo.

EXPOSITIO TEXTVS.

POst quam Philosophus disputauit de Gener. & Corrupt. in communi, & de alijs sequentibus, scilicet, de augmentatione & alteratione: incipit modo determinare de quibusdam, quæ ad hæc requiruntur. Qua in re in principio proponit intentionem suam tex. 43. Quoniam autem primum de materia &c. Ergo cum sit disputandum de materia & vocatis elementis oportet primum tradere ea, quæ nostris temporibus cōfuse tractantur apud Philosophos. De elemētis autē tres quæstiones proponit post discutiendas. Prima est. An sint, nec ne. Secunda est, an sint sempiterna & ingenerabilia, an non, sed secundum aliquam partem saltim generentur. Tertia est, si generabilia sunt, an mutuò omnia & inuicem inter se ita vt vnū ex altero, & è contra generetur, vel non sic sed ex vno reliqua generentur. ¶ De his tribus est determinandum, scilicet, quid mixtura, quid factio, & quid tactus, & primò determinandum est de tactu. Probatur prima pars. Generatio eorum, quæ fiunt ex elementis non potest esse sine mixtura, ergo si ne-

A terminandum est de generatione mixtorum, determinādum est de mixtura; qualiter enim fiat mixtio, & quid sit non est adhuc manifestè expositū. Consequentia est nota, & antecedens probatur. Nam secundùm omnes Philosophos, qui de elementis, & eorum generatione egerunt, mixta non possunt generari sine congregatione & segregatione, sed congregatio est quædam mixtura, ergo.

Secunda pars probatur. Non potest fieri alteratio aut congregatio, aut segregatio sine facere & pati, ergo de ipsis est determinandū. Consequētia nota,

B quia de congregatione & segregatione est agendum. Antecedens tamen probatur. Nam ponētes plura principia dicunt generationem ex illis fieri per actionem & passionem illorum, & ponentes vnum tantum principium, necesse etiam est ponāt actionem & passionē, vt benè dixit Diogenes, quia si non essent omnia ex vno, nō esset agere & pati, v.g. calidum infrigidari & hoc calefieri rursus. Nō enim caliditas transit in frigiditatem quādo frigidum calefit, sed materia quæ erat sub frigiditate fit sub caliditate, vnde necesse est ad actionē, &

C passionem ponere subiectam materiam. Sed hoc non est vniuersaliter verum, quòd omnia agentia & patientia sunt talia, scilicet, habētia vnam materiam, sed solum illa quæ agunt, & patiuntur adinuicem. (Sunt enim, inquit D. Tho. aliqua quæ agendo nō patiuntur sicut substātiæ separatæ & corpora cœlestia, quæ scilicet, corpora licèt patiantur, vt potè, quæ mouentur, non tamen patiuntur ab his quæ mouentur ab eis.) Probatur tertia pars conclusionis. Nam est agendum de mixtura & agere & pati vt probatum est, ergo & de tactu. Patet cōsequentia, quia nec factio, nec passio, nec mixtura fieri

D possunt sine tactu; ea enim quæ adinuicem non se tangunt, non possunt adinuicem agere, & pati, nec misceri. Quarta pars conclusionis, scilicet, q primò determinandum est de tactu probatur. Mixtura, agere & pati necessario supponunt tactum, ergo de ipso prius est agendum tex. 44. Ferè quidē igitur &c. ¶ Secunda conclusio. Sicut alia quàm plurima nomina multipliciter dicuntur, quæ dā purè æquinocè, quæ dam perprius, & posterius analogicè, ita etiam in tactu contingit. ¶ Tertia conclusio.

E Tactus proprie & principaliter dictus est in habētibus positionem, & per consequens locum, nam positio non est nisi in habentibus locum. Vnde in Mathematicis propriè inuenitur tactus, quia siue sint separata secundùm rem, siue secundùm rationem tantùm habent locum. ¶ Quarta conclusio. Illa quæ se tangunt, debent habere vltima simul. Probatur, quoniam (vt dictum est in. 5. Physicor. tex. 22.) tangere est habere vltima simul, ergo illa se tangunt adinuicem, quæ habent determinatas magnitudines & positionē, quod est habere vltima simul. ¶ Quinta cōclusio. Tactus est in mouen-

tibus

tibus & motis. Probatur. Quæ sunt in loco & posi-

A tionem habent, se tangunt, vt dictum est; at quę in loco sunt, quædam sursum, quædam deorsum, vel secundum aliam differentiam sunt, ergo omnia talia se tangūt. Vlterius; Talia autem aut grauitatem habent, vt terra, vel leuitatem, vt ignis, aut ambo, id est, vtrumque, sicut elementa media quæ sunt grauia & leuia secundum diuersos respectus, vt dicitur in quarto de cœlo, aut alterum eorum, sicut extrema, quorum alterum simpliciter est graue, & alterum simpliciter est leue: omnia autē talia sunt

B actiua & passiua mutuò, motiua & mobilia, ergo horum tactus est, ergo manifestum est, quòd illa proprie se tangunt, quorum diuersæ sunt magnitudines, & simul habent vltima, quæ mouent & mouētur adinuicem per virtutem illorū vltimorum. ¶ Sexta conclusio. Mouens & motum, agens & passum conueniunt in hoc q sicut est vnum mouens q ita mouet quod mouetur, & aliud est mouens omnino immobile; ita est quoddam agens quod agendo patitur, & quoddā ages, quod agendo non patitur, & est impassibile. ¶ Septima cōclu-

C sio. Agere quod opponitur pati, non est omninò idem quod mouere, sed mouere in plus se habet. Hæc conclusio ponitur contra aliquos, qui dicunt facere & mouere se habere conuertibiliter. Probatur tamen cōclusio. Mouere proprie inuenitur in omnibus in quibus est motus quocunque modo, facere autem quod opponitur pati, non est nisi in alteratione secundum passibiles qualitates, vt secū dum calidum, aut secundum album, ergo in plus se habet mouere. ¶ Octaua conclusio quæ corollarie sequitur ex præcedenti. Mouentia immobilia, ea quæ mouent, tangunt aliquo modo, aliquo ve-

D rò nō. Tangunt aliquo modo; quia videlicet tangunt secundùm virtutem, vt angeli mouentes cœlos, non tangunt aliquo modo, quia non secūdum quantitatem quia illam non habent. Vel si habent quantitatem vt corpora cœlestia nō tanguntur ab inferioribus secundum aliquid, sicut astra nō tanguntur à terra quain mouent, & tunc non habēt vltima simul cum vltimis illorum quæ mouentur. ¶ Nona conclusio. Tactus determinatur vel diffinitur sic. Tactus est in habentibus positionē, quo-

E rum vltima sunt simul mouentibus & motis actiuis & passiuis adinuicem. Hæc conclusio sequitur ex præcedentibus. ¶ Decima conclusio. Frequentius dicimus ea se tangere quæ in inferioribus istis tangendo se tangunt. Probatur, quia ferè omnia quæ sunt in conspectu nostro mouent, dum mouentur: & sic tangunt dum tangūtur. ¶ Vndecima conclusio. Aliquando mouens, (id est, tangēs) tangit motum, sed non tangitur tangens ab eo quod tāgitur. Probatur. Nam ens immobile tāgit quod mouetur, ipsum tamen non mouetur ab eo. Simi-

liter contristans tangit nos, & tamen nos non tan-

gimus contristantem. Iste autem tactus est impro-
prius, & metaphoricus. Etenim tactus proprius,
qui solum reperitur in homogeneis, id est, in rebus
vnius generis naturalis, mota mouent, & in talibus
necesse est quòd tactum tangat tangens; atque sic
concluditur de tactu prout ad naturalē pertinet.
¶ Aristoteles vsque ad præsentem locū plura dis-
seruit. Primò quidem fallas veterū de generatione
opiniones attulit: secūdò egit de generatione ipsa
in communi & vniuersaliter: tertiò de differentia
inter generationem & alterationē, & de alteratio-
ne ipsa, & quomodo differt ab ea mutatione quæ
est secundum locum: quartò quomodo differt ab
augmentatione & de ipsa augmentatione quidnā
augmentatio sit, & quid id quod augetur, & quo
augetur, & quis modus sit, secundum quem augen
tur, quæ augentur. Hæc quatuor hactenus tracta-
uit. Nunc autem consequenter oportebat eum di-
cere de generatione eorum, quæ singulariter gene
rantur, vtpotè de generatione eorum, quæ in me-
theoris fiunt, de generatione metallorum & lapi-
dum, de generatione plantarū & generatione ani-
malium. Hæc enim singulariter ac feorsum gene-
rantur. Cum ergo de his Arist. postea sit dicturus,
& opus sit, vt qui disceptaturus est de generatione
singulari, prius differat de materia proxima vni-
cuique generationi, vtpotè quæ nam sit materia
quæ subiecta est metheoris, quæ nam sit quæ me-
tallis, & quæ reliquis eodem. Sed vt sermo qui est
de materia in communi, & quæ est virtualiter om
nibus naturalis formis subiecta, de qua in Physicis
nos docuit, præcedit reliquos omnes tractatus, qui
sunt de naturalibus omnibus; ita etiam opus est, vt
sermo qui est de materia proxima eorum, quæ sin
gulariter generantur, præcedat eum, qui de genera-
tione particularium & de materia quæ est subie-
cta vnicuique ipsorum. Hæc autem materia parti-
cularis communiter accepta sunt elementa, ergo
necessarium erat præassumere sermonem de ele-
mentis; non enim propria materia cuiusque inue-
niri potest, nisi elementa præsciantur. Hæc enim
communiter post primam materiā omnibus sunt
subiecta tāquam corporea materia eorū omnium
quæ generantur. Idcirco antequam aliorum dispu-
tationem aggrediatur Arist. in. 2. lib. de Generat.
tractat de elementis & quia de elementis & eorum
generatione & natura conuenienter non poterat
disputari, nisi prius quædam necessaria quæ ad ea
præsupponuntur scirētur, ideo Arist. in omnibus
sequentibus capitulis huius primi libri de eis tra-
ctat, quæ præsupposita sunt. Tria, scilicet, quid tac-
tus, quid agere & pati, quid mistio. Vbi aduerten
dum imprimis est circa illa prima verba. (De mate
ria & vocatis elementis) quòd (vt Philopponus ait
hic) per materiam, & vocata elementa idem intelli
git Arist. sed primum, scilicet, materia exponitor

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per secundum, scilicet, vocata elemẽta, ne quis credat eum velle dicere de prima materia secundùm se, de qua iam dixit in. 1. Phyſi. ſed vult agere de elementis. Dixit verò vocata elementa ſecundùm eundem Philopponum, quoniam nondum demõſtrauit, quòd hæc ſunt elementa; ſecundùm alios, quia quatuor hæc elementa non propriè ſunt elemẽta, ſed materia prima eſt propriè elementum. ¶ Circa primam cõcluſionem eſt dubium. Primò, nam de tactu dicitur in. 2. lib. de Anima, ergo hic nõ debet de eo agi. Secundò. De actione & paſſione agitur etiam in. 5. Meta. ergo. Tertiò, quia de miſtura tractatur in. 4. libro Metheorum, ergo hic ſuperflue Ariſt. agit de illis. ¶ Ad primum dici poteſt de tactu agi in libro de Anima prout eſt vnus quinque ſenſuum, hic verò vt paſsio eſt corporum actiuorũ paſsiuorumque & miſcibiliũ. ¶ Ad ſecundũ reſpõdetur quòd in. 5. Met. dicitur de poſsibile & actione vt ſunt differentiæ entis, quod diuiditur per potentiam & actum; hic verò vt ſunt rationes corporum Phyſicorum. ¶ Ad tertium quòd de miſtura agitur in. 4. Metheorum videlicet ipſorum humorum, at verò hic agitur de ea vt eſt miſtum elementorum. ¶ Circa tertiam cõcluſionem eſt dubium; Vtrum Mathematicæ res à loco abſtrahant. Et videtur quòd ſic. Primò, quia abſtrahunt à virtute conſeruatiua rei locatæ, ergo & à loco. Secundò, quia Mathematica abſtrahunt ab alijs accidẽtibus vt à motu, & materia &c. ergo & à loco. In contrarium eſt Ariſt. hic & Comment. & D. Tho. Cuius ratio eſt. Nam licet Mathematica abſtrahant ab alijs accidentibus, impoſsibile eſt tamen ea imaginari ſine loco, cum corpus naturale non ſit in loco niſi ſecundum ſuas dimenſiones & nõ per alia accidentia, locus ergo inſeparabilis eſt à Mathematicis corporibus. Ad primum reſpondetur q̃ locus accipitur dupliciter. Vno modo Phyſicè; alio modo Mathematicè pro vltima ſuperficie corporis ambientis. A loco Phyſico abſtrahũt Mathematica, non autem à loco mathematico. Etenim vt dicitur in. 4. Phyſi. locus debetur primò rei ob ſuam quantitatem, locus autem naturalis ob qualitatẽ. Vnde ſi daretur corpus quantum ab alijs ſeparatũ, vtiq; deberetur ei locus, & locum repleret, ſed per accidens locus naturalis ei competeret; nõ enim magis ſurſum quàm deorſum aptum eſſet eſſe; modo autem cum non eſt ſeparatum quantum à quali, re, ſed ratione ſola, idem eſt locus re pro vtroque, ſed ratione diuerſus. Nam locus vt locus, & vt ambiẽs correſpondet corpori vt eſt quantum, locus verò vt talis eſt, id eſt, vt has vel illas claudit qualitates debetur corpori eidem vt quale eſt. Ex dictis patet ad ſecundum. ¶ Circa ſextam concluſionẽ notandum ex D. Tho. hic, q̃ agens, ſiue faciẽs poteſt ſumi dupliciter, vno modo communiter prout, ſcilicet, virtus alicuius procedit quocũque modo in id quòd ſubijcitur ſibi, & hoc modo ſuperius eſt ad mouens. Alio modo poteſt ſumi naturaliter ſiue Phyſicè, & hoc modo in minas eſt quàm mouẽs, & opponitur ſecundum ſuam ſpeciem patienti. ¶ Notandum tandem circa omnia hæc dicta de tactu à Philoſopho, q̃ inprimis tactũ diuidit in tactum propriè dictum, & impropriè. Rurſus tactus propriè dictus diuiditur in tactum Mathematicũ, & in tactum naturalem ſiue Phyſicum. Ad tactũ Mathematicum requiruntur tres conditiones, ſcilicet, poſitio magnitudinum, locus & vltima eſſe ſimul, & ſi corpora Mathematicalia inuenirentur ſeparata, poſſent ſe tangere iſto modo. Ad tactum autem Phyſicum requiruntur iſtæmet tres conditiones, quibus additur alia quarta, ſcilicet, actio & paſsio mutua, & de iſto eſt hic principaliter ſermo. Tactus autem improprius eſt quando mouẽs mouet id quod tangit, non tamen mouetur ab eo, ſicut angelus mouet cœlum, & non mouetur ab eo. Et iſte dupliciter poteſt inueniri; vno modo in rebus immaterialibus non habentibus quantitatẽ, & iſtæ ſemper tangunt non tactæ, vt angeli. Alio modo in rebus materialibus & habentibus quantitatem & iſtæ aliquando tangunt alia tactu proprio ita q̃ dum tangunt tangũtur, vt quãdo ignis combuſsit lignum. Aliquando verò tangunt tactu improprio, ita q̃ dum tangunt non tanguntur, ſicut cœlum lunæ mouet ignem, & vnum cœlum aliud cœlum ſibi proximum; & hoc modo tangit homo quando alium contriſtat dicendo illi verbũ iniurioſum. Tunc enim contriſtans tangit contriſtatum, & contriſtatus nõ tangit cõtriſtatum. Eſt autem diſcrimen; nam tactus iſte Metaphoricus, qui dicitur virtutis, ſi eſt in rebus materialibus & corporalibus, neceſſariò preſupponit tactum proprium, vel ipſius vel alterius corporis; vnde diſtans corporale non agit in diſtans, niſi in proximum agat & immediatum corpus. At tactus virtutis à re ſpirituali non ſupponit tactum quãtitatis, vnde intelligentia mouet orbem non per aliud medium corpus, aliter enim proceſſus eſſet in infinitum, ſi ad vnum indigeret alio. Tactus autem de his tribus tactibus analogicè dicitur, vt expreſsè dicit Ariſt. in princ. capitis, quod propter eius auctoritatem omnes concedunt. ¶ Sed tamen eſt dubium. Quòd ſit membrum principale horum trium. Et videtur quòd omnium primus eſt Mathematicus. ¶ Primò, quia tactus eſt paſsio quãti, & habẽtis poſitionem; at corpus Mathematicum vt quãtũ eſt, dicit intrinſecè, & formaliter ipſam quantitatem, ergo tactus ipſius eſt primus. ¶ Secundò. Quia tactus Phyſicus pendet ex Mathematico, niſi enim quantitas eſſet, tactus non eſſet, at nõne contra; poteſt enim Mathematicus abſque Phyſico cõſiſtere. Confirmatur. Quia eſt ſimplicior, reliqui ſunt compoſiti, & habent ſe per additionem ad ipſum.

¶ Tertiò.

¶ Tertiò. Quia ab Ariſt. primus omnium ponitur, atque talem propriè tactũ vocat; eſt ergo primus, & reliqui per attributionẽ ad ipſum dicũtur. Propter hæc argumẽta quidam nouus autor putat tactum magis propriè dici de Mathematico quàm de reliquis, & quod Mathematicus eſt primus omnium. ¶ Sit tamen prima concluſio. Tactus primo & principaliter dicitur de tactu Phyſico ſiue naturali, & de alijs per analogiam & attributionem ad ipſum. Hæc concluſio eſt Philopponi, & D. Tho. hic, & certe videtur eſſe Ariſt. Nam ipſe in toto capite præcipuè inueſtigat rationem tactus Phyſici & ita ipſum ſolum diffinit. Nam diffinitio hic aſsignata ab eo in tex. 45. ſolum conuenit tactui Phyſico, alijs autem tactibus diminutè & per analogiã, ergo ipſe eſt ſecundùm Ariſt. primus & principalis tactus. Secundo probatur. Nam q̃ tactus Phyſicus ſit prior tactu Metaphorico, omnes cõcedunt, q̃ verò ſit etiam prior Mathematico, probat optimè D. Tho. Nulla enim verè ſunt in loco & ſe tangentia niſi naturalia ſecũdùm eſſe accepta, in quibus ſunt Mathematica ſecundùm eſſe ſuũ, & ideo etiam in ipſis habent locum & tactum, ergo. ¶ Sit ſecunda concluſio. Ratio tactus propriè & formaliter inuenitur tam in tactu Mathematico, quàm in Phyſico, licet perprius in Phyſico, vt dictũ eſt, in Metaphorico autem non inuenitur formaliter, ſed tantum denominatione extrinſeca inquãtum habet ſimilitudinem & proportionem cum tactu Phyſico; quæ proportio conſiſtit in hoc, quòd ſicut tangens propriè tangit contactu quãtitatiuo, ita tangens impropriè tãgit contactu virtuali. Hęc cõcluſio videtur eſſe Ariſt. Nam ait, q̃ tam tactus Phyſicus, quàm Mathematicus ſunt propriè contactus, tactum autem alium vocat Metaphoricũ, ergo. Cõfirmatur. Nam ridere ſolum inuenitur in homine formaliter, & in prato tantum denominatione extrinſeca, quia de vtroque dicitur metaphoricè, ergo. ¶ Aduertendum tamen eſt hic, q̃ hæc tria membra tactus D. Tho. in. 1. p. q. 75. arti. 1. ad tertium, ad duo reducit & bene. Dicit enim quòd duplex eſt tactus; alter ſecundùm virtutem, & operationem, alius ſecundùm quãtitatem. Tactus virtutis eſt quem hic Ariſtot. vocat metaphoricum, ſub tactu autem quãtitatis cõtinentur tactus Phyſicus & Mathematicus. De hac diuiſione infra dicemus plura. ¶ Ad argumenta. Ad primum quòd tactus in communi non eſt paſsio quanti, benè tamẽ tactus Mathematicus. ¶ Ad ſecũdum q̃ tactus Phyſicus pendet à Mathematico materialiter, non tamen in ratione formali tactus, quinpotiùs in hac ratione Mathematicus pendet à Phyſico. Dependentia autem materialis non cauſat analogiã; licut quaternarius pendet à ternario materialiter, quia non poteſt eſſe quaternarius niſi ſit ternarius, & tamen numerus non dicitur perprius de ternario, quam de quaternario. Ad confirmationem reſpõdetur, q̃ patet ex hoc exẽplo allato. ¶ Ad tertiũ reſpondetur quòd Ariſt. egit prius de tactu Mathematico, quia Phyſicus ipſum præſupponit materialiter. Ad illud autem quod dicitur, quòd illum vocat tactum propriè, patet ex ſecũda cõcluſione.

CAPVT. VII.

DE facere & pati dicẽdum deinceps. Suſcepimus enim à prioribus ſubcontrarios inter ſe ſermones. Multi quidem enim dicunt concorditer, quòd ſimile quidem à ſimili omne impaſſibile eſt, propterea quòd non magis actiuum, aut paſsiuum eſt alterũ altero; omnia enim eadẽ ſimiliter inſunt ſimilibus. Diſſimilia autem & differentia & facere & pati adinuicẽ ſunt innata. Etenim, quando minor ignis à maiori corrumpitur propter contrarietatem hoc inquiunt pati. Contrarium enim eſſe multum pauco.

Democritus autem vltra alios dixit ſolus ſingulariter. Inquit enim idẽ & ſimile eſſe, faciẽs & patiens. Quia altera & differentia non contingit pati adinuicem. Sed ſi altera exiſtentia faciunt aliquid adinuicem, non ſecũdùm quòd altera, ſed ſecundùm quòd idem aliquid ſunt, ſic hoc accidere eis. Quæ dicuntur igitur hæc ſunt.

Videtur autem hoc modo dicentes ſubcõtrarios dicere ſermones. Cauſa autem contradictionis eſt, cum totum inſpexiſſe debuiſſent partem tantum aliquam vtrique dixerunt. Simile enim omnino indifferens rationabile eſt non pati à ſimili. Nihil enim magis actiuum erit alterum quam alterum. Sed ſi ſimile à ſimili pati aliquid poſsibile & ipſum à ſeipſo. Quamuis his ita ſe habẽtibus, nihil vtique erit, nec incorruptibile, neque immobile. Sed ſi ſimile ſecũdùm quòd ſimile actiuum ipſum enim ſeipſum mouebit omne. Et omnifariam alterum & nullatenus idem ſimiliter. Neque enim patietur albedo à linea, aut linea ab albedine, præterquã ſecundùm accidens, puta ſi accidat album, ſiue nigram lineam eſſe. Non exterius enim ipſa ſeipſa à natura faciunt quæcunque neque cõtraria, neque ex contrarijs ſunt.

Sed quoniam non quodcũque natum eſt pati

& facere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& facere, sed quæcunque aut cõtraria sunt, aut contrarietatem habent necesse est patiens & faciens, genere quidem simile esse & idem, specie autem dissimile & cõtrarium. Natum est enim corpus à corpore, sapor à sapore, color autem à colore. pati vniuersaliter autem homogeneos ab homogeneo. Huius autem causa, quoniam contraria in eodem genere omnia. Faciunt autẽ & patiuntur contraria abinuicem. Quapropter necesse est qualiter quidem esse eadem faciens & patiens, qualiter autem altera & dissimilia abinuicem. Quoniam autem faciens & patiẽs, genere quidem eadem & similia sunt: specie autẽ dissimilia, talia autem contraria manifestum quoniam actiua & passiua, sibiinuicẽ sunt & contraria & media. Etenim vniuersaliter generatio & corruptio in his & his. Et ideo rationabile iam ignem calefacere & frigidum infrigidare. Cõtraria enim hæc sunt ideo & actiua & passiua. Et vniuersaliter faciens assimilare sibipsi patiens. Faciens enim & patiens contraria sunt & generatio in contrarium, Quapropter necesse est in faciens patiens transmutari. Sic enim generatio in contrarium erit.

Secundum rationem autem non eadem sunt dicentes; Ambos tamen est tangere naturam. Dicimus enim pati quandoque subiectum. v. g. sanari hominem & calefieri & infrigidari & alia eodem modo. Quandoque autem calefieri frigidum, sanari autem egrotantem. Ambo autem sunt vera. Eodem modo & de faciẽte. Quãdoque enim calefacere hominẽ inquimus, quandoque autem calidum. Est quidem enim vt materia quod patitur, est autem vt contrarium. Ad id quidem igitur respicientes idem oportere habere existimauerunt faciens & patiens ad alterum autem contrarium.

Eodem modo suscipiendum est de facere & pati quo & de moueri & de mouere. Dupliciter enim dicitur & mouens. In quo enim est principium motus, videtur hoc mouere: (principium enim prima causarum,) & rursus vltimum ad id, quod mouetur ad generationem. Similiter autem & de facientes. Etenim, Medicum sanare dicimus vnũ. Primum igitur mouens nihil prohibet in motu quidem immobile esse. In quibusdam autem est & necessarium vltimum autem semper mouere motum. In actione autem primum quidem impassibile, vltimum autem & ipsum patiens.

Quæcunque autem non habent eandem materiam faciunt impassibilia existentia v. g. Medicatiua. Ipsa enim faciens sanitatem nihil patitur à sanato. Cibus autem faciens ipse patitur etiam. Aut enim infrigidatur aut calefit, aut aliud quid patitur simul faciẽs. Est autẽ Medicatiua quidem vt principium. Vltimum autem, cibus est, & tangens. Quæcunque quidem igitur non in materia habent formam, hæc quidẽ impassibilia sunt actiua. Quæcunque autem in materia passiua. Materiam quidem enim dicimus omnes similiter eandem (vt ita dicam) esse oppositorum cuiuslibet & vt genus ens. Potens autẽ calidum esse præsente, calefaciente & approximante, necesse est calefieri. Ideo (quemadmodũ dictum est) hæc quidem impassibilia actiuorũ, hæc autem passibilia, & quemadmodum in motione eodẽ modo habet & in actione. Illic enim primitus mouens immobile & in factiuis primitus faciens impassibile.

Est enim factiuum causa, vt vnde principiũ motus. Cuius autem gratia non actiuum. Nam sanitas non factiuum est nisi secundum metaphoram. Etenim hoc quidem faciente quando existit generatur aliquid patiens. Habitibus autem præsentibus nõ amplius generatur aliquid, sed est iam. Species autem & finis, habitus quidam. Materia autem secundum quod materia, passiuum. Ignis quidem igitur in materia habet calidum. Si autem aliquid separatum calidum esset, hoc nihil pateretur. Hoc quidem igitur forsan impossibile est separatum esse. Si autẽ sunt quædam talia in illis vtique erit verum, quod dicitur. Quid quidem igitur, facere & pati & in quibus insit & quare & quomodo, determinatum sit hoc modo.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio. Postquam egimus de tactu dicendũ est de facere & pati. Circa quod sunt subcontrarij sermones aliquorum Philosophorum; multi enim dicunt concorditer, q̃ simile nunquam agit in simile, sed tãtùm dissimile in dissimile, vnde dicunt q̃ ignis paruus à maiori corrumpitur, propterea q̃ sunt sibi cõtrarij in magnitudine, nam multum contrarium est pauco; Ratio horum est, quia inter similia vnum non habet magis rationem agentis quàm aliud, nec è cõuerso, aliud non

non habet magis rationem patientis quàm agẽtis. Omnia enim hæc, scilicet agere, & pati similiter & eodem modo insunt his quæ sunt similia. Democritus autem huic cõtrariam opinionem tenet, qui in sua opinione fuit singularis, & solus: dixit enim quòd agens & patiens est omnino idem, & simile. Ratio ipsius est, quia quę sunt diuersa & dissimilia, nec agunt, nec patiuntur abinuicem. Si autem contingat, quòd aliqua diuersa & dissimilia agant, & patiantur adinuicem, hoc non est in quantum diuersa sunt, sed in quãtum aliquo modo sunt idem, & similia. Hæc ergo sunt quæ accepimus ab antiquis de ipso facere, & pati. ¶ Secunda cõclusio. Isti Philosophi loquuntur sermones subcontrarios; qui ideo dicuntur subcontrarij, quia quodammodo sunt veri, & quodammodo sunt falsi; vnde aliqualiter compatiuntur se adinuicem, sicut contrariæ propositiones. Probatur, quia causa diuersitatis istarum opinionum est, quia cum oporteat considerare naturam actiuorum & passiuorũ ex vtraque parte, scilicet, tam ex parte terminorum, quàm ex parte subiecti, siue tam ex parte materiæ quàm ex parte formæ quod idem est, considerauerunt tantùm vnam partem, & ideo in parte verum dixerunt, & in parte falsum. Primi enim qui dixerũt actiua & passiua omnino dissimilia esse debere, considerauerunt ea tantùm ex parte terminorum siue formarum; & in hoc bene dixerunt. Quia nõ est rationabile & conueniens, quòd simile omnifariam & omnino, id est, in materia & forma patiatur ab omni sibi simili in materia & forma. Quod patet primò ratione antiquorum, quoniam tunc nulla est ratio quare magis vnũ agat in aliud quã è conuerso. Secundò. Quia si ratio agendi est, quia aliquid est simile, ergo vbi fuerit maior similitudo, erit magis actio, & per consequens & idem poterit agere in seipsum, consequens autem est impossibile, ergo. Sequela videtur nota, cum non possit esse maior similitudo, quàm eiusdem ad seipsum. Impossibilitas consequentis ostenditur, quia si idem agit in seipsum, nihil erit incorruptibile aut immobile; ipsum enim cum sit sibi simile semper aget in seipsum. Democritus etiã qui dixit actiua & passiua similia esse debere, considerauit ea solùm secundùm materiam & quãtum ad hoc bene dixit, quia id quod est omnino alterum, & nullatenus idem, impossibile est quòd agat in alterum, aut patiatur ab eo. Quia ea quæ in nullo conueniunt, videmus non agere & pati adinuicem, sed ea quæ in aliquo conueniunt. Linea enim non agit in albedinem, nec albedo in lineam nisi inquantum est vna materia in qua est linea, & albedo. Secundò, quia non sunt cõtraria ea, quæ omnino diuersa sunt, at inter contraria actio reperitur. Hæc enim ab vno subiecto mutuò se expellunt secundùm actionẽ & passionem, ergo. ¶ Tertia conclusio. Illa quę agunt & patiuntur adinuicem, & sunt aliquo modo idem & simile, aliquo verò modo nõ idem, sed dissimile, idem quidem genere, id est, materia (nam vt hic ait D. Tho. Arist. nõ sumit genus logice, quia hoc modo omnia corpora essent eiusdem generis, sed sumitur genus naturaliter & Physice, & hoc modo omnia quæ communicãt in materia sunt eiusdem generis; sicut solemus etiam explicare illud axioma; Corruptibile & incorruptibile differunt genere) distinẽta autem specie. Hæc conclusio habet duas partes. Prima probatur primò inductione. In natum est enim pati corpus à corpore, sapor à sapore, color à colore, & in vniuersum ea quæ sunt homogeneos ab homogeneo, id est, ea quæ sunt vnius generis ab alijs quæ sunt eiusdem generis. Secundo probatur ratione. Omnis actio est ratione alicuius contrarietatis, contraria autem sunt eiusdem generis, ergo debet esse eiusdem generis. Secunda verò pars conclusionis, scilicet, q̃ debeãt esse distincta specie probatur. Quia actiua & passiua adinuicẽ sunt cõtraria & media, quæ etiã habẽt quãdã cõtrarietatẽ vt. 5. Phys. dixit Philosophus, ergo inter agẽs & patiens debet esse dissimilitudo & cõtrarietas, hæc autẽ nõ inuenitur propriè inter ea quæ sunt eiusdem speciei, ergo oportet q̃ agens & patiens sint dissimilia in specie. Maior probatur primo, quia talia sunt eiusdem generis specie differentia, quæ mutuò agunt, ergo cõtraria. Secundò, quia generatio & corruptio inter contraria sunt, ergo & actio & passio, & sic actiua & passiua. ¶ Quarta conclusio quæ infertur ex præcedenti. Vnũquodque dũ agit, assimilat sibi passum cõtrariũ. Probatur, quia generatio est inter cõtraria, ergo dũ aliquid generat, & agit circa suũ cõtrariũ: intendit illud reducere in cõtrariũ, quod est simile sibi. v. g. dũ calidũ agit in frigidũ, & iutẽdit generare, conatur frigidũ reducere in suũ cõtrariũ, quod est calidum & sic sibi assimilat effectum, & sic patiens mutatur in faciens, id est, in idem specie cũ faciẽte. ¶ Quinta cõclusio. Antiqui Philosophi in principio capitis citati sibi inuicẽ cõtradicere videtur nõ eadẽ dicẽtes, quia nõ habuerũt eãdẽ rationẽ, id est, cõsiderationẽ, vtriq; tñ tetigerunt naturã actiuorũ & passiuorũ vel secundùm aliã literã ambo tetigerunt verũ. Hæc conclusio eadẽ est cũ secũda, iterũ tamen eam hic Arist. ponit clarius quàm ibi. Probatur cõclusio. Qui enim actionẽ inter cõtraria ponebant, respiciebant formam; qui verò inter similia vt Democritus, respiciebant subiectum, quod idẽ est cõtrariorũ, & tam secũdùm cõtraria, quàm secũdùm subiectũ actio & passio prędicatur. Dicitur enim calidum calefacit & ignis, seu corpus calefacit, frigidũ calefit, corpus calefit. Cum tribuitur subiecto est similitudo, cum verò ipsi contrario dissimilitudo. Et vtrumque verum est, ergo. ¶ Sexta conclusio. Duplex est mouens, alterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod est causa efficiens, & est primum. Alterum est vltimum & proximum effectui, & generationi, id est, primum mouens, in quo est primũ principium motus, quod verissimè mouere videtur; principium enim mouendi est prima causa causarum virtutem habens mouendi à seipso nõ ab alio. Vltimum autem mouens est id quod mouet, & post quod non est aliud mouens, sed post ipsum est solum id quod mouetur ad generationem. Similiter duplex est faciens. Quoddam primum, sicut medicus qui est prima causa sanitatis, & quoddam vltimum, sicut vinum vel potio, quæ etiam est causa mouens ad sanitatẽ. Hæc conclusio probatur, quia facere & pati dicuntur multipliciter sicut mouere & moueri, atque ita vtrumque dicitur dupliciter. ¶ Septima conclusio. Sicut in mouentibus primũ non est necessarium quod mouendo moueatur, imò aliquando est necessarium quòd non moueatur, vt patet de mouente omnium primo; vltimum vero semper mouens mouetur: ita etiam in facientibus fit, quia faciens primum dum facit, non patitur, sed manet impassibile, vltimum autem dum facit, patitur. Probatur hæc conclusio. Quæcunque habent eandem materiam, faciunt & patiuntur, at proxima agentia habent eandem materiam cum passo, prima autem non semper, ergo illa agunt, & patiuntur semper, non autem ista. Minor patet exemplo. Medicus enim non alteratur ab eo, qui sanatur, cibus autem & potio alteratur. Medicus autẽ primum est, cibus vero vltimũ, ergo. ¶ Octaua conclusio. Quæcunque agentia quæ non habent formam in materia eiusdem rationis cũ passibilibus, cum sint de numero agẽtium siue actiuorum, sunt impassibilia, id est, agentia quæ nõ communicant in materia cum patientibus dum agunt in ea, non patiuntur. Quæcunque autem agentia, quæ habent formam in materia eiusdem rationis sunt passiua, id est, agentia quæ communicant in materia cum patientibus dum agunt in ea, patiuntur. Hæc conclusio eadem est cum superiori, nisi ꝙ hæc est vniuersalior & generalior illa, & patet eadem ratione, & secundo probatur explicando quid sit materia eiusdem rationis. Nam est illa quę est susceptiua contrariorum, & dicitur vt genus (non prædicabile, sed secundum quòd genus dicitur subiectum primum quod substat duobus contrarijs aut pluribus,) ergo quæ habent materiam eiusdem rationis, possunt susc ipere contraria, ergo si frigidum. v.g. agit in calidum potest fieri calidũ, sed quod potest esse calidum præsente calefaciente & approximãte, necesse est calefieri, ergo & necesse est quòd dum agit patiatur, ac per cõsequens sicut dictum est, illa actiua erunt impassibilia, quæ non communicant in materia; illa autem passibilia, id est, quæ patiuntur agendo, quæ communicant in illa. Sicut autem dictum est in motione ita dicendum est in actione, quia sicut in mouẽtibus primum mouens est immobile, ita in effectiuis primum efficiens est impassibile. ¶ Nona conclusio. Agens est principium vnde motus, & est diuersum à causa formali & finali. Prima pars patet, & secunda probatur, & primò quòd distinguatur à causa finali. Nam causa finalis non est actiua nisi secundùm metaphorã, faciens autẽ est actiuũ propriè, ergo faciens non est causa finalis. Maior probatur exẽplo, quia sanitas desiderata nisi metaphoricè nõ efficit. Minor verò patet ex prima parte cõclusionis. Secundò probatur simul, ꝙ faciens non sit causa formalis nec finalis. Quando faciens est secundùm actum faciens, tunc aliquid generatur in patiente, sed existente causa formali aut finali in patiente nihil producitur, sed iam productum est, ergo faciens non est causa formalis aut finalis. Minor probatur. Habitibus præsentibus nihil generatur, sed iam genitum est, sed causa formalis & finalis sunt quidam habitus, ergo causa formali & finali existentibus nihil generatur, sed iam genitum est. ¶ Decima conclusio. Patiens est causa materialis, & habet materiam ratione cuius patitur. Probatur. Nam materia est secundùm se principiũ passionis, eatenus enim res patiũtur, quatenus sunt in materia vt calor patitur & destruitur, quia est in materia: si enim extra materiam esset non posset pati, quanuis non possit esse extra materiam. At si quæ sunt talia, scilicet, à materia separata non possunt pati quanuis agant. ¶ Circa hoc caput notandum est primò, quòd post quam Philosophus determinauit de tactu, quod est vnum de tribus necessarijs ad principale propositum, in hoc capite incipit determinare de facere & pati; quod quidẽ congruo ordine agit. Etenim sicut tactus præcedit actionem & passionem, eo quòd agentia & patientia necesse est ꝙ adinuicem se tangant, ita agere & pati præcedit mistionem, eo quod ad mistionem necesse est, quòd aliquid agat, & aliquid patiatur, vt infrà dicetur, atque ita Arist. propter hanc causam consultò prius de facere & pati quàm de mistione disputationem instituit. ¶ Circa sextam notã, quòd post quam Arist. explicuit naturam passiuorum & actiuorum ostendendo quæ & qualia sunt, scilicet, quòd sunt quodammodo similia & quodammodo dissimilia, quærit nunc quonãmodo se habeant hæc quæ faciunt & patiuntur. Num omne quod facit etiam contra patiatur, an non? quod est quærere, vtrùm omne agens agendo repatiatur. Cui quæstioni Arist. respondet, ꝙ quãdo agẽtia & patiẽtia cõmunicant in materia, ꝙ agens agẽdo repatitur. De hac tñ q. multa infra dicemus. ¶ Circa octauã cõclusionẽ notãdũ, ꝙ ex illa & eius ratione sequitur cõtra aliquos autores oppositum sentiẽtes Arist. velle, ꝙ materia horũ inferiorũ est alterius rationis à materia cœli. Etenim vt ait ipse quando

quando aliqua duo habent materiam eiusdem rationis necesse est vt agens est præsens & approximatum vt aliud patiatur. At verò præsente igne & tangente cœlum lunæ non necesse est calefieri imò necesse est non calefieri, vt dicit Philosophus ipse. 1. de cœlo, ergo materia cœli & horũ inferiorum secundum Philosophum est alterius generationis & rationis. ¶ Circa secundam probationem nonæ conclusionis notandum est habitum dupliciter posse sumi: vno modo pro habitu qui est principium operationũ, sicut habitus iustitiæ, aut temperantiæ, aut etiam scientiæ. Et de talibus falsa esset propositio Philosophi, scilicet, quod habitibus præsentibus nihil generatur, sed iam genitum est. Cum enim habitus isti sint ex natura propria ad operationes ordinati, si essent illis præsentibus operationes, frustrà omninò darentur ad operandum. Alij sunt habitus qui sunt operationum termini, vt sanitas quæ est finis operationis Medicinæ, & de talibus est intelligendus Philosophus. Illis enim positis cessat operatio: habito enim fine cessat operatio, finis autem est aliqua forma, & sic habito tali habitu iam factum est, & nihil producitur, sed productum est.

CAPVT. VIII.

Vomodo autẽ contingat hoc accidere, rursus dicamus. His quidẽ videtur pati vnũquodque per quosdam poros ingrediente faciẽte, vltimo & principali. Et hoc modo, videre & audire nos inquiunt & secundùm omnes alios sensus sentire. Amplius videri per aerem & aquam & per transparentia: quia poros habent inuisibiles, propter paruitatem, spissos autem & secundum ordinem; & magis habent transparentia magis.

Hi igitur in quibusdam determinauerũt ita, quemadmodum & Empedocles, non solùm in facientibus & patientibus, sed & misceri inquiunt ea, quorum pori inuicem sunt commensurabiles.

Compendiosè autẽ, maximè & de omnibus, vno sermone determinauerunt, Leucip. & Democritus, principium facientes secũdum naturã.

Quidam enim Antiquorũ opinati sunt ex necessitate esse vnũ, omne & immobile. Vacuum quidẽ enim nõ ens. Mouere autẽ nõ posse, si non vacuũ separatũ. Neq; rursus multa esse, si nõ sit segregans. Hoc enim nihil differt, vt si quis existimet non continuũ esse omne. Sed res diuisas se inuicẽ tangere & fore multa, & nõ vna esse & vacuum. Si enim vbiq; diuisibile, nihil esse vnũ. Quapropter neq; multa, sed vacuũ omne. Si autẽ tum diuisibile quodcunq; tum autẽ nõ, fictitiũ aliquod hoc vtiq; videri. Vtiq; quantũ enim & propter quid hoc quidem se habet ita esse totale & plenũ est, hoc autem diuisimè. Amplius autem & sic fore necessariũ non esse motionẽ. Ex his igitur vtique sermonibus, transcendentes sensum & despicientes eum, enunciant, ac si conueniens sit rationem sequi, vnum & immobile, omne esse dicunt & infinitum quoddam. Finem enim fruire vtique ad vacuum. Hi igitur propter causas has enunciant ita de veritate. Amplius autem in sermone videtur hoc quidem contingere. In rebus autem ita opinari dementiæ est simile. Nullus enim dementium egreditur in tantum vt ignem & glaciem, vnum esse existimet. Sed solum, bona & apparentia, propter assuetudinem, hæc quibusdam nihil videntur differre propter dementiam.

Leucippus autem existimauit habere sermones, qui ad sensum confessa dicentes, nõ destrue bat generationẽ, neq; corruptionẽ, neq; motum, neq; multitudinem entium. Consensit autẽ his, partim quæ apparent, partim verò ijs, quam vnũ astruunt. Quare neq; esse motũ sine vacuo. Vacuũq; non esse ens, & entis nihil nõ ens, inquit esse; principaliter enim ens, plenum est ens.

Sed omne, quod tale non vnum, sed infinita multitudine & inuisibilia, propter paruitatem tumoris. Hæc autem, in vacuo ferri, vacuũ enim esse. Et, coagmentata quidem generationem facere, dissoluta autem corruptionem. Facere autem & pati, quatenus se contingunt. Secundum enim id, non vnum esse & composita & complicata generaret. Ex eo, quod vere vnum est, non generari multitudinem, neque ex vere multis vnum, sed esse hoc impossibile.

Sed vt, Empedocles & aliqui aliorum, inquiunt pati per poros, ita, omnem alterationem & omne pati, hoc modo generari per vacuum facta, dissolutione & corruptione. Similiter autem & augumentationem subintrantibus alijs. Ferè autem & Empedocli necesse est dicere, vt Leucippus inquit. Etenim esse quædam solida, indiuisibilia autem, si non vbiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

pori cõtinui sunt. Hoc autem impossibile. Nihil enim aliud solidum extra poros, sed omne vacuum. Necesse igitur tangentia quidem esse indiuisibilia: media autem eorum vacua, quos illi dicit poros. Ita autem & Leucippus dicit de facere & pati. Modi igitur, secundum quos hæc quidem faciunt hæc autem patiuntur, fere hi dicuntur. Et de his quidem & quomodo dicunt, manifestum est. & ad eorum positiones, quibus vtitur fere confesse, hoc contingere videtur, aliis B autem minus, verbi gratia. Empedoc. quomodo erat generatio & corruptio & alteratio non est manifestum. His enim erant corpora indiuisibilia prima corporum formis differentia solum, ex quibus primum componuntur & in quæ vltimo dissoluuntur. Empedocli alia quidem manifestum, quoniam vsque ad elementa habent generationem & corruptionem. Ipsorum vero elemẽtorum quomodo generatur & corrumpitur coaceruata quantitas, neque manifestum, neque C contingit dicere ei, non dicenti & ignis elementum esse.

Similiter autem aliorum omnium, vt in Thimæo scripsit Plato. In tantum differt enim vt non eodem modo cum Leucippo dicat, quoniam hic quidem solida, hic autem planities, dicit indiuisibilia. Et, hic quidem infinitis terminari figuris indiuisibilium solidorum vnumquodque, hic autem terminatis. Quoniã indiuisibilia vtrique D dicunt terminata figuris. Ex his itaque generationes & segregationes & corruptiones. Leucippo quidem enim duo modi erant vtique, per vacuum & per tactum. Hic enim indiuisibile vnumquodque. Platoni autem secundum tactum solum vacuum enim non esse inquit. De indiuisibilibus autem planitiebus diximus in prioribus sermonibus. De indiuisibilibus autem solidis amplius est dicere. Ideo hoc accidens relinquitur nunc.

E Vt autem parum digredientes dicamus, necessariũ & impassibile vnũquodq; dicere indiuisibilium, (nõ enim possibile pati nisi per vacuũ) & nullius actiuum passionis. Neque enim aurum nec frigidum esse potest indiuisibile.

Quanuis hoc inconueniens sit solum dare circulari figuræ calidum. Necesse est enim & contrarium frigidum alicui aliq; conuenire figuræ. Inconueniens autem si hæ quidem insint. (Dico A autem, caliditas & frigiditas) grauitas autem & leuitas, durities & mollities, non insint. Sed tamen grauius secundum excedentiam inquit esse Democritus vnumquodque indiuisibilium. Quapropter & calidius. Talia autem entia non pati adinuicem impossibile, verbi gratia, a multum excedẽte calido teuiter calidum. Sed tamẽ, si durum est & molle. Molle autem in patiendo aliquid dicitur. Subactiuum enim & molle. Sed tamen inconueniens, etsi nihil insit, nisi solum figura & si insit, vnum autem solum, verbi gratia, hoc quidem frigidum, hoc autem calidum. Neque enim vna aliqua esset natura eorum. Similiter autem impossibile, si multa vni. Indiuisibile enim, cum sit in eodem, habebit passiones. Quapropter & si patiatur (siquidem infrigidatur) sic & aliquid aliud, faciet, aut etiam patietur. Eodẽ autem modo & de passionibus aliis.

Hoc enim & solida & planitiem, dicentibus indiuisibilia, contingit eodem modo. Neq; enim rariora, neque densiora est possibile generari vacuo non existente in indiuisibilibus.

Amplius autem inconueniens est & parua quidem indiuisibilia esse, magna autem non. Nunc enim magis rationabiliter maiora cõfunguntur quam parua. Hæc quidem enim dissoluuntur facilius paruis, verbi gratia, magna quidem procedũt ex multis indiuisibilia autẽ vniuersaliter. Quare magis quam magnis inexistũt paruis.

Amplius autem vtrum, omnium, vna natura illorum solidorum, aut differt alterum ab alteris, quemadmodum si hæc mole essent ignea, hæc autem terrea. Si enim vna natura est omnium, quid diuidens, aut quare, cum se tangunt, non fiunt vnum, quemadmodum aqua, quando aquam tangit. Nihil enim differt posterior aqua a priori. Si autem alia, qualia hæc? & manifestũ est quòd hæ ponenda sunt, principia & causas contingentium magis quam figuras. Amplius autem differentia in natura vtique, faciens & patientur, approximantia adinuicem.

Amplius, quid est quod mouet? Si enim aliud, passiuum est. Si autem ipsum seipsum, vnũquodque, aut diuisibile erit, secundum aliud quidem mouens, secundum aliud autem motum, aut secundum idem contraria inerunt. Et non solum materia erit vna numero, sed & potentia.

Quicunque

Quicunque quidem igitur per pororum motionem inquiunt passiones contingere, siquidem & plenis poris superfluunt pori. Si enim patitur aliquid ita omne & si non poros habens, sed ipsum continuum ens patietur eodem modo. Amplius autem quomodo contingit de inspicere & videre, vt dicuntur. Neque enim secũdum tactũ cõtingit trãsire per transparẽtia, neq; per poros, si plenus est vnusquisque. Quid enim differt a nõ poros habere? omne enim sic erit plenũ.

Sed & si vacua quidem hæc sint, necesse autem corpora in seipsis habere idẽ contingit rursum. Si autem talia sint secundum magnitudinem suam vt non suscipiant corpus aliquod ridiculum, paruum quidem existimare vacuum, magnum autem non esse vacuum. Qualecunque autem vacuum aliquod existimare dicere nisi regionem corporis. Quapropter manifestum, quoniam omni corpori, scilicet secundum tumorem æquale erit vacuum. Vniuersaliter autem poros C facere superfluum. Si enim nihil facit secũdum tactum, neque per poros transiens faciet. Si autem in tangendo & poris non existentibus, hæc quidem patientur, hæc autem faciet, ad seinuicem hoc modo innatorum. Quòd ergo ita dicere poros, vt quidam existimant, aut mendacium, aut inane est, manifestum ex his.

Diuisibilibus autem omnino corporibus existentibus, poros facere ridiculum est, secundum D id enim, quòd diuisibilia sunt, possunt separari.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima cõclusio. Post dicta de modo quo actio fit, dicendum est rursus. Circa hoc autem fuerunt diuersæ opiniones. Quibusdam enim visum fuit, q vnũquoque quod patitur, patitur per quosdam poros qui sunt in ipso patiente, per quos ipsum agens, quod est proximum patienti, ingreditur in patiens per illos poros & vndique contingit ipsum, & vndique patitur patiens & nõ in vno E loco tantùm. Et per hunc modum dicunt isti autores, quòd videmus & sentimus secũdum alios omnes sensus, quia enim secũdum eos visus & auditus effunduntur super visibile per media, ideo dixerũt quòd per poros illorum corporum quæ sunt media sensuum, videmus & audimus. Insuper dicunt isti, q ideo plus videmus per aërem & aquã, & per alia corpora diaphana & transparẽtia sicut est vitrum & cristallum; quia illa corpora habẽt plures poros alijs, qui pori etsi sunt inuisibiles propter paruitatem, sunt tamẽ plures in huiusmodi corpo- A ribus & magis spissè positi & melius ordinati, quia directi, & ideo visus melius per transparens videt. Istimet adhuc cum Empedocle dicebãt magis particulariter, & ad speciẽ magis descendentes, q non solum actio & passio, sed etiã mistio fiebãt per poros secundùm q pori aliqui qui sunt magis commensurabiles quàm alij, magis vniũtur inter se, vt vnũ in aliud nigredi posit. ¶ Secunda sententia est Leucippi & Democriti, qui breuiter & cõpendiosè vno etiã simili sermone posuerunt principium quod est secũdum naturã, per ipsum enim vt infra B dicetur, reddebant causam generationis & corruptionis, & ad sensum apparẽtia cõfitentur. Et ideo hæc opinio dicitur magis secundùm naturã quàm positio aliorũ, qui de naturis rerũ per sua principia causas assignare non possunt. ¶ Tertia sentẽtia est Parmenidis & Melissi. Hi enim dixerũt esse tãtum vnũ ens infinitũ & immobile, de quo. 1. Physi. etiã dixit Arist. Ratio autẽ qua probabãt illud vnũ esse immobile, hæc est. Non potest esse motus si non sit vacuũ, sed nõ potest esse vacuũ, ergo non potest esse motus, ergo quod est, est immobile. Maior probatur. Vel motus fit per plenũ, vel per vacuũ, sed nõ per plenũ, ergo si fit, fit per vacuum. Minor patet, quia si fieret per plenũ, esset penetratio dimẽsionũ, quæ est impossibilis, ergo fit per vacuũ. Secundò probãt esse tantùm vnũ ens, & non multa. Non possunt esse multa nisi per diuisionẽ & separationẽ, hæc autẽ nõ possunt esse nisi ab aliquo separante, ergo si nõ potest esse separãs, aut diuidẽs, non potest esse multitudo. Tunc vltrà. Sed nõ potest esse segregans, aut diuidens nisi sit vacuũ medians inter vtrũque, cum ergo nõ ponit esse vacuũ non potest esse segregans, aut diuidens, & sic nec diuisio. Quòd si quis cõtra eos obijciat non requiri vacuũ ad diuisionem, sed q sufficit tactus, id est, q ea quæ distinguũtur, sufficit se tãgere, nec vacuum requiri. Respõdent, q tãgere & esse continuũ non differunt quanuis aliqui oppositũ existimẽt; vnde (inquiunt) si tangũt vnũ sunt, & idẽ est dicere esse multa & nõ esse vnũ, & esse vacuũ. Quod sic ostendunt. Si aliquid est diuisibile & potest fieri multa; vel hoc fiet ita q diuisio sit vbique, id est, secũdùm omne punctũ, aut secũdùm aliquod punctũ, & secundùm aliud non. Si primũ, nihil remanebit, sed erit vacuũ. Continuũ enim si vndiq; diuidatur, nihil quantũ manebit, & sic erit vacuũ. Si dicatur secundũ, fictitiũ est, quia dicitur absq; ratione; quare enim vsque tantùm diuisibile, & non vltra, & quare vna pars manet tota, & non diuisa, alia autem diuiditur, non videtur posse dari ratio. Et sic propter has rationes isti negauerunt ea quæ sensu apparẽe, & vt sequerẽtur rationẽ, despiciũt sensum, dicẽtes esse tãtum vnũ ens, & immobile. Tertiò probãt hoc vnũ ens immobile esse etiã infinitũ. Quia nihil põt finiri nisi ad vacuũ, sed vacuũ non potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse, ergo nec fistitio. Isti ergo propter tales rationes sic enunciauerunt de veritate. ¶ Hæc tamẽ sententia est dementiæ similis, quia licèt in sermone per ipsorum rationem sophisticam videatur hoc sequi quod dictum est, non tamen in veritate sic contingit. Si enim res ipsæ inspiciantur, dementiæ simile videtur esse dictum eorũ. Nullus enim demens in tantum egreditur à iudicio veritatis, quòd dicat ignem & glaciem esse vnum, quod illi dicebant ponentes omnia esse vnum, licet aliquis propter consuetudinem vel propter apparentiam putet mala in sensibus esse bona; hoc enim quibusdã propter dementiam accidit. Vnde aliquãdo inter bona & mala nullam differẽtiam esse putat. ¶ Secunda cõclusio. Inter hos autores Leucippus existimatus est dicere sermones meliores alijs, in hoc quòd confitetur ea quæ sunt manifesta ad sensum, & dicebat esse generationem & corruptionem & multitudinem entium & motum. Conueniebat tamen Leucippus cum constituentibus quòd omne quod est, est tantum vnum & immobile, in hoc q̃ cum eis ponebat vacuum, quia dicit, quòd bene sequitur quòd nõ erit motus nisi sit vacuũ. Vacuum autem dicit esse sicut priuationem, & ideo simpliciter est non ens, quia non est aliquid entium, sicut nec priuatio, tamen est ens, quia est entis ens, sicut priuatio habitus, vnde plenum dicebat principaliter esse ens, sed licèt principaliter ens sit plenũ, non tamen omne quod est plenum est vnum (sicut dixit Parmenides & Melissus) sed potius sunt multa infinita & inuisibilia propter paruitatem tumoris, id est, quantitatis. Hæc enim sunt quæ ipsi appellant atomos, siue corpora indiuisibilia, quæ inuisibilia mouentur in vacuo, quod vacuum ipse Leucippus dicit esse. Per congregationem autem istorum indiuisibilium faciebat generationem & per diuisionem ipsorum fiebat corruptio, cum vero vndique se contingunt, faciũt actionem & passionem, & ita dicebat quòd ea quæ generantur non erant simpliciter vnum, sed solã indiuisibilia illa quæ ponebat complicata & composita. ¶ Quod asserebat, quia putat ex vno non posse constitui multitudinem, nec ex vere multis vnum. ¶ Tertia conclusio. Vterius Leucippus cũ Empedocle ait actionem & passionem fieri per poros & similiter generationem & corruptionem & augmentationem per submtrationem solidorum corporũ adinuicem per quasdã vacuitates. Vnde Empedocles (licet non confiteatur expresse aliqua corpora indiuisibilia) tenetur dicere sicut Leucippus, & admittere istu indiuisibilia; ponebat enim Empedocles poros in ipsis corporibus, ex quibus actio & passio causabantur secundum eum. Aut ergo illi pori sunt in toto corpore, ita quod non sit aliquod medium inter eos, aut est aliquod corpus solidum diuidens eos: si sunt in toto corpore, ita quod nihil

A sit medium, tunc totum corpus erit vacuum quod est impossibile; necesse est ergo aliquod corpus solidũ esse extra poros illos, id est, præter poros, quod ipsos diuidat & distinguat, & talia corpora necesse est esse indiuisibilia; media autem istorum sunt vacua siue foramina, quæ Empedocles vocat poros. Cõuenire igitur Leucippus & Empedocles debent in positione vacuitatis, & positione corporis indiuisibilis. Et ideo ferè ita dicit Leucippus de facere & pati sicut Empedocles, & ideo secundum vtrosque modi agendi & patiẽdi ferè sunt idem.
B Dicit ferè, quia vt ait Cõmẽtator inter istas duas opiniones nulla alia est doctrina, nisi quòd secundum Leucippum inter hæc corpora indiuisibilia est vacuum, secundum autem Empedoclem foramina illa sunt plena corporibus subtilibus. ¶ Quarta conclusio. Verumtamen aliqua differentia de modis agẽdi est inter hos autores, vt manifestum erit ex eorum positionibus sequẽtibus. Nam Leucippus magis potest dare ex sua opinione causam eorum, quæ manifeste videntur, Empedocles autem minus. Quia secundum eius fundamentum
C non explicatur, quomodo accidat generatio & corruptio & alteratio in omnibus entibus naturalibus, sed Democritus & Leucippus possunt assignare causam generationis & corruptionis non solum mistorum, sed etiam quatuor elemẽtorum ex corporibus indiuisibilibus, quia secundum eos diuersitas istorum corporum, tam simpliciũ quàm mistorum causatur ex diuersitate corporum atomorum, quæ differunt positione, ordine, forma & figura sicut dicitur in. 1. Metaphy. Empedocles verò ex sua positione potest dare causam generationis & corruptionis solum istorum mistorum vsq; ad elementa. Ponit enim alia fieri ex quatuor elementis, sed in elementis non potest dare causam generationis & corruptionis. Non enim posuit alia elementa priora istis quatuor elementis, vnde non potest dicere, propter quid vel quomodo generentur ex alijs, aut corrumpatur in alia. ¶ Quinta conclusio. Hæc opinio Leucippi cõuenit etiam cum opinione Platonis in Thymeo in hoc, quòd sicut Leucippus omnium mutationum causam siue rationem dabat, ita & Plato illam potest assignare; sed tamen Plato & Leucippus differunt in tribus. Primò, quidem quia Leucippus dixit illa indiuisibilia esse corpora solidã, Plato autem dixit esse planificies, id est, superficies. Secundò, quia figuræ indiuisibilium corporum quibus figuratus & terminatur vnumquodq; compositorũ, sunt infinitæ secũdum Leucippũ, sed secũdum Platonẽ sunt finitæ. Vterq; tamẽ ponebat indiuisibilia terminata figuris. Plato autẽ posuit figuras triãgulares esse primas omniũ figurarum quæ finitæ sunt. Tertiò differũt, quia cũ vterq; istorũ dicat generationem & corruptionem fieri per cõgregationem & segre-

& segregationem atomorum secundum Leucippum, erũt duo modi quibus fit actio & passio, scilicet, per tactum agentis & patientis, & per vacuum (quod est porus) secundum Platonem verò erit tãtum vnus modus, scilicet, per tactum & nõ per vacuum. Vacuum enim secundùm eum non est. Sed de indiuisibilibus planicicbus, id est, superficiebus diximus in prioribus sermonibus, id est, in. 3. de cœlo & mundo. De indiuisibilibus autem solidis disputatio prorsus relinquatur. ¶ Sexta conclusio. Licèt aliquantùlum digrediamur, oportet vt dicamus aliquid contra istam positionem de indiuisibilibus corporibus. Et primo probatur q̃ est impossibile, q̃ ista indiuisibilia corpora sint principia. Nam ex hac positione sequuntur duo contradictoria simul vera, ergo. Probatur sequela. Quia si indiuisibilia corpora sunt principia, nec agent, nec patientur adinuicem. Item, si sunt principia, agent & patientur adinuicem, ergo agent, & non agent, patientur, & non patientur, quod est impossibile. Probatur quòd non agent, nec patientur. Primò. Actio & passio fit per vacuum, vt ipsi asserunt, sed in talibus atomis non est vacuum (vt etiam ipsi fatentur, quia sunt corpora solida) ergo nec agunt nec patiũtur. Secũdò. Omne quod est causa actionis vel passionis debet esse aliqua qualitate informatum, id est, calidum aut frigidum, durum aut molle, sed nullum corpus indiuisibile est tale, ergo nec est actiuum, nec passiuum. Quod verò hæc corpora indiuisibilia agant etiam & patiantur, probatur primò. ¶ Secũdum prædictos Philosophos indiuisibilia corpora, quæ sunt circularis figuræ sunt calida, ergo oportet aliquod alterius figuræ esse frigidum, quia inconueniens est ponere vnum contrarium sine altero in natura. Si autem duæ qualitates sunt in atomis necesse est ponere aliquas qualitates consequentes esse in eis, quæ sunt grauitas, duritias, leuitas, mollicies & aliæ huiusmodi qualitates. ¶ Adhuc autem patet quòd tales qualitates ponantur, quia ipse Democritus cõcedit vnũ indiuisibile esse altero grauius & sic alterum etiam erit calidius. Tunc sic. Positis duobus quorũ alterum calidum, alterum minus calidum est, impossibile est non sequi actionem & passionẽ, ergo ista indiuisibilia sunt actiua & passiua. Antecedens autem probatur. Quia leuiter calidum patitur à multum excedente calido non inquantum sunt similia in calido, sed inquantum excedens est magis calidum, & illud quod exceditur est magis frigidò permixtum. ¶ Secundò probatur idem. Nam ista corpora indiuisibilia sunt mollia & dura secũdum ipsos, ergo erunt etiam passiua & subactiua, id est, actiua per humidum, ergo etiam erit actio & passio in eis. ¶ Quãuis autẽ Democritus & Leucippus hoc concesserint, scilicet, corpora illa indiuisibilia agere & pati adinuicẽ, quia hoc necessariò ex eorũ

A opinione sequebatur, tamẽ hoc impossibile est & maximũ inconueniens. Probatur, quia vel in atomo est sola figura, vel cum figura vna qualitas sola, vt putà caliditas, vel plures, vt caliditas & frigiditas & aliæ; non primum quia figura nõ est actiua, & sic atomi non essent principia actiua. Nec secundum, quia si quodlibet atomorum ita haberet vnã qualitatem, quòd non posset alterius qualitatem habere, iam atomi essent diuersarum naturarum. Ea enim quæ non possunt eadem formas recipere, non sunt eiusdem naturæ materialis, vt dictum
B est. Ex quo etiam potest inferri, quòd nõ agerent & paterentur adinuicem. Si autem dicas tertium, scilicet, q̃ quodlibet corpus indiuisibile habeat plures qualitates, iam sequitur, quòd indiuisibile secundum idem habebit contraria & erit actio & passio, quia actio & passio est inter contraria. Et sic similiter erit de omnibus alijs passionibus & qualitatibus. ¶ Septima conclusio. Ad opinionem de indiuisibilibus superficiebus (quæ erat Platonis) idem inconueniens sequitur, quod probatum est sequi ad præcedentem, scilicet, quòd illa indiuisibi
C lia agant, & non agant. Probatur. Non est possibile in indiuisibilibus fieri aliquid rarius aut densius, nisi vacuo intermedio, sed secundum Platonẽ non erat vacuum, ergo nec rarũ nec dẽsum, & sic non erit actio. Probatur consequentia, quia remotis primis qualitatibus materiæ, quas Plato dicebat esse raritatem & densitatem, remouentur omnes secundæ, & sic non esset actio & passio. ¶ Octaua conclusio. Isti autores non euadũt vim argumẽti propositi, dicentes, quòd atomi paruæ sunt indiuisibiles, magni autem diuisibiles. Etenim hoc concedere est etiam inconueniens. Licèt enim verum sit, q̃ rationabilius & facilius magna diuidantur quàm parua, quia magna facilius dissoluuntur, siquidem componuntur ex multis, tamen quia non est maior ratio, quare magnum sit diuisibile quàm paruum, ita parua sunt diuisibilia sicuti magna. ¶ Nona propositio, qua secundò arguitur principaliter
D ad probandum, q̃ ista indiuisibilia non sunt principia. Nam aut omnium atomorum est vna natura, sic vt omnia sint ignea, vel omnia terrea, aut natura vnius est diuersa à natura alterius; ita videlicet, vt hic atomus esset terreus, hic autem igneus; si est omnium vna natura, omnes atomi essent vnũ, quod ipsi negant. Probatur consequentia, quia quæro; Postquam se tangunt, quid prohibet ea fieri vnum? sicut partes aquæ se tangentes, & cũ non detur quid prohibeat, sic erunt vnum; si autẽ sunt diuersarũ naturarũ, oportuit ipsos explicare, quæ naturæ & quales sint hæ. Deinde quia si atomi
E sunt diuersarum naturarum, magis debuissent dicere illas naturas esse principia quàm figuras atomorum, figura enim non est actiua forma, naturæ autem sunt actiuæ. ¶ Amplius, quæ differunt in

Universidad de Deusto
Biblioteca

natura & forma agunt & patiuntur adinuicē, cum approximantur, illa verò quæ sunt diuersa in figura non sic agunt, & patiuntur, ergo si atomi sunt diuersarum naturarum, illæ diuersæ naturæ debēt poni principia actionis & passionis, & non diuersæ figuræ. ¶ Decima conclusio. Corpora indiuisibilia, siue atomi non mouentur in vacuo, sicut dicebat Democritus. Probatur. Vel mouētur ab alio vel à se; si ab alio, iam mouens eos esset primum principium actionis, & non atomi (quod est cōtra eos); si mouentur à se, ergo vel atomi sunt diuisibiles in partem mouentem & in partem motam, vel secundùm idem mouent & mouētur. Primum est contra eos qui dicūt atomos esse indiuisibiles. Secundùm autem est impossibile, quia iam eidem & secundùm idem inerunt contraria, scilicet moueri, & mouere. ¶ Deinde, quia sic non solum esset materia contrariorum vna numero, sed etiam potentia esset vna, quod est impossibile; si enim materia contrariorum esset vna potentia solùm, non haberent ipsa contraria diuersas naturas: sic etiam non esset multitudo rerum, sed omnia essent vnū, quia omnia essent ab eadem materia, & ab eadem potentia numero. ¶ Vndecima conclusio. Pori non sunt necessarij vt ipsi imaginantur ad actionem & passionem. Probatur primo. Actio fit per introitum actiui per poros passiue, ergo superfluunt pori. Probatur consequentia. Patiens est passiuū non porus, & passio fit per contactum agentis intrantis, sed ita potest tangere non existentibus poris secundùm extrema, ergo per talem contactum poterit fieri actio sine poris, & sic superfluunt pori. ¶ Secundo probatur conclusio, & quòd non possimus videre & perspicere per istos poros sicut isti dicunt; notum est enim sensu tactus non pertransire corpus ad aliud corpus: quomodo enim fiet transitus; si per poros plenos iam eodem modo dicitur ac si non ponas poros? Idem enim est poros esse plenos corpore, & nō esse poros. Si autem per poros vacuos. Contra, quia vel pori vacui possunt repleri, vel non. Si primum repleantur. Iam tunc erit sensatio, & non per poros; Si secundum, id est, quod non possint repleri, illud est ridiculum; sic enim dicunt magnum porum posse impleri, non autem parvum. Qualitercunque enim sit aliquid vacuum, habet corpus sibi æquale, quod possit illud implere; vt patet ex diffinitione vacui. Vacuū enim est regio corporis, id est, locus potens suscipere corpus; quapropter manifestū est, quòd omni corpori tumore suæ quantitatis est æquale vacuum, si vacuum esse ponatur. ¶ Duodecima conclusio. Vniuersaliter loquendo superfluum est ponere poros ad agendum & patiendum, sed actio fit solum per tactum. Hæc conclusio sequitur ex præcedenti. Probatur. Quia actio aut fit per contactum aut non. Si primū cum contactus fiat sine poris, etiam actio: si non, ergo quamuis per poros ingrediatur, non aget, quia ingredi non est agere, sed applicari vt agat, ergo necessario fatendum est secundùm tactum esse agere & pati: ponere autē ad hoc poros, aut mēdacium & falsum est, aut vanum & inutile. ¶ Decimatertia conclusio. Ridiculum est ponere poros propter corporum diuisionem. Probatur. Omne corpus est diuisibile ex se, ergo ad diuisionem non oportet ponere poros. Consequentia probatur, quia corpora possunt separari secundum id quod diuisibilia sunt. ¶ Postquam Philosophus determinauit de natura actiuorum & passiuorum & de modis eorū, & ostendit ad quas causas reducantur: in hoc capite exponit opiniones antiquorum Philosophorū de modo quo contingit agere & pati. Vnde in prima cōclusione tres sententias Philosophorum recitat, à secunda autem vsque ad quintam conclusionem comparat prædictas opiniones inter se; nam in secunda cōclusione comparat opinionem Leucippi & Democriti ad opinionem Parmenidis & Melissi: in tertia & quarta conclusione eandem cōfert cum opinione Empedoclis, ac tandem in quinta cum Platone: in sexta autem & reliquis reprobat omnes istas sententias. Nam vsque ad vndecimam conclusionem reprobat eas quantum ad positionem atomorum, quos dicebant principia, ab vndecima autem quantum ad modos agendi quos ponebant. Sed quia istæ opiniones iam non sunt in vsu, neque aliquid vtilitatis hisce temporibus ex eis decerpitur, non est cur in eis explicandis tēpus teramus, aut etiam in argumentis Arist. contra eas magis enodandis laboremus. Quæ breuiter in expositione textus dicta sunt, sufficiant.

CAPVT. IX.

VOlo autem modo existat, Generare in rebus & Facere & Pati dicamus, accipiētes principium dictū multoties.

Si enim est, hoc potestate hoc autem actu, tale ac suapte natura aptam natum est non, tum quidē pati, tum autē non pati, sed omnino secūdum quod est tale, magis autem & minus secundum quod tale, magis & minus. Et has res vtique aliquis dicet magis ineſſe, vt in metallicis. Extendunt enim se passiue venæ continuæ.

Continuum igitur vnumquodque & vnum existens impassibile est. Similiter autem & non appropinquantia, nec sibipsis, neque alys, quæ facere nata sunt & pati. Dico autē, verbi gratia, non

& segregationem atomorum secundùm Leucippum, erūt duo modi quibus fit actio & passio, scilicet, per tactum agentis & patientis, & per vacuum (quod est porus) secundùm Platonem verò erit tātum vnus modus, scilicet, per tactum & nō per vacuum. Vacūum enim secundùm eum non est. Sed de indiuisibilibus planiciebus, id est, superficiebus diximus in prioribus sermonibus, id est, in. 3. de cœlo & mundo. De indiuisibilibus autem solidis disputatio pronunc relinquatur. ¶ Sexta conclusio. Licèt aliquantulum digrediamur, oportet vt dicamus aliquid contra istam positionem de indiuisibilibus corporibus. Et primo probatur q̄ est impossibile, q̄ ista indiuisibilia corpora sint principia. Nam ex hac positione sequuntur duo contradictoria simul vera, ergo. Probatur sequela. Quia si indiuisibilia corpora sunt principia, nec agent, nec patientur adinuicem. Item, si sunt principia, agent & patientur adinuicem, ergo agent, & non agent, patientur, & non patientur, quod est impossibile. Probatur quòd non agent, nec patientur. Primò. Actio & passio fit per vacuum, vt ipsi asserunt, sed in talibus atomis non est vacuum (vt etiam ipsi fatentur, quia sunt corpora solida) ergo nec agunt nec patiūtur. Secūdò. Omne quod est causa actionis vel passionis debet esse aliqua qualitate informatum, id est, calidum aut frigidum, durum aut molle, sed nullum corpus indiuisibile est tale, ergo nec est actiuum, nec passiuum. Quod verò hæc corpora indiuisibilia agant etiam & patiantur, probatur primò. ¶ Secūdum prædictos Philosophos indiuisibilia corpora, quæ sunt circularis figuræ sunt calida, ergo oportet aliquod alterius figuræ esse frigidum, quia inconueniens est ponere vnum contrarium sine altero in natura. Si autem duæ qualitates sunt in atomis necesse est ponere aliquas qualitates consequentes esse in eis, quæ sunt grauitas, duritias, leuitas, mollicies & aliæ huiusmodi qualitates. ¶ Adhuc autem patet quòd tales qualitates ponantur, quia ipse Democritus cōcedit vnū indiuisibile esse altero grauius & ficalterum etiam erit calidius. Tunc sic. Positis duobus quorū alterum calidum, alterum minus calidum est, impossibile est non sequi actionem & passionē, ergo ista indiuisibilia sunt actiua & passiua. Antecedens autem probatur. Quia leuiter calidum patitur à multum excedente calido non inquantum sunt similia in calido, sed inquantum excedens est magis calidum, & illud quod exceditur est magis frigido permixtum. ¶ Secundò probatur idem. Nam ista corpora indiuisibilia sunt mollia & dura secūdum ipsos, ergo erunt etiam passiua & subactiua, id est, actiua per humidum, ergo etiam erit actio & passio in eis. ¶ Quāuis autē Democritus & Leucippus hoc concesserint, scilicet, corpora illa indiuisibilia agere & pati adinuicē, quia hoc necessario ex corū opinione sequebatur, tamē hoc impossibile est & maximū inconueniens. Probatur, quia vel in atomo est sola figura, vel cum figura vna qualitas sola, vt putà caliditas, vel plures, vt caliditas & frigiditas & aliæ; non primum quia figura nō est actiua, & sic atomi non essent principia actiua. Nec secundum, quia si quodlibet atomorum ita haberet vnā qualitatem, quòd non posset alterius qualitatem habere, iam atomi essent diuersarum naturarum. Ea enim quæ non possunt easdem formas recipere, non sunt eiusdem naturæ materialis, vt dictum est. Ex quo etiam potest inferri, quòd nō agerent & paterentur adinuicem. Si autem dicas tertium, scilicet, q̄ quodlibet corpus indiuisibile habeat plures qualitates, iam sequitur, quòd indiuisibile secundùm idem habebit contraria & erit actio & passio, quia actio & passio est inter contraria. Et sic similiter erit de omnibus alijs passionibus & qualitatibus. ¶ Septima conclusio. Ad opinionem de indiuisibilibus superficiebus (quæ erat Platonis) idem inconueniens sequitur, quod probatum est sequi ad præcedentem, scilicet, quòd illa indiuisibilia agant, & non agant. Probatur. Non est possibile in indiuisibilibus fieri aliquid rarius aut densius, nisi vacuo intermedio, sed secundùm Platonē non erat vacuum, ergo nec rarū nec densum, & sic non erit actio. Probatur consequentia, quia remotis primis qualitatibus materiæ, quas Plato dicebat esse raritatem & densitatem, remouentur omnes secundæ, & sic non esset actio & passio. ¶ Octaua conclusio. Isti autores non euadūt vim argumēti propositi, dicentes, quòd atomi parui sunt indiuisibiles, magni autem diuisibiles. Etenim hoc concedere est etiam inconueniens. Licèt enim verum sit, q̄ rationabilius & facilius magna diuidantur quàm parua, quia magna facilius dissoluuntur, siquidem componuntur ex multis, tamen quia non est maior ratio, quare magnum sit diuisibile quàm parvum, ita parua sunt diuisibilia sicuti magna. ¶ Nona propositio, qua secundò arguitur principaliter ad probandum, q̄ ista indiuisibilia non sunt principia. Nam aut omnium atomorum est vna natura, sic vt omnia sint ignea, vel omnia terrea, aut natura vnius est diuersa à natura alterius, ita videlicet, vt hic atomus esset terreus, hic autem igneus; si est omnium vna natura, omnes atomi essent vnū, quod ipsi negant. Probatur consequentia, quia quæro; Postquam se tangunt, quid prohibet ea fieri vnum? sicut partes aquæ se tangentes, & cū non detur quid prohibeat, sic erunt vnum; si autē sunt diuersarū naturarū, oportuit ipsos explicare, quæ naturæ & quales sint hæ. Deinde quia si atomi sunt diuersarum naturarum, magis debuissent dicere illas naturas esse principia quàm figuras atomorum, figura enim non est actiua forma, naturæ autem sunt actiuæ. ¶ Amplius, quæ differunt in

Universidad de Deusto
Biblioteca

natura & formã agunt & patiuntur adinuicẽ, cum approximantur, illa verò quæ sunt diuersa in figura non sic agunt, & patiuntur, ergo si atomi sunt diuersarum naturarum, illæ diuersæ naturæ debẽt poni principia actionis & passionis; & non diuersæ figuræ. ¶ Decima conclusio. Corpora indiuisibilia, siue atomi non mouentur in vacuo, sicut dicebat Democritus. Probatur. Vel mouẽtur ab alio vel à se; si ab alio, iam mouens eos esset primum principium actionis, & non atomi (quod est cõtra eos;) si mouentur à se, ergo vel atomi sunt diuisibiles in partem mouentem & in partem motam, vel secundùm idem mouent & mouẽtur. Primum est contra eos qui dicũt atomos esse indiuisibiles. Secundùm autem est impossibile, quia iam eidem & secundùm idem inerunt contraria, scilicet moueri, & mouere. ¶ Deinde, quia sic non solum esset materia contrariorum vna numero, sed etiam potentia esset vna, quod est impossibile; si enim materia contrariorum esset vna potentia sõlùm, non haberent ipsa contraria diuersas naturas: sic etiam non esset multitudo rerum, sed omnia essent vnũ, quia omnia essent ab eadem materia, & ab eadem potentia numero. ¶ Vndecima conclusio. Pori non sunt necessarij vt ipsi imaginantur ad actionem & passionem. Probatur primo. Actio fit per introitum actiui per poros passiui, ergo superfluunt pori. Probatur consequentia. Patiens est passiuũ non porus, & passio fit per contactum agentis intrantis, sed ita potest tangere non existentibus poris secundùm extrema, ergo per talem contactum poterit fieri actio sine poris, & sic superfluunt pori. ¶ Secundo probatur conclusio, & quod non possimus videre & perspicere per istos poros sicut isti dicunt, notum est enim sensu tactus non pertransire corpus ad aliud corpus: quomodo enim fiet transitus, si per poros plenos iam eodem modo dicitur ac si non ponas poros? Idem enim est poros esse plenos corpore, & nõ esse poros. Si autem per poros vacuos. Contra, quia vel pori vacui possunt repleri, vel non. Si primum repleantur. Iam tunc erit sensatio, & non per poros; Si secundum, id est, quod non possunt repleri, illud est ridiculum, sic enim dicunt magnum porum posse impleri, non autem paruum. Qualitercunque enim sit aliquid vacuum, habet corpus sibi æquale, quod possit illud implere, vt patet ex diffinitione vacui. Vacuũ enim est regio corporis, id est, locus potens suscipere corpus; quapropter manifestũ est, quòd omni corpori tumore suæ quantitatis est æquale vacuum, si vacuum esse ponatur. ¶ Duodecima conclusio. Vniuersaliter loquendo superfluum est ponere poros ad agendum & patiendum, sed actio fit solum per tactum. Hæc conclusio sequitur ex præcedenti. Probatur. Quia actio aut fit per contactum aut non. Si primũ cum contactus fiat sine poris, etiam actio: si non, ergo quamuis per poros ingrediatur, non aget, quia ingredi non est agere, sed applicari vt agat, ergo necessario fatendum est secundum tactum esse agere & pati: ponere autẽ ad hoc poros, aut mẽdacium & falsum est, aut vanum & inutile. ¶ Decimatertia conclusio. Ridiculum est ponere poros propter corporum diuisionem. Probatur. Omne corpus est diuisibile ex se, ergo ad diuisionem non oportet ponere poros. Consequentia probatur, quia corpora possunt separari secundum id quod diuisibilia sunt. ¶ Postquam Philosophus determinauit de natura actiuorum & passiuorum & de modis eorũ, & ostendit ad quas causas reducantur: in hoc capite exponit opiniones antiquorum Philosophorũ de modo quo contingit agere & pati. Vndè in prima cõclusione tres sententias Philosophorum recitat, à secunda autem vsque ad quintam conclusionem comparat prædictas opiniones inter se, nam in secunda cõclusione comparat opinionem Leucippi & Democriti ad opinionem Parmenidis & Melissi: in tertia & quarta conclusione eandem cõfert cum opinione Empedoclis, actandem in quinta cum Platone: in sexta autem & reliquis reprobat omnes istas sententias. Nam vsque ad vndecimam conclusionem reprobat eas quantum ad positionem atomorum, quos dicebant principia, ab vndecima autem quantum ad modos agendi quos ponebant. Sed quia illæ opiniones iam non sunt in vsu, neque aliquid vtilitatis hisce temporibus ex eis decerpitur, non est cur in eis explicandis tẽpus teramus, aut etiam in argumentis Arist. contra eas magis enodandis laboremus. Quæ breuiter in expositione textus dicta sunt, sufficiant.

CAPVT. IX.

QVo autem modo existat, Generare in rebus & Facere & Pati dicamus, accipietes principium dictũ multoties.

Si enim est, hoc potest: hoc autem actu, tale ac suapte natura aptum natum est non, tum quidẽ pati, tum autẽ non pati, sed omnino secũdum quòd est tale, magis autem & minus secundum quod tale, magis & minus. Et has res vtique aliquis dicet magis inesse, vt in metallicis. Extendunt enim se passiuæ venæ continuæ.

Continuum igitur vnumquodque & vnum existens impassibile est. Similiter autem & non appropinquantia, nec sibipsis, neque alijs, quæ facere nata sunt & pati. Dico autẽ, verbi gratia, non

non solùm tangens calefacit ignis, sed & si longè sit, (verum quidem ignis, aer autem corpus calefaciens natus, facere & pati.

Tum quidem existimare autem pati, tum autem non determinantes quòd in principio hoc dicendum. Siquidem enim non vbique diuisibilis sit magnitudo, sed est corpus indiuisibile, aut lineæ non vtique esse vbique passibile, sed neq; continuum vllum. Si autem, hoc mendacium & omne corpus diuisibile, nihil differt dicere, diuisum esse quidem tangere, aut vtique diuisibile esse. Si enim segregari, potest secundum tactus, vt aiunt quidam, & si nondum est diuisum, erit diuisum; possibile enim diuisum esse, fit enim nullum impossibile.

Vniuersaliter autẽ generari, hoc modo scissis corporibus est inconueniens. Destruit enim hic sermo alterationem. Videmus enim idem corpus, continuum cum sit, quandoque quidem humidum quandoque autem coagulatum non autem diuisione & compositione, hoc patiens, neque connexione & contactu, sicut ait Democr. Neque enim transductum, neque transpositum secundum materiam neque transmissum coagulatum ex humido generatum est. Neque autem nunc insunt dura & coagulata, indiuisibilia tumoribus, sed similiter omne nunc humidum, quandoque autem durum & coagulatum est.

Amplius autem, neque augmentationẽ possibile est esse & diminutionẽ. Non enim quodcunque erit factum maius, siquidem erit appositio & non omne mutatum, aut misto aliquo, aut secundum se transmutante. Quid igitur est generare & facere & generari & pati adinuicem, & quomodo cõtingit & quomodo inquiũt quidam, non contingit autem determinatum sit hoc modo.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio. Dicendum est quomodo fiat generatio & facere & pati. Ad quod explicandum accipiendum est illud principium dictũ multoties, scilicet, Entium quoddam est in potẽtia & illud est passiuum, & quoddam est in actu, & illud est actiuum; quod est dicere, quod cum hoc principium sit verum, non est alia causa passionis, nisi quia receptiuum alicuius formæ recipit illam ab aliquo agente. ¶ Secunda cõclusio. Patiens debet esse patiens secundùm totum, id est, secundùm omnes partes & non secundùm vnam sic, & secundum aliam non; & tamen licet secundùm omnes partes pati possit, tamen aliquando magis patitur secundùm vnam, quàm secũdum aliã partem, quia secundùm vnam partẽ est magis dispositũ quàm secundum aliam, vt potest clarè explicari in ligno, cuius vna pars est sicca, & altera viridis vel madefacta. Citius enim aget ignis in siccam, quàm in viridem. Si autem aliquis dicat, q̃ magis passiua sunt magis porosa, sicut videmus in venis metallorũ, q̃ quæ sunt magis rariores magis sunt dispositæ ad recipiendum formam metalli, & sic videtur q̃ pori sunt causa passionis, dico q̃ hoc non est verũ, q̃ foramina sunt causa passionis, sed potius sunt dispositiones materiæ, quæ à tali actiuo est passibilis & non ab alio. ¶ Tertia conclusio. Agens & patiens debent esse diuisa & non continua, quia id quod est contrarium, non est passibile. Probatur. Quia nihil patitur à seipso, non est enim maior ratio, quare vna pars eius agat, & alia patiatur, quàm alia, cũ partes cõtinui sint similis naturæ. ¶ Quarta cõclusio. Licet illa agetia & patiẽtia sint diuisa & discontinua, oportet tamen q̃ sint propinqua in debita distantia vel per seipsa, vel mediãtibus alijs quæ pati possunt & agere. Probatur exẽplo; quia, v. g. debent esse propinqua per se ipsa vt quando calefacit ignis aerem ipsum tangendo: mediãtibus autẽ alijs, vt quando ignis calefacit aẽrem, qui innatus est facere & pati, qui aer calefacit corpus, & sic ignis etsi sit longe, applicatur corpori per aẽrẽ ab igne habentẽ virtutem calefaciendi corpus. Ratio autẽ huius cõclusionis est, quia omnia agẽtia naturalia habẽt determinatã vtutem, quæ si vltra suæ virtutis efficaciã elongẽtur à patiẽtibus, nullũ effectũ causare possunt. Vnde cũ fiũt propinqua in se vel in alijs, tunc agens aget & patiens patietur. ¶ Quinta conclusio qua probatur tertia. Existimare, sicut quidam existimant, quòd res quæ patitur tum, id est, secundum aliquam partem patitur, tum non, id est, secundum aliam non patitur, est falsum. Nam si concederetur, quòd corpus & magnitudo non vbique esset diuisibilis, seã diuiditur in corpora indiuisibilia (sicut dixit Democritus) vel in indiuisibiles superficies, sicut dixit Plato, tunc verum esset, quòd corpus nõ vbique, id est, in omni parte sua esset passibile, & similiter quod neque esset continuum corpus, sed horum hoc fundamentum est falsum, quia omne corpus est diuisibile, ergo nihil refert dicere quòd diuidatur, vel quod sit diuisibile, vel quod tangatur, vel q̃ sit tangibile. Et ita secundùm totum corpus erit tangibile & diuisibile & passibile, si enim potest segregari secũdum tactus, id est, secũdum superficies in quibus est tactus, vt dicũt quidam, scilicet, Platonici, etsi nõdũ est diuisum, est tñ diuisibile; posito autẽ possibili in actu, nullũ impossibile sequitur, ergo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sexta conclusio. Generationem fieri per disgregationem, aut diuisionem corporum est inconueniens. Probatur. Hic modus destruit alterationē, & etiam augmentationem, ergo non est conueniens. Probatur antecedēs. Primò de alteratione, experimur enim idem corpus manens continuè idem quandoque esse humidum, quādoq; autem congelatum, & tamen nullam esse diuisionē quando est humidum, neque compositionem quando est congelatum; nec est ibi conuersio ordinis, vt dicit Democritus, neque quādo congelatur intrant dura tumoribus, id est, secundum quantitatem, sed idem nunc est humidum, nunc autem congelatū, ergo. ¶Secundò probatur, q hæc opinio destruat augmentationem. Non enim secūdum eam quælibet pars aucti augeretur, cuius contrarium ca. 5. est determinatum, ergo. Probatur consequentia, quia non fieret aliud nisi appositio cibi intrantis vacuitates & corpus nō crescēret, sed solum implerentur vacuitates. Secundò, quia ex cibo & alimento non fieret sic transmutatio, vt fieret mistio, & non conuerteretur in substātiam aliti, quæ omnia requiruntur ad augmentationem, ergo. Hæc autē dicta sint de facere & pati, de generare & generari & secundum aliorum opinionē & nostrā. ¶Postquam Philosophus posuit opiniones aliorum de agere & pati, siue de modis agendi & patiendi, & reprobationes earum, in hoc capite explicat circa hoc opinionem suam quæ vera est, & tenenda. Vt autem quæ in hisce quatuor capitibus Aristot. disputauit, examinētur, oportet vt nos quoque eius ordinem seruātes, aliquas quæstiones moueamus, ex quarum cognitione veritas haberi melius possit. Imprimis autem examinandum est illud quod in capite sexto dixit, quòd aliqua agentia agendo tangunt ea, in quæ agunt, ita quòd eorum vltima sunt simul, aliqua verò non tangunt nisi per virtutem; & in hoc nono capite dixit etiam, quod agēs & passum debent esse approximata in debita distantia, ad hoc q agens possit agere & patiens pati.

QVÆSTIO. I.
Circa cap. sextum.

¶Vtrùm agens & patiens debeant se tangere quando agens agit, & patiens patitur? vel Vtrùm omne agens agat per contactum? vel Vtrùm mouens & motum debeāt esse simul.

DE qua quæstione disputari solet in principio septimi libri Physicorum: proprius tamen locus eius est iste. Nam ibi Arist. incidenter egit de illa, vt perueſtigaret illam, Vtrum omne quod mouetur, ab alio moueatur, vt ad primum motorem peruenire. In hoc autem loco, nō aliud intendens, sed ex professo tractat propositā quæstionem, vtpote agens de modo quo actio & passio fiat. Quare nos etiam diligenter eam tractare curabimus. ¶Arguitur primo pro parte negatiua quæstionis. Causæ vniuersales omnes. v. g. Sol agit in ista inferiora calefaciendo & in cētro producendo metalla & alia, & tamen non tangūt ista inferiora, cum sint tam distantia, ergo. Quod si dicas quòd sol tāgit ista inferiora mediatè, quia prius tangit spheras medias, & per ipsas tangit elementa, & per elementa tangit ista inferiora, & vt agens tangat passum, sufficit tactum esse mediatum, vel immediatum. Contra. Quia impossibile est quod spheræ & orbes intermedij inter solem & elemēta aliquid patiantur, cùm sint incorruptibiles & impassibiles; si prius sol tangeret spheras intermedias, vt per ipsas tangeret elementa, aliquid paterentur & reciperent in se aliquam qualitatē, ac per consequens alterarentur, ergo Sol causans aliquid in istis inferioribus, neque mediatè tangit ea. Confirmatur. Nam si tangit spheras maximè per lumen, sed non per lumē, ergo. Maior patet, quia Sol omnia quæ agit, per lucem agit. Probatur autem minor. Quia si in spheris causat lumen, ergo illuminantur, quod tamē est falsum. Solum enim Planetæ corpus illuminatur & non tota sphera vt patet experientia. Consequentia verò probatur ex 6. Phys. vbi dicitur, q præsentia formæ denominat subiectum, vt quando recipitur motus in mobili, verum est dicere q mouetur, ergo si recipitur lumen in sphera verum est dicere, q sphera illuminatur. ¶Arguitur secūdò. Nam ignis paulo interuallo distans ab aqua calefacit illam, & tamen non tangit illam. Et graue, inquit Arist. 8. Phys. tex. 32. mouetur à generante, & tamen generans non tangit tunc semper graue, imò quandoq; non est dum graue mouetur. Et animal generans aliud mouet semen à se distans; nam vsque ad animationem fœtus omnis mutatio seminis attribuitur generanti, & tamen stat quandoque generans tunc esse mortuum. Item sagitta proijcitur à sagittante, & tamen sagittans non est cum ea coniunctus. Itē, Magnes trahit ferrum distans, nec est simul cum illo, nec trahit aërem mediū, ergo. ¶Arguitur tertiò. Nam est pisciculus, qui Torpedo dicitur, ab alijs mortificator, qui facit obstupefacere manus piscatoris, & tamen non obstupefit rete; & dicit Plinius q si tangatur extremitate hastę, manus tenentis hastam obstupefit. Huius Torpedinis tāta est vis, q narrat Albertus libro. 24. de animalibus quendam extremitate digiti leniter ipsum attigisse, & ipsius brachium ita obstupefactum fuisse, vt per dimidium annum loturis calidis, & vnguentis vix sensum receperit. Similiter dicit, quòd pisces ipsum tangentes obstupescunt. Idem dicit Arist. lib. 9. Hist. ca. 37. Hic igitur piscis cum distātia etiā obstu-

non solùm tangens calefacit ignis; sed & si longè sit, (aerem quidem ignis, aer autem corpus calefacit) natus facere & pati.

Tum quidem existimare autem pati, tum autem non determinantes quòd in principio hoc dicendum. Siquidem enim non vbique diuisibilis sit magnitudo, sed est corpus indiuisibile, aut latitudo non vtique esse vbique passibile, sed neq; continuum vllum. Si autem, hoc mendacium & omne corpus diuisibile, nihil differt dicere, diuisum esse quidem tangere, aut vtique diuisibile esse. Si enim segregari, potest secundum tactus, vt aiunt quidam, & si nondum est diuisum, erit diuisum, possibile enim diuisum esse, fit enim nullum impossibile.

Vniuersaliter autē generari, hoc modo scissis corporibus est inconueniens. Destruit enim hic sermo alterationem. Videmus enim idem corpus, continuum cum sit, quandoque quidem humidum quandoque autem coagulatum non autem diuisione & compositione, hoc patiens, neque conuersione & contactu, sicut ait Democr. Neque enim transductum, neque transpositum secundum materiam neque transmissum coagulatum ex humido generatum est. Neque autem nunc insunt dura & coagulata, indiuisibilia tumoribus, sed similiter omne nunc humidum, quandoque autem durum & coagulatum est.

Amplius autem, neque augmentationē possibile est esse & diminutionē. Non enim quodcunque erit factum maius, siquidem erit appositio & non omne mutatum, aut mistio aliquo, aut secundum se transmutante. Quid igitur est generare & facere & generari & pati adinuicem, & quomodo cōtingit & quomodo inquiūt quidam, non contingit autem determinatum sit hoc modo.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio. Dicēdum est quomodo fiat generatio & facere & pati. Ad quod explicandum accipiendum est illud principium dictū multoties, scilicet, Entium quoddam est in potētia & illud est passiuum, & quoddam est in actu, & illud est actiuum, quod est dicere; quod cum hoc principium sit verum, non est alia causa passionis, nisi quia receptiuum alicuius formæ recipit illam ab aliquo agente. ¶Secunda cōclusio. Patiens debet esse patiens secundum totum, id est, secundum omnes partes & non secundum vnam sic, & secundum aliam non; & tamen licet secundùm omnes partes pati possit, tamen aliquando magis patitur secundum vnam, quàm secūdum aliā partem, quia secundum vnam partē est magis dispositū quàm secundum aliā, vt potest clare explicari in ligno, cuius vna pars est sicca, & altera viridis vel madefacta. Citius enim aget ignis in siccam, quàm in viridem. Si autem aliquis dicat, q magis passiua sunt magis porosa, sicut videmus in venis metallorū, q quæ sunt magis rariores magis sunt dispositæ ad recipiendum formam metalli, & sic videtur q pori sunt causa passionis, dico q hoc non est verū, q foramina sunt causa passionis, sed potius sunt dispositiones materiæ, quæ à tali actiuo est passibilis & non ab alio. ¶Tertia conclusio. Agens & patiens debent esse diuisa & non continua, quia id quod est contrarium, non est passibile. Probatur. Quia nihil patitur à seipso, non est enim maior ratio, quare vna pars eius agat, & alia patiatur, quam alia, cū partes cōtinui sint similis naturæ. ¶Quarta cōclusio. Licet ista agētia & patiētia sint diuisa & discontinua, oportet tamen q sint propinqua indebita distantia vel per seipsa, vel mediātibus alijs quæ pati possunt & agere. Probatur exēplo; quia. v. g. debent esse propinqua per se ipsa vt quando calefacit ignis aërem ipsum tangendo: mediātibus autē alijs, vt quando ignis calefacit aërem, qui innatus est facere & pati, qui aër calefacit corpus, & sic ignis etsi sit longe, applicatur corpori per aërē ab igne habentē virtutem calefaciendi corpus. Ratio autē huius cōclusionis est; quia omnia agētia naturalia habēt determinatā virtutem, quæ si vltra suæ virtutis efficaciā elongētur à patiētibus, nullū effectū causare possunt. Vnde cū fiūt propinqua in se vel in alijs, tunc agens aget & patiens patietur. ¶Quinta conclusio qua probatur tertia. Existimare, sicut quidam existimant, quòd res quæ patitur tum, id est, secundum aliquam partem patitur, tum non, id est, secundum aliam non patitur, est falsum. Nam si concederetur, quòd corpus & magnitudo non vbiq; esset diuisibilis, sed diuiditur in corpora indiuisibilia (sicut dixit Democritus) vel in indiuisibiles superficies, sicut dixit Plato, tunc verum esset, quòd corpus nō vbique, id est, in omni parte sua esset passibile, & similiter quòd neque esset continuum corpus, sed horum hoc fundamentum est falsum, quia omne corpus est diuisibile, ergo nihil refert dicere quod diuidatur, vel quòd sit diuisibile, vel quòd tangatur, vel q sit tangibile. Et ita secundùm totum corpus erit tangibile & diuisibile & passibile, si enim potest segregari secūdùm tactus, id est, secūdum superficies in quibus est tactus, vt dicūt quidam, scilicet, Platonici, etsi nōdū est diuisum, est tū diuisibile; posito autē possibili in actu, nullū impossibile sequitur, ergo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sexta conclusio. Generationem fieri per disgregationem, aut diuisionem corporum est inconueniens. Probatur. Hic modus destruit alterationē, & etiam augmentationem, ergo non est conueniens. Probatur antecedēs. Primò de alteratione, experimur enim idem corpus manens continuè idem quandoque esse humidum, quādoq; autem congelatum, & tamen nullam esse diuisionē quando est humiduu, neque compositionem quando est congelatum; nec est ibi conuersio ordinis, vt dicit Democritus, neque quādo congelatur intrant dura tumoribus, id est, secundùm quantitatem, sed idem nunc est humidum, nunc autem congelatū, ergo. ¶Secundò probatur, q̄ hæc opinio destruat augmentationem. Non enim secūdùm eam quælibet pars aucti augeretur, cuius contrarium ca. 5. est determinatum, ergo. Probatur consequentia, quia non fieret aliud nisi appositio cibi intrantis vacuitates & corpus nō cresceret, sed solum implerentur vacuitates. Secundò, quia ex cibo & alimento non fieret sic transmutatio, vt fieret mistio, & non conuerteretur in substātiam aliti, quæ omnia requiruntur ad augmentationem, ergo. Hæc autē dicta sint de facere & pati, de generare & generari & secundùm aliorum opinionē & nostrā. ¶Postquam Philosophus posuit opiniones aliorum de agere & pati, siue de modis agendi & patiendi, & reprobationes earum, in hoc capite explicat circa hoc opinionem suam quæ vera est, & tenenda. Vt autem quæ in hisce quatuor capitibus Aristot. disputauit, examinētur, oportet vt nos quoque eius ordinem seruātes, aliquas quæstiones moueamus, ex quarum cognitione veritas haberi melius possit. Imprimis autem examinandum est illud quod in capite sexto dixit, quòd aliqua agentia agendo tangunt ea, in quæ agunt, ita quòd eorum vltima sunt simul, aliqua verò non tangunt nisi per virtutem; & in hoc nono capite dixit etiam, quòd agēs & passum debent esse approximata in debita distantia, ad hoc q̄ agens possit agere & patiens pati.

QVÆSTIO. I.
Circa cap. sextum.

¶Vtrùm agens & patiens debeant se tangere quando agens agit, & patiens patitur? vel Vtrum omne agens agat per contactum? vel Vtrum mouens & motum debeāt esse simul.

DE qua quæstione disputari solet in principio septimi libri Physicorum: proprius tamen locus eius est iste. Nam ibi Arist. incidenter egit de illa, vt perueniret illam, Vtrum omne quod mouetur, ab alio moueatur, vt ad primum motorem perueniret. In hoc autem loco, nō aliud intendens, sed ex professo tractat propositā quæstionem, vtpote agens de modo quo actio & passio fiat. Quare nos etiam diligenter eam tractare curabimus. ¶Arguitur primo pro parte negatiua quæstionis. Causæ vniuersales omnes, v. g. Sol agit in ista inferiora calefaciendo & in cētro producendo metalla & alia, & tamen non tangūt ista inferiora, cum sint tam distantia, ergo. Quod si dicas quòd sol tāgit ista inferiora mediate, quia prius tangit sphæras medias, & per ipsas tangit elementa, & per elementa tangit ista inferiora, & vt agens tangat passum, sufficit tactum esse mediatum, vel immediatum. Contra. Quia impossibile est quod sphæræ & orbes intermedij inter solem & elemēta aliquid patiantur, cùm sint incorruptibiles & impassibiles; si prius sol tangeret sphæras intermedias, vt per ipsas tangeret elementa, aliquid paterentur & reciperent in se aliquam qualitatē, ac per consequens alterarentur, ergo Sol causans aliquid in istis inferioribus, neque mediatē tangit ea. Confirmatur. Nam si tangit sphæras maxime per lumen, sed non per lume, ergo. Maior patet, quia Sol omnia quæ agit, per lucem agit. Probatur autem minor. Quia si in sphæris causat lumen, ergo illuminantur, quòd tamē est falsum. Solum enim Planetæ corpus illuminatur & non tota sphera vt patet experientia. Consequentia verò probatur ex 6. Physi. vbi dicitur, q̄ præsentia formæ denominat subiectum, vt quando recipitur motus in mobili, verum est dicere q̄ mouetur, ergo si recipitur lumen in sphæra verum est dicere, q̄ sphæra illuminatur. ¶Arguitur secūdò. Nam ignis paulo interuallo distans ab aqua calefacit illam, & tamen non tangit illam. Et graue, inquit Arist. 8. Physi. tex. 32. mouetur à generante, & tamen generans non tangit tunc semper graue, imò quandoq; non est dum graue mouetur. Et animal generans aliud mouet semen à se distans; nam vsque ad animationem fœtus omnis mutatio seminis attribuitur generanti, & tamen stat quandoque generans tunc esse mortuum. Item sagitta proijcitur à sagittante, & tamen sagittans non est cum ea coniunctus. Itē, Magnes trahit ferrum distans, nec est simul cum illo, nec trahit aërem mediū, ergo. ¶Arguitur tertiò. Nam est pisciculus, qui Torpedo dicitur, ab alijs mortificator, qui facit obstupefacere manus piscatoris, & tamen non obstupefit rete; & dicit Plinius q̄ si tangatur extremitate hastę, manus tenentis hastam obstupefit. Huius Torpedinis tāta est vis, q̄ narrat Albertus libro. 24. de animalibus quendam extremitate digiti leuiter ipsum attigisse, & ipsius brachium ita obstupefactum fuisse, vt per dimidium annum loturis calidis, & vnguentis vix sensum receperit. Similiter dicit, quod pisces ipsum tangentes obstupescunt. Idem dicit Aristo. lib. 9. Hist. ca. 37. Hic igitur pisces cum distātia etiā obstu-

obstupefacere faciat, videtur q̄ non per contactum agat. ¶Arguitur quartò. Si detur aër, seu ferrū, cuius medietas sit calida & alia medietas frigida, sequitur q̄ nō ageret vna pars in aliam, quod est falsum & contra experientiā. Sequela probatur, quia ad contactum oportet q̄ partes sint contiguæ, & non cōtinuæ; vt expresse ait Arist. in. c. 9. tex. 78. vbi posuit hanc conclusionem. Agens & patiens debent esse diuisa & non continua, quia id quod est continuum nō est passibile. Confirmatur, quia idem Aristot. ait in tex. eodem, q̄ agens & patiens debent esse simul, continua verò nō sunt simul, sed vnum, vt patet. 5. Physi. tex. 22. ergo. ¶Arguitur quintò. Obiectum visibile agit in visum, & tamen non tangit ipsum visum, imò si tangeret nō fieret visio; nam sensibile supra sensum non facit sensationem, ergo. Confirmatur. Nam Auicenna dicit, q̄ homines sua imaginatione faciunt pluuias, & immutant res extrinsecas, & nō per medium, imò experimur imaginationem immutare partes corporis distantes. Similiter fascinatores nocent animalibus distantibus, nihil tamen in his videtur in medio esse, ergo. ¶Arguitur sextò. Agentia spiritualia vt Deus & intelligentiæ agunt in ista inferiora, & tamen non possunt tangere res corporeas, quia contactus non est nisi corporum, ergo. Confirmatur primò, quia voluntas æquè potest velle distans sicut propinquum, sed Deus omnipotens causat suo velle quicquid vult, ergo potest etiam causare aliquid distans. Confirmatur secūdò. Nam intelligentia existens in cœlo potest agere in hæc inferiora, & tamen illa non cōtingit hæc inferiora nec per suam substātiam, cum sit tam distans; nec etiam per virtutem, quia cum illa virtus sit spiritualis, & omnia quæ sunt inter hæc inferiora & cœlū sint corporalia, non est aliquod medium per quod eius virtus deferri possit, ergo. ¶Scotus in. 1. sent. d. 37. q. vnica vult, q̄ ista propositio; Agēs oportet contingi ei, in quod immediate agit, est falsa, & q̄ illa Arist. Mouens & motū oportet esse simul, est quasi per accidens. Cuius argumenta referūt Caie. 1. p. q. 8. art. 1. & Ferr. 3. cont. gent. c. 68. Astudillo autē q. 20. huius lib. sic putat contactum ad agendum esse necessarium; vt dicat cōtactum Physicū conuenire in genere causæ efficientis, & contactū mathematicū in genere causæ materialis. Suppositis tamen his quæ diximus in expositione textus capitis sexti de contactu virtutis & quantitatiuo, de quo etiam vide S. Tho. in. 2. cont. gent. c. 56.

Decisio Quæstionis.

PRima conclusio. Omne agens agit per contactum quantitatis vel virtutis. Hæc conclusio est Arist. vbi suprà, & D. Tho. in infinitis locis suæ doctrinæ. Vide tamen præcipuè in. 1. p. q. 8. art. 1. & 3. cōt. gent. c. 68. Hanc probat Arist. in. 7. Physic. & 8. imò certè debet esse communis animi conceptio. Non enim intelligi potest, quomodo aliquid efficiat id quod nullo modo tāgit nec per se, nec per aliud. Cum enim operatio sequatur esse, sequitur q̄ vbi res non est, nec ipsius operatio erit. Cum autem res esse non possit simul cum alia nisi per coniunctionem contactus virtualis vel quantitatiui, necessariò sequitur, q̄ agens debet aliquo horum modorum cōtingere passum. Imò hoc est vnicum argumentum quo D. Tho. in. 1. p. q. 8. & omnes Theologi in. 1. d. 37. ostēdunt præsentiam Dei vbique, quia vbiq; operatur. De hac cōclusione vide M. Soto in. 7. Physi. q. 1. art. 1. ¶Secunda conclusio. Omnia agentia spiritualia tangunt suos effectus cōtactu virtutis, & metaphoricè dicto, nō autem contactu Mathematico aut Physico. Probatur, quia talia agentia cum sint immaterialia, nullam habent quantitatem ac per consequens non possunt agere Mathematico aut Physico cōtactu; quia huiusmodi contactus necessariò includunt quantitatē. Quòd verò agant contactu metaphoricè dicto, probatur. Quia debent agere per contactum & non per quantitatiuum, ergo per virtualem, qui metaphoricè dicitur contactus. ¶Tertia conclusio. Agentia Physica & naturalia aliquādo agunt contactu Physico ita q̄ vltima agentis & passi sint simul, ita vt inter ea nullum mediet suppositū; aliquādo verò cōtactu naturali. ¶Memini me in Comment. super. 1. p. S. Tho. q. 8. arti. 1. satis explicasse in quo consistat agere immediate immediatione virtutis vel suppositi. De qua distinctione vide S. Tho. lib. 3. cont. gent. c. 70. Nūc autē sufficiat aduertere, q̄ cum in conclusione dicimus q̄ agentia materialia Physica, aliquādo agunt contactu Physico & materiali, aliquando verò virtuali; volumus dicere q̄ aliquando agens ita cōtingit effectum contactu quantitatiuo, vt substātia agentis sit immediata substātiæ passi, ita q̄ inter ea nullum aliud suppositū mediet, vt patet, quādo ignis calefacit manum sibi iunctam, aliquando verò ita tangit, vt licet agens sit immediatum passo immediatione virtutis, est tamen mediatum mediatione suppositi, quia inter ea mediat aliud suppositum, vt patet quando ignis calefacit manum per aërem intermedium, qui cōtactus dicitur virtutis. ¶Aduertendū etiā est, q̄ contactus virtutis est duplex; alius est, qui conuenit rebus spiritualibus, de quo loquuti sumus in secunda conclusione quē Arist. vocat contactum metaphoricum; vt quādo Angelus mouet cœlum, & homo etiā contristat aliū. De quo etiam loquitur D. Tho. in. 2. cont. gent. c. 56. vbi constituit differentias tres inter cōtactum virtutis & quantitatiuum. Alius contactus virtutis est, quo agentia ista inferiora agunt actione Physica media aliqua qualitate corporali, sicut ignis calefacit medio calore. Si quidem iste cōtactus comparetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

paretur ad contactum Physicum & quãtitatiuum A
propriè sumptum, dicitur contactus virtutis; Et-
enim cum quantitatiuus contactus propriè sum-
ptus non sit nisi quando duo corpora ita se contin
gunt, vt vltima eorum sint simul, sicut patet ex de-
finitione contactus ab Arist. hic assignata, optime
iste contactus dicitur virtutis, siquidem per illum
non ita se tangunt agens & passum vt vltima sint
simul; sed tantum se tangunt media illa qualitate
& virtute corporali. Si verò cõsideretur in ordine
ad contactum spiritualem, qui conuenit rebus spi-
ritualibus, iste contactus dicitur corporeus & Phy B
sicus, quia per illum agens & patiens coniungũtur
aliqua qualitate corporali Physica. Absolutè ta-
men debet dici contactus virtualis apud Physicũ.
Quando autem in conclusione dicimus, q agẽtia
Physica & materialia aliquando tangunt se conta
ctu virtuali, intelligimus de contactu virtuali, non
qui conuenit rebus spiritualibus, sed materialibus.
Hæc conclusio præterquam quòd est expressa
Aristot. in. c. 9. tex. 78. experientia ipsa compro-
batur, vt patet in exemplis allatis. Cuius rationẽ in
expositione textus ex D. Tho. attulimus. ¶ Quar- C
ta conclusio. Agens vltimũ & passum tam in agẽ-
tibus spiritualibus, quàm in corporalibus semper
sine aliqua exceptione sunt immediata immedia-
tione suppositi, ita q inter ipsa nullũ aliud mediat
suppositum. Ista conclusio probatur inductiue, nã
quando Deus agit, semper immediatione suppositi
agit, vt contra aliquos Theologos in. 1. p. q. 8. ar.
1. ostendimus. Etenim cum per virtutem suã agat
intimius & immediatius quàm omnia alia agẽtia,
& sua virtus sit idem q sua essentia: optime sequi-
tur q si coniungitur cũ effectu immediate immedi-
atione virtutis, immediate etiã coniungatur im- D
mediatione suppositi. Intelligentiæ etiã cum sint
vltima in gentia, ita cõiunguntur cum passo. v. g.
intelligentia mouens cœlum immediate immedia
tione suppositi cõiungitur cum illo, quia respectu
illius est vltimum agens, cum istis autem inferiori-
bus nõ cõiungitur immediate immediatione sup-
positi, cum inter ipsam & terram. v. g. in qua facit
germinare fructus, tot supposita medient, sed con
iungitur immediatione virtutis; quia intelligentia
mouens cœlum respectu terræ non est vltimum E
agens, sed potius primum inter quod & terrã me-
diant alia supposita. Vltimum autem agens, quod
agit in virtute ipsius intelligentiæ, immediate con
iungetur cum terra immediatione suppositi. Simi-
liter quando ignis comburit lignum sibi coniun-
ctum, quia est vltimum agens, iungitur ligno im-
mediatè immediatione suppositi, quando vero ca-
lefacit manum per aërem intermedium, quia non
est vltimum agens non sic iungitur, aër tamẽ licèt
agat in virtute ignis, quia est vltimum agens respo
ctu manus calefactę, iungetur cũ ea immediatione
suppositi. ¶ Quinta conclusio. Neq; cõtactus vir-
tualis rebus spiritualibus neq; physicus & quanti-
tatiuus rebus materialibus est ratio agẽdi, aut cau-
sa efficiens aut materialis respectu effectus, sed tan
tum est conditio sine qua non. Pro cuius intelligẽ-
tia nota, q agens põt dici tripliciter aliqua agere.
Vno modo agit mediãte eo quod est ei ratio agen
di, & hoc est forma qua mediãte operat, sicut ignis
calefacit calore, & homo videt oculo. Alio modo
agens agit sua actione à qua formaliter denomina
tur agẽs, sicut ignis calefactione calefacit, & homo
visione videt. Tertio modo agẽs dicitur largo mo-
do agere mediãte eo, quod neq; est sua actio, neq;
est agenti ratio agendi, sed est conditio necessario
requisita ad actionem, ita q ea remota agens agere
non posset; quo modo solent aliqui dicere, quòd
apprehensio finis est conditio sine qua finis non
moueret. Hoc tertio modo dicimus, q contactus
est conditio sine qua non causaret agens. Atq; ita
quando communiter dicitur, q omne agens agit
per contactum; dictio, per, nõ dicit aliquod genus
causæ, sed tantum conditionem sine qua non. Hęc
conclusio sic exposita est contra Astudillo: est tã
cõmunis omnibus; quare probatur breuiter, quia
causa efficiens est primum vnde incipit motus, vt
dicitur. 2. Physi. tex. 29. sed contactus non est hu-
iusmodi, sed agens, ergo. Quòd etiam non sit causa
materialis. Patet, quia illa concurrit vt subiectum
transmutationis. 1. Physi. tex. 82. sed contactus nõ
potest esse huiusmodi, ergo. ¶ Ad argumenta in
principio facta respondetur. Ad primum. Pro cu-
ius solutione & ferè omnium aliorum argumẽto-
rum sequentium aduertendum est, quòd quando
aliquid agit in medium, & in aliquid distans, non
semper est idẽ effectus in medio, & in distanti obie
cto. Quemadmodum cum ignis per vitrũ mediũ
calefacit aërem & ipsum vitrum; tũc cera liquefit,
& non vitrum. Imo verò hoc est vniuersaliter ver-
um, q idem accidens secundum varias dispositio-
nes subiectorum, in quibus recipitur, potest varios
effectus facere. v. g. calor in quibusdam albedinem
in quibusdam nigredinem facit. Solis lumẽ hic au-
rum, illic argẽtum, illic plumbum facit. Ex quo pa
tet solutio ad primum argumẽtum. Sol enim agit
in orbes medios & in inferiora per lumen, at lumẽ
non eosdem vbique effectus causat, sed orbes lumi
ne tantum afficit, aërem calefacit & in terra varios
iuxta diuersorum subiectorum dispositiones pro-
ducit effectus. Neq; vero propter hoc cœlum est
corruptibile, quia lumen non est qualitas destru-
ctiua, quales sunt qualitates elementares, quibus cor
pora hęc inferiora fiunt corruptibilia, sed est qua-
litas quædam altioris ordinis competens corpori
incorruptibili & corruptibili; vnde luna & astra,
quæ eiusdem substantiæ sunt cum cœlo, lumen à
Sole recipiũt. Vide de hoc argumẽto multa apud
Auerroem

Auerroem in quadam digressione quam facit su- A
per lib. 2. de cœlo. Com. 42. vide etiam Alexan.
super. 1. Metheorum Com. 17. Ad confirmationẽ
respondetur q cœli à Sole illuminantur sicut aër,
siquidem diaphani sunt. At verò ad hoc vt lumen
receptum in corpore reuerberet ad visum nostrũ;
re quiritur, q diaphanum terminatũ sit aliquo opa
co, vt in speculo, vel condensatum vt aqua conge-
lata, & quia tota sphera est corpus diaphanum nõ
terminatum & rarum, solum autem corpus plane-
tæ est cõdensatum, est enim stella densior pars sui
orbis, ideo non sequitur totam spheram illuminari B
licet in ea recipiatur lumen. ¶ Ad secundum patet
ex dictis. Ad primum exemplum respondetur q
ignis per virtutem impressam in medio calefacit
aquam & ita illam tangit virtute. Similiter respon-
detur ad alia exempla, q in omnibus illis calibus
agentia imprimũt quasdam virtutes passis, quibus
medijs illa tangunt. Ad illud de magnete quidam
respondent ferrum ab eo moueri tanquam à fine,
propter conuenientiam quam cum eo habet; cæte
rum ista sententia est nulla, etenim si hoc esset ve- C
rum, in quacunque distantia moueretur ferrũ ad
magnetem sicut ignis ad suum locum. Præterea,
quia quantumcunq; ferrum esset magnũ, trahere-
tur à magnete, quæ tamen dicta sunt contra expe-
rientiam. Præterea, quia si alterum succo vngatur
ferrũ non trahitur à magnete. Cuius ratio est, quia
allium calidum est, & calor eius mordax & diuul-
siuum partium subtiliorum, & ita appositum ma-
gneti diuertit partes calidiores, quæ magis actiuæ
sunt, & ita impedit ab actione. Relicta ergo hac sen
tentia. Respondetur cum M. Soto in. 7. Physi. q. 1. D
ad primum, & est communis solutio, q magnes at-
trahit ferrum per qualitatem quandam quam im-
primit illi. ¶ Ad tertiũ patet ex solutione ad pri-
mũ; Dicimus enim q est eadem qualitas in manu
piscatoris, & in retibus, sed nõ idem operãtur; ma-
num enim obstupefacit, non autẽ retia, quia agens
agit secundum dispositiones passi. ¶ Ad quartum
respondetur q illæ partes habẽt se tunc ac si essent
discontinuæ, quia vna agit in aliam, secundum q
vna habet plus de forma quam alia. Ex quo patet
ad confirmationem. ¶ Ad quintum respondetur. E
Primò q loquimur hic de actione vera & Physi-
ca, illa verò actio est intentionalis. Respõdetur se-
cundò q etiã in hac actione habet verum nostra
prima cõclusio, quia visibile tangit visum media-
te, id est, per speciem quam imprimit, quæ ab ipso
causatur, & per medium defertur ad visum, vt do-
cet Arist. 2. de Anima tex. 74. Ad confirmationẽ
respõdetur, q homo per imaginationem sæpè se-
ipsum immutat, sed hoc non fit nisi spiritibus in
imaginationis organo existentibus immutatis per
quos fit celeris immutatio partiũ corporis. Quod
autẽ dicitur de his qui plumbas & alia multa faciũt
per imaginationem, id falsum est. Sæpè enim pro-
uenit arte dæmonum, vel casu aliquo. Aliud est, cũ
miraculosè contingunt præter ordinẽ naturæ ali-
qui mirabiles effectus, ibi enim virtus diuina ope-
ratur. Ad illud autem de oculo fascinante, non ne-
gamus id sæpè contingere, sed tamen dicimus va-
pores nociuos egredientes ab oculis esse corrupti-
uos aëris, & aër nocet alijs virtute illorum vaporũ:
sicut homines infecti peste distantibus nocent per
medij immutationem. ¶ Ad sextum patet ex secũ
da conclusione, & quarta. Dicimus enim vt patet
ex dictis q duplex est contactus, scilicet corpora-
lis, quo duo corpora se tangunt, & virtualis sicut
contristans tangit contristatum. Secundum ergo
primum contactum neq; Deus, neque intelligen-
tiæ cum sint incorporeæ, tangunt suos effectus, be
nè tamen secundum virtualem contactum. Vide
D. Tho. 1. p. q. 105. art. 2. ad 1. Ad primam confir
mationem respondetur, q voluntas diuina nõ po-
test velle aliquid eorum, quæ sunt, quod distãs sit
à Deo, quia ab ipso nihil neque secundum situm
localem distat, neque secundum distãtiam causa-
litatis, cum omnia & in omnibus operetur. Vnde
S. Tho. q. 8. 1. p. art. 1. ad 3. inquit optimè q hoc ad
maximam Dei virtutem pertinet, q immediate in
omnibus agat & ideo nihil est ab eo distans. Ad
secundam confirmationem respõdetur, q aliquã-
do substantia spiritualis immediatè immediatione
suppositi agit in aliquem effectum, cum quo effe-
ctu coniungitur sic, per hoc q virtutem suã taliter
illi applicat, vt inter ipsam non mediet aliquod
aliud agens, aliquando per eandem virtutem agit
tantum immediatione virtutis per hoc quòd mo-
uet. Primò aliquod corpus quo mediante mouet
aliud, sicut mediante cœlo mouet hæc inferiora.
Et hæc de hac quæstione. ¶ Deinceps circa caput
septimum in quo agit Arist. an simile possit agere
in sibi simile, est aliqua difficultas sequenti quæst.
elucidanda.

QVÆSTIO II.

¶ Vtrum simile possit agere in sibi simile.

ARguitur primò pro parte affirmatiua. Ferrũ
candens, vt experiẽtia patet, producit ignẽ,
sed hoc non potest esse, nisi agẽs agat in sibi
simile, ergo. Probatur minor. Ferrum candens nõ
habet in se formam ignis, ac proinde nec calorem
vt octo: sed citra octo. v. g. vt septem, ergo quando
producit octauum gradũ cum quo est ignis, priùs
agebat in septimum gradum & sic agebat in sibi
simile. Confirmatur, quia manus iunctæ admodũ
mutuò se calefaciunt, & tamen habent similem ca
lorem, ergo. ¶ Arguitur secundò. Actio fundatur
in victoria & excellii virtutis agentis supra resistẽ-
tiam passi, tunc enim ignis agit in aquã, cum virtus

ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsius excedit resistentiam aquæ, ergo quo minor A
fuerit resistentia, tantò potior erit actio; at inter similia minor est resistentia, ergo inter illa erit actio. ¶ Arguitur tertiò. Media regio aëris infrigidat aquam vsque ad congelationem vnde nix & grando &c. proueniũt, & tamẽ aqua est frigidior aëre, ergo si aër agit in aquam frigidiorem se multò melius aget in æquale frigidum. Confirmatur. Calor coniunctus siccitati fortior est quã coniunctus humiditati, vt patet in ferro & in aqua, sed calor vt quatuor, quando est cõiunctus humiditati potest agere vt quatuor, ergo coniunctus siccitati poterit B
producere aliquid amplius, ad quod producẽdum necessariò debet pertrãsire agendo in calorem vt quatuor, ergo. ¶ Arguitur quartò. Nam duo luminaria æque intensa. v.g. vt quatuor adinuicẽ se intendunt & producunt lumen intensius quàm vnũ solum produceret vt experientia ipsa compertum est, ergo. Confirmatur, & explicatur. Nam si duo luminosa apponantur in medio, lumen intẽditur, & si addatur tertium adhuc magis, & si quartũ & quintum &c. semper magis intenditur, ergo si luminosa sint omnia vt quatuor, fieri poterit vt in C
medio producant plus luminis, quàm singula. Quod non fiet nisi simile agat in simile. In oppositum est Arist. vbi supra. ¶ Pro solutione huius dubij notandum est primo quòd simile vt colligitur ex Arist. lib. 10. Met. tex. 10. & 11. multis modis dici potest, scilicet, quæ sunt eiusdem generis præsertim Physici, & ita dixit in. c. 7. tex. 50. necesse est agens & patiens genere quidem similia esse, specie autem dissimilia & contraria. De quo vide quę super hunc textũ diximus ex D. Tho. Vnde secũdo modo dicuntur similia, quæ sunt eiusdẽ speciei. D
Tertio modo proprijssimè dicuntur similia, quæ habent qualitatẽ vnius speciei, vt duo calida, duo alba &c. Rursum simile hoc tertio modo accipitur quadrupliciter. Primo, si tantùm cõueniãt in qualitate eadem, non tamen in eodem gradu & efficacia, vt calidum vt duo & calidum vt quatuor. Secundò, si conueniant in qualitate, gradu & efficacia, vt duo calida vt quatuor habentia materiam æquè rarã vel densam, & cætera paria. Tertio modo, si sint similia in raritate, & intensione non verò in qualitate, vt si essent duo ligna æquè densa, & E
vnum haberet calorem vt duo, aliud calorẽ vt sex. Quarto modo si cõueniant in eadem qualitate & gradu, non tamen in efficacia, vt calidum ferrũ vt sex, & calidum lignum vt sex. ¶ Notandum est secundo q̃ habens similem qualitatẽ cum altero potest in ipsum agere, si simile in vna qualitate, habeat qualitatem aliam contrariam. v.g. nix & calx similitudinem habent in albedine, tamẽ quia aliàs habent contrarias qualitates (est enim nix frigida calx calida) potest vnum in alterum agere, & tunc album in album aget, sed per accidens; non enim

ratione albedinis, sed contrariarum qualitatum. Quando ergo quærimus; vtrum simile possit agere in sibi simile, non sic quærimus, sed sensus quæstionis est; Vtrum simile agat in simile per se, & secundum eam qualitatẽ, qua similes sunt. ¶ Aduertendum tertiò q̃ aliud est loqui de agente & passo in principio actionis, aliud verò in fine. In fine enim nihil inconuenit esse similia, imò verò vt ait Arist. in. 7. c. tex. 51. vnumquodque agens ad hoc operatur vt assimilet sibi passum. De quo vide quæ superillum textum diximus. Atque ita quando quærimus vtrum simile agat in simile, volumus dicere, vtrùm agens & patiens sint similia in principio actionis. ¶ Sit prima conclusio. Agens æquiuocum non oportet, vt sit simile genere Physico neque in fine neque in principio actionis ipsi passo. Probatur conclusio. Quia Deus operatur & agit in omnia, qui tamen non est eiusdem generis physici, imo nec Logici cũ creaturis. Item Angeli operantur in hæc inferiora, & tamen nõ sunt eiusdem generis Physici cum eis, cum non habent materiã. Præterea. Cœli operantur in hæc eadem inferiora & tamen licet habeant materiam nõ tamẽ est eiusdem rationis cum materia horũ inferiorũ, vt supra expositum est. Dictum autẽ Aristo. tex. 50. quòd agens & patiens debent esse eiusdem generis intelligẽdum est, vt S. Tho. explicat, & nos ibi diximus de ijs quæ adinuicem nata sunt agere & pati. ¶ Secunda conclusio. Agens vniuocum agit in sibi simile secundum genus Physicum, id est, secundum materiam, imò vt agat est necesse, q̃ sint eiusdẽ generis & communicent in materia. Conclusio est Arist. eodem tex. 50. & D. Tho. 1. p. q. 13. ar. 5. ad primum, & ratio est manifesta. Agens enim vniuocum dicitur, quia producit effectum eiusdẽ speciei, sed in aliqua materia non potest produci effectus eiusmodi nisi sit in potentia ad talem formã, ergo materia est eiusdem rationis. ¶ Tertia conclusio. Agens vniuocum potest agere in passum eiusdem speciei in substantia & qualitate, contrarium tamen & dissimile secundum q̃ talis qualitas passi est imperfectior. v.g. aqua calida patitur à frigida. Hæc conclusio etiam patet ex doctrina eadẽ Aristotelis. Nam si quæ agunt adinuicem oportet esse contraria, & cõtrarietas seruatur etiam si eiusdem speciei sint agens & patiẽs, nihil obstat quominus fiat actio. ¶ Quarta conclusio. Simile primo modo in qualitate potest agere in sibi simile. Probatur, nam aqua calida vt sex potest calefacere manum calidam vt quatuor: quia respectu gradus caloris, in quo excedit, ita se habet ac si non haberet calorem, & est in potentia respectu illius. ¶ Quinta conclusio. Simile in qualitate tertio modo potest agere in suum simile. Patet nam calidum vt octo potest agere in calidum vt tria, quanuis ambo inueniãtur in materia æquè densa, quia vnũ se habet in po-

in potentia, & aliud vt actus, & sunt ac si essent cõtraria respectu gradus in quo excedit. ¶ In his quinque conclusionibus conueniunt omnes autores, qui de hac re agunt, difficultas tamen est de simili quarto modo, videlicet, in qualitate & gradu. Vtrum, scilicet, simile hoc modo possit agere in sibi simile in qualitate & gradu. V.g. vtrum calidum vt quatuor possit agere in calidũ vt quatuor & ipsum intendere. ¶ Sit sexta conclusio. Simile in qualitate & gradu nunquam potest in sibi simile agere, & illud perficere secundum illam qualitatẽ. Hanc sententiam sequitur Astudillo hic. q. 21. Al- B
bertus de Saxonia. q. 15. & in eadẽ refertur Paulus Venetus in summa. c. 23. Eam tenent aliqui huius temporis etiã ex discipulis D. Tho. & mihi maximè placet. ¶ Et probatur primo. Omne agẽs intendit sibi assimilare passum in forma quę est principium agendi, ergo habens calorem vt quatuor, tantum potest assimilare sibi passum in calore vt quatuor, & cum illuc peruenerit cessabit actio; nã si produceret calorem vt quinq;, iam ageret vltra proportionem formæ quæ est principium agẽdi, & ipse effectus esset perfectior sua causa vniuoca. C
Confirmatur, quia id quod est in potentia, reducitur ad actum ab eo qui est in actu, sed calidum vt quatuor est in potentia ad calidum vt quinque, ergo reduci debet ad gradum talem ab eo quod est actu calidius; nam æquè calidum pariter est in potentia. Maior est Aristo. 3. Physi. tex. 17. & in hoc 1. de Gener. tex. 77. ¶ Tertiò, quia aliàs duo agẽtia remissa ad se applicata se inuicem intenderent vsq; ad summum gradum, quod est falsum. Sequela patet. Sit aliquod corpus densum. v.g. ferrum calidũ vt quatuor & aliud rarius nempe lignum calidum D
vt quatuor, & applicentur simul: tunc ferrum secũdum oppositam sententiam aget in lignum, & sic intendet eius calorẽ vsq; ad quinque. Rursus lignũ calidum iam vt quinque potest intendere ferrum vsq; ad quinque, quia vnumquodq; potest producere formam eiusdem intensionis quam habet in subiecto, quod est in potentia ad illam. Rursus ferrum iam calidũ vt quinq; intendet iterum lignum vsq; ad sex, & sic consequenter vsque ad summum gradum. Hoc autem videtur falsum, & cõtra experiẽtiam. ¶ Quartò, nam pari ratione daretur calor E
maior maximo. Probatur sequela. Condensetur ignis vbi est summus calor, tunc in materia dẽsiori agens habebit maiorem virtutem agendi (vt aiunt oppositũ opinantes,) ergo calefaciet alium ignem rariorẽ, ac proinde iam erit calor maius maximo. ¶ Quintò. Nam si calor vt quatuor agit in calidũ vt quatuor ratione materiæ dẽsioris in qua est, aut densitas concurrit actiue, aut non. Si secũdum; non potest vltra quatuor producere. Si primũ, est contra D. Tho. & Arist. asserentes rarum & dẽsum nõ esse principia actiua. ¶ Denique ex opposita sen-

tentia sequitur, quòd calidum vt quatuor possit agere in calidum vt quinque. Probatur sequela. Nam si propter densitatem materiæ aut multitudinem formæ agit in æquale: quæro quantum poterit intendere calidum æquale? Si dicas quòd vnũ gradum vel duos; tunc sic argumẽtor. Ergo si densitas sit maior, poterit adhuc perficere illud quod iam est magis calidum, præsertim q̃ gradus nõ cõsistunt in indiuisibili. ¶ Nihilominus alia sentẽtia est, q̃ simile in gradu potest agere in sibi simile in gradu intensionis, ita vt calidum quatuor graduũ possit agere in calidum vt quatuor, ipsumq; intendere, si tamen calidum agens aliunde sit maioris efficaciæ in agendo quàm aliud calidum, vel propter densitatem materiæ in qua reperitur, vel propter aliam rationem. Hanc sentẽtiã sequitur Soto 2. Physicor. q. 4. ad 5. & Marsil. q. 18. & multi alij. Aug. etiam Niphus. q. 2. super. c. 8. videtur eãdem sequi. Hanc etiam sententiam sequuntur multi ex iunioribus discipulis D. Tho. propter argumẽta facta in principio, & insuper, quia vt ait M. Soto. 2. Physic. vbi supra non oportet dignoscere formæ virtutem aut eius actiuitatem penes maiorem vel C
minorem intẽsionem formæ. V.g. q̃ aliquis calor plùs minusvè calefaciat, non indicat ipsum intensiorem, vel remissiorem semper. Vtunturq; exemplo ferri cadentis, in quo nõ est tam incensus calor atque est in flamma, quæ ardet in stupa, siquidem in flamma est formaliter ignis, in ferro verò minimè, & tamen absque dubio ferrum candens magis actiuum est, quàm illa flamma, ergo nõ secundum intensionem formæ attendenda est actiuitas agentis. Actiuitas ergo agentis sumenda est penes multitudinem formæ, ita q̃ ignis bipedalis cadẽ proportione dupla qua plus habet multitudinis & caloris & formæ substantialis quàm ignis pedalis, potest maiorem effectũ producere. Etenim cum tota virtus agentis sit forma, secundùm eius quantitatem erit & actionis quantitas. Aiunt itaque q̃ actiuitas formæ attenditur penes multitudinem materiæ, ita vt in eadem proportione, in qua plus est de materia plus est de forma; quod tamẽ intelligendum aiunt intra eandem speciẽ, quia terra plus materiæ habens minus formæ habet quàm ignis. Hoc etiam documentum colligunt ex Aristot. 3. Physi. tex. 42. vbi ait, q̃ si vnum elementum esset infinitum, alia in se conuerteret. ¶ Ex dictis colligunt, q̃ idem calor receptus in subiecto dẽso plus agit, quàm in raro existens. v.g. sit forma æqualis intensionis recepta in aliquo subiecto raro, & in alio denso alia æqualis, hæc plus aget, & actiuior erit. Cuius ratio est, quia in materia densa plus est de forma, ac proinde plus est de actiuitate; quia virtus vnita fortior est seipsa dispersa, vt ait Arist. lib. 1. Metheorum. Ego verò satis mirari nequeo, q̃ viri doctissimi in talem sententiam declinauerint, &

principia

Universidad de Deusto
Biblioteca

principia metaphysicalia reliquerint, aut malè intellexerint. Oportet enim omne agens agere secũdum quod est in actu, & similiter necesse est vt nullus effectus qui est ab aliquo agẽte vt à causa principali, siue primaria, siue secũdaria excedat proportionem formæ quæ est principiũ agẽdi, & actuat ipsam causam, ergo impossibile est, vt calor intensus vt octo, producatur à calido vt sex tanquam à causa principali; Neq; tamẽ valet illa solutio quod densitas materiæ in qua recipitur multitudo caloris supleat minorem intensionẽ formæ in agente: quoniam profectò illa densitas materiæ non facit subiectum magis calidum, siquidem ipse calor nõ magis actuat subiectũ neque magis radicatur in illo, quanuis sit maior qualitas extẽsiuè per maiorem quantitatem subiecti, ergo ille calor nõ potest esse principiũ proportionatum ad producendum magis calidum & magis actuatum calorẽ. Verum est tñ quod secũdum quid est maior actiuitas, seu virtus ad agẽdũ in calore qui recipitur in materia forti & densa cæteris paribus, videlicet est maior actiuitas vt citiùs producat effectus & vt sphera actiuitatis magis extendatur sicut magnus ignis citius calefacit & ad maiorem distantiã extẽditur quàm paruus ignis. Deinde etiam magnus magis resistit contrario quàm paruus ignis: itaque ad similia potest prodesse magnitudo, vel multitudo materiæ aut dẽsitas, & poterit verificari, quod virtus vnita fortior est seipsa dispersa cęteris paribus; sic etiã intelligitur quod Arist. dixit. 3. Phy. quòd si vnum elementum esset infinitum, corrumperet alia. Certè quia non relinqueret alijs locũ, vel quia finita elementa circundatæ infinito elemento non possent resistere proportionabiliter suo cõtrario; sicut paruus ignis circũdatus aqua extinguitur, at verò si parũ aquæ accedat magis accẽditur. ¶ Ad argumenta verò in principio facta facilè respondemus secundum nostram sententiam. Ad primum enim respondeo cum Durando in. 4. sent. d. 44. q. 5. ad 2. quòd in ferro candenti est aliquis ignis verus, non quia ipsa tota substãtia ferri sit in ignẽ, sed quia exalationes à ferro resolutæ ex nimio ignis calore inflammant: ita vt non solùm intra ipsum ferrum maneant, sed etiam aliquando extra procedant cum fulgore & flamma quadam, quæ etiam oculis patet; nõ ergo mirum est si ferrum sic ignitum, aut potius ignis in ferro existẽs generet ignẽ. Et per hoc patet ad primum. ¶ Ad confirmationẽ respõdetur, quòd calor cordis est ratio quare manus iunctæ amplius calefiant, quoniam calor ille solet temperari ab aëre circunstanti: cum verò iunguntur manus cõseruant calorem ex intimis promanantem. ¶ Ad secundum argumentum respõdetur, q actio non solùm fundatur in non resistentia passi, sed potiùs in supereminentia agentis & in potentia passi. Ad confirmationem satis patet ex dictis. ¶ Ad tertium respondetur, q ea quæ generantur in media regione aëris, attribuuntur tãquã causæ principali, cœlestium Planetarum influentiæ. Ad confirmationem respondetur, quòd calor coniunctus siccitati, magis exsiccabit, nõ magis calefaciet quàm coniunctus humiditati. Imò verò siquis mittat manum in aqua feruẽte citius calefiet, quam si per flammam velociter manum moueat. ¶ Ad quartum argumentum respondetur, nego antecedens pro priore parte, scilicet, q duo luminaria æqualia se adinuicem illuminent: hoc enim nulla experientia constat, imò est impossibile. Cæterum, Vtrùm lumẽ possit intẽdi in aëre semel productum ab aliquo luminoso ex aduentu alterius luminosi æqualis; maior est difficultas. De quare vide Sonci. lib. 7. Met. q. 9. vide etiã M. Victoria in relect. de augmento charitatis, quã habes infert. in nostris cõm. 2. 2. q. 24. art. 6. vbi dicit duo. Alterum, q nunquam plura agentia producũt maius lumẽ vel calorem in primo puncto sphęræ suæ actiuitatis, quàm produceret vnum illorũ. Secũdò dicit, q nunquam lumen productum est maius, quàm sit lumen productum à maximo luminoso, vt si sit luminosum vt octo, & multã alia vt octo vel minora, nũquã lumẽ productũ erit supra octo. Probat vtrumq; Primò, quia agens remissum nõ auget intensius, nec eius effectum, vt si actus est vt duo, non auget habitum qui est perfectus vt tria, & si est calor vt quatuor non auget calorẽ vt sex, quia actio non fit à proportione minoris inæqualitatis, & idem dicendum est de æquè intenso lumi noso. Secundò. Nam si Sol diuideretur in duas partes æquales, vt fierent duo luminosa nulla alia mutatione facta, non producerent illæ duæ partes intensius lumen, quàm modo producũt, sed vna medietas produceret tam intensum lumen vt totus Sol, ergo duæ non producerent intensius quàm vna. Minor probatur, quia Sol est vniformis secundum lumen, & tam intensum lumen est in medietate Solis sicut in toto Sole, ergo &c. & idem est dicendum de igne, & de quocunque alio agenti naturali. Et confirmatur. Nam si sunt decẽ luminosa vt quatuor & ex illis fiat vnum totum, erit vt quatuor, & nõ plus, sicut si ex multis albis vt quatuor fiat vnum album vt quatuor, sed quodlibet luminosum vt quatuor poterit producere lumen vt quatuor, ergo luminosum compositum ex illis nõ producit intensius lumẽ quàm singula eorũ, cum nullum agens agat supra suam intensionem. Et si contra hoc dicatur, nam experientia cõstat, q duo ignes magis calefaciunt quàm vnũ, & duo lumina magis illuminant quàm vnũ. Respõdemus q extensiuè verum est, nõ intensiuè, vt si calefactiuum vt quatuor potest calefacere per decem passus à summo gradu suo vsquè ad non gradum: tunc calefactiuum vt octo poterit per viginti extendere suum

suum effectum nullibi tamen in maiori intẽsione quàm quatuor. Aget autem hoc modo, quod si luminosum vt octo in spacio aliquo (cum eius lumẽ diffundatur vniformiter difformiter à summo gradu sibi proportionato vsque ad nullum) in primo passu illuminabit. v. g. vt octo, & in secũdo vt quatuor, & in tertio vt duo. Si autem adiungatur aliud luminosum æquale: extendetur tota sphera actiuitatis & erunt gradus illi in maioribus partibus, ita tamen q non excedatur virtus luminosi vt octo. ¶ Ad argumẽtum respondetur concedo quòd luminosum æqualis virtutis intendit lumen medij productũ ab alio luminoso, quia in tali parte medij nõ productus erat gradus maximus, quià priori luminoso poterat produci, sed ex vtroque luminoso efficitur vnum agens magis extendens spheram actiuitatis, vnde est, vt vbi prius erat lux vt duo postea sit vt quatuor. ¶ Alia quæstio solet hic disputari. An idẽ possit agere in se? Cæterùm quia hæc est eadem cum illa, vtrùm omne quod mouetur ab alio moueatur, quæ tractari solet. 8. Phys. & ibi est eius proprius locus, hic ab ea supersedebimus. Vide Soto. 8. Phys. q. 3. Iauellum. 9. Meta. q. 3. & 7. Phys. q. 1. Sonc. 9. Met. q. 8.

QVÆSTIO. III.

¶ Vtrum omne agens agendo repatiatur.

¶ Hæc est circa idem caput tex. 54.

ARguitur primò pro parte negatiua. Deus & intelligentiæ, & cœlum agunt in hæc inferiora, & tamen nõ repatiuntur, ergo. Antecedens patet, quia non sunt alterabilia. Confirmatur, nam sensibile agit in sensum, & non repatitur, ergo. ¶ Arguitur secundo. Nam quando ignis calefacit pisces in lebete aqua pleno, non patitur ab eis, ergo. Confirmatur, nam Aristot. 2. de partibus animal. c. 2. ait, quòd ignis nõ potest esse frigidus, ergo nec potest pati à frigido, & sic agendo in frigidum non repatietur. Item, nam generans generando non regeneratur, ergo nec patiens repatitur quia aliàs idem esset patiente nobilius in quantum agit, & ignobilius in quantũ patitur respectu eiusdem. ¶ Arguitur tertio. Nam vel agens, & patiens sunt æqualis virtutis, vel inæqualis. Si primum neutrum aget in alterum, quia à proportione æqualitatis non fit actio. Si secundum tunc quod est præstantioris virtutis aget in alterum, & non repatietur, quia à proportione minoris equalitatis non fit actio. Confirmatur. Nam agens semper debet esse maioris actiuitatis, quàm passum, ergo passum nõ potest agere in agens; alioqui actio esset à proportione minoris inæqualitatis. Confirmatur secudo. Quia sequitur, q calidũ vt octo non possit facere aliud calidũ vt octo. Probatur sequela, quia si calidum vt octo repatitur, debet eius calor remitti, ac proinde fiet vt septem, sed calidum vt septem non potest facere calidum vt octo eadem ratione qua, scilicet, à proportione minoris inæqualitatis &c. ergo. ¶ Arguitur quarto. Nam si agens repatitur sequitur aliquod subiectum simul moueri duobus motibus contrarijs, hoc autem est falsum, ergo. Sequela probatur. Nam si ignis calefaciat aquã mediante aëre, ignis tunc mittit calorẽ per aërem vsq; ad aquam, ergo aër calefit; rursus aqua imprimit frigus igni per eundem aërem medium, ergo aër frigefit, & sic simul mouetur motu calefactionis & frigefactionis. Confirmatur. Nam si agens agendo repatitur, sequitur quòd eadem pars simul calefiat & frigefiat, quod est impossibile. Probatur tamen sequela. Accipiatur aliquod agens quod sit. A. cuius pars propinquior passo sit. C. Item sit passum. B. tunc. A. repatiatur à. B. secundùm partem. C. propinquiorem ipsi passo. Sit igitur. A. calidum & B. frigidum, tunc quàm citò. B. per reactionem infrigidaret partem illam. C. tam citò à reliquis partibus ipsius. A. calefieret. C. quia reliquæ partes. A. sunt multum calidæ, ergo. ¶ Pro intelligẽtia huius quæst. aduerte primò q ista quæstio reddit. est ab aliquibus difficilis & obscura satis propter varias calculationes & sophismata, quæ huc inuexerunt; nos tamen ab eis supersedebimus, quia nullius vtilitatis sunt: nisi ad opprimenda adolescentũ ingenia; si quis tamen ea videre voluerit legat Calculatorem Suissetl tract. 7. de reactione & Hentisberũ in suorum sophismatum libro sophismate vltimo. ¶ Aduertendum secundò, q agens agendo pati, nihil aliud est, quàm q fit agat in passum, vt passum etiã agat in ipsum, & hæc actio appellatur reactio. V. g. Aquam calefacit ferrum calidum ita vt aqua quæ patitur frigefaciat ferrum, tunc ferrum agens repatitur. ¶ Notandum tertiò q actio, & reactio possunt intelligi dupliciter, vno modo secundùm diuersas cõtrarietates. v. g. vt vnum agat secundùm calorẽ & repatiatur secũdùm humiditatẽ, vel q frigefaciat, & repatiatur secũdùm siccitatem. Altero modo secũdùm eandẽ cõtrarietatẽ agẽs calefaciat & frigefiat à passo. ¶ His positis est prima sentẽtia Calculatoris Suisset vbi supra qui asserit duo. Primum est q agẽs difforme repatitur secũdùm eãdẽ contrarietatẽ, sed nõ secũdùm candẽ partẽ, sed secũdùm aliam agit, & secũdùm aliã patitur. Vocat agens difforme, quod secũdùm omnes suas partes non participet æqualẽ gradũ formæ, vt si aliquod lignum haberet aliquas partes calidas vt quatuor aliàs vt tria, aliàs vt duo, dicit ergo quòd agit secundũ fortiores partes, repatitur secũdùm debiliores. v. g. lignũ agit secũdùm partes calidas vt quatuor, repatitur secũdùm partes calidas vt tria & duo. Secundũ est q agẽs vniforme nõ repatitur dum agit nec secũdùm diuersas partes. Vocat agens vniforme, quod secũdùm oẽs suas partes participat æqualem

Universidad de Deusto
Biblioteca

gradum formæ, vt si aliquod lignũ haberet omnes A
suas partes calidas vt quatuor. Hoc igitur agens
dum agit, nõ repatitur. Putat enim quòd qualitas
actiua tantum resistit suo contrario, quãtum agit,
vnde si multum agit, multum resistit, si parum
agit, parum resistit. Vnde cum in casu secundum
omnes partes agat æqualiter, æqualiter etiam re-
sistit, ac sic nõ est vnde patiatur. Ex quo sequitur,
quòd secundum istum autorem nihil potest age-
re & repati secundùm idem & eandem partem ea-
dem contrarietate. Hanc eandem sententiam se-
quutus fuit olim Augustinus Niphus in Physicis, B
vt ipse hic refert, hic etiam in eandem ferè sẽten-
tiam etiam inclinat. Primò enim conuenit cũ hoc
autore in hoc quòd putat, quòd quantùm aliqua
qualitas est actiua in tantum est resistitiua, & è
contra per quantum aliqua qualitas est resistitiua,
in tantum est actiua. Quod etiam probat, quia per
quantum aliquid est actiuum per tantum sufficit
se conseruare, per quantum sufficit se conseruare;
per tantùm contrario repugnat, per quantum con
trario repugnat, per tantum resistitiuum est, ergo
de primo ad vltimum, per quantum qualitas po- C
test agere, per tantum potest resistere. Confirma-
tur, quia agere est contrarium remittere, igitur
agere est resistere. Consequentia probatur, quia
per quantum contrarium remittitur, per tantum
agens superat cõtrarium, & per quantum superat
per tantum resistit. Secundò dicit, quòd actio &
reactio sunt possibiles secundùm diuersas qualita-
tes, & non secundùm eandem. V.g. si ignis agit in
aquam, per caliditatem agit, & per humiditatem
ab aqua patitur, & ita si caliditas ignis remittit fri-
giditatem aquæ, frigiditas non reagit in calidita- D
tem, sed humiditas aquæ agit in siccitatem & non
e contra. In hanc sententiam citat ibi Aristotel. &
Commentatorem & Alexandrum. 4. Metheoro-
rum commento. 10. Hentisberus etiam conuenit
cum Calculatore in omnibus præter hoc vnum,
quod admittit etiam inter vniformia esse reactio-
nem. ¶ Alia opinio est communis & probabilis
multorum Doctorum, quæ propter eius probabi-
litatem, oportet vt hic latiùs explicetur. Pro quo
aduertunt. Primò quòd actio agentis prouenit ex
victoria, & excellentia virtutis actiuæ alicuius rei
supra alterius resistentiam. Ratio est, quoniam vt E
agens in passum possit operari, opus est vincat
passi resistentiam, illique dominetur subijciendo
ipsum sibi. Hoc autem efficere nequit nisi per ma-
iorem virtutem, quia vincere est superioris & per-
fectioris. Aduertunt secundò triplicem posse in
subiecto aliquo resistentiam inueniri. Prima dici-
tur negatiua, quæ est, quando subiectum non est
capax recipiendi formam agentis, vt cœlum est
incapax caloris & frigoris, & ob id dicitur resiste-
re negatiuè. Secunda resistentia est, quam priuati-

uam seu passiuam vocant, quando videlicet pa- A
tiens non agit actione contraria in agens, difficilè
tamen cedit eius actioni, vt res durissima difficilè
frangitur, & columna firma resistit impellenti
absque aliqua actione. Tertia resistentia est con-
trarietatis, quando passum per qualitates contra-
rias actiuas resistit agenti. Aduertunt tertiò quòd
in rebus per qualitates actiuas resistentibus du-
plex inueniri potest resistentia. Altera actiua per
actiuitatem, & actionem qualitatis ipsius, quæ ex-
tenuat & debilitat agens contrarium, eiusque im-
pedit actionem. Altera passiua secundum quam B
difficilè cedit actioni, & quantùm est ex se im-
pedit eam. Resistentia primo modo non est ma-
ior quam actiuitas qualitatis per quam resistit.
Resistentia verò secundo modo non est æqualis
actiuitati, sed quò res est maioris actiuitatis, eo est
minoris resistentiæ, & quanto minoris est actiui-
tatis maioris est resistentiæ; Quocirca si elemen-
torum qualitates secundùm actiuitatem conside-
rentur, calor est maximè actiuus post hunc frigi-
ditas, deinde humiditas, vltimò siccitas. Atsi re- C
sistentiæ passiuæ ordinem pensemus, oppositus
est natura ita disponente, vt mutua inter ele-
menta actio & passio valeat reperiri, & vnum ter-
tium ex eis constitui ipsis ob mutuam actionem
& repassionem corruptis. Si nanque ignis, cui ma-
ior inest actiuitas; minoris resistentiæ non esset:
non corrumperetur ab actione aliorum elemen-
torum, sed in se potiùs ipse conuerteret reliqua.
Vnde in istis qualitatibus expellendis talis ordo
est, vt difficillimè siccitas expellatur à subiecto,
post eam humiditas, deinde frigiditas, sed faciliùs
cunctis caliditas. Isti diuersi ordines experientia
comprobantur. Difficiliùs nanque corrumpitur
terræ siccitas quàm aquæ humiditas, vt patet in
fornace, vbi multo tempore siccitas perseuerat
quocunque alio adiuncto. Aquæ item humidi-
tas difficilius expellitur quàm frigiditas, calefit
nanque aqua, tamen non siccatur; frigiditatem
excedere calorem in resistentia constat: nam aqua
faciliùs extinguit ignem si iungantur, quàm ignis
calefaciat ipsam; ignis enim qui est maxime cali-
dus est maximè passiuus à suo contrario. Aduerte
quartò causas maioris resistentiæ passiuæ varias
esse, quandoque enim resistentia prouenit ex ipsa-
met natura qualitatis, quæ ex se habet vt difficilè
remoueatur à subiecto, quandoque ex ma-
iore intensione, nonnunquam ex densitate sub-
iecti; aliquando verò ex conuenientia naturali, &
coniunctione ipsius qualitatis cum forma sub-
stantiali, vt plus resistit æqualis humiditas in re
naturaliter humida, quàm in re violenter humi-
da, cæteris paribus. Conseruatur enim à forma
substantiali propria. His positis dicunt duo. Pri-
mum est, quòd agens repatitur secundùm contra-

rietatem

rietatem ad eius actionem & secundùm eandem A
partem; ita vt dum calidum vt quatuor agit in
frigidum, secundùm eandem partem repatiatur.
Secundum est, quod si virtus actiua fuerit fortior
in resistendo, quàm passiua in agẽdo, vel æquè for
tis, non repatietur agens. v.g. si esset summus ca-
lor & frigiditas vt vnum vel vt duo, ita vt actiuitas
frigiditatis non excedat resistentiam passiuam ca
loris, nulla erit repassio: nam à proportione mino-
ris inæqualitatis, vel æqualitatis non fit actio. Ad
hoc igitur vt secũdum illos fiat reactio & repassio,
oportet vt maior sit actiuitas passi quàm resisten- B
tia agentis. V.g. sit calidum vt quatuor, sit aliud fri
gidum vt quatuor; tunc calidum agit in frigidum,
quia calidi actiuitas, quæ summa est, vincit frigidi
resistentiam, quamuis sit eiusdem gradus; at repati-
tur calidum à frigido, quia frigidi actiuitas vincit
resistentiam caloris, quæ minima est, & sic fit re-
passio & reactio, non solum inter contraria æqua-
lia gradu, sed etiam inter inæqualia, quia minor fri
giditas aliqua maiorem habet actiuitatem, quàm
sit resistentia maioris caloris, & ita potest reagere.
Hanc sententiam sequitur Marsil. q. 19. Albertus C
de Saxonia. q. 16. Paulus Venetus in summ. c. 25.
Thyenensis in quodam tractatu de reactione, M.
Astudillo in. q. 22. & ferè omnes iuniores eam te-
nent. Communiter etiam hisce temporibus acce-
ptatur à discipulis D. Thomæ. Sed exemplum hic
positum non placet. Quia quod est calidũ vt qua-
tuor est etiam frigidum vt quatuor (supponitur
enim cõmuniter quòd summus calor sit vt octo,
ergo quantum deest calido vt quatuor de calore,
tantum habet de suo contrario.) Tunc, ergo nulla
erit actio, quia frigidum vt quatuor erit calidum D
vt quatuor & à proportione æqualitatis non est
actio. ¶ Pro decisione sit prima conclusio. Inter
agens & patiens quæ non communicant in mate-
ria, ita quòd sit eiusdem speciei, & habeant quali-
tates contrarias Physicas, non potest reperiri re-
actio, & repassio. Hæc conclusio est Aristot. & D.
Tho. hic cap. 7. tex. 54. vbi dicunt, quòd cũ agens
aut non habet materiam, aut si habet, est alterius
generis à materia passi, agens non repatitur. Vnde
res spirituales agentes in hæc inferiora non repa-
tiuntur, quia materiam non habent. Similiter cœ- E
li non repatiuntur, quia materiam habent alterius
rationis. Hinc est, vt aurum & margaritæ parùm
patiantur, quoniam habent aliquid cœleste. Item
sensibile agit in potentiam & tamen non repatitur
ab ea, quia non agit per qualitates contrarias Phy
sicas; sicut color agit in visum, & sensus exteriores
in sensum interiorem, & tamen color non patitur
à potentia visiua, neque sensus exterior ab interi-
ori. ¶ Secunda conclusio. Si agens in passum non
fuerit intra sphæram actiuitatis passi, non repatie-
tur. Probatur. Nam cum omne agens sit finitæ vir

tutis, non agit nisi per spacium determinatum, &
vsque ad certum terminum, imò nec in illo spatio
toto æqualiter agit, sed debilius semper in partes
distantiores à se, & hoc spatium, in quod agere po-
test agens, dicitur sphera actiuitatis suæ, ita vt nisi
passum sit applicatum intra hanc sphæram non
possit agere agens in ipsum, variatur autem hæc
sphera, quia modo maior, modo minor est pro
maiori vel minori agentis virtute. Potest igitur es-
se quòd sit aliquod agens fortissimum habens ma
gnam sphæram, & sit passum debile breuem ha-
bens sphæram, tunc poterit applicari tale debile
sphæræ fortioris, ita vt fortius sit extra illius sphæ-
ram, in quo casu agens fortius aget absque repas-
sione ab illo passo, sed repatietur à medio quod
necesse est esse inter agens & patiens in prædicto
casu. ¶ Tertia conclusio. Inter agens Physicum &
patiens habens eandem materiam cum passo, agẽs
inquam, actione reali per contrarias qualitates,
potest esse vera reactio & repassio. Hæc conclu-
sio est Aristotelis qui vt patuit in capite. 7. circa
sextam conclusionem mouit hanc quæstionem
& soluit eam hac nostra tertia conclusione. Idem
habet. 3. Physicorum textu. 8. & 16. & libro. 4. de
generatione animal. capite. 3. hoc ipsum expresè
probat. Hoc ipsum concedit Auerrois libro. 4.
Metheorum, vbi probat quòd si non esset repati,
mistio non esset possibilis, imò verò omnes Phi-
losophi conueniunt in hac conclusione licèt in
modo quo fiat ista, actio & repassio non conue-
niant. Secundò probatur experientia. Prima est
de ferro ignito in aqua submerso, vbi patet fer-
rum infrigidari, & aquam calefieri. Secunda est de
glacie polita in manu, quæ liquefit, & manum
infrigidat. Tertia est de duobus gladijs, qui se fo
percutientes hæbetantur, vel franguntur, idem
de vasculis ex mutuo contactu se confringenti-
bus. Quarta de gutta super carbonem diffusa, quæ
extinguit aliquam carbonis partem, & ipsa in
vaporem vertitur. Quinta de duobus corporibus
densis quorum alterum si super alterum cadat,
ambo condensantur. Infinitæ aliæ experientiæ
sunt; sed hæ sufficiant. Tertiò probatur ratione à
posteriori. Quia cum mistio fiat ex multis agen-
tibus alteratis & ad concordiam redactis, non
posset fieri talis omnium alteratio, nisi elementa
ab ijs in quæ agunt simul repaterentur. Quartò
probatur ratione à priori desumpta ex Aristotele
3. Physicorum textu. 8. Et ex textu. 77. huius pri-
mi libri de Generatione. Quia vnumquodque
agit in quantum est actu, & patitur in quantum
est in potentia, sed idem potest esse in actu respe-
ctu caloris, & in potentia respectu frigoris, ergo
idemmet potest agere vt est in actu, & pati simul
in quantum est in potẽtia. De hac ratione plura in
quinta conclusione. ¶ Quarta conclusio. Reactio

Universidad de Deusto
Biblioteca

& repassio est & secundùm eandem contrarietatem qualitatum, & secundùm eandem partem. Hæc conclusio est contra autores in primo loco citatos, & habet duas partes. Et probatur prima, nam Aristo. id expresse habet. 4. de gener. animal. ca. 3. vbi dicit esse necessarium quod calefacit, frigefieri, quod premit premi, & Themistius super 5. Physi. tex. 8. inquit; Ignis calefacit & frigefit simul ab eadem re, quam calefacit ipse. Hanc eãdem tenent ibidem D. Tho. & omnes interpretes Aristo. ¶Secundo probatur experientia. Nam quando aquæ vehementer calidæ infunditur frigida, tota aqua fit tepida, quod non esset, nisi calida calefaceret, & infrigidaretur, & frigida infrigidaret & calefieret. Pro eadem re faciunt omnes experientiæ & rationes prò præcedenti conclusione. ¶Secunda verò pars conclusionis, scilicet, q̃ sit reactio & repassio secundum idem & eãdem partem, patet per easdem rationes & experientias. Confirmatur. Nã si ferrum vehementer ignitum infundatur in aquã totum ferrum agit in aquam, & totum ferrum repatitur, si quidem totum infrigidatur, ergo secundum idem, & secundum eandem partẽ potest esse reactio & repassio. ¶Quinta conclusio. Agens cõmunicans in materia cum passo repatitur ab eo, dummodo sit intra sphերã actiuitatis ipsius, quanuis passum sit multò minoris virtutis & resistẽtiæ quàm agens. Hæc conclusio est probabilis. Quæ sic explicetur. Cum aliquod contrarium agit in aliud contrarium, repatitur ab eo secundùm illas partes, quæ in sphеram actiuitatis illius cadunt, & hoc quanuis contrarium reagens sit minoris virtutis, quàm sit resistentia agentis. V.g. calidũ vt octo agit in frigidum vt vnum, repatietur calidum à frigido, si fuerit intra sphеram talis frigidi. Verum quidem est, quòd erit multò minor huius sphera, tamen si vtcunque intra eam contineatur, repatietur quantum ad illam saltem partẽ, quæ intra sphеram continetur. Probatur nunc conclusio. Primò, quia Arist. in hoc. 1. lib. textu. 54. sine limitatione videtur asserere, quæcunque communicant in materia, cum appropinquauerint sibi, agere, & pati adinuicem. Secundo probatur ratione, quia quod agit in aliud, superat illud in qualitate secundùm quam agit, & ex superatur ab illo in cõtraria qualitate. v. g. Calidũ vt sex agit in calidũ vt quatuor, & calidũ vt quatuor est frigidũ vt quatuor (supponimus enim maximũ calorẽ esse vt octo & pariter maximũ frigus,) ergo frigidum vt quatuor aget in frigidũ vt duo, quod est calidũ vt sex, nam à proportione minoris inæqualitatis semper sequitur actio, si passum sit debitè applicatum intra sphеrã actiuitatis; in quo casu intelligenda est nostra conclusio. Notandum tamen obiter q̃ si calidum vt sex & frigidum vt duo agat in calidum vt quatuor & frigidum vt quatuor, non faciet calidum vt sex, quia calefaciendo simul infrigidatur, atque ita tanto minus intensum calorem faciet, quanto magis repatitur. Eadem autem ratio est & de frigido illo vt quatuor, quod nõ efficiet frigidum vt quatuor id quod est calidum vt sex propter contrapassionem, sed reducentur ad quoddam medium secundùm proportionem mutuæ actionis & passionis; ita vt vtrumque maneat calidum vt quinque, & frigidum vt tres. Et ita secundum proportionem in aliis dicendum est, nisi fortè fiat prius corruptio subiectorum, quæ in talibus medijs seruari non possunt. ¶Tertiò, quælibet gutta aquæ ponit aliquam dispositionem in lapide, vt vltima in virtute præcedẽtium excauet illũ, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 24. art. 6. ad. 2. sed mollities, quã vna gutta aquæ põt ponere in silice, est multò minor duritie silicis, ergo. ¶Quartò. Resistere est agere, frigidũ vt vnũ resistit calido vt sex, ergo agit in illud. Maior probatur, nam resistere non est pati nam virtus resistiua ponitur ab Arist. 5. de Qualitate inter potẽtias actiuas, vt durũ, inquit, est potẽtia actiua, quia põt resistere, ergo. ¶Quintò probatur cõclusio. Nam eadẽ est radix & causa actionis & passionis, & reactionis & repassionis, vt dicebamus ex Aristot. 3. Physi. tex. 8. ergo sicut id agit quod est in actu, & in tãtum agit in quantum est in actu; & id patitur quod est in potẽtia, & in tãtum patitur in quãtum est in potentia: ita similiter id reagit, quod est in actu, & in tãtum reagit in quantũ est in actu, & id repatitur, quod est in potẽtia, & in tantum repatitur in quantum est in potentia. Sed quando calidum vt octo agit in calidum vt septem quod est frigidum vt vnum; tunc calidũ vt octo est in mera potentia ad frigiditatem vt vnum, & calidum vt septem quod est frigidum vt vnum, licet sit in potentia ad calorem vt octo, est in actu frigiditatis vt vnum, ergo si est debitè applicatũ calidũ vt octo repatietur à frigido vt vnum, si quidem hoc est in actu; & illud in potentia frigidum. Neque valet dicere, vt autores oppositæ sententiæ respondere fortasse possent, quod licet tũc calidum vt octo sit in potentia ad frigiditatem vt vnum, non tamen ab eo repatitur quia habet maiorem resistentiã, quàm sit actiuitas in frigido vt vnum: quia licet calor inter omnes qualitates minus resistat; tamẽ propter eius multitudinem & paucitatem frigiditatis, maior est ipsius resistentia, quàm frigiditatis sit actiuitas. Sed cõtra hoc arguitur, quia nulla est ibi resistentia, nisi primo modo, scilicet, negatiue sumatur, quando nulla est aptitudo, quę omnino actionem contrarij appropriati, & eminentis secundùm qualitatem actiuam auferat. Si enim sit resistentia secundum actionem qualitatis contrariæ, verbi gratia, cum calidum vt sex agit in frigidum vt quatuor, tunc solum impedit ne producatur in calido vt sex frigidum vt quatuor, sed ne prorsus produ-

producatur frigidum, quandiu omninò nõ vincit, non impedit. Si autẽ fuerit resistentia ratione qualitatis non actiuæ, sed passiuæ, tunc quantacũque sit resistentia, solum efficit vt vix & ægrè patiatur subiectum, sed ne prorsus patiatur, nõ efficiet. Sed contra quintam conclusionem est argumentũ ab experiẽtia, nam si carboni accẽso applicetur aquæ gutta, magis solet accẽdi, vt vulgò dicitur; Hechar agua en la fragua. Respondetur, q̃ nihilominus carbo repatitur in illa particula vbi aqua tangitur: sed rursus pars illa vehementius accẽditur, ab alijs partibus quia crassiorem habet materiam. ¶Sexta conclusio. Agens communicãs in materia semper repatitur ab immediato passo. Hæc conclusio est quam intendit hic Arist. dum reactionem fatetur, & sequitur expręcedẽtibus. Voco passum immediatum, cui agens secundùm contactum Physicũ coniungitur. Non negamus agens repati aliquando à passo distanti, sed hoc vniuersaliter nõ est verum, nisi cum agens est intra sphеram actiuitatis passi, vt expositum est in præcedenti conclusione. At ab immediato pati vniuersaliter est necessariũ. v.g. cum ignis calefacit manum medio aëre, repatitur ab aëre, non tamen à manu. ¶Ad argumenta in principio posita respõdetur. Ad primum patet ex prima conclusione. ¶Ad secundum patet ex vltima conclusione. Ignis enim in casu non repatitur à piscibus, quia illi nõ sunt immediatũ passum. Ad primam confirmationẽ, aliqui admittunt nullam posse in igne recipi frigiditatem & consequenter nec repassionem, nec putant esse contra Philosophũ, quia id contingit per accidens ratione subiecti, cui repugnat frigiditas. Hæc tamen sententia contradicit Philosopho vniuersaliter asserẽti agẽs communicans in materia transmutabili subiacere repassioni; & experientia videmus calorem ignis quandoque remitti, quod fieri nequit nisi à frigiditate. Remissionem enim vnius contrarij causat mistio alterius. Rationi etiã aduersatur, tum quia non minus repugnat ex parte subiecti calor aquę, quàm frigiditas igni, sed aqua potest recipere calorem, ergo. Tum etiam quia aqua & quoduis aliud frigefactiuum agit in ignem continue per aliquod tempus corrumpendo eius calorem, sed agens nõ agit in passum nisi introducendo qualitatem, qua patiatur, vnde celebris est illa sententia. Idem est contrariorum subiectum, ergo. Cæterum illa frigiditas quæ in igne recipitur parum sentitur propter maximam caloris actiuitatem vel quia ignis facilè corrumpitur. Ad testimonium Arist. respondetur solùm intendere non posse ignem adeo frigefieri quin plures habeat semper gradus caloris quàm frigiditatis, & sic nunquam denominabitur frigidus, quia denominatio fit à qualitate excedente. Ad secundam confirmationem respõdetur quòd non est inconueniens, quòd idem sit nobilius & ignobilius respectu diuersorum. ¶Ad tertiũ, autores contrariæ sententiæ dicunt agens & patiens debere esse inæqualis virtutis, cum quo tamẽ stat, q̃ actio & reactio fiat à proportione maioris inæqualitatis, excessus autem ille non est actiuitatis supra actiuitatem (tunc enim idem respectu eiusdem esset superius & inferius) sed excessus vnius est supra resistentiam alterius, ita vt possit esse calidum quod vincat resistentiam frigidi, & idem rursus frigidum resistentiam calidi. Nec est inconueniens resistentiam actiuam calidi esse maiorem quàm actiuam frigidi, si passiua resistentia calidi non sit maior, & sic frigidũ reagit in calidum. Illi autores inuenerunt hanc distinctionem actiuitatis & resistentiæ vnius qualitatis, quia existimabant contrarium nullo modo agere in aliud, nisi sit illo fortius, cum autem viderent aliquando nõ esse fortius, nec superare illud in actiuitate; inuenerunt talem distinctionem de resistentia. Et sanè hæc sententia facilis ac satis dilucida est. Nihilominus tamen respondetur ad argumentum iuxta nostram sententiam, quòd quando calidum vt octo agit in frigidum vt duo, repatitur à frigido non vt est calidum, sed vt est potentia frigidum: & frigidum vt duo reagit in calidum vt octo, vt est actu frigidũ vt duo. Et sic fit reactio à proportione maioris inæqualitatis ex parte frigidi. Constat autem quòd vt sic ista & se vincunt in gradibus & in efficacia. Ex quo si benè notetur, optimè patet ad argumentum. ¶Ad primam cõfirmationem ex hoc patet. ¶Ad secundam confirmationem respondetur, q̃ calidum vt octo non poterit producere calidum vt octo, virtute partis in qua repatitur, sed virtute aliarum partium à quibus tandem corrumpetur frigidum & conuertetur in ignem. Continget & vt illa pars quæ repatitur non tamen corrumpitur, reducatur ad pristinum calorem à generante, & sic iterum aget in passum donec sibi assimilet. Quòd si qualitas actiua non est connaturalis ipsi subiecto agenti vt calor in ferro vel in aqua, tunc si totum agens repatiatur, non producetur effectus similis in gradu illo in quo fuerat agẽs à principio, nisi ad eum gradum ab alio agente noua actione reducatur. ¶Ad quartũ respondetur q̃ aliqui propter eius difficultatẽ cõuincũtur ad asserendum q̃ agẽs & patiẽs solùm repatiũtur quãdo sunt immediata; aërem itaq; qui mediat inter ignẽ agentẽ & aquã patientẽ, aiunt, nõ pati ab vtroque, sed solùm ab agente maioris virtutis, quod sua actione impedit, ne alterũ agat in aërẽ. Nihilominus tũ hæc sentẽtia falsissima est vt patet ex dictis præcipuè quinta cõclusione. Alij verò admittentes nostrã quintã cõclusionẽ nõ reputãt inconueniẽs aërẽ mediũ inter ignẽ & aquã simul vtroque motu moueri, q̃n tam ignis quàm aqua aërem in proprijs qualitatibus superant. Vnde sicut non est inconueniens duas qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

litates cõtrarias in gradibus remissis esse in eodem subiecto, ita nec duas alterationes contrarias, donec passum constituatur in eo gradu secundum alteram qualitatem, cui repugnet intensio contrarij, vt si nequeant esse simul calor vt quinque, & frigus vt quinque, sed calor vt quatuor & frigiditas vt quatuor possunt simul esse, ita vt quacũque intensa altera debeat remitti, poterit etiam aër frigefieri & calefieri simul vsque ad gradũ vt quatuor. Quo adquisito virtus perfectioris agentis intendit suã qualitatẽ, cõtraria verò remittetur. ¶ Sed horũ sententia falsissima est. Primò, quia est cõtra Arist. & communiter cõtra eius expositores in. 5. Physi. concedere idem mobile posse simul moueri duobus motibus contrarijs. Deinde ratione demonstratiua conuincitur. Nam si aër simul frigefit & calefit, ergo nunc est frigidior quàm immediate ante hoc instans erat; Rursus si calefit, ergo nunc est calidior quàm immediate ante hoc erat, ac proinde simul est calidior & frigidior respectu sui & pro eodem instanti, quod implicat cõtradictionem. ¶ Quare aliter ad argumentum respondetur quòd nũquam idem medium mouebitur duobus motibus contrarijs, vnde cum calidum & frigidũ. v.g. approximantur adinuicem, tunc calidum cale facit illud medium vsque ad aliquam partem, & frigidum frigefacit vsque ad aliam, & illæ partes medij agunt & patiuntur adinuicem reducendo se ad aliquod temperamentum medium virtute agentium. Et tunc fortius agens sua virtute vincit reliquum aëris quousque pertingat ad contrarium & calefaciat mediante aëre calefacto. Et per hoc ex parte patet ad confirmationem. At verò quantùm ad illud quod asserit partis ratio, quæ repatitur à contrario, simul calefieri à reliquis partibus, negatur hoc esse verum. Quinpotius dum repatitur à frigido per aliquod tempus, non calefiet; quia vsq; ad illum terminum maior est vis contrarij, donec iam fortius illud agens vincat totam actiuitatem passiui & tunc reliquæ partes calidæ quæ sunt plures calefacient etiam & reducent ad priſtinum & connaturalem statum particulam illam. Et de hac reactione & repassione qui plures calculationes voluerit, legat Suisset vbi supra.

QVÆSTIO IIII.

¶ Vtrùm indiuisibile possit alterari.

¶ Hæc quæstio mouetur super cap. octauum tex. 64. vbi Arist. ait indiuisibilia esse inalterabilia.

ARguitur primò pro parte affirmatiua. Colores sunt qualitates sensibiles, at hi solũ sunt in superficiebus, vt patet ex Arist. 5. Met. c. 17. vbi dicit superficiem secundum se esse albam, corpus autem per superficiẽ, ergo superficies sunt alterabiles secundum colores, ac per consequẽs secundum primas qualitates; non enim fit alteratio in secundis nisi per primas. ¶ Arguitur secundò. Actio & passio secũdum Arist. non sunt per penetrationem agentis in passum, nec per partiũ agẽtis ingressus in meatus, & poros passi, sed solum secundum tactum, vt patuit ex expositione textus, ergo ibi primò erit actio vbi est tactus, sed iste non est nisi in superficie, quia secũdum illas se tangũt corpora, ergo. ¶ Arguitur tertiò. Puncta, lineæ, superficies mouentur localiter saltim per accidẽs ad corporis motum, ergo pari ratione alterabũtur saltim per accidens ad alterationem subiecti in quo sunt. In oppositum est Aristot. vbi supra. ¶ Notandum est primò, q̃ non loquimur de indiuisibilibus immaterialibus q̃; substantijs. Has enim alterari non posse alteratione sensibili & Physica, de qua modo loquimur, certum est, sed loquimur de indiuisibilibus habentibus positionem in continuo, qualia sunt linea, puncta, & superficies. ¶ Notandum secũdò, q̃ in hac re est duplex opinio. Altera Pauli Veneti in summa. c. 24. qui docet huiusmodi indiuisibila habentia positionem non posse per se alterari, quia per se & separata non sunt capacia qualitatum; at per accidens vt sunt in ipso cõtinuo corpore, possunt quidem alterari & de facto alterãtur. Altera est opinio Alberti de Saxonia. q. 17. & Marsil. q. 20. qui nullo modo indiuisibilia alterari posse, affirmant, neque per se neque per accidens, præsertim puncta. Pro qua sententia faciunt ibi multa argumenta, vide ipsos. ¶ Prima cõclusio. Puncta, lineæ, superficies si per se essent: alterari nõ possent. Imprimis hęc conclusio est Arist. qui late probat in hoc ca. 8. indiuisibilia esse impassibilia, cuius rationes ad minus probant q̃ sunt impassibilia per se. Hoc ipsum habet in. 6. Physi. tex. 89. vbi dicit indiuisibilia hæc nõ motu locali, sed nec secũdum formã, id est, alterationẽ moueri posse. Probatur ratione. Quia omnis qualitas necessario debet esse in subiecto diuisibili, ergo. Cõfirmatur. Nam si hæc indiuisibilia possent alterari, cum alteratio disponat ad formã substãtialẽ, vtiq; forma substãtialis posset esse in tali indiuisibili. ¶ Secũda cõclusio. Huiusmodi indiuisibilia per accidẽs vt in corpore sunt, alterari possunt, licet oppositũ etiam nõ careat probabilitate. Prima pars probatur argumẽtis in principio factis, quę confirmatur. Nam sicut Arist. in. 6. Physi. probat hæc indiuisibilia nõ posse moueri localiter bene tamẽ per accidẽs, quia mouentur ad motũ totius; ita certe videtur, q̃ licet nõ possunt alterari per se, bene tamen per accidens ad alterationẽ totius subiecti. Et per hæc patet ad tertium argumentum. Secunda pars probatur, quia non contingit calefieri, frigefieri, aut alterari absq; rarefactione vel condensatione aliqua, hæc nullo modo indiuisibilibus possunt conuenire, ergo.

¶ Ad

¶ Ad primum argumentum respondetur q̃ colores non sunt in sola superficie vltima, sed semper in corpore vel aliqua corporis parte. Vnde albedo facici est in partibus corporeis, & nõ in sola superficie, vt apparet; nam etiãsi sit deambatio tenuissima; si leuiter radantur, particulæ sunt albæ. Ad Aristo. dicò q̃ loquitur de coloribus non vt sunt in subiecto, sed vt sunt visibiles. Sic enim in sola sunt superficie, quia in superficie apparent in corporibus densis, & opacis. ¶ Ad secundum respondetur q̃ licet cõtactus sit in superficie, actio tamẽ & passio est in corpore, quia tactus non est ipsa passio, nec actio, sed conditio necessaria. Aduerte tamẽ quòd illa superficies dupliciter consideratur; vno modo tãtum vt superficies est, altero modo vt terminus est corporis: tactus igitur qui inducit passionem est superficici vt est terminus corporis, ob id in corpore est passio, quia superficies non sunt quæ se tangunt, sed corpora secudum superficies. ¶ Ad tertium negatur consequentia, quia punctus mutat respectum ad polos & cętrum per motum localem at verò secundum alterationem punctus & indiuisibile nullo modo afficitur, vnde non est eadem ratio. Fortasis de superficie potest dici quòd alteratur per accidens secundum colores, quia color est lucis participatio, lux autem terminatur in superficie.

CAPVT. X.

RElinquum autem videndum de Mistione secundùm eundem modũ methodi. Hoc enim erat tertium propositorum à principio. Scrutandum autem est, quid mistio, & quid miscibile & quibus existentibus & quando. Amplius autem, vtrumne est mistio, an hoc mendaciam.

Impossibile est enim alterum altero misceri, quemadmodum dicunt quidam. Existentibus enim adhuc mistis & non alteratis, non magis nunc mista esse, quam prius, inquiunt, sed consimiliter se habere. Altero autem corrupto non mista esse, sed hoc quidem esse, hoc autẽ nõ esse, mistionem autem similiter habentium esse. Eodem modo & si ambobus conuenientibus, corruptum est vtrunque mistorum. non enim esse mista nullatenus existentia.

Hic quidem videtur sermo quærere quod differt actu mistio à generatione & corruptione, & quid miscibile à generabili & corruptibili. Manifestum enim quòd oportet differre, si est mistio. Quapropter his existentibus manifestis, quæsita soluentur vtique. At verò, neq; materiã ignis misceri dicimus, neque misceri eam exardãt, neque ipsam suis particulis, neque igni, sed ignem quidem generari, hanc autem corrumpi.

Secundum autem modũ eundem, neque corpori cibum, neque figuram ceræ, tuisti, ait, neque figuram tumori, neq; corpus & album, neq; ita taliter passiones & habitus, posse esse mista verbis; saluata enim videtur. Sed tamen, neq; albũ, & disciplinam, contingit misceri, neq; aliud nõ separabilium aliquod. Sed de hoc dicũt quidam nm bene, qui omnia quandoque, simul esse dicunt, & mista esse. Non enim omne omni miscibile, sed oportet existere separabile vtrunque mistorum. Passionum autem nulla separabilis.

Quoniam autem sunt, hæc quidem potentia, hæc autem actu entium, contingit mista esse aliqualiter & non esse, actu quidem ente aliquo generato ex ipsis, potentia autem adhuc vtroque, quæ erant antequam miscerentur & non partita. Hic autem sermo quæsuit prius. Videntur enim quæ miscentur, prius exseparatis conuenientia & possibilia separari rursus. Neque manent igitur actu vt corpus & albũ, neque corrumpuntur, neque alterum, neq; ambo, saluatur enim virtus eorũ. Ideo hæc quidem derelinquatur.

Continuam autem his quæstionem dicẽdum, vtrum ne quistio ad sensum sit, vt quando ita in parua diuiduntur, quæ miscentur & ponuntur adinuicem hoc modo, vt nõ manifestum sit sensui vnumquodque, tunc mista sunt. Aut non sunt, sed est vt quæcunque secus quæcunque sit particulam mistorum. Dicitur enim sic illo modo v.g. ordeum mistum frumento, quando quodcunque secus quodcunque ponetur.

Si autẽ est omne corpus diuisibile, si est corpus corpori miscibile homiomeros, quæcunque partem cuicunq; propinquam esse oportebit.

Quoniam autem non est in minima diuisio; neq; cõpositio idẽ quod mistio, sed aliud manifestum quòd neq; secundùm parua saluata oportet, quæ miscentur, dicere mista esse. Compositio enim erit, & non temperamentũ, neque mistio. Neq; habebit eandem rationem cum toto pars. Dicimus autem oportere, si mistũ est aliquid, mistum homiomerum esse; vt quemadmodũ aquæ pars aqua, ita & temperati. Si autem, secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

parua compositio esset mistio & nihil contingeret horum, sed solum quidem mista ad sensum.

Et idem huic quidem mistum, si non videt quis acute, Lynceus autem non mistum videbitur. Neque diuisione vt quæcunque secus quamcunque pars, impossibile enim ita diuidi. Aut igitur non erit mistio, aut dicendum est hoc quomodo contingit fieri rursus.

Sunt vtique (vt diximus) entium, hæc quidē actiua, hæc autem passiua ab his. Hæc quidē igitur conuertuntur, quorum eadem materia est & actiua adinuicem & passiua abinuicem. Hæc autem, faciunt, sed impassibilia sunt, quorū non est eadem materia. Horum quidem igitur nō est mistio. Ideoq; neq; medicina facit sanitatem, neq; sanitas est mista corporibus. Actiuorum autem & passiuorum, quæcunq; sunt facile diuisibilia, multa quidem paucis & magna paruis, composita non faciunt mistionem, sed augmentatione dominantis. Transmutatur enim alterū in dominās. Ideo gutta vini in mille millijs amphoris aquæ non miscetur. Soluitur enim species & transmutatur in totam aquam.

Quando autem potentijs adæquantur æqualiter, tunc transmutatur vtrunque in dominans ex suipsius natiua. Non generatur enim alterum, sed mediū commune. Manifestum igitur, quoniam hæc sunt miscibilia, quæcunque factiua contrarietatem habent. Hæc sunt enim abinuicem passiua.

Et parua autem paruis posita secus miscētur magis, facilius enim inuicē & citius trāseunt.

Multum autem & à multo, tardius hoc operatur. Ideo & bene determinabilia, diuisibilia & passiuorum miscibilia. Diuiduntur enim hæc in parua facilius. Hoc enim est bene determinabile esse v.g. humida miscibilia maximè corporum. Bene determinabile enim maximè humidum diuisibilū, si nō viscosum sit. Hæc etenim vtique, amplioré & maioré, solū tumoré faciūt.

Quando autem alterū solùm passiuū erit, aut vehementer, hoc autem valde parum, aut nihilo mains est id, quod ex ambobus mistum est, aut parum. Quod contingit circa stannum, & æs. Quædam enim balbutiuntur adinuicem & epafoterizant. Videntur enim aliquātulum acu emisse, mista esse & alterum quidem susceptiuū, alterum autem speciei. Quod in his contingit. Stannum enim vt passi aliqua sine materia æris, pene euanescit mistum omne, colorans solum. Idem autem hoc contingit in alijs.

Manifestum igitur ex his quæ dicta sunt, quòd est mistio & quid est mistio & quare est, & quæ sunt miscibilia entium. Quoniam sunt quædam, quasi passiua abinuicem & bene determinabilia & bene diuisibilia. Hæc enim neque corrupta esse necessarium est quando mista, neque adhuc simpliciter eadem esse quæ prius, neque compositionem esse mistionem eorū, neq; ad sensum. Sed est miscibile quidem quodcunque bene determinabile ens, passiuum fuerit & actiuum & tali miscibile est. Ad homiomerum enim miscibile. Mistio autem est miscibilium alteratorum vnio.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio. Post prædicta de agere & pati reliquum est vt de mistione videamus. Hoc enim erat tertium quod proposuimus supra tractandum. Seruabimus autem eúdem modū, & ordinem methodi, ac ita quæremus de ea. Primò, quid sit mistio, & quid miscibile: Secundò, in quibus fiat mistio. Tertiò, quomodo fiat. Quartò an sit, vel non sit mistio. ¶ Secunda cōclusio. Quidam sunt dicentes non esse possibile mistionem fieri, & ad hoc probandū vtebantur tali ratione. Quando mistibilia veniunt ad mistionem, aut manent sicut prius in forma & specie, aut non manent, sed corrūpuntur ambo vel alterum. Si ambo manent in forma & specie sicut prius & non alterantur, tūc non sunt magis mista quàm prius, sed consequenter se habent. Si autem alterum corrumpatur, nec etiam tunc erit mistio, sed corruptio vnius & cōseruatio alterius nō corrupti. Si autem ambo inuicem corrumpuntur, tunc etiam non erit mistio, quia non possunt esse mista, quæ nullo modo sunt entia. ¶ Tertia conclusio. Sermo istorum qui negāt mistionem fieri videtur quærere differētiam mistionis & generationis & corruptionis, quærit etiā in quo differt miscibile à generabili & corruptibili. Manifestum est enim q̄ si est mistio, oportet eam differre ab alijs motibus; quare quando ista differentia fuerit manifesta, tunc argumentum proposītum soluetur. ¶ Quarta conclusio. Mistio differt à generatione & corruptione. Probatur. Cum lignū in ignem conuertitur, & ardet, non dicitur miscerī cum igne, nec ignis cum ligno, sed ignis dicitur generari, lignum autem corrumpi. Nec similiter totū cum suis partibus dicitur miscerī. Non ergo mistio generatio & corruptio est. ¶ Quinta cōclusio. Mistio differt ab augmētatione. Probatur. In augmēto cibus conuertitur in rem auctam, & aucta manente,

neute, ergo. ¶ Sexta cōclusio. Mistio differt ab alteratione. Probatur primò in artificialibus. Nam figura non miscetur ceræ, neque quantitati, quia vtrumq; eorū simul manent saluata, id est, distincta in suis esse, ergo non est mistio. Secundò probatur in naturalibus, quia nec albedo miscetur corpori, cum vtrūq; maneat, nec albedo miscetur disciplinæ, nec accidens accidēti. Nam omne miscibile oportet prius esse per se & post misceri, accidentia autē nōn possunt esse per se, ergo nec misceri possunt. Minor probatur, quia nullum accidēs est separabile à subiecto. ¶ Septima conclusio. Eutium aliud est actu, aliud potentia; miscibilia autem sunt aliquo modo in mistione, aliquo modo non. Non sunt quidem actu, quia ex multis miscibilibus vnū aliud actu existens resultat, & sic nō sunt actu, quę erant. Sunt autem aliquo modo, quia sunt in potētia vnumquodq; id quod erant, nec omninò sunt deperdita. Et sic soluitur argumētum propositum in secunda conclusione. Videmus enim q̄ ea quæ miscentur, conueniunt ex prius separatis, & postquā conueniunt, possunt rursus separari. ¶ Octaua conclusio. Post solutionē præcedentis quæstionis optime sequitur quæstio secunda de modo quo fit mistio; Vtrum quando taliter corpora diuiduntur in minima & iuxta se ponuntur, vt sensus nō possit eorum distinctionē percipere, tunc dicatur mistio esse? vel potius quando diuiso corpore in minima simpliciter quælibet pars eius est secus quācūque partem alterius? V.g. si particulæ hordei & frumenti simul iungantur, ita vt quælibet vnius sit iuxta quamlibet alterius, an tunc talis coniunctio illa particularū dicatur mistio. ¶ Nona conclusio. Mistio neutro fit horum modorum, qui explicati sunt in præcedenti cōclusione. Probatur. Si omne corpus est diuisibile, & corpus corpori est miscibile, de ratione misturæ est, q̄ quælibet pars vnius miscibilis sit homiomera, & oportet q̄ quælibet pars sit iuxta quamlibet partē alterius miscibilis. ¶ Quoniam autem mistio non est compositio diuisorum in minima latentia sensum, manifestū est q̄ non erit mistio secundùm parua saluata in speciem & virtutem, quia tunc esset potius quædam compositio & non mistio, nec haberet quælibet pars eandem rationem cum toto. Nos autem dicimus q̄ si est aliquod mistū, oportet ipsum homiomerum, id est, eiusdem rationis in parte & in toto, & sicut quælibet pars aquæ est aqua, ita quælibet pars misti est mistum. Si autem mistio esset cōpositio secundùm parua, nihil horum contingeret, sed solum mistio ad sensum & non secùdum veritatē. ¶ Decima cōclusio. Mistio nō fit ad sensum. Probatur, quia si fic fieret, idem vni esset mistum, alteri autem non esset mistū, quia non acute videnti erit mistum, quod acute videnti, putà lynceo, non erit mistum. ¶ Vndecima conclusio. Mistio nō fit per diuisionem minimorū. Probatur, quia impossibile est corporis diuisionem in minima terminari, vt probatum est. 6. Physi. ergo aut mistio non est, cū hi duo modi esse non possint, aut rursus explicandum restat, quomodo contingat fieri. ¶ Duodecima conclusio. Sicut supra dictum est, entium quędam sunt actiua, quædam passiua ab his, scilicet, actiuis. Istorum autem quædam communicant in materia, & talia in agendo & patiendo adinuicem conuertuntur. Quædam verò sunt, quorum non eadem materia est, & talium licèt vnum agat, & aliud patiatur, non tamen in hæc cōuertuntur ad inuicem. ¶ Decimatertia conclusio. Ea quæ non communicant in materia, ac per cōsequēs ita agūt in alia, q̄ non patiuntur ab eis, non miscentur illis in quæ agunt. Probatur, quia licet medicina faciat sanitatem, quia non patitur à sanitate, nō miscetur ei. Similiter nec sanitas miscetur corporibus. ¶ Decimaquarta conclusio. Quando ea quæ non habēt eandem materiam simul iunguntur, & ex vno contrario est magna pars, & ex altero parua, tunc nō est mistio. Probatur. Quia si multa de genere actiuorum & passiuorum facilè diuisibilia coniungātur, ita q̄ magna paruis componantur, certè hæc non faciunt mistionem, sed faciunt augmentū prædominantis, per cuius virtutem alterum, scilicet paucum, seu paruum transmutatur in prædominās, & ideo gutta vini in mille millibus amphoris infusa aquæ nō miscetur cum ipsa aqua, quia forma siue species eius corrumpitur & trāsmutatur in totam aquam. ¶ Decimaquinta conclusio. Quando potentiæ miscibilium adæquantur, tunc vnūquodq; miscibilium aliqualiter dominatur, & vnūquodq; ad alterum tanquam à dominis transmutatur, & vnūquodq; ex suiipsius natura secundum aliquid transmutatur, nec tamen vno corrupto aliud generatur, sed fit medium inde commune quod participat omnium virtutes miscibiliam coniunctorum, quod est mistum. Ex quibus manifestū est, quòd hæc sunt miscibilia quæcunq; sunt de numero facientium, siue agentium, & habent contrarietatem quia hæc sunt adinuicem passum; & hoc est quod primò requiritur in miscibilibus. ¶ Decimasexta conclusio. Parua paruis iuxtapositа facilius miscētur, sed magnū à magno non ita facile. Prima pars probatur, quia parua seipsa facilius trāseunt & citius, sed tali modo fit mistio, ergo facilius miscētur. Secunda pars probatur eadem ratione, quia difficilius & tardius magna se pertranseunt & dimidunt. ¶ Decimaseptima conclusio. Faciliter & bene terminabilia adinuicem passiua facilius miscentur. Probatur, quia bene terminabilia cū sint subtilia, & humida facilius diuiduntur in parua, quæ facilius cōmiscentur quàm magna, hoc enim est bene determinabile, quod est benè diuisibile in parua. V.g. humida quæ sunt inter cætera corpora benè

Universidad de Deusto
Biblioteca

niſcibilia, quia humidũ inter alia corpora eſt magis diuiſibile in parua, quod tamen intelligendum eſt, niſi illud humidum ſit viſcoſum, quia tale non poteſt ita faciliter diuidi, quia alijs iniecta potius eleuantur, ac in maiorẽ videntur ſe attollere molẽ. ¶ Decimaoctaua concluſio. Quando ſolum alterũ eſt paſsiuum ita ꝙ nõ agat in aliud, talia nullo modo miſcentur, & hoc eſt quando miſcibilia nõ cõmunicant in materia. Quando verò communicãt, ſed tamen vnum vehementer agit, & alterum vehementer patitur, & non tantum agit quantũ primum, talium nõ poteſt eſſe miſtio, vel ſi eſt aliqua parũ relinquetur de eo quod vehementer patitur, ſicut patet in ære & ſtanno. Prima pars patet ex decimatertia concluſione. Secunda probatur ex ipſis actionum exceſsibus, & exẽplo in ære, quod eſt maximè actiuum, & in ſtanno quod eſt maximè paſsiuum. ¶ Vnde ſicut bãlbutiens volens totã proferre ſyllabam, ita profert vnam literam vt aliã diſtinctè non proferat, ita volens miſcere ſtannũ cum ære liquefacto quaſi ſtatim euaneſcere facit propter multam paſsibilitatem ſtanni. ¶ Decimanona cõcluſio. Ex his omnibus quæ dicta ſunt manifeſtum relinquitur, ꝙ eſt miſtio, & quid eſt miſtio, & quare eſt & quæ ſunt miſcibilia, quia paſsiua adinuicem, & bene determinabilia, & bene diuiſibilia, & ꝙ id quod miſcetur nõ corrumpitur totaliter, nec manet totaliter, & ꝙ miſtio non eſt ſolum ad ſenſum, & ꝙ quælibet pars miſti eſt miſta. ¶ Vigeſima concluſio. Miſtio eſt miſcibilium alteratorum vnio. Hæc definitio colligitur ex omnibus dictis in hoc capite. ¶ In capite ſexto promiſerat Ariſt. ſe acturũ de his tribus, ſcilicet, tactu, agere & pati & miſtione, quare poſtquam in præcedentibus iam determinauit de tactu, & facere & pati, nunc in hoc capite, quod eſt vltimum huius primi libri, diſputat de miſtione quæ fuit tertiũ eorũ de quibus promiſerat ſe dicturum. Eſt enim etiam miſtio neceſsaria ad generationem eorum, quæ ex elementis generantur, quando enim fit generatio ſimplicis elementi, tũc nulla fit miſtio. Circa quod dicit ſe quatuor diſputaturum. Primò, quid ſit miſtio, & quid miſcibile. Secundò. In quibus fiat miſtio. Tertiò, quomodo fiat. Quartò, an ſit vel nõ ſit miſtio. Cæterum quia quæſtio, an res ſit, eſt prima quæſtionum, vt dicitur in 2. poſt. ca. 1. ideo Ariſt. licèt proponẽdo quæ erat diſputaturus eam in vltimo loco poſuerit, tamen in ipſa diſputatione ab ea ſermonem ſuum incipit.

A

B

C

D

E

Circa ſeptimam cõcluſionem eſt grauis difficultas apud autores, quid Ariſt. intellexerit per hoc ꝙ ait miſcibilia eſſe in miſto non actu ſed potentia. Sunt enim aliqui, inter quos eſt Philopponus quem Medici ſequuntur, qui dicũt ꝙ per eſſe actu intelligatur res exiſtens in ſua perfectione, & in ſuo vigore toto; per eſſe in potentia intelligatur eſſe imperfectum & temperatum. Et iuxta hanc expoſitionem elementa extra miſtum ſunt in ſua perfecta ſubſtantia & integro robore, at in miſto ſunt diminuta & temperata formaliter tamen, & ſecundùm ſuas formas ſubſtantiales. Alij verò putant ꝙ per eſſe in actu intelligatur eſſe ſecundum formam ſubſtantialem, & ſic non manẽt elementa in miſto; per eſſe vero potentia eſſe ſecũdùm ſuas virtutes & qualitates, & ſic elemẽta ſunt in miſto. Quid tamen in hoc ſit ſentiẽdum ſtatim in quæſtione quam de hoc faciemus, aperiemus.

Circa decimamquintam concluſionem nota illud verbum aliqualiter, (loco cuius aliqui codices legunt mendoſe, æqualiter) ꝙ non ſine cauſa eſt ab Ariſt. appoſitum; quia in miſtione quodammodo debent potentiæ miſcibilium adæquari, quia quanuis ſit exceſſus aliquis vnius, nihil refert, dum non ſit tantus vt ad ſe trahat protus alterum, imò forſan eſt neceſſarius exceſſus aliquis in vno eorum. De quo poſtea in libro ſecundo. Ex quo patet ſolutio ad quædam argumenta quibus conuicti aliqui contra Ariſto. in hac parte ſentiunt, vt refert S. Tho. ſuper illum textum. Etenim argumentantur, quia ſi miſcibilium potẽtiæ adæquantur, tanta eſt virtus reſiſtendi, quanta eſt virtus ad agendum, & ita nec agent, nec patientur adinuicem. ¶ Item obijciunt Auicẽna & Algazel dicentes, ꝙ ſi miſcibilia adæquantur in miſto, non magis inclinabitur illud miſtũ ſurſum quàm deorſum; vel ad aliquam loci differẽtiam, cum nullum ſit in ipſo prædominans elementorum, & adhuc ſequitur ꝙ quilibet motus ſecundùm triplũ magis eſt violentus quàm naturalis, & ſimiliter eſt de loco. Ad primũ enim patet ex noſtro notabili. Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ cum omnis miſtio naturalis ſit propter generationem, non ſic ſunt intelligenda verba philoſophi ꝙ in miſto ſit æqualitas omnimoda virtutum, & potentiarum, vt prima ratio volebat, nec etiam oportet ꝙ ibi ſit æqualitas quantitatis ipſorum miſcibiliũ. Sed eſt intelligendum ꝙ ibi eſt æqualitas proportionis, quam requirit forma generanda, propter quam eſt miſtio.

Circa ſextam concluſionem nota, ꝙ non videtur, ꝙ paruum à paruo facilius patiatur, ac ſic facilius cum eo miſceatur, magnum verò à magno tardius, quoniam eadem eſt proportio magni ad magnum, quæ eſt parui ad paruum, & ſic diuiſio in parua nihil cõferre videtur ad miſtionem. ¶ Secundò, quia potẽtia vnita fortior eſt ſeipſa diuiſa, ergo totum facilius in totum facit, & ab ipſo patitur, quàm ſi vtrumq; eſſet diuiſum. Videmus enim in grauibus, cum diuiduntur, eorum grauitatem non ſentiri proportionabiliter vt in auro, quod ſi diuidatur in folliculà vix particulæ grauitas ſentitur. Ad hoc reſpondetur ꝙ verißimè eſt totũ in parua diuiſum cum alio toto contrario etiam

etiam in parua diuiſo facilius miſceri. Ad argumẽtum autem reſpondetur quod tota diuiſa in parua facilius faciunt & repatiũtur factione & repaſſione ordinatis ad miſtionem, in qua non quæritur alterius corruptio, eadem verò non diuiſa facilius faciunt & patiuntur factione, & paſſione ordinatis ad corruptionem alterius. Cuius rei eſt exẽplum. Nã ignis quo magis eſt vnitus, calidior eſt, & ideo magnum lignum in magna fornace projectũ conſeſtim accenditur, non autem in minori flamma etiam lignum magis ſecundum proportionẽ parum, id pati poterit, ergo duo tota cõtraria in parua diuiſa facilius faciunt & patiuntur factione & repaſſione facientibus ad miſtionem. Eadem verò integra facilius faciunt & patiũtur factione & paſſione ordinatis ad corruptionem.

A

B

C

D

Circa decimamſeptimam concluſionẽ nota quod ſecundum Ariſt. omnia humida ſunt facile miſcibilia, quod intelligitur niſi illa humida ſint viſcoſa & glutinoſa & vnctuoſa vt oleum, viſcum, & quæcũque talia. Hæc enim propter glutinoſitatem difficulter ſunt diuiſibilia, difficulterque ſeparabilia, & dilabũtur cum ipſis quæ infunduntur, & non in profundum permeant, & ob id neq; miſcentur, quo fit vt eum coëunt, nullo pacto miſcentur, ſed ſolum molem ampliorem faciunt. Etenim ſicut dicitur in. 4. Meth. tex. 28. partes humidi viſcoſi coniacent ſicut glutinũ propter miſtum eis ſubtiliter ſiccũ, quod apprehendit vndique humidum, & non ſinit elabi vt oleum. Sed quia hæc materia de miſtione & difficilis admodũ & vtiliſsima eſt ad multas & Phyſicas & Theologicas etiam quæſtiones intelligendas oportet vt quæ breuiter hic Ariſt. enarrat, nos eius ordinem obſeruantes vti ſolemus longiori ſermone diſputemus. Quare cum ipſo incipiamus à quæſt. an eſt.

QVÆSTIO I.

¶ *Vtrùm miſtio ſit poßibilis.*

ARguitur primò pro parte negatiua. Vt elementa ad miſtum conueniant, opus eſt aliquo mouente & trahente ipſa ad miſtionẽ, (quodlibet enim elementũ eſt in ſuo naturali loco ab alio ſeparatum) at nullum eſt tale mouẽs. Confirmatur, quia ipſa elementa non poſſunt eſſe tale mouens, tum quia extra locum ſuum niſi ab alio impellantur, non tendunt: tum etiam quia elementa cum ſint naturæ quædam in ſuo genere perfectæ, non poſſunt ex ſeſe moueri extra ſua loca ad generationem miſti, etenim de ſe non intendunt formam miſti, ſed potius aliam ſibi ſimilẽ producere. Confirmatur ſecundo. Nam miſtio vel eſt naturalis, vel violenta; non ſecundum quia miſtio eſt quædam generatio rei naturalis, ergo. Nec primũ quia ſic eſſet neceſſarium vel grauia elemẽta aſcendere, vel leuia deſcẽdere in vnum locum, quod eſt impoſsibile naturaliter. ¶ Arguitur ſecundo. Nam dato ꝙ conueniat, adhuc non videtur poſſe fieri miſtio. Et enim in miſtione producitur noua ſubſtantia miſti diſtincta ab elemẽtis, perfectiorque ipſis, at imperfectum non poteſt producere perfectius, ergo nec elementa producent miſtum, ergo. ¶ Arguitur tertio. Sequeretur, ꝙ miſtibilia ſe inuicem diuiderent vt docet Ariſto. in fine huius libri; & tunc eſt argumentum. Aut partes vnius miſtibilis penetrarent partes alterius, aut nõ. Primum eſt impoſsibile, nam non daretur penetratio corporũ naturaliter. Si ſecundum, tunc partes vnius erũt poſitæ iuxta alias, & per conſequens miſtio erit iuxtapoſitio. Confirmatur primo. Si miſtũ eſſet, quælibet pars ipſius eſſet miſta, ſed hoc videtur non poſſe fieri abſq; corporũ penetratione, nam ſumo partem vnius elementi, quæ futura eſt pars miſti, ſi talis eſt miſta, ergo ſunt in ea aliæ aliorũ elementorum partes, ergo datur penetratio. Confirmatur ſecũdò. Miſtio debet eſſe per miſcibilium diuiſionem, ſed hæc non poteſt fieri, quia vel diuiduntur miſcibilia in omnem partem, vel non. Primum eſt impoſsibile: ſecundum nõ poteſt eſſe, quia nõ eſt maior ratio quare potius in hanc quàm in illã partem diuidatur, ergo. ¶ Arguitur quarto. Si miſtio eſt; in loco fieri neceſſe eſt, at nullus eſt locus in quo omnia elementa cõueniant, ergo. Minor probatur. Elementa naturaliter mouentur in loco contraria vnum ſeorſum, aliud deorſum, &c. & locus qui vni eſt naturalis, alijs tribus erit violentus, nec ad eum mouebũtur naturaliter, ac ſubinde miſtio erit violenta. ¶ Arguitur quintò. Elementa ſi miſcentur, debent eſſe quatuor: at non videtur, quod alicubi poſsint trahi, & eſſe elemẽta quatuor, ergo miſtio non poteſt eſſe. Antecedens probatur, quia ſi duo eſſent elementa, non eſſet miſtio: quia vel vnum eſt fortius, & tũc erit alterius corruptio, vel vtrumq; eſt æquale, & neutrum aget, ſi autẽ ſunt tria, tunc duo erunt ſymbola, & vincent agendo in tertium elementum, debent ergo eſſe quatuor. Confirmatur. Nam miſtibilia quæ concurrunt ad miſtionem vel ſunt æque fortia, aut alia alijs fortiora. Si primum cum à proportione æqualitatis non fiat actio, non agent mutuò inter ſe, & ſic non miſcebuntur. Si ſecundũ, tũc miſtibile fortius vincet alia & in ſuam naturam conuertet, & conſequẽter non erit miſtio ſed conuerſio. In oppoſitum eſt Ariſt. & manifeſta experiẽtia, qua quotidie videmus miſta generari. ¶ Pro intelligẽtia huius quæſtionis ſciendum eſt primò, ꝙ miſtio dicitur tripliciter. Primo modo dicitur accumulatio vel iuxtapoſitio plurium rerum remanentium in propria forma & figura, ſic ſolemus dicere ꝙ hordeũ miſcetur frumento vel millio, ſimiliter ꝙ pili lanę adinuicẽ miſcentur in panno. Secũdo dicitur miſtio accumu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

accumulatio vel iuxtapositio plurium rerum con A
tritarum vsq; ad minutissimas partes, sicut dicũtur
misceri arom ata in mortariolo per contusionem.
Tertio modo accipitur pro vnione miscibiliũ sub
forma aliqua substantiali alicuius misti proprijs
mistibiliũ formis corruptis. Cum autẽ in præsenti
quærimus; Vtrùm mistio sit possibilis; neque pri-
mo, neque secundo modo accipitur misti o, sed tã-
tùm tertio. Hæc autem mistio aliquãdo fit ex ma-
teria, quę immediate fuerat sub forma alterius mi-
sti, vt cum ex homine generatur cadauer. Alio mo
do ex materia quæ immediatè fuit elementorum. B
¶Non desunt opiniones, quæ mistionem auferre
videntur. Etenim quidam dicunt elementa nõ esse
verè in misto sed metaphoricè. Quia enim vide-
mus in his, quæ mista dicuntur, similes esse quali-
tates, quas in elementis experimur, ob id in talibus
elementa eadem dicimus, tamen verè non sunt.
Alij verò sunt, qui asserunt ꝙ ex puris elemẽtis nõ
potest proficiscialiqua mistio de nouo, quemad-
modum ex pura materia nõ proficiscitur compo-
situm, sed sicuti ex materia non pura fit composi-
tum, hoc est, ex materia quæ præerat cum aliqua C
forma, fit compositum corrupta forma priori, sic
ex elementis fit mistum nouum, corrupta priori
mistura. Etenim cum omne essentialiter ordinatũ
in aliud tanquam in suam perfectionem nũquam
sit absq; illo, nisi violenter; sit vt cum elementa or-
dinẽtur in mistum vt in propriam perfectionem,
vt dicitur in. 3. de cœlo tex. 67. nunquam possint
esse absq; mistione. Alij verò sunt, qui licet conce-
dant mistionem esse posibilem; putant tamẽ eam
non esse naturalem iuxta proprias & particulares
naturas elementorum, quæ ad mistionem concur D
runt, licèt sit naturalis secundùm vniuersalem &
communem naturam, sicuti grauenaturaliter asce-
dit sursum ad implendum vacuum, secũdum ꝙ est
pars vniuersi. Mouentur autem ad hoc asserendũ,
quia nulla species secũdum se naturaliter ordina-
tur in alteram, elementa autem sunt species & per-
fectæ, ergo in nullam aliam ordinantur. ¶Pro deci
sione quæstionis sit prima cõclusio. Mistio ex ele
mentis est posibilis, & aliquando fit ex materia
quæ immediate fuerat elementorũ, aliquãdo verò
ex materia quæ immediate fuerat sub forma alicu E
ius misci, est ꝙ naturalis secundùm particulares na
turas mistibilium, quę concurrunt ad mistionem.
Ista conclusio est contra præcedentes opiniones,
& est Arist. in hoc cap. Et imprimis ꝙ mistio absõ
lutè fit, ita experiẽtia ipsa compertum est, vt nemo
nisi insanus id negare possit. Quòd verò ista mi-
stio fit ex elementis, probatur. Videmus nãq; fæ-
pissime in vere ex aqua pluuiali, & terra generari
aliqua animalia per mistionem istorum elemẽto-
rum. Idem osten dunt qualitates elementares, quæ
reperiuntur in mistis; nam si de animalibus loqua-
mur in cholera dominatur ignis & eius qualitates,
in phlegmate aqua, in sanguine aër, & in melan-
cholia terra. De quo quædam diximus supra in. q.
de pluralitate formarũ, art. 5. in quo quærebamus;
Vtrùm sanguis & reliqui humores informentur
anima rationali. Cuicunque etiam viuenti semper
aliquod elementorum excellentius dominatur vt
in cholericis ignis, in auibus & sanguineis aër, in pi
scibus & phlegmaticis aqua, in leporibus alijsque
melancholicis animalibus terra. Item experimur
lignum in aquam missum non submergi quanuis
sit magni ponderis, quod prouenit à leuitate ignis
& aëris, quæ dominantur in eo. Vnde quanto hæc
ligna sunt magis porosa, vt quando sunt putrida,
difficilius immerguntur. Tunc enim pori indicãt
ignis dominium, vt patet in Ætna Siciliæ monte,
qui punices multa porositate plenos ob dominiũ
ignis emittit. Oleum etiam locum superiorem ven
dicat supra aquam, quia in eo magis dominatur
aër. Ex quibus & alijs similibus constat elementa
ad hæc mista componenda concurrere. Quod ve-
ro ista mistio fiat aliquãdo ex materia, quæ fuerat
immediate elemẽtorum, probatur, quia sicut cor-
ruptio siue dissolutio mistorum tendit ad elemẽta
pura, sic mistio etiam esse videtur ab ipsis elemen-
tis puris non tamen ipsis remanẽtibus in actu, sed
refractis secundùm qualitates & formas. Deinde
quia licet frequentius contingat, vt mista ex alijs
mistis generentur, tamen nihil prohibet vt etiã ex
ipsis elementis immediate producantur. Si enim
iste ordo est necessarius, vt vnum ex alio fiat, cum
non sit in infinitũ processus, deuenire oportet ad
aliquod quod immediatè ex ipsis pendeat. Quod
vero etiam ex materia quæ immediate fuerat sub
forma misti, aliquando resultet aliud mixtum, cla
rius est experiẽtia ipsa quàm vt probatione egeat.
Quod vero ista mistio sit omnino naturalis, pro-
batur, tum ex parte miscibilium, quia elementa ipsa
naturaliter ordinantur in mista, tum ex parte natu
ræ vniuersalis, quæ per mistionem elementorum
intendit conseruationem specierum materialium,
& totius vniuersi, tum tertiò ex parte agẽtis, quod
ex sua natura miscet elementa ad generationẽ mi-
sti. De quo vide D. Tho. in. 4. d. 44. q. 1. articu. 2.
quæstiun. 2. ad 3. quem locum nos adduximus su
pra in quæst. de pluralitate formarũ art. 5. concl. 2.
¶Secunda conclusio. Mistio differt ab alijs omni-
bus motibus. Hæc conclusio est Aristo. & eam hic
probat. Et probatur primò, ꝙ distinguatur à gene
ratione. Nam in generatione materia nõ miscetur
formæ, nec è conuerso: in mistione autem vnum
miscibile miscetur alteri miscibili, vt dicitur in. 2.
lib. ergo mistio non est generatio. Quod autẽ ma-
teria non misceatur formæ, neq; è conuerso, pro-
batur, quia secũdum Philosophum in hoc capite.
In mistione necesse est miscibilia non remanere
actu

actu in misto, in generatione autem materia & for A
ma aëru remanent in genito, ergo materia nõ mi-
scetur formæ. Item differt à corruptione quia in
mistione nullum miscibilium totaliter corrumpi-
tur, sed adminus debent miscibilia manere virtua-
liter. At in corruptione altera pars rei corrũpitur,
scilicet, forma substãtialis, ergo mistio nõ est cor-
ruptio. Item differt à motu locali, vt satis est per se
cuidens. Differt etiam ab alteratione, nam qualita-
tes secundùm quas fit alteratio, nõn dicuntur mi-
sceri suis substantijs, vt albedo manus nõ miscetur
cũ manu. Fit ratio, quia in manu alba remanet actu B
albedo & manus actu, in mistione autem miscibi-
lia non remanent actu, sed solum virtute, vt infra
explicabitur, ergo mistio non est alteratio. Item
differt ab augmento & decremẽto, quia in augmẽ
to duo requiruntur, scilicet, nutrimentũ & corpus
animatum quod nutritur; sed nutrimentum non
miscetur corpori animato, quia corrũpitur, vt est
dictum in cap. 5. aliter enim non conuerteretur in
substantiam corporis animati, nec corpus anima-
tum miscetur nutrimento; quia remanet actu, &
sub propria forma: in mistione autem nullum mi-
scibilium remanet actu, ergo. ¶Sed contra hanc C
cõclusionem est triplex obiectio. Prima. Nam vel
mistio terminatur ad substantiam vel accidens; si
ad substantiã, ergo vel est generatio ipsius vel cor-
ruptio. Hos enim tantum motus ait Arist. vbique
ad substantiam terminari. Si verò ad accidens ter-
minatur, vel illud accidens erit vbi, & tunc mistio
erit motus localis, vel erit qualitas, & tunc erit alte-
ratio, vel erit quantitas, & tunc erit augmẽtatio: ad
nullum autem aliud accidens potest esse per se mo
tus, ergo fallsum est, ꝙ mistio distinguitur ab om- D
nibus alijs motibus. Confirmatur. Nam Aristot. in
post prædicamẽtis. c. de Motu. diuidit ipsum in has
sex species, scilicet, generationẽ, corruptionẽ, accre
tionem & decretionem, alterationem & motũ lo-
calem, ergo mistio ad aliquod membrum horum
debet reduci, & sic nõ ab omnibus motibus distin
guetur. Consequentia autem probatur, quia aliàs
illa diuisio Arist. nõ esset bona. ¶Secũda obiectio
est. Nam in mistione generatur de nouo forma mi
sti ita ꝙ per ipsam mistionem intẽditur illa forma, E
ergo est generatio, patet consequentia à diffinitio-
nẽ ipsius generationis. Confirmatur. Nam in mi-
stione corrumpuntur mistibilia, ergo mistio est
corruptio. Consequẽtia videtur bona, & probatur
antecedens. Nam licet quoad suas virtutes maneãt
in misto, necessarium tamen est ꝙ absolutè corrũ-
pantur, vt infra explicabitur, ergo. ¶Tertia obie-
ctio est. Nam mistio terminatur ad qualitatẽ, ergo
est alteratio. Consequentia est bona, & antecedẽs
probatur. Nam mistio terminatur ad formã misti,
sed forma misti est qualitas quædam composita,
& contemperata ex mistione simpliciũ qualitatũ,
ergo. Confirmatur. Nam Aristo. in fine huius vlti-
mi capitis diffinit mistionem, ꝙ est miscibiliũ alte
ratorum vnio, ergo mistio secundùm Arist. est al-
teratio, ergo. Probatur prima consequentia ex D.
Tho. hic in vltimis verbis huius primi libri vbi ait,
ꝙ mistio est miscibilium alteratorum vnio; quæ
quidem alteratio solùm est intelligenda in virtuti-
bus seu qualitatibus eorum. ¶Pro solutione hor-
obiectionum notandum est ex D. Tho. in. 4. contra
gent. c. 81. ꝙ forma misti dupliciter accipi potest;
vno modo vt per formã misti intelligatur forma
substãtialis corporis misti, & sic cum in nullo cor- B
pore, & in nulla re fit nisi vnica forma, fit vt forma
specifica sit forma substantialis misti. Alio modo
dicitur forma misti qualitas quædam composita,
& contemperata ex mistione qualitatum, quæ ita
se habet ad formam substantialem corporis misti,
sicut qualitas simplex ad formam substantialem
corporis simplicis; Obiectiones itaque propositæ
quærunt, ad quam harum formarum mistio ter-
minetur. Si quidem dicatur ꝙ ad primã, tunc certè
videtur ꝙ mistio sit generatio, quod est cõtra Ari-
stotelem hic, & contra rationem, quia quæ misce
tur, mistione iam facta, non manet actu, sed virtute
tantum, nam si actu manerent, nõ esset mistio, sed
confusio, ergo. Si verò dicatur ꝙ mistio termina-
tur ad secundam formam, sequitur ꝙ mistio esset
alteratio: si quidẽ illa forma est qualitas tertiæ spe-
ciei, quod tamẽ est contra Arist. qui hic expresè
probat mistionem nõ esse alterationem. ¶Ad pri-
mum ergo argumẽtum respondetur, ꝙ mistio ter-
minatur ad acquisitionem substãtiæ diuerso tamẽ
modo quàm generatio, qui modus refunditur in
terminum qui acquiritur per mistionem, & facit
differre mistionem à generatione, sicut motus re-
ctus & circularis possunt terminari ad idẽ punctũ
& tamen distinguuntur illi pones diuersum modũ
tendendi ad tale punctum, qui diuersus modus fa-
cit differre terminũ specifice licet materialiter sit
idem terminus, ita in proposito. De quo vide quæ
diximus supra. c. 5. q. 1. cõclusione. 5. Modus autẽ
diuersus, quo mistio tendit ad acquisitionẽ substã-
tiæ est quem insinuat Aristot. in hoc cap. tex. 84.
Etenim per generationem taliter acquiritur substã
tia de nouo, vt nihil illius quod corrumpitur, ma-
neat in eo ꝙ generatur præter materiam primam,
v. g. cùm cadauer generatur ex equo, nihil equi ma
net in cadauere præter materiam primam, vt osten-
sum est supra. c. 4. At verò in mistione taliter ac-
quiritur de nouo forma substantialis misti, ꝙ in ea
debet manere aliquid ex mistibilibus ipsis quæ
concurrunt ad mistionem. Etenim licet mistibilia
absolutè & simpliciter dum miscentur, corrumpã-
tur, tamen secundum quid non corrumpũtur, imò
manent in misto secũdum suas qualitates & virtu-
tes, vt amplius explicabitur in duabus quæstioni-
bus se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus sequentibus. Ad confirmationem respõdetur, q̃ generatio est genus ad mistionem & generationem, de qua egit Arist. in hoc lib. & propter penuriam nominum species vna manst cum nomine generis. Quemadmodum dispositio diuiditur in habitum & dispositionem. ¶ Ad secundum patet ex dictis. Ad confirmationem, q̃ non simpliciter corrumpuntur, quia manere debent secũdum suas virtutes, vt amplius exponetur in sequẽtibus. ¶ Ad tertium negatur antecedens. Ad probationem respondetur, q̃ illa qualitas acquiritur secũdariò per mistionem qua acquiritur forma substantialis mixti, quia est dispositio requisita ad conseruationem eius sicuti etiam in generatione comproducuntur accidentia multa, & tamen quia secundariò acquiruntur; generatio non est motus ad accidens. Ita quia per mistionem illa qualitas acquiritur secundario; mistio nõ est alteratio, sed vnio mistibilium prius alteratorum. Ad cõfirmationem patet ex dictis & amplius patebit in. q. seq. ad primum & etiã in fine materiæ de mistione vbi diffinitionẽ illam Arist. exponemus. Ex his patet ad argumẽtũ quod proponitur in notabili quod fecimus in expositionem horum argumentorum, quæ iam à nobis sunt soluta. ¶ Tam vero pro solutione argumentorum principalium aduertendum est, q̃ ad mistionẽm quinq; sunt necessaria. Primum est moues & coniungens miscibilia ad mistionem, sæpe enim sunt in diuersis locis. Secundum est efficiens & generans mistum. Tertium est modus, quo fiat mistio. Quartum est locus, in quo fiat. Quintum est miscibilia, quæ misceantur, & vno horum deficiente mistio fieri non potest. Singula autẽ argumenta ex oppositotendunt contra aliquod vnũ istorũ. ¶ Quare circa primum argumentũ quod probare nitebatur, quod non esset mouens & coniungens miscibilia ad hoc vt sequatur mistio; aduertẽdum est, quod possibile dupliciter dicitur, scilicet, ab intrinseco & ab extrinseco. Possibile ab intrinseco est ratione materiæ & subiecti. Possibile ab extrinseco est ratione agentis. Mistio itaq; est possibilis ab intrinseco & ab extrinseco. Ab intrinseco quidem, quoniam elementa sua natura ordinantur ad mista, veluti materia in suam formã, vt ait Aristot. lib. 2. Ab extrinseco autem etiam debet esse possibilis. Quoniam elemẽta cùm ex sua natura possint misceri; aliquod agens necessariò debet esse, quod possit illa miscere. Sed quid sit istud agens ex parte cuius mistio est possibilis ab extrinseco, difficile est determinare. In mistione enim quæ immediate fit ex elementis, aliqui volunt agens esse elementa virtute proportionis, seu fractionis. Imaginantur enim quod quoties elementa reducũtur ad vnum locum, tunc agunt & patiuntur, atque reducta ad fractionẽ generãt mista. Sed hæc opinio est nulla, quia elementa non virtute propria veniũt ad locũ mistionis, ergo non virtute propria generant mista. Cæterum hanc difficultatẽ optime & copiosè D. Tho. exponit hic super tex. 84. Dicit enim q̃ primum mouens elementa ad mistionẽ debet esse immiscibile, & hoc est ipsum cœlum, siue astra lata in ipso, quod est diuersum à natura quatuor elementorum, vt probatur in. 1. de cœlo & mundo. Nam sicut dicit Philosophus in. 1. Metheorũ. c. 2. iste mundus quatuor elementorum est de necessitate continuus, id est, contiguus superioribus motibus, vt omnis ipsius virtus gubernetur inde; illud ergo oportet putare primam causam, quod omnibus est principium motus; tale autẽ est ipsum cœlum, & ideo ibidem subdit, q̃ causa eorũ, quæ accidunt circa ignem, terram & alia elemẽta est virtus eorum, quæ semper mouentur. Vnde in eodem dicit, q̃ sphera ignis mouetur circulariter, & etiam sphera aëris licèt non tota per raptum firmamẽti. Habent etiam aliæ stellæ specialem effectũ in aliquibus elementis, sicut sphera solis in qua est effectus caloris, est nata mouere ignem, & sphera lunæ est nata mouere aquam, sicut ad sensum patet. Aliæ autem sphęræ quinque planetarum natæ sunt mouere aërem, & ideo aër tot diuersis motibus mouetur. Est enim in aëre frigus congelatiuum ex sphera Saturni, & æstus ex sphera Martis, & temperies in calido ex sphera Iouis, & tẽperies in frigido ex sphera Veneris, commiscibilitas & passibilitas facilis ex sphera Mercurij. Sphera autem stellarum fixarum mouet terram, vnde & in ipsa figurantur imagines multæ generatorum, licet ergo leuia nõ descendant ex se, nec grauia ascendant ex se; tamẽ ex motoribus vniuersalibus ordinantibus motum aliquando descendunt leuia, & ascendunt grauia. Huius autem exemplum conueniens est in qualitatibus actiuis & passiuis corporis animati. Non enim in animali semper mouentur calidum secundum naturam ignis, nec agit actum ignis omninò, sed potius mouetur in id ad quod dirigitur ab anima, & agit ad terminum, & finem intentum ab ea, sicut Philosophus dicit in. 2. de Anima textu. 37. contra Empedoclem. Cum autem motus cœli & opus naturæ sit opus intelligentiæ, vt dicit idẽ Philosophus, non semper sequuntur elemẽta propriũ impetum sui motus, sed aliquando mouebũtur in id, ad quod per voluntatem intelligentiæ dirigentur, siue per virtutem stellarum. Hoc etiam manifestum est in vapore terrestri eleuato à terra, qui per virtutem Solis ascẽdit ad calidam regionẽ aëris, & de vapore humido & aquoso similiter ascendente. Vnde cum in aëre sint quædam partes ignitæ, & aëreæ, & aqueæ & terreæ miscentur ad inuicẽ ascẽdendo, & descẽdẽdo. Quòd autem ignis sit in aëre, patet per Philosophũ in. 1. Metheor. dicit enim q̃ ambitus ignis per aërem frequenter spargitur motu, id est, per virtutẽ cœlestis motus, & fertur violentia

lentia deorsum, & ideo sunt aliquæ partes ignis & in rore, & in vaporibus pluuialibus descendentes, quas partes vapores accipiunt in regione aëris calefacta, & ideo aquæ pluuiales sunt vaporosæ & calidæ. Et hoc etiam est causa, q̃ niue descẽdente nõ est tanta intensio frigoris sicut antea. Sic ergo cum pluuia & rore & alijs huiusmodi, descendũt partes ignitæ ad locum mistionis. Hęc D. Tho. in quibus cum eo consentit Albertus Magnus hic tract. 6. c. 4. & lib. 2. de animal. tract. 1. c. 8. & Auerrois. 12. Meta. tex. 18. Ex quibus omnibus patet, quod sit mouens elementa ad mistionem, scilicet, cœlum & stellæ secundum diuersas influentias, quas habent in hæc inferiora; patet etiam q̃ ad mistionem non mouet violẽtia, sed natura, atq; ideo q̃ mistio neque etiam ex parte mouentis extrinseci est violenta, sed naturalis. Ad secundum argumentum patet ex dictis. Elementa enim non virtute propria, sed accepta à causis superioribus producunt mista, vt clarum est ex dictis. ¶ Circa tertium argumentum quod petit modum, quo fit mistio, aduertendũ est q̃ diuersimode hoc explicant autores. Etenim tenentes formas elemẽtorum remanere in misto secundùm esse imperfectum illarum vt Auerroes dicunt, q̃ cum elementa conueniunt ad misturæ locum, diuiduntur ad minima, donec iuxta ponãtur, & tunc tamdiu agunt & patiuntur quousq; in cuiuslibet elementi materia inducantur per generationem formæ aliorum elemẽtorum priori forma non corrupta, ad quarum formarũ generationem sequitur continuatio materiæ elementorũ omniũ & non extensio, nec penetratio. Sic igitur minima ignis tamdiu agunt in minima aquæ, & è contra, quoad in materijs vtrorumq; formæ inducuntur, prioribus non corruptis, & sic forma misti educitur de potentia materiæ illis præinductis. Auicẽna autem, qui dixit elementa secundùm esse perfectũ remanere in misto, licèt qualitates eorum remissæ maneant, admittit quidem alterationem, sed in solis qualitatibus, donec cõfundantur istæ quatuor qualitates, & fiat vna complexio, & insurgat misti forma. Cæterum isti autores innituntur falsissimo fundamento, scilicet, elementa secundùm suas formas manere in misto, de quo in sequẽti quæstione disputabitur. Quare dicẽdum est q̃ mistio fit hoc modo. Primò quidem miscibilia diuidũtur in paruas partes, non tamen in minimas: imò aliquæ partes sunt maiores aliquando aliquæ minores quia miscibilia non sunt semper vniformia, vt in partes æquales possint diuidi. Deinde agunt & reagunt inuicem tamdiu, q̃ omnium illarum particularium formæ substantiales elementariæ corrumpuntur, ad quarum corruptionem qualitates etiã corrumpuntur, & tunc de totali illarum massa composita & in vnum veluti cumulum redacta, educitur forma misti & qualitates aliæ de nouo, quæ dicuntur esse elementorum, quia habent easdem proprietates, quas antea in elementis habebant. Per eductionem autem formæ ex illa materia elementorũ partes illæ omnes fiunt continuæ, & informantur eadem forma misti, cum anteà essent tantùm contiguæ, & quælibet informaretur diuersa forma elementi. Sic ergo resultat mistum. At verò si quæras à quo fiat ista diuisio elementorum in paruas partes; Dico q̃ à generante mistum, & à causis vniuersalibus coniungentibus in vnum locum ipsa mistibilia, hoc autem faciunt mediantibus qualitatibus motiuis & alteratiuis, quę sunt in ipsis mistibilibus; sicut quando aqua & vinum miscentur diuiduntur se virtutibus à generante acceptis; ita elemẽta venientia ad misturam virtute accepta à causis vniuersalibus, & à generante, se diuidũt per alterationem, ac etiam per motum localem, propter grauitates & leuitates, & propter qualitates actiuas, & passiuas. Ex his patet, cur elementa magis in vnam partem, quàm in aliam diuidãtur. Hoc enim est ex parte agẽtis extrinseci & generãtis quia nõ æqualiter applicantur ipsis, & ideo ibi diuidunt, vbi melius applicãtur, ex parte etiam passi hoc prouenit, quia ipsum passum diuisibile non est vniformiter dispositum vt diuidãtur, atq; ita secundum diuersam dispositionem in hac parte & in hac quãtitate diuiditur magis quàm in alia. Ex his patet ad tertium argumentum. ¶ Ad quartum quod petit locum in quo mistio fit, respondetur q̃ aliquando in aëre, aliquando in aqua fit, frequẽtius autem in terra, in qua sunt multa & diuersissima mista tam animata quàm inanimata. ¶ Nota verò q̃ quanuis congregatio omnium elemẽtorum in vnũ locum ad productionem misti possit dici violenta secundum proprias & peculiares naturas elementorum, quod tamen est violentum secundùm quid, vel potius præter naturam elementi, quia tamen est naturalis propter causas vniuersales ibi cõgregantes ea propter mistionem; non impedit quominus elementa etiam iuxta naturas particulares naturaliter concurrant ad mistionẽ, quatenus sunt partes vniuersi. ¶ Ad quintum aliqui respondent elementa in suis virtutibus habere se sicut excedẽs, & excessum ita vt ignis excedat aërem in actiuitate, aër verò ignem in resistentia. Ex quo inferunt elementa cẽseri à Philosopho æqualis virtutis, quia id in quo vnum aliud excedit cõpensatur per excessum alterius; cùm hac tamen inæqualitate potest esse quòd vnũ excedat aliud & possit agere in ipsum. Quantum tamen valeat hæc solutio patet ex dictis supra in quæstione de reactione. Quare respondetur secundo q̃ quamuis Philosophus in tex. 89. videatur docere necessariam esse æqualitatem virtutis in elementis ad mistionem, loquitur tamẽ iuxta D. Thomæ interpretationem non de omnimoda æqualitate, sed proportionis, requisita ad formã rei generãdæ, id est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, quòd sint in eo gradu virtutis, qui admisti A constitutionem iuxta eius naturã est necessarius. Ad illud autẽ de æqualitate vel inæqualitate proportionis, vide quæ diximus in supra citata quæstione de reactione & in illa alia vtrum simile possit agere in sibi simile. Aduerte tamen q̃ quamuis vnũ miscibile sit fortius alio non in multo excessu, non conuertet ipsum in suam naturam, quia prius quàm introducat suas dispositiones fiet reactio & repassio, & sic resultabit dispositio ad misti formam necessaria.

QVÆSTIO II.

¶ Vtrùm elemẽta maneant formaliter in mixto.

¶ Circa textum. 84.

ARguitur primò pro parte affirmatiua ex Arist. qui id sæpè videtur asserere. Nam imprimis in hoc lib. tex. 84. sic dicit; Quando mistibilia veniunt ad mistionem neque corrũpuntur, neque alterum eorum, neque ambo; si ergo nõ corrumpuntur manẽt in propriis formis; Et paulo C post ait. Videntur enim quæ miscẽtur prius ex separatis conuenientia, & possibilia separari rursus. Quo in loco Arist. explicat quomodo miscibilia sunt in potentia in misto, dicitque ante mistionem esse actu, quia sunt separata. dicuntur autem esse in misto in potentia, quia rursus postquam conuenerũt in misto, separari possunt, quòd si separari possunt à misto, ergo ibi erant secundùm suas formas, aliàs non poterant separari, si quidem erant corrupta. Super quem locum, affert exemplũ Philoponus, dicit enim q̃ possunt separari miscibilia, quia D aliquando separantur, & redeunt ad pristinũ gradum, vt cum arte extrahitur aqua vino infusa; q̃ si nunquam extrahantur, quãtum est ex se possunt à misto secerni, quod si non secernantur, non ipsorum, sed secernentis defectu id fit, ergo si separãtur miscibilia à misto ibi erant secundùm suas formas. Præterea in tex. 88. dicit, guttam vini non misceri multæ aquæ, quia corrumpitur forma vini, ergo vt misceatur non debet corrumpi forma, sed manere. Præterea in vltimis verbis huius libri sic diffinit Arist. mistionem, q̃ est mistibilium alteratorum E vnio, ergo si non est nisi vnio alteratorũ, elementa solum alterata vniuntur, & sic non corrumpuntur quæ enim alterantur non corrumpũtur. Præterea in. 5. Met. tex. 4. diffiniens elementum sic ait. Elementum est ex quo res fit cum insit, ergo elementum secũdum istam diffinitionem debet inesse illi quod ex eo componitur, sed si corrumpatur non inest ei quod ex eo componitur, ergo. Si dicas Philosophum non loqui de his elementis, sed æquiuocè; contra est, quia ibidem Philosophus de elementis istis exemplum ponit, ergo. Alia loca Arist. so-

A lent adduci pro ista parte, sed hæc sufficiant, quia ex istorum solutione reliqua patent. ¶ Arguitur secundò. Vbi est propria passio subiecti, est subiectum formaliter, sed in mistis sunt propriæ passiones elementorum, ergo. Minor probatur, nam primæ qualitates sunt elementorum passiones, vnde de humiditate dicit Arist. 2. de Anima tex. 113. q̃ non potest esse sine aqua, at illæ primæ qualitates sunt in mistis vt patet experiẽtia. Est enim in quolibet animali & calor & siccitas, & frigiditas, & humiditas, ergo &c. Confirmatur. Nam mistum non B mouetur motu proprio, sed elementi in ipso prædominantis, vt dicit Arist. 2. cœli tex. 7. ergo elementum illud saltem manet in ipso formaliter; vt enim sit effectus, causam quoque eius esse necessãrium est. ¶ Arguitur tertiò. Apparet sensibiliter mistum resolui in elementa, ergo elementa manẽt in misto. Consequentia probatur, quia nihil resoluitur nisi in ea ex quibus componitur. Antecedẽs probatur. Si applicatur ignis ligno, viridi, ita quòd comburatur, ibi videmus aqua per vltimas & extremas ligni partes egrediẽtem, & quodammodo C fugientem suum cõtrarium; videmus etiã fumum ex euaporatione exeuntem, videmus amplius terram in cinetibus, & ignem in flamma, ergo est resolutio, & compositio ex elementis ibidem manentibus. ¶ Arguitur quartò. Quoniam aliàs, sequitur q̃ mistum possit generari ex vnico elemento consequens est falsum, & contra Philosophum. 2. de Gener. tex. 49. & 50. ergo. Sequela probatur, quia si sola materia elementorum manet in misto, nulla est ratio quare requirantur plura elemẽta, quia materia vnius potest sufficienter disponi ad formam mistã. Confirmatur. Quia ex eisdem nutriũtur animalia & sunt, vt dicitur. 2. de Generat. tex. 50. sed animalia nutriuntur ex elementis, ergo. In oppositum est Arist. in tex. 84. vbi ait, Non manẽt igitur elementa actu vt corpus album, nec corrũpuntur nec alterum, nec ambo, saluatur enim virtus eorũ. ¶ Pro solutione notãdum est primò q̃ cum quærimus; Vtrum elementa maneãt formaliter in misto, sensus quæstionis est, cum elemẽta sint substãtiæ quædam ex materia & forma cõpositæ; an in misto non solum eorũ materia permaneat, verum etiam & substantialis forma. De qua quæstione sic exposita multa sunt à Philosophis disputata. Videndus est imprimis D. Tho. super tex. 84. lect. 22. qui de hac re multa ibi adducit, & in. 1. p. q. 76. art. 4. ad quartum, & in Opusc. 33. quod inscribitur; Quomodo elementa maneãt formaliter in misto. Agitur etiã de hac re in quæstionibus de formis, quæ solent attribui D. Tho. q. 6. articu. 1. Videndus est etiam Caiet. in. 1. p. q. 76. arti. 4. Ferr. 2. cõt. gent. c. 56. & 4. c. 81. Capr. in. 2. d. 15. q. 1. contra secundam conclusionem. Sonc. 10. Meta. q. 27. Et lib. 12. q. 68. Iauellus. 8. Meta. q. 4. p. 3. Astudillo.

hic. q. 24. Marsi. & Albertus de Saxonia & reliqui A buitur Auicennæ à D. Tho. in. 1. p. q. 76. arti. 4. ad autores super hoc caput Arist. Agũt etiã Theologi de hac re in. 2. sent. d. 15. ¶ Secundò notandum est q̃ quadrupliciter cõtingit rem aliquam ad alterius constitutionem peruenire. Primo vt maneant in re constituta, non solùm secũdùm suas essentias sed etiã secũdùm suas qualitates nulla facta transmutatione in ipsis neque in suis qualitatibus, sicut ligna cum lapidibus constituunt domũ, & argentum & aurum cõponunt vas, vbi hæc omnia vtroque modo permanent. Et in hoc sensu, nullus est qui dicat elementa manere formaliter in misto. Se- B cundò aliqua ita constituunt aliquod vt licèt maneant secundùm suas essentias, alterantur tamẽ secundùm qualitates, vt contingit iuxta aliquorum sententiam, vt afferebamus in argumẽto primo ex Philoppono in vino aqua misto. Dicunt enim vinum secũdùm essentiam manere tẽperatis vtrinsq; qualitatibus, cuius signum est, q̃ nonnunquam facta mistione aquæ cum vino solet vinũ artificiosè separari. Tertiò vt maneant secundùm essentias, licèt & ipsæ & earum qualitates alterentur. Quartò quòd neque maneant secundùm suas essentias sed corrumpantur istę, & ex eis resultet alia tertia substantia quæ habeat virtutes illorum ex quibus est composita. ¶ Tertiò est sciendũ quòd omnes Doctores conueniunt in hoc quòd elementa in misto manẽt, sed magna est dissensio inter eos de modo quo manent. Omnes tamen opiniones eorum ad duo capita reduci possunt. Vnum est eorum, qui dicunt elemẽta formaliter manere in misto. Alterum est eorum, qui asserunt manere quidem, non tamen formaliter sed virtualiter. De prima sententia tantùm agendũ erit in hac quæstione, de secunda autem in sequenti. ¶ Quarto sciẽdum est, quòd illi qui asserunt elemẽta formaliter manere in misto, licèt conueniant in hoc quòd manent formaliter in modo tamen expljcandi, quomodo id contingat, sunt varij. Quidam ponunt formas substantiales elementorum integras remanere in misto & perfectas, sicut erant prius quàm miscerentur. Putant enim quòd cum sint substantiæ non recipiũt magis & minus, consistunt in indiuisibili, atque ita necesse est in misto dum ex eis generatur, aut eas corrumpi, aut remanere integras: sed non corrumpuntur, quia non miscerentur, vt patet per Aristotelem qui in hoc capite ait, id quod miscetur debere aliquo modo manere, id autem quod corrumpitur, nullo modo manet, ergo ad hoc vt misceantur, debent manere integræ: licèt autem secundum essentias maneant perfectæ & integræ variantur tamen secundùm qualitates eo q̃ remissiores sunt. Ignis igitur manet in substantia integer secũdùm hanc sententiam, sed siccitas & calor ipsius remissiores sunt & impuriores eo quòd sunt cum humiditate & frigiditate coniunctæ. Hæc sententia tri-

buitur Auicennæ à D. Tho. in. 1. p. q. 76. arti. 4. ad quartum, & ab omnibus communiter, licèt locus vbi Auicenna dicat, non constat, quam sententiam etiam Auerrois sectari videtur, quia non refellit eam hic. At verò in. 3. libro de cœlo com. 67. eam iterum adducit, & multis rationibus impugnat. Ipse autem aliam sequitur; putat enim quod elemẽta manent secundùm formas in misto, remissas tamen, ita vt remissio non solùm sit in qualitatibus, sed simul in ipsis formis. Arguit tamen ipse Auerroës cõtra se dicens, sequitur ex hoc q̃ formę istorum elementorum substantiales recipiãt magis & minus, quod tantùm conuenit formis accidentalibus. Ad quod respondet, q̃ formæ istorũ elementorũ substantiales sunt diminutæ à formis substantialibus perfectis, & quasi suum esse est mediũ inter formas & accidentia; vnde quia istæ formæ elementariæ sunt quasi mediæ inter substantias, & accidentia, ideo cum accidentibus conueniunt in hoc quòd suscipiunt magis & minus, cum substantijs verò, quia aptæ sunt cõstituere subiectũ quod informant in specie. Ex quo patet, quomodo formæ elemẽtorum manere possint in misto actu nõ tamen ita perfectæ atque integræ sicuti in seipsis erant, vt Auicenna dicebat, sed remissæ & in se & in suis qualitatibus. Præcipua autem ratio qua Auerroës probat hanc suam sententiam & simul impugnat Auicennam est, quæ proponitur argumento secũdo; Qualitates primæ sunt propriæ & essentiales passiones elemẽtorum. Tunc vltra. Sed istæ qualitates remittuntur, & non manẽt ita intensæ, sicuti erant in elementis antequam venirẽt ad mistionem, ergo & etiam ipsæ formæ substãtiales, D quarum sunt passiones remittuntur, & non manẽt ita perfectæ & integræ sicuti antea erãt. Probatur consequentia, quia si elementa amittant quandam partem istarũ qualitatũ, quia per mistionẽ remittuntur, remitti autem in accidentibus est aliquid eorum deperdi, & formæ nihilominus manẽt perfectæ, possibile erit, vt formæ eorum denudentur ab his qualitatibus secũdùm totum, quod est impossibile. Pars enim & totum idem habent iudicium, & sunt eiusdem rationis, & æqualis essentialitatis respectu subiecti. Hæc est sentẽtia Auerrois habetur in. 3. de cœlo tom. 67. ¶ Albertus autem E Magnus hic tract. 6. c. 5. etiam copiosius & clarius in. 3. lib. de cœlo tract. 2. c. 1. & ca. 8. dicit, quòd secundùm rem non est contradictio inter Auicennam & Auerroëm, sed tantùm in verbis; vt autem ad quæstionẽ respondeat distinguit de duplici esse elementorum, vnum est primum, alterum secundum. Primum esse elementorum est, quod habẽt ex primis formis substantialibus. Secundum autẽ est, quod habent coniuncta accidentibus naturalibus, quæ sunt potentiæ suæ naturales. Tunc ait, q̃ quantũ ad hoc secũdum corrũpuntur excellentiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſorum ſecundùm eſſe in vnoquoque ſecundùm A
medietatem, & ex his omnibus prouenit qualitas
quæ eſt actus miſti; Quantum autem ad primum
eſſe miſcentur quidem ſubſtantiæ ipſorũ. At vna-
quæque corrumpitur ſecũdùm aliquid ad alterũ,
& ſecundùm aliquid manet, & manet (inquit) meo
iudicio in eſſe confuſo, & non diſtincto, & hoc vo-
cat Auicenna manere ſecũdùm eſſe ſecũdùm actũ
diminutum, & non perfectum, & ideo dicit Auer-
rois q̃ non manet niſi ſecundùm potentiã. Et per
hoc conciliat Auicennam cum Auerroe. Ad illud
de intenſibilitate & remiſſibilitate formæ elemen- B
torum dicit in 3. de cœlo tract. 2. c. 1. ſe neque ap-
probare, neque improbare huiuſmodi dictũ. Sed
certè nõ video quomodo Auerrois cum Auicẽna
conciliari poſsit, cum ipſe eius opinionem & refe-
rat, & impugnet ex profeſſo, imò & in. 3. de cœlo
vbi ſupra dicat de Auicenna, q̃ paucitas exercita-
tionis ipſius in naturalibus, & bona confidentia in
proprio ingenio induxerint ipſum ad hos errores
in hac parte aſſerẽdos. ¶ Aliorum autem ſententia
eſt, quam refert Marſil. q. 22. qui cum Auicenna C
concedebant elementa in miſto manere cum for-
mis integris, ſolumq̃ remiſsionem eſſe in quali-
tatibus, tamen differunt ab eo in hoc quòd nõ po-
nunt aliam formam miſti, niſi proportionẽ & ele-
mentorum concordiam. Auicẽna autem & Auer-
roës in hoc conueniebant, quòd cõſtituunt in mi-
ſto vnam formam aliam ſubſtantialem præter for
mas elementorum, ratione cuius vnum differt ſpe-
cie ab alio. ¶ Vltima tandem ſententia in hac parte
eſt quam refert Gregorius in. 2. d. 15. q. 1. dicitq̃ne
eſſe communem ſuo tempore, quòd elementa ma
nent ſecundùm partes ſubſtantiales. Has autẽ par- D
tes dicunt eſſe entitates quaſdam, ex quibus for-
ma integratur, quæ tamen ſunt eiuſmodi, vt nec ha
beant idem nomen nec rationem cum forma ele-
menti, quam integrant. Dicunt igitur, quòd ma-
nent elementa ſecundum aliquot harum partium,
ita autem vt non ſit alia forma miſti diſtincta prę-
ter harum particularum ordinem, & diſpoſitionẽ.
¶ Sed pro veritatis intelligentia ſit prima cõcluſio.
Elementa nõ manent in miſto ſecundùm proprias
formas ſubſtantiales integras & perfectas, ita q̃ in
miſtione ſolum fiat alteratio in qualitatibus, ſicuti E
dicebat prima opinio, quæ tribuitur Auicennæ.
Hæc concluſio eſt D. Tho. in locis citatis, & om-
nium autorum quos ſupra citauimus, & eam te-
net etiam Scotus in. 2. d. 15. q. 1. & Auerrois vbi ſu
pra contra Auicennam eamq̃; probat ratione ſu-
pra facta, quia ſcilicet, ſi forma elementi poteſt in-
tegra manẽs remiſsionem pati in ſuis qualitatibus,
poſſet etiam eſſe prorſus abſq; tota qualitate. Cæ-
terum iſta ratio nullius eſt ponderis, quicquid ve-
lint Commentiſtæ, quia licèt cõſequentiam bonã
eſſe ei concederemus, adhuc argumẽtũ nihil pro-
baret, quia cũ ad certũ terminũ remiſsionis pertue-
niret qualitas ſub minori forma elementi eſſe non
poſſet; quia requirit vt minimum talẽ gradũ ſicut
& reliquæ omnes formæ requirunt quãdam certi
gradus diſpoſitionẽ, vt conſeruentur. De quo vide
Soto in. 1. Phyſic. q. 4. Quare relicta iſta ratione,
probatur noſtra cõcluſio rationibus D. Tho. quas
hic ſuper tex. 84. facit. Prima eſt. Nam ſi in corpo-
re miſto ſaluantur omnes formæ ſubſtantiales ele
mẽtorum, oportebit diuerſis partibus materiæ eas
ineſſe, ſed materia nõ poteſt accipere diuerſas par-
tes niſi præintellecta quãtitate in materia, vt patet
1. Phyſi. tex. 27. vbi dicitur, q̃ ſublata quantitate
manet materia indiuiſibilis, ergo diuerſę partes ma
teriæ formis elemẽtorũ ſubſiſtentes pluriũ corpo-
rum rationẽ ſuſcipiunt. Patet conſequẽtia, quia ex
materia exiſtẽte ſub quantitate ſi adueniat forma
ſubſtantialis, corpus Phyſicum cõſtituitur. Tunc
vltra. Sed multa corpora impoſsibile eſt ſimul eſ-
ſe, ergo ſecũdùm ponẽtes omnes formas elemẽto-
rum in miſto; nõ in qualibet parte corporis miſti
erunt quatuor elementa, aliàs daretur penetratio
corporũ, & ſimiliter nõ erit vera miſtio, ſed potius
iuxtapoſitio diuerſorũ corporũ. Confirmatur. Nã
illæ diuerſæ formæ neq; poſſunt eſſe in eadẽ parte
materiæ; quia vel omnes illæ immediatè informãt
illã, vel nõ. Si non, ergo iam vna recipitur mediãte
alia, quod eſt impoſsibile, quia materia non recipit
vnam formã mediante alia niſi vt plurimũ quãdo
vna eſſentialiter ordinatur ad aliã vt vegetatiuũ ad
ſenſitiuũ, ſi admittamus eſſe duas formas: at forma
vnius elementi non eſſentialiter ordinatur ad aliã,
ergo. At ſi dicatur q̃ eandẽ partẽ omnes immedia-
tè informant, ergo erit vnũ per accidens pertinens
ad plures ſpecies iuxta multiplicationẽ formarũ,
nam quælibet conſtituet ſuam ſpeciem. Atqui cla
ritatis gratia aſſumo illã particulam in qua eſt for-
ma ignis, & in quam dicunt eſſe introducẽdas om-
nes alias elemẽtorũ formas, vt fiat miſtio. Eſt argu
mentum, Omnes illæ formæ aduenĩũt enti in actu
conſtituto, ergo efficient vnũ per accidens. Proba
tur conſequentia, quia quælibet conſtituet ſuum
ſuppoſitum, & ſic in vno miſto erant plura ſuppo
ſita, quorum quodlibet eſt aptum natũ per ſe ſub-
ſiſtere, impoſsibile eſt q̃ ex illis fiat vnum ens per
ſe. Confirmatur ſecundò. Omnem ſubſtantiam
corpoream conſequitur ſua propria dimenſio, ſed
forma elementi cum materia conſtituit ſubſtan-
tiam compoſitam, ergo ipſam cõſequitur ſua pro-
pria dimenſio. Rurſus, ſed eadem propria dimen-
ſio non eſt plurium ſubiectorum, ergo in vno eo-
demq̃ ſubiecto erunt plures dimenſiones, alia
miſti, & aliæ elementorum, & ſic miſtio erit iux-
tapoſitio. ¶ Secunda ratio D. Thomæ pro conclu-
ſione eſt. Quælibet forma ſubſtantialis propriam
diſpoſitionem requirit in materia ſine qua in illa
eſſe non

eſſe non poteſt, ſed impoſsibile eſt eandem eſſe di- A
ſpoſitionem quam requirit forma ignis & quam
requirit forma aëris vel aquæ, ergo impoſsibile eſt,
quod in eadem parte miſti ſint formæ ſubſtantia-
les ignis & aquæ. Probatur conſequẽtia, quia aliàs
contraria in gradibus intẽſis eſſent ſimul in eadem
parte ſubiecti, quod eſt cõtra totã Philoſophiam.
Tertio probatur concluſio. Quæ ſpecie differunt
continuari non poſſunt, vt dicitur. 8. Phyſi. c. 3. &
4. ſed formæ elementorum ſpecie differunt, ergo
non poſſunt continuari, nec facere vnum miſtum
vnius ſpeciei, ſed ſolum per aggregationem. Mul- B
ta alia argumenta fieri poterant pro hac cõcluſio-
ne ſed hæc ſufficiant. Vide Soncin. in. 10. Meta. q.
27. vbi eam multis rationibus corroborat. Argu-
menta etiam facta in quæſtione de pluralitate for-
marum ad probandum quòd in nullo compoſito
poteſt eſſe niſi vnica forma, poſſunt adduci pro
iſta concluſione. Aduerte tamẽ quòd eſt vnus lo-
cus D. Tho. qui difficultatem facit. Etenim in. 1. p.
q. 91. art. 1. expreſsè dicit quòd elementa manent
in homine ſecundum ſubſtantiam. De cuius loci C
intelligentia videndus eſt Caiet. ibidem. ¶ Secũda
concluſio. Impoſsibile eſt, quòd formæ elemento-
rum maneant in miſto remiſſæ, ita quòd variatio
fiat in ipſis & in earum qualitatibus. Hæc conclu-
ſio eſt contra Auerroëm, cuius opinio à S. Tho. 1.
parte ſuprà improbabilior iudicatur, quàm opinio
Auicennæ; licet vtraque ſit falſa. Habet autem con
cluſio noſtra duas partes. In prima dicitur quòd
formæ elementorum non manent in miſto. Pars
hæc eiſdem rationibus probatur, quibus ſuperior
concluſio eſt demonſtrata. Aduertendum tamen
eſt, q̃ eas Cõmentatoris diſcipuli vnica diſtinctio- D
ne ſoluere nitũtur, præcipuè Auguſt. Niphus hic.
Dicunt enim quòd elementa in miſto nec ſimpli-
citer manent; nec totaliter & ſimpliciter corrum-
puntur. Manent quidem ſecũdùm formas ſubſtan
tiales, ſed quia non intenſas, ſed remiſſas, ideo ma-
nent in potentia. Corrumpuntur autem actu, quia
non manent ſecundum compoſitionẽ formę cum
materia, vnde benè manet in hærẽtia formæ ad ma
teriam, ſed non informatio faciens per ſe vnum ex
materia & forma: quoniam forma miſti exiſtẽs in E
actu, & non in potentia ad vlteriorem formã ſola
informat materiã, & tollit informationes cætera-
rum. Ex quo inferunt q̃ forma elementi aliter eſt
in miſto, & aliter in proprio elemẽto, ſunt enim in
miſto vt diſpoſitiones, & propterea fuit neceſſe eſ-
ſe ſub eſſe remiſſo, nõ enim diſpoſitio debet eſſe ita
intẽſa in ſubiecto extraneo, vt eſt in proprio; nam
in proprio ſubiecto eſt propter ſe, & vt conſtituat
ſpeciem, in alieno vero eſt vt diſponat; vnde formę
elementorum quia in miſto ſunt vt diſpoſitiones,
non dant nomẽ, neq; diffinitionem, neq; miſtum
ipſum denominant denominatione ſpeciei, quia
cùm non informent, non reponunt in ſpecie. Ex A
quibus reſpondent ad argumenta facta pro prima
cõcluſione vt quilibet poteſt videre. Cæterum hęc
falſiſſima ſunt & cõtra principia Philoſophię. Im-
primis enim ſupponunt formas ſubſtantiales ele-
mentorũ remitti, quod ſtatim probabitur eſſe im-
poſsibile. Deinde, quia chimericum eſt & fictitiũ
ponere formas in aliquo non informantes, cum de
ratione formæ ſit, q̃ materiam in qua eſt informet:
diſpoſitiones etiam materiam informant. De qua
re plura diximus in. q. de pluralitate formarum.
B ¶ Quare relictis his probatur ſecunda pars conclu
ſionis rationibus etiam D. Tho. ſuper tex. 84. Pri-
ma ratio eſt. Nam ſi forma elementi intenditur, &
remittitur, ergo ſucceſsiuè poteſt acquiri per motũ
cõtinuũ; quod eſt falſum & cõtra Ariſt. in. 5. Phy,
nam ſolum motus continuus eſt in tribus generi-
bus, ſcilicet, in quãtitate, qualitate & vbi. (Aduerte
hic obiter q̃ ſecũdùm S. Tho. augmẽtatio quæ ter
minatur ad quãtitatẽ, & altera, quæ terminatur ad
qualitatẽ, eſt motus cõtinuus, ſicuti motus localis,
qui terminatur ad vbi.) Sequela probatur. Nam
C omnis forma recipiens magis & minus, eſt diuiſibi
lis per accidẽs, inquantũ, ſcilicet, ſubiectum poteſt
eam participare magis vel minus, ſecũdùm autẽ id
quod eſt diuiſibile vel per accidẽs, vel per ſe cõtin-
git eſſe motum continuũ, vt patet. 6. Phyſi. ergo ſi
formæ ſubſtantiales elementorũ ſuſcipiunt magis
& minus, motus qui ad ipſas terminantur, erũt con
tinui. Confirmatur, quia ſequitur q̃ corruptio &
generatio ſubſtantiæ non ſint mutationes inſtan-
taneæ, ſed cõtinuæ, conſequens eſt falſum & cõtra
Ariſt. ergo. Sequela autẽ probari ſatis poteſt ex di
ctis. ¶ Secunda ratio D. Tho. pro concluſione eſt.
Nam eſſe aliquid mediũ inter ſubſtãtiã & accidẽs,
eſt omninò impoſsibile; eſſet enim aliquid mediũ
inter affirmationẽ & negationẽ propriũ enim acci
dentis eſt in ſubiecto eſſe: ſubſtantiæ verò in ſubie
cto nõ eſſe; formæ autẽ ſubſtãtiales ſunt quidẽ in
materia ſed non in ſubiecto. (Nomine enim ſubie-
cti, intelligitur hoc aliquid.) Cũ igitur forma ſub-
ſtãtialis ſit, quæ facit hoc aliquid, nõ præſupponit
ipſum in quo ſit. Confirmatur. Quia ridiculum eſt
dicere mediũ eſſe inter ea quæ nõ ſunt vnius gene-
ris (vt probatur in. 10. Met. tex. 15.) medium enim
& extrema ex eodẽ genere eſſe oportet, nihil ergo
mediũ eſſe poteſt inter ſubſtãtiam & accidẽs. Hoc
argumentũ D. Tho. ſoluere nitũtur Commẽtiſtæ,
ſed eorum ſolutio neq; eſt vera, neque ad mentem
Commẽtat. Vide de illa Caiet. 1. p. vbi ſupra. Pro-
batur tertio concluſio ratione etiã D. Tho. in. 1. p.
Quia eſſe ſubſtantiale cuiuſlibet rei in indiuiſibili
conſiſtit, & omnis additio & ſubtractio variat ſpe-
ciem, ſicut in numeris, vt dicitur. 8. Met. textu. 10.
Vnde impoſsibile eſt, q̃ forma ſubſtantialis quæ-
cunq; recipiat magis & minus. Probatur concluſio

Universidad de Deusto
Biblioteca

vltimo, quia vnũ elementũ nunquã dicitur magis, vel minus tale. v.g. vna aqua non dicitur magis vel minus aqua quàm alia, ergo non recipiũt ipsæ formæ magis vel minus. Confirmatur. Nam eadẽ ratione formæ etiã perfectæ substantiales præter elementorũ formas susciperẽt magis & minus, quod tamen & est falsum, & cõtra ipsum Auerroẽm. Sequela tamen probatur. Quia alia multa præter elementa miscẽtur, vt vinũ cum aqua &c. ergo. Vide Sonci. in. 8. Meta. q. 15. Et Iauellum. q. 6. Nos etiã de hoc diximus supra agentes de natura intẽsionis & remissionis. ¶ Tertia cõclusio. In misto est vnica forma substantialis simplex distincta ab elemẽtorũ formis & ab eorũ concordia & proportione. Hæc conclusio est cõtra tertiã opinionẽ. Et probatur primò. Quia vnũ mistũ essentialiter differt ab alio, ergo per aliquam formã. Consequẽtia est optima, & antecedens patet. Confirmatur, quia mista differũt inter se specie, ergo per formã, patet consequẽtia, quia differẽtia specifica sumitur penes formam, at verò si in mistis nõ esset alia forma præter concordiã & proportionẽ elementorũ, omnia mista haberẽt candẽ formã, ergo. Secundò probatur conclusio. Mistum est substantia prædicamẽtalis, ergo eius forma est substantialis. At temperies & dispositio est accidentalis, qualis est forma domus, ergo. Certe intelligi nõ potest, quomodo ista temperies elementorũ posit esse forma viuentis. Confirmatur. Nam ex ea sequitur, q̃ generatio misti sit alteratio. Patet sequela, quia terminaretur ad illam proportionẽ quæ est qualitas quædã, hoc autẽ est absurdũ concedere, ergo. ¶ Quarta conclusio. Elementa non manent in misto secũdùm illas entitates, quas ponit quarta opinio. Hæc conclusio est satis clara, & probatur. Nam illa forma, quæ habet illas entitates, vel est diuisibilis vel indiuisibilis: si indiuisibilis: iam non habet illas partes: si verò est diuisibilis; nõ videtur quæ partes sint illæ, nisi sint secundùm esse intẽsum vel remissum. At tales partes forma substantialis non potest habere vt patet ex dictis, ergo. ¶ Quinta cõclusio. Nihil ex substãtia elementorum manet in misto nisi sola materia. Hæc cõclusio patet ex dictis in ista & præcedenti quæst. Nam elemẽta debẽt manere in misto, & nõ manẽt secũdùm formã vllo modo, ergo debẽt manere secũdùm materiam. Patet cõsequẽtia, quia in composito substantiali, qualia sunt elementa, nihil aliud substantiale reperitur nisi materia & forma; vtrum verò aliquid aliud elementorũ maneat. v.g. aliquod accidẽs, vel aliqua virtus in sequẽti quæst. patebit. ¶ Ad argumẽta in principio facta respõdetur. Ad primũ ex autoritatibus Arist. respõdetur. Ad primũ locũ, quòd elemẽta quidem in mistione secũdùm suas formas substãtiales corrũpi dicũtur; Sed nõ omnino corrumpi, quia secũdùm proprias virtutes manẽt. Quod nõ reperitur, qũ vnũ elemẽtum in alterũ mutatur, vt ignis in aẽrẽ. Tũc eñ simpliciter dicitur ignis corrumpi, quia nõ manet eius virtus. Ad illud autẽ de separabilitate mistorũ, illi qui dicũt elemẽta manere formaliter in misto, putãt q̃ separabilia sunt, & aliquãdo separãtur. Arist. tñ noluit hoc dicere, sed eius mẽs tñ fuit, q̃ mistibilia possunt separari, quia ex misto rursus elementa generari possunt, quæ in virtute cõtinebãtur in misto; quod quidẽ verisimũ est. Etenim ex homine. v.g. generatur cadauer, & cadauer in elemẽta iterũ cõuertitur, & sic de alijs. Ad illud autẽ de experiẽtia vini, quod postq̃ est mistũ cũ aqua extrahitur; Respõdetur imprimis q̃ huiusq; nõ vidi experiẽtiã talẽ. Respõdetur secũdò q̃ si talis experiẽtia sit, q̃ illa fit antequã misto cõpleatur, nã postquã cõpleta, & terminata fuerit, id impossibile iudico. Cuius ratio euidẽs est, quia vt patet ex dictis, mistibilia licẽt in misto secũdùm virtutes maneãt, absolutè tñ corrũpuntur & desinũt esse in rerũ natura, ergo impossibile est, q̃ per artẽ iterum tale mistibile post quã est corruptũ reponatur in rerum natura. Ad tertiũ locũ respõdetur q̃ gutta vini non miscẽtur multę aquę, nõ solùm quia corrũpitur: sed quia ita corrũpitur, vt mutẽt in aquã, ita vt nihil ipsius neque eius virtus maneat. Hoc autẽ ex litera patet. Ad quartũ locũ respõdetur, q̃ quidã dicunt Arist. nomine mistibiliũ nõ intelligere elemẽta, sed eorũ virtutes perseuerantes in misto ad mediũ redactas. Sed profectò nomine mistibiliũ non videtur congruè apud Philosophum qualitates intelligi, quia quod miscetur nõ manet actu, qualitates autẽ manent. Deinde quia vnio accipitur pro vnione substantiali nõ pro accidẽtali, quæ reperitur absq; mistione, vt quãdo in vno elemẽto cõiungũtur quatuor qualitates. Ideo alij, inter quos est Scotus, intelligũt, q̃ fit mistibiliũ alteratorũ, id est, prius alteratorũ vnio, ita vt mistio sit illa vnio, qua materiæ elemẽtorũ per mutuas inter se actiones cõiunguntur sub vna misti forma. Alij verò dicunt nomine alteratorũ nõ intelligere quãcunq; alterationẽ sed corruptiuã, qua elemẽta corrumpuntur, vt aliquo modo maneant in tertio alterata, id est, aliud facta, dicũtur tñ perseuerare vnita, quia manẽt secũdùm suas virtutes. Et ob eãdẽ causam nõ dixit miscibiliũ corruptorũ, sed alteratorũ. D. Tho. super hũc locũ assignata alia solutione, hanc vltimã amplectitur. Ait enim q̃ mistio est miscibiliũ alteratorũ vnio, quæ quidẽ alteratio solùm est intelligẽda in virtutibus siue qualitatibus eorũ. Sed si alteratio sumatur improprie, mistio est miscibilũ alteratorum, id est corruptorũ secũdùm formas vnio. Sonc. autẽ in 7. q. 27. ad 1. argu. solutionẽ Scoti tenet. Ait enim q̃ mistio est vnio elemẽtorũ, nõ in quibus sit actu alteratio in instãti quo miscentur, sed quæ prius fuerũt alterata, cõpleta alteratione corrũpũtur. ¶ Ad quintũ locũ respondetur primo, q̃ ad diffinitionẽ illam

illam verificandã, vbi dicitur elementũ manere in misto & ei inesse: satis est q̃ maneat in virtute, vt explicabitur in quæst. sequenti. Et hæc solutio est Caiet. in. 1. p. vbi supra, & multorũ aliorum, & licẽt aliquibus vera appareat, nõ tamen videtur illis esse ad mentẽ Arist. in illo loco Metaphysicæ. Nihilominus tamen & verisima est, & ad mentem ipsius Arist. Etenim ipse in. 3. de cœlo tex. 31. diffinit sic elementũ, Sit itaq; elementũ corporũ ad quod alia corpora diuiduntur intus existens in potentia aut actu. (Et adiunxit.) Hoc enim vtroq; modo dubitabile adhuc. Quod ideo dubitabile dixit, quia nondum determinatã scripserat suam sententiã; manifestum est autẽ q̃ in hoc libro expresè textu. 84. dixit elementa nõ manere actu in misto, sed potentia & virtute. Ergo secundùm eius sententiam satis est ad rationem elementi q̃ maneat in potentia & virtute & non secũdùm formam. Nihilominus respondetur secundò, q̃ nomine elementi Arist. intelligit ibi materiã primã, quæ dicitur elementũ in propria huius nominis acceptione, significat enim elementũ primũ principium materiale, ex quo aliquid cõponitur. Vnde literæ ex quibus cõponitur dictio, elementa dicũtur. Obidq; Arist. in illo loco secũdùm aliorũ dicta ponit hæc quatuor elemẽta esse elementa vt notũ erit legenti, cum tamẽ secundùm eius propriã sententiã nõ habeant propriam rationẽ elementi; qua de causa Arist. ista quatuor elementa non appellat simpliciter elemẽta, sed vocata elementa, vt patet in. 1. tex. libri. 2. de Gener. & supra ca. 6. tex. 33. eodem modo appellauit, vbi etiam & hoc adnotauimus, vide ibi. ¶ Ad secũdum argumentũ respondetur. Has qualitates non quomodocunque esse elementorum passiones, sed in summo gradu, ita vt nullibi sit aliqua istarum in summo nisi in proprio elemẽto. In gradibus verò inferioribus possunt reperiri in rebus quæ cõmunicant in materia cum elemẽtis. Sed quia aliquãdo elementa possunt non habere illas in summo gradu, nõ erunt etiã in summo passiones quarto modo, sed tertio modo. Possunt autem dici passiones propriæ quarto modo, quia ad optimam conservationem formæ substantialis elementorũ requiruntur. Ad testimoniũ de humiditate respondetur Aristot. loqui de duobus corporibus se tangentibus in aqua, probãs q̃ inter illa mediet aqua, quia humectantur, & talis humectatio nequit esse sine aqua. Ad confirmationẽ respondetur. Mistũ moueri motu elementi prædominãtis, verum elementum prædominans nõ intelligitur secũdùm suam essentiam, sed secundùm qualitatem suã & virtutẽ. v.g. calorem aut frigiditatem. ¶ Ad tertium argumentum respondetur. Illa in quæ apparet lignum resolui nõ esse elemẽta, sed mista. Aqua enim quæ ibi apparet nõ est vera aqua, sed humor quo lignũ nutriebatur, vel sustẽtabatur, quem expellit calor, vt materiam ligni ad formam ignis disponat, vnde in ligno sicco cõposito etiam ex quatuor elementis talis humor nõ reperitur. Ad eundem modum dicendum de alijs, quæ videntur remanere. Ignis autem verus ibi repertus de nouo generatur, nec exit vnde erat actu. Ad illam autem propositionẽ; Vnũquodque resoluitur in ea ex quibus componitur &c. Respondetur intelligendam esse, ex quibus componitur actu vel potentia. Vnde miscibilia non debent manere actu, sed satis est, quod maneant in potentia & virtute. ¶ Ad quartum negatur consequentia, quia de ratione misti est vt habeat omnes qualitates elementorum, & ita fieri nõ potest vt disponatur nisi per eas omnes. Ad confirmationem autem respondetur, q̃ mista nutriũtur ex elementis, quæ manent virtualiter in cibo.

QVÆSTIO III.

¶ Vtrùm elementa maneant in misto secũdùm suas qualitates & virtutes.

ARguitur primò pro parte negatiua. In mistione corrumpuntur elemẽta, ergo & corrumpuntur eorũ qualitates & virtutes. Antecedens patet ex præcedenti quæstione, & consequentia probatur, quia corrupto subiecto corrumpuntur omnia eius accidentia, & corrupta prima substãtia impossibile est aliquid remanere eorum quæ ei inerant. ¶ Arguitur secundò. Nam si istæ virtutes & qualitates elementorum manent, ergo & ipsa etiam elementa formaliter manent. Probatur consequentia, quia accidens semper concomitatur subiectum, à quo profluit, ergo. ¶ Arguitur tertiò. Qualitates cõtrariæ non possunt esse simul in eodem subiecto, sed qualitates elementorũ sunt contrariæ, ergo nõ possunt manere in misto. Probatur minor. Nam ignis qualitas est calor, aëris humiditas, aquæ frigiditas, terræ siccitas, sed ista non solùm sunt contraria, sed etiam prima contraria, ergo. ¶ Pro huius quæstionis intelligentia sciendum est, q̃ autores plurimi in hoc conueniunt q̃ elementa manent virtualiter in misto, est tamẽ inter eos maxima differentia in modo explicandi. Pro quo est aduertendum quòd dupliciter potest intelligi virtutes alicuius formæ manere in alio. Primo quia manent in forma substantiali alterius, eo quòd illa forma continet in virtute, & eminenter aliam formã. Secundo modo dicuntur manere in qualitatibus quæ sunt virtutes illius rei. Scotus igitur in. 2. d. 15. q. vnica docet, q̃ elementa dicuntur manere in misto, non quia manent secundùm suam substantiam, nec etiam secundùm suas qualitates, quemadmodum nec extremæ qualitates manent in medio, sed dicuntur primo modo manẽre in misto, ex eo q̃ mistum habet formam substantialem, quæ eminenter & in virtute cõtinet formas

Universidad de Deusto
Biblioteca

elementorũ ad eum modum, quo dicitur, q anima intellectiua virtute cõtinet sensitiuã, & vegetatiuã. Propter hãc enim cõtinentiã virtualem dicitur, q formæ elementorũ manẽt in misto. Huic sententiæ videtur fauere Durãd. in. 4. d. 12. q. 3. ad secũdum. Alij autẽ ferè omnes dicũt elemẽta manere in misto secũdo modo, scilicet, secũdum suas qualitates accidẽtales. Adhuc tñ isti sunt diuisi. ¶ Iteñ quidã dicũt, q non manẽt omnes quatuor qualitates elementorũ formaliter in misto, sed vna qualitas mistionis, quæ ex illis resultat. Hæc sententia videtur esse expressa D. Tho. hic super text. 84. in fine vbi dicit, q qualitates actiuæ & passiuæ elementorum cõtrariæ sunt adinuicẽ, & magis & minus recipiũt. Ex cõtrarijs autẽ qualitatibus, quæ suscipiunt magis & minus, cõstitui potest media qualitas, quæ sapit vtriusq; extremi naturã, sicut pallidũ inter albũ & nigrũ. Sic igitur remissis excellẽtijs elementorũ qualitatũ cõstituitur ex eis quædã qualitas media, quæ est propria qualitas corporis misti, differens tamẽ in diuersis secũdum diuersam mistionis proportionẽ. Et hæc quidẽ qualitas est propria dispositio ad formã misti, sicut qualitas simplex ad formam corporis simplicis, & in. 4. d. 14. q. 1. artic. 1. quæstiun. 1. ad 4. ait, q forma mistionis est qualitas resultans ex qualitatibus simplicibus ad mediũ venientibus. Aduertendũ tñ est, q sicut dicit Ferr. in. 2. cõt. gent. c. 56. & in. 4. c. 81. hęc assertio qualitatis dupliciter solet interpretari à discipulis Diui Thomæ. Primo modo q ex qualitatibus elementorũ remissis resultet quædã qualitas media, actu quidẽ simplex & nõ cõposita realiter ex qualitatibus diuersis elemẽtorũ, ita vt in ea nõ sit actu diuersitas caliditatis & frigiditatis, aut aliarũ qualitatum, sed tamen virtualiter sit multiplex, ita q in ea virtualiter cõtineantur illę qualitates elementorũ; quæ quidẽ qualitas differt à qualitatibus elemẽtorum nõ sicut remissum ab intenso, sed specificè sicut rubedo differt ab albedine, & nigredine. Hanc expositionẽ sequitur Herueus in tract. de pluralitate formarũ, & Sonc. 10. Met. q. 27. & Iauellus. 8. Met. q. 4. Et putãt esse opinionẽ D. Tho. tum propter autoritates modo citatas, tum etiã quia in. 3. sent. d. 4. q. 3. art. 2. ad 1. ait, q in minus albo nihil est nigredinis, sed albedo minus intẽsa: ex quo videtur velle q in medio nõ sunt actu extrema. Alia explicatio est, q ex qualitatibus elementorum remissis resultet quædam qualitas media, quæ realiter est cõposita ex partibus diuersarum rationum, ita quòd habeat aliquid caloris & frigiditatis, & cæterarum qualitatũ formaliter, & quando vna pars intenditur, altera remittitur; qua ratione aliquãdo mistum magis accedit ad vnum elemẽtum, quàm ad aliud. Ista expositio placet multis discipulis D. Thomæ potissimum Capreolo in. 2. d. 15. q. vnica ad argumenta contra secundam conclusionẽ. Hęc expositio habet pro se multas autoritates D. Tho. quas infra adducemus. Ferr. in locis citatis vtrãque hanc expositionem putat probabilem in doctrina D. Thomæ, licèt in. 4. cont. gent. probabiliorẽ censeat hanc secundam & conformiorem S. Thomæ dictis. Altera sententia proxima modo posita est Alberti de Saxonia. q. 19. & aliquorum aliorum, q non manent quatuor qualitates elementorum, manent tamen duæ simplices aliæ, vna media inter calorem & frigiditatem; altera media inter humiditatem & siccitatem; & hæ duæ possunt aliarũ effectus temperatè facere. Vltima sententia aliorũ est, quòd in misto manent omnes quatuor qualitates elementorum formaliter. Quæ sententia etiam videtur aperta D. Tho. in. 2. d. 19. q. vnica art. 4. ad secundũ, & in alijs locis, quæ referemus infra. Cui sententiæ etiam cõsentit Gabr. in. 2. d. 15. q. vnica art. 2. & 3. & Marsil. q. 22. & multi alij ex iunioribus. Adhuc tamen & isti sunt diuisi. Etenim Marsilius, & omnes alij cum eo qui tenent eadem accidentia manere in genito & corrupto, & q materia prima est subiectum accidentium, de quo copiosè egimus in superioribus. c. 4. ita tenent manere in misto omnes quatuor qualitates, vt affirmentillas esse easdem numero, quæ fuerant in elementis. At verò discipuli D. Tho. qui hanc vltimam sententiã sequuntur, quia existimãt impossibile esse & materiam primã esse subiectũ accidentiũ, & eadem accidentia posse manere in genito, & corrupto, consequenter dicunt manere in misto qualitates elemẽtorum eadem secundùm speciem, distinctas verò numero ab his quæ erant in elementis. ¶ Pro decisione sit prima conclusio. Elemẽta nõ manent virtualiter in misto ex ratione, quia virtualiter forma misti cõtinet formas elementorũ, sicut intellectiuũ cõtinet vegetatiuũ. Hæc cõclusio est contra primã opinionem Scoti & Durandi, & probatur primò, Quoniã, vt Caie. arguit in. 1. p. vbi supra, sensitiuũ, & vegetatiuum prædicãtur formaliter de homine, sed nõ potest de illo prædicari q sit ignis vel aqua &c. ergo eius forma nõ cõtinet eminenter formas elementorũ. Secũdò probatur. Operatio elementi reperitur imperfectiori modo in forma misti, quã in ipso elemẽto, ergo forma misti nõ cõtinet virtualiter formas elemẽtorũ. Antecedẽs patet, & probatur cõsequẽtia, quoniã sensitiuũ perfectiori modo reperitur in homine quàm in equo. Et generale est in omnibus quę cõtinẽtur virtualiter in aliquo superiori, q operationes eorũ quæ cõtinẽtur, reperiãtur perfectiori modo in superiori quod cõtinet, vt patet inductiuè & D. Tho. expressè docet in. 1. p. q. 76. art. 5. ¶ Secunda cõclusio. Elemẽta nõ ita manent virtualiter in misto, vt ex quatuor qualitatibus ipsorum resultet vna quinta qualitas distincta ab eis specie, simplex in essendo, licèt virtualiter sit cõposita, & eas omnes cõtineat. Hæc conclusio est Aristot. Nam ipse docet. 4. Metheor. ca. 1. q per putrefactionẽ calor soluitur à proprio humido, & sic restat siccitas: sed si esset vna tantùm qualitas simplex, impossibile erat separari calorem ab humiditate, ergo. Deinde in. 2. de Anima. c. 11. tex. 117. & 118. expressè docet q sensus tactus non potest sentire nisi excedentes qualitates: & rationem assignat, quoniã in ipso tactu sunt quatuor qualitates quamuis redactæ ad medium, & connumeratis ibi quatuor qualitatibus subdit istas esse, de quibus disseruit in istis libris de Gener. Præterea in eodẽ 2. de Anima tex. 123. & 124. dicit sensus cõsistere in harmonia qualitatum, quæ lædit ur à vehementi sensibili; & q plantæ non sentiũt, quia calefiunt, & frigefiunt, id est, habẽt has qualitates extra modum debitum, ergo secundùm Arist. in sensu sunt formaliter istæ qualitates. Item in. 2. de partibus animal. c. 1. dicit, compositionem primam esse ex quatuor qualitatibus, quas ibi enarrat, & ipsi viuẽti dicit inesse, ergo. Hæc etiã conclusio est D. Tho. in multis locis. Imprimis in. 1. p. q. 76. artic. 4. ad 4. inquit, q in misto manent qualitates propriæ elementorũ, sed remissæ in quibus est virtus formarũ elementarium; sed nulla qualitas distincta ab illis quatuor est propria elementorum, ergo. Præterea nam in q. de Anima art. 9. ad 10. dicit, q elementa manent in virtute in misto, & hoc est in quantum manent accidentia propria elementorũ secundùm aliquem modum, in quibus accidentibus manet virtus ipsorum elementorũ. Item in quæstionibus de malo. q. 5. art. 5. ad 6. dicit, q contrariæ qualitates in corpore misto regulantur & conseruantur, ne se inuicem corrumpãt per formam substantialem. Hoc idẽ videtur tenere in. 2. sent. d. 19. q. vnica art. 4. ad secũdum, & in. 3. d. 16. q. 1. art. 1. ad quartum vbi dicit, q mista habent cõtrarias qualitates elementorum, ex quibus vna prædominatur alteri. Probatur iam ratione. Primò. In mistione non corrumpuntur omnino elementa, vt dictum est, ergo debet manere aliquid eorum; & non manet aliquid secundùm formam substantialem, ergo secundùm qualitates, at hæc qualitas simplex virtute continens elementorum qualitates nõ est qualitas elementorum, quin potius specie distinguitur ab eorum qualitatibus, ergo illa manente ad huc nihil remanet elementi secundùm numerum aut speciem. Secundò probatur. Secundùm communem Philosophorũ sententiã mistum ideo est corruptibile, quia cõponitur ex cõtrarijs perpetuò pugnantibus contra se, & tandem ex mutua actione, & repassione dissoluitur proportio misti, & cõsequitur eius proportio; at si vna esset simplex illa qualitas misti, nõ cõstaret mistum ex cõtrarijs, nec haberet in se principia corruptionis, eadem enim qualitas nõ contrariatur sibi, nec seipsam destruit, ergo. ¶ Tertia conclusio. Elemẽta manent virtualiter in misto, quia manent in eo formaliter qualitates quatuor elementorũ, quæ qualitates dicuntur virtutes ipsorũ. Hæc cõclusio probari potest eisdẽ autoritatibus & rationibus, quibus superior est probata. Et præterea probatur primò, quia Arist. tex. 84. explicans quomodo mistibilia maneant, ait; Nec; corrumpũtur alterũ neq; ambo: saluatur enim virtus eorum. Et secũdo de partibus animal. ca. 1. numerans tres viuentis cõpositiones, dicit primam esse ex elementis, & illam potiùs esse ex virtutibus elementorum, quas postea ait esse quatuor qualitates, ergo. Secundo. Elementa aliquo modo manẽt in misto, nõ secũdum formas substantiales, ergo secũdùm suas qualitates & virtutes (nõ enim potest excogitari alius modus quo sint) maior autẽ cũ minori patet ex dictis in duabus quæstionibus præcedẽtibus. Tunc vltra. Sed nõ manẽt secundùm vnã qualitatẽ simplicẽ virtute cõtinentẽ eas, ergo manẽt secũdùm ipsas qualitates elementorũ, ita q formaliter in misto reperiũtur. Tertiò probatur. Calor misti intẽditur per actionẽ elemẽti, ergo erat formaliter in ipso misto. Et similiter philosophandum est de frigiditate & alijs qualitatibus. ¶ Quarta cõclusio. Qualitates istæ, quæ manent in misto, nõ sunt eædẽ numero cum eis quæ erant in elemẽtis, sunt tamẽ eædẽ secundùm speciem, quod sufficit ad hoc vt elementa dicãtur manere virtualiter in subiecto. Prima pars huius cõclusionis satis probatur argumẽto primo facta in principio quęstionis, de qua re multa diximus supra. c. 4. agentes de subiecto accidentiũ, & in illa quæst. vtrum eadẽ accidẽtia maneãt in genito & in corrupto. Secũda verò pars probatur, quia calor existẽs in aqua non est idẽ numero cum calore qui est in igne, & tũ dicitur virtus ignis, & calor ille agit in virtute ignis, ergo eodẽ modo licèt qualitates quę sunt in misto non sint eædẽ numero cum qualitatibus existentibus in elemẽtis, sed eædẽ secundùm speciẽ, sufficiet ad hoc q dicãtur virtutes elementorũ, & agant in virtute ipsorũ elemẽtorũ. Sed contra hoc est argumentũ. Illæ qualitates existũt in misto tãquam in subiecto, ergo efficaciam & virtutẽ agẽdi habẽt ab eo, & nõ ab elemẽtis, ac per cõsequẽs elemẽta non dicũtur ratione illarũ qualitatũ manere virtualiter in subiecto. Hæc consequentia vltima est bona, & probatur prima, quia accidẽs ab eo habet operari, à quo & esse. Ad hoc argumẽtũ iam est respõsum in superioribus dum agerem de subiecto accidentium arti. 1. ad secundum argumentũ, vbi explicatũ est, quomodo debeat intelligi illud axioma cõmune, Accidẽs à quo habet esse, habet & operari. ¶ Quinta conclusio. Ex istis quatuor qualitatibus, quæ formaliter in misto reperiuntur, resultat vna qualitas, quę licèt absolutè sit multiplex, est tũ vna proportione & ordine, quæ dicitur complexio, vel forma mistionis; nõ tamẽ est distincta ab illis qua-

tuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuor qualitatibus, sed eadē realiter cū illis. Ista con- A
clusio habet quatuor partes, in prima dicitur, q̄ ex
illis quatuor qualitatibus resultat vna qualitas, quę
pars admittitur ab Alber. Magno in. 2. Phy. tract.
2. c. 1. & puto esse D. Tho. in multis locis præcipuè
in hoc lib. 1. de Gener. tex. 84. & alijs locis, quæ su-
pra retulimus pro opinione Sonc. Prætereà in tra-
ctatu, qui inscribitur, Quomodo elemēta maneant
formaliter in misto, inquit, q̄ remissis excellentijs
qualitatū elemētorū ex eis cōstituitur qualitas me
dia, quę est propria qualitas corporis misti differēs
in diuersis secūdum diuersam mistionis proportio B
nē, & in. 4. sent. d. 44. q. 1. artic. 1. quæstiun. 1. ad 4.
inquit, q̄ forma mistionis est qualitas resultans ex
qualitatibus simplicibus ad mediū venientibus, &
in. 4. cont. gen. c. 81. dicit, Forma misti est qualitas
quædā cōposita & cōtēperata ex mistione simpli-
ciū qualitatū, quę ita se habet ad formā substantia-
lem corporis misti, sicut se habet qualitas simplex
ad formā substantialem corporis simplicis. Ecce in
omnibus his locis & superius allegatis D. Tho. sem
per dicit vnā qualitatē esse formā mistionis, cōpo-
sitam tū ex quatuor qualitatibus simplicibus. Imò C
verò in. 1. p. q. 76. vbi supra asserit, vt mihi videtur,
& tertiam cōclusionē suprapositā, & hanc quintā.
Ait enim q̄ in misto manēt qualitates elementorū
proprię, licet remissæ, in quibus est virtus formarū
elemētariū, & q̄ huiusmodi qualitas est dispositio
propria ad formā substantialem misti. Ex eo enim
q̄ prius dicit in plurali manere qualitates elemēto-
rum, colligitur nostra tertia cōclusio, scilicet, q̄ in
misto manēt formaliter quatuor qualitates. Ex eo
verò q̄ postmodū subiungit in singulari, huiusmo
di qualitas &c. aperte habetur hæc quinta conclu-
sio, scilicet, q̄ ex eis resultat vna qualitas, quæ dici- D
tur forma mistionis, quæ est vna nō vnitate simpli
citatis, sed vnitate ordinis & cōpositionis ex pluri-
bus qualitatibus. Prætereà probatur ratione. Nam
ita se habēt formæ substantiales elemētorū ad for-
mam substātialem misti, sicut ipsorū qualitates ad
misti qualitatē & cōplexionē, sed formis elemēto-
rum correspondet vnica substantialis forma, ergo
& ipsorū qualitatibus vnica misti qualitas, & vni-
ca temperies & proportio illarū qualitatū. Secūda
pars conclusionis est, q̄ ista qualitas resultans est E
multiplex & realiter cōposita, licet sit vna propor
tione & ordine, quæ pars sequitur ex præcedenti-
bus. Quod enim sit absolute multiplex, euidenter
patet ex dictis in secunda & tertia conclusione, q̄
verò sit vna ex dictis in ista conclusione. Nam est
vna, & nō vna simpliciter, ergo proportione & or-
dine. Nam in proposito non potest esse alius mo-
dus quo ista qualitas ponsit dici vna. Tertia pars
conclusionis est, q̄ ista qualitas dicitur forma mi-
stionis, seu cōplexio. Pro quo est aduertendū q̄ in
naturali cōstitutione animalis ex elemētis, quæ fit
per mistionē, oportet elementa seu virtutes eorum
cōiunctas esse & cōpositas, & q̄ sit cōuersio & alte
ratio cōiunctorū & cōpositorū: quia ad eam faciē,
dam nō sufficit q̄ sit cōiunctio elementorum, sed
oportet, q̄ alia agant in alia, & alia patiātur ab alijs,
donec ex his quiescentibus in actione proueniat
vna qualitas misti ex eis, quæ qualitas dicitur cōple-
xio. Est enim cōplexio qualitas vna proueniēs
ex reciproca actione & passione qualitatū contra-
riarū in corporibus commistis. Hæc autē naturalis
mistio manifestior fit ex artificiali mistione, v. g.
cum fit electuariū & tyriaca. Etenim quādo cōiun
guntur mistibilia ad ea faciēda, nō statim atq; con
uenerunt sunt iam mista, nisi prius fit proportio-
natū tēpus in quo vnum mistibile agat in aliud, &
alteret ipsum, & sic alteratū ab eo disponatur pau-
latim ad formā electuarij & tyriacæ, & tandem ex
ipsis sic alteratis adinuicē resultat electuarium, aut
tyriaca potētia continens omnes virtutes mistibi-
liū, quæ ad illā mistionem conuenerunt. Ita in mi-
stione naturali elementorū dum adinuicem agunt
& repatiuntur se alterant elemēta, & ex eis resultat
vnū mistū virtute cōtinēs omnes elementorū qua-
litates, ex quibus resultat quædā temperies & pro-
portio ipsorū, quæ complexio dicitur, & vt est sub
forma misti habet firmitatem & constantiā, non
enim facili causa remouetur. Vltima pars conclu-
sionis erat, q̄ ista qualitas non est distincta à qua-
tuor qualitatibus, sed eademmet cū illis. Probatur
ista pars. Nam quāuis ista qualitas sit vltima dispo
sitio ad formā misti, & resultet ex proportione &
æqualitate ipsarū quatuor qualitatū, nō tamen est
aliqua quinta qualitas distincta realiter ab ipsis; si-
cut solet dici, q̄ sanitas est quædā qualitas, quæ re-
sultat ex debita proportione humorū, quanuis se-
cundum sentētia maxime probabilē nō sit aliqua
qualitas realiter distincta ab ipsis humoribus. De-
inde, quia si ista qualitas distingueretur à quatuor
qualitatibus; certe specie distingueretur, ac tūc in-
cideremus in illud incōueniēs, quod inferebamus
contra Soncinatem, scilicet, quòd elementa non
manerent virtualiter in misto, si quidē nulla qua-
litas ipsorum neque secundum numerum neque
secundum speciem remaneret in eo. ¶ Ad argu-
menta facta in principio. Ad primū patet ex quar-
ta conclusione. ¶ Ad secūdum respondetur quòd
tantum concludit, q̄ elementa manent virtualiter
in misto. Ex his omnibus patet definitio mistionis
ab Arist. hic assignata, scilicet, q̄ mistio est miscibi
liū alteratorū vnio. Vbi aduertendū est, q̄ postquā
elemēta miscibilia alterata sunt, necesse est vt adin-
uicē cōponātur, & ex tali cōpositione simul cū illa
alteratione mutua resultet mistum, mistio ergo est
vnio in vna forma substātiali miscibiliū elemēto-
rum alteratorū adinuicē, quia nec actu, nec secun-
dum suas qualitates cōtrarias intēsas possunt rema
nere in

nere in misto, vnde est necesse q̄ alterētur vt eorū A
qualitates remittātur, quia remissæ optime se cōpa
tiūtur, vt explicabimus statim. ¶ Circa tertiū argu-
mentum oportet vt breuiter disputemus; Vtrum
cōtraria possint se cōpati in gradibus remissis, tum
quia hoc ab aliquibus hic disputari solet, tum etiā
quia maximè iuuat intelligentia huius q. ad percipiē-
dū quomodo virtutes elemētorū cū sint cōtra-
riæ maneāt tēperatę & ad mediū redactę in misto.

QVÆSTIO IIII.

*¶ Vtrum qualitates contrariæ possint esse in eo- B
dem subiecto in gradibus remissis.*

ARguitur primo pro parte negatiua. De ra-
tione oppositorū & cōtrariorū est, q̄ simul
esse nō possint, sed formæ cōtrariæ in omni
gradu tam intēso quàm remisso opponūtur, ergo.
Minor probatur. Cōtrarietas est oppositio secun-
dum formā, vt dicitur. 4. Met. ergo vbicūq; manēt
formæ ibi est oppositio vel nūquā est, formæ autē
manēt tam in gradu intēso quàm in remisso, ergo C
in omni gradu est contrarietas, & incōpossibilitas.
Cōfirmatur. Magis repugnāt albū & nigrū, quàm
magis albū & minus albū, quia illa differūt specie,
ista verò nō, sed magis albū & minus albū nō pos-
sunt in eodē esse simul, ergo multominus poterūt
esse albū & nigrū in quocunq; gradu. ¶ Arguitur
secūdo. Rubedo & viriditas nō possunt simul esse
in gradu intēso, ergo nec albedo & nigredo in gra-
du remisso. Antecedēs patet, & cōsequētia probat.
Albedo remissa & nigredo remissa magis distant
quàm rubedo & viriditas cū sub eodē genere ma-
xime distent; Si ergo ea quæ minus distāt, nō pos- D
sunt esse simul; nec ea quæ magis distant. Confir-
matur. Quia sequeretur quòd duo motus cōtrarij
sint in eodē subiecto cōtra Arist. 4. Physi. tex. 62.
¶ Arguitur tertio. Quia sequeretur contradictoria
dari simul vera, quia si idē est albū & nigrū, cùm in
nigro sit priuatio albi, erit nō albū, & simul est al-
bum, ergo. Cōfirmatur primò. Impossibile est duo
cōtradictoria esse simul in eodē subiecto, ergo nec
duo cōtraria. Consequētia videtur esse Arist. in. 4.
Meta. tex. 27. vbi ait secūdum Argyropili transla-
tionē. Cū autē fieri nequeat vt cōtradictoria simul E
de eodē sint vera, perspicuū est neque fieri posse q̄
contraria simul eidē insint. Confirmatur secundo,
quia idē esset albū & nigrū, quia vbicūq; est forma
est effectus formalis. ¶ Arguitur quarto. Nulla cali
ditas quantūcunq; remissa cōpatitur secū aliquem
gradum frigiditatis, ergo. Probatur antecedēs. Sit
v. g. in aliquo subiecto calor vt sex & frigiditas vt
duo, tūc calor agit semper in frigiditatē, ergo tādē
expellet eam, quia cōtraria agēdo adinuicē se ex-
pellūt, ergo nō sunt simul. Probatur antecedens. Si
essent in diuersis subiectis & applicarētur vnū alte
ri, calor esse ageret in frigiditatē, ergo multo melius
in eodē subiecto vbi est melior applicatio. Confir-
matur, quia à proportione maioris inæqualitatis,
sequitur actio, ergo. ¶ Arguitur quinto. Sequitur
q̄ illa duo contraria possint se cōpati in gradu me-
dio. v. g. calor vt quatuor & frigiditas vt quatuor.
Consequēs est falsum, ergo. Sequela patet, & pro-
batur minor, quia tale subiectū nec esset calidū nec
esset frigidū quia nō est maior ratio de vno quā de
alio, neq; esset vtrūq; simul, ergo. ¶ Pro intelligētia
huius quæst. sciendū primò, q̄ cōtraria sunt duplici.
Quędā sunt priuatiua vt lux & tenebræ, & albū
& non albū. Alia positiua vt frigiditas & caliditas.
Et ista adhuc duplicia sunt; quædā sunt primò con
traria, vt albedo & nigredo. Alia secundo cōtraria,
vt albedo & rubedo, caliditas & tepiditas. ¶ Notā-
dum est secundo, q̄ cōtraria dicūtur esse in eodem
subiecto adæquate, quādo eadē pars subiecti vel to
tum ab ambobus simul informatur & non est vnū
cōtrariū in vna parte & aliud in alia, quia contraria
esse in diuersis partibus subiecti nō communicati-
bus nō est incōueniēs, vt sensui patet. Est ergo sen-
sus quæst. Vtrùm cōtraria siue priuatiua siue posi-
tiua possint taliter in aliquo subiecto esse, q̄ vnum
informet eādē omnino partē, quā informat alterū?
In qua quæstione aliqui tenent, q̄ cōtraria nec in
gradibus intēsis, nec in remissis vllo modo se cōpa-
tiūtur. Hanc sententiā sequitur Sonc. in. 10. Met. q.
22. Dur. in Prologo, & multi alij. Capre. autē in. 2.
d. 17. q. 2. ad argumēta contra secundā cōclusionē
& Astudillo hic. q. 23. & Soto. 2. Physic. q. 1. ad 4.
tenēt q̄ in gradibus remissis optimè se cōpatiūtur
in subiecto, & putāt hāc opinionē esse D. Tho. Iā-
uellus autē in. 10. Met. q. 13. vtramq; opinionē pu
tat probabilem, licet probabilior illi appareat hæc
secūda opinio Capreoli. ¶ Pro veritatis tū decisio-
ne sit prima cōclusio. Duæ qualitates contrariæ in
gradibus intēsis nō possunt esse simul in eadē par-
te subiecti naturaliter loquēdo, imo neq; vna qua-
litas in summo gradu, altera autē in quocūq; gra-
du possunt se cōpati in eodem subiecto adæquate.
Hæc cōclusio omnibus est cōmunis, & argumēta
in principio posita & multa alia quæ in fauorē pri
mę opinionis fieri solent, si quid probāt tātùm hāc
cōclusionē probāt, & certe si nullū aliud argumē-
tum esset, satis cōuinceret definitio cōtrariorū, sci-
licet cōtraria sunt quæ sub eodē genere maximè di
stant & ab eodē subiecto mutuò se expellūt. Dixi
tū naturaliter loquendo, quia aliqui Theologi te-
nēt q̄ supernaturaliter possunt esse duo cōtraria in
gradibus intēsis in eodē subiecto, vt si Petrus exi-
steret in duobus locis, & in vno esset summè frigi-
dus, & in alio summè calidus. De quo vide M. Ca-
no præceptorē meū lib. 12. de Locis. c. 14. ad vlti-
mū vbi asserit q̄ in anima Chri Dñi fuit summus
dolor & summū gaudiū secūdū partē intellectiuā.

¶ Secunda

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Secunda conclusio. Qualitates contrariæ in gradibus excedentibus mediã latitudinẽ ipsarum nõ possunt eidẽ subiecto adæquate inesse simul. v. g. ponatur q̃ summus calor sit vt octo, & summa frigiditas sit etiã vt octo, tunc dico q̃ in eodẽ subiecto non potest esse frigiditas vt quinq; & caliditas vt quinq; Probatur ista cõclusio. Nam caliditas in summo nullã secũ potest cõpati frigiditatẽ vt patet ex præcedẽti cõclusione, sed si qualitates cõtrariæ possent esse simul in gradibus excedẽtibus mediã latitudinẽ; posset etiã qualitas in summo aliquem gradũ sui cõtrarij secum admittere, ergo. Probatur minor. Nam si calido vt quinq; & simul etiã frigido vt quinq; applicaretur aliquod agẽs summe calidũ vt octo; certè acquireret alios tres gradus caloris & fieret calidũ vt octo. At nõ remitterentur nisi tres gradus frigiditatis, quia tãtum caloris est introductũ, ergo cum calido in summo gradu manerẽt duo gradus frigiditatis, quod est impossibile vt patet ex prima conclusione. ¶Tertia cõclusio. Contraria possunt se cõpati in gradibus remissis in subiecto. Hæc cõclusio est cõtra primam opinionem, cæterum adeò videtur euidẽs, vt nullus de ea dubitare deberet. Imprimis eã habet expresè D. Tho. de verit. q. 8. art. 14. cuius locum supra adduximus agẽtes de indiuiduatione accidẽtiũ. Et in. 1. p. q. 76. art. 4. vbi sæpè citatus est, ait q̃ qualitates elemẽtorum remissæ manẽt in misto, sed qualitates elemẽtorũ sunt cõtrariæ, ergo. Confirmatur. Nam vt patet ex dictis, quælibet pars mistiè est mista, ergo in qualibet parte ipsius sunt quatuor qualitates elementorũ. Secundò probatur ratione. Nam si qualitates cõtrariæ non se admittũt in gradibus remissis, nullũ corpus mistũ esset in vniuerso. Cõsequẽs est impossibile, ergo & antecedens. Sequela probatur. Miscibilia secũdum aliquid sui oportet manere in misto, & nõ manẽt secũdum suas formas substantiales, neq; etiã possunt manere secũdum suas qualitates iuxta istã opinionẽ, ergo nihil elemẽtorum manet. Tertiò probatur. Omne agens agẽdo repatitur, ergo qualitates cõtrariæ in gradibus remissis possunt se admittere in eodem subiecto adæquate. Probatur cõsequentia. Agens quãdo agit habet qualitatẽ qua agit & patitur pro eodẽ tẽpore, ergo recipit qualitatẽ contrariã, nam pati à qualitate contraria est eam recipere. Quarto probatur cõclusio. Ignis applicatus aquæ calefacit eam successiuè introducendo calorẽ, at non statim est expulsa frigiditas tota, ergo per qualitatẽ aliquam illi repugnantẽ. Hæc autẽ debet esse contraria, cuius proprium est contrariã à subiecto expellere, ergo. Respondet Soncibi non causari calorẽ donec expulsa sit tota frigiditas, causari autẽ aliud incõpossibile cum tali gradu frigiditatis videlicet raritatẽ sub qua nequit conseruari talis gradus frigiditatis. Hæc solutio adeo est imaginaria vt ea sola sufficiat A suã sentẽtiã dissuadere. Quis enim neget ignẽ medio calore, quẽ producit, frigus expellere? Deinde ignis non rarefaciet nisi calefaciẽdo, ergo prius saltem natura introducit calorẽ. Item, per illã actionẽ nõ statim expellitur omnis densitas aquæ. Euidẽs enim est aquam etiam calidam densiorẽ esse aëre, ergo sicut cum illo gradu raritatis potest esse densitas alia, ita cum gradu caloris frigus; raritas enim & densitas etiam sunt cõtraria. Præterea, cum vehemẽti frigore potest esse major raritas, quàm quę erat in aqua, vt patet in aëre vehemẽter frigido, ergo illa raritas non habet expellere ex se gradũ frigiditatis. Deinde, euidens est aquã sæpè vehementissime esse calidam, at nequit esse absq; frigiditate, quia frigus est dispositio conseruatiua aquæ, ergo. Alias rationes pro ista cõclus. vide apud autores supra citatos. Sed quæres qui sunt gradus isti remissi in quibus se compati possunt qualitates cõtrariæ? Respondetur sequẽti cõclusione. ¶Quarta conclusio. Quot gradibus aliqua qualitas distat à summo suo, tot secum admittit de forma cõtraria. Ita videlicet q̃ si caliditas summa sit vt decem, & sit in subiecto caliditas vt nouem, admittet secum frigiditatem vt vnum. Et si calor sit vt octo; frigiditatem vt duo, & sic consequenter, vt poteris in præsenti figura perspicere.

Non autem sic intelligas, vt ipsi gradus sint indiuisibiles: aliàs motus non esset cõtinuus. Sed assignatur gradus Mathematicè non Arithmeticè.

Ista conclusio probatur ex præcedẽtibus. Nam secũdum gradum perfectionis, vel imperfectionis quæ est in forma expellit suũ contrariũ, sed secundum q̃ magis distat à summo, est minus perfecta, & secũdum q̃ magis appropinquat est magis perfecta, ergo quãtò magis appropinquat, magis expellit, & quantò minus, minus expellit, ergo quot gradus nõ habet, tot admittit cõtrarij, & quot habet tot expellit; secũdum enim gradus quos nõ habet agere nõ poterit. ¶Ad argumẽta in principio posita est respondendũ. Ad primũ negatur maior. Quia non est essentia contrariorũ, q̃ non possint esse simul, sed q̃ in esse perfecto nõ sint simul. Et enim illa diffinitio cõtrariorũ est descriptio quædam per effectũ, vt si dicamus hominẽ esse animal, quod possit generare sibi simile. Nõ tũ in quocũque statu, sed in debita quantitate competit ei generare sibi simile. Similiter in proposito intelligitur hæc descriptio per effectum, quãdo fuerint in gradu

gradu perfecto. Secundò respondetur q̃ dicitur A proprium contrariorum se se expellere; secundùm quandam proportionem, quia scilicet, tot gradus vnius expelluntur, quot alterius oppositè introducuntur, & è contra. Ad confirmationem respondetur quòd implicat aliquid esse magis & minus album respectu eiusdem; darentur enim duo cõtradictoria vera. At quando sunt duo cõtraria in gradibus remissis, alterum nõ denominat simpliciter, & sic nullum inconueniens sequitur. Respondetur secundò, q̃ licet in esse rei albedo & nigredo magis distent inter se quàm albedo intensa & remissa, B (nam istæ sunt eiusdem speciei, illa autem diuersarum) nõ sequitur quòd si albedo intẽsa & remissa non possunt esse simul, nec illæ; nam magis distãt albedo & quantitas in esse rei, quàm albedo & nigredo in summo (si quidem sunt diuersi generis) tamen sunt simul de facto. Ratio est, quia non distant in ratione oppositionis. Ita in ratione oppositionis magis distant albedo intensa & remissa quã albedo & nigredo in gradibus remissis; nam illæ opponũtur priuatiuè. Albedo enim remissa includit priuationem intensæ. At albedo & nigredo nõ habent perfectam oppositionem contrariã in gradibus remissis; quia non distant maximè sub eodẽ genere, quia magis distant quãdo sunt in summo. ¶Ad secundum respondetur. Concedimus quòd entitatiue magis distant albedo & nigredo etiã in gradibus remissis quàm rubedo & viriditas; cæterùm in ratione oppositionis magis distãt ista quã illa. Ad primam cõfirmationẽ respondet Iauellus in. 10. Met. vbi supra ad 5. q̃ motus contrarij possunt esse duobus modis. Primò q̃ vterq; sit acquisitiuus, putà q̃ per vnum acquiratur caliditas, & per D alterũ frigiditas, & sic non possunt esse duo motus cõtrarij in eodẽ subiecto. Secũdò, q̃ vnus sit acquisitiuus, & alter deperditiuus, putà dum calor intenditur in aqua, deperditur frigiditas, & sic nõ est incõueniens, q̃ duo motus cõtrarij sint in eodẽ subiecto, neq; hoc negauit Aristo. Cæterùm melius potest dici q̃ ille motus in casu est vnus motus, scilicet, quo acquiritur albedo, & remittitur nigredo. De quo vide quæ diximus supra cap. 4. q. 7. Diximus etiã supra, quod illi motus acquisitiuus caloris & deperditiuus frigiditatis non sint contrarij. E ¶Ad tertiũ negatur sequela, & ad probationẽ dicimus, q̃ illud subiectũ nõ denominabitur tale nisi ab eo ac; idẽte, quod informet illud vltra medietatem suorũ graduũ saltim, & cũ necesse sit, vt patet ex quarta conclusione, q̃ vna qualitas tot gradus cõpati possit suæ qualitatis cõtrariæ, quot distat à summo; fieri nõ potest vt vtrũq; accidẽs vltra medietatẽ suorũ graduũ sint simul, vt etiã patuit in secunda cõclusione. Quare semper ab vna qualitate denominabitur tale, ab alia autem nõ nisi fortassis secundũ quid. Quòd si vtraq; qualitas cõtraria insit eidẽ subiecto in gradibus infra medietatẽ, quod cõtingere potest, vt si eidẽ subiecto inesset albedo vt tria, & similiter nigredo vt tria, tale subiectũ nõ denominabitur nec albũ, nec nigrũ simpliciter, sed secũdùm quid. Contraria enim nõ denominãt nisi insint subiecto vltra medietatẽ graduũ. Ad primã confirmationẽ dicitur, q̃ si concedamus q̃ ibi loquitur Arist. de formis cõtrarijs; tũc consequentia B Arist. est hoc modo intelligenda dum infert, ergo contraria nõ possunt simul esse; intellige, in gradibus intẽsis. Nam q̃ possint esse in remissis, in eodẽ loco videtur asserere Arist. Ait enim vt clarius trãstulit Argyropilus sic, Fieri quoque non potest vt contraria simul insint, nisi aut aliqua ex parte ambo, aut alterũ quidẽ altera ex parte; alterum verò simpliciter insint. Cùm ergo asserat duo Philosophus. Primum q̃ cõtraria nõ insint simul; secundũ q̃ ambo ex parte insunt, consequens est, primum de contrarij simpliciter esse intelligendũ, scilicet, in C gradibus intensis; secũdum autẽ de eisdẽ in gradibus remissis. Ad secundã confirmationẽ patet ex dictis, quia licèt forma in gradu remisso tribuat suũ effectuũ formalem subiecto eo modo quo potest, nõ tamẽ eo modo quo sufficiat ad denominãdum subiectum simpliciter, nisi sit in gradu intẽso ita vt sit vltra medietatẽ. ¶Ad quartũ respõdetur, q̃ caliditas vt septẽ, quãdiu fuerit vt septẽ, nõ aget in frigiditatẽ vt tria in quocũq; subiecto simul fuerint. Cuius ratio est, quia caliditas nõ agit in frigiditatẽ nisi mediante calore quem producit, ad cuius D introductionẽ sequitur expulsio cõtrarij gradus. Caliditas autẽ vt septẽ non potest producere nisi calorem vt septem, aliàs à proportione minoris inæqualitatis fieret actio: producto autem calore vt septẽ assimilauit sibi passum, quantũ potuit, ergo nõ potest corrũpere gradũ vt tria, quia ille non potest corrũpi nisi per gradũ vt octo. Ad confirmationẽ patet. ¶Ad quintũ respõdetur cũ Astudillo cõclusione quarta, vbi cõcedit posse esse cõtraria in gradu medio suæ latitudinis. Ratio est, quia si calor summus. v. g. vt octo incipiat remitti, & frigiditas proportionabiliter intẽdi, datur instans in quo sit calor vt quatuor & frigiditas vt quatuor: quomodo autẽ tale subiectũ denominabitur, nihil dicit. Iauellus autẽ vbi supra ad quartũ non admittit in gradu medio posse cõpati contraria; benè tamẽ possunt esse in gradibus æqualibus citra medium. Vtraque solutio probabiliter sustineri potest, licèt probabilior mihi appareat prior sententia. Hactenus de libro primo dicta sufficiant.

FINIS PRIMI LIBRI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS STAGYRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE Generatione & Corruptione Liber Secundus; cum Commentarijs F. Dominici Bañes Primarij apud Salmanticam Theologiæ Professoris.

CAPVT. I.

DE mistione quidem igitur & tactu & facere & pati, dictũ est quomodo existant his, quæ transmutantur secũdum naturã. Amplius autẽ de generatione & corruptione, simpliciter & quomodo est, & propter quã causam. Similiter autem & de alteratione dictũ est, quid est alterari, & quam habeat differentiam eorũ vnumquodque. Reliquum autẽ considerare circa vocata Elementa corporum. Generatio quidem & corruptio, omnibus natura subsistentibus, substantijs est non sine sensibilibus corporibus.

Horum autem subiectam materiam, hi quidem esse inquiunt vnam, vt puta aerem ponentes, aut ignem, aut aliquod horum mediũ, quod & corpus est & separabile. Hi autem plures numero, quam vnam. Quidam enim ignem & terram. Hi autem & hæc & aerem tertium. Hi autem & hoc & aquam, quartum, vt Empedocles. Ex quibus cõgregatis & segregatis & alteratis, aiunt contingere, generationem & corruptionem, rebus.

Quoniam igitur prima principia & elementa, bene se habet dicere, quòd sit confessum ex quibus transmutatis, aut secundum congregationem, aut segregationem, vel secundùm aliam transmutationẽ, cõtingit, generationem esse & corruptionẽ. Sed facientes quidẽ vnã materiam extra prædicta, hanc autẽ, corpoream & separabilem, peccãt. Impossibile enim sine cõtrarietate esse corpus hoc sensibile. Aut enim leue, aut graue, aut calidum, aut frigidum, necesse infimum hoc, quod quidam dicunt esse principium.

Vt autem in Timæo scriptum est, nullam habet determinationem. Non enim dixit manifeste Pandeches, si separatur ab elementis. Neque vtitur vllo, cum dixit esse subiectum aliquod vocatis elementis prius, vt aurum operibus aureis certè. Quanquam & hoc non bene dicitur, hoc modo dictum. Sed quoniam quidẽ est alteratio, ita est. Quorum autem est generatio & corruptio, impossibile illud enunciari, ex quo generatum est. Sed tamen inquit longè verius est esse aurum dicere vnumquodque esse. Sed elementis entibus solidis vsque ad planiciem facit dissolutionem. Impossibile autem, matrem & materiã primam planam esse.

Nos autem dicimus esse aliquam materiam vnam corporum sensibilium, sed hanc, non separabilem, sed semper cum contrarietate, ex qua generantur vocata elementa. Determinatum est autem de his certius & in alijs. Sed tamen, quoniam & hoc modo sunt ex materia prima corpora, determinandum & de his porrò, principium quidem, & primum, esse materiam inseparabilem, atque subiectam contrarijs, antea supponamus. Neque enim calidum materia est frigido, neq; hoc calido, sed subiectum amborum. Quapropter, primum quidem potẽtia corpus id, quod sensibile, principium est, secundùm autem contrarietates (dico autem. v. g. caliditas & frigiditas) tertio autem neque ignis & aqua & talia. Hæc quidem transmutantur admixtẽ & nõ vt Emped. & alij dicunt, neq; enim esset alteratio; contrarietates autem non transmutantur.

Sed non minus erit corporis, qualia & quot, dicendũ principia. Alij quidẽ enim supponentes vruntur & nõ dicunt quare, talia, aut tot, sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima cõclusio tex. 1. De mistione quidē &c. Post quā iam egimus de mistione & tactu, de facere & pati quomodo conueniant ijs, quæ trāsmutātur secūdum naturā; amplius etiā egimus de generatione & corruptione quomodo est, & propter quā causam; similiter etiam de alteratione, quid est, & quomodo differt à generatione & corruptione: relinquitur in hoc secūdo libro cōsiderare de corporibus quæ elemēta vocātur. Prima pars cōclusionis patet ex dictis. Secunda probatur. Oēs substātiæ quæ generātur & corrūpuntur non sunt sine istis sensibilibus corporibus, (scilicet, quatuor elementis) ergo antequā de aliorum corporum in speciali de generatione & corruptione tractemus, oportet vt de ijs sermonē faciamus. ¶ Secūda conclusio tex. 2. Horū autē subiectū &c. Aliqui fuerūt qui posuerūt tātum vnā materiā elementorum; sed isti diuisi sunt inter se, quidā eā dixerūt ꝙ illa materia erat aēr, quidam verò ꝙ ignis, alij posuerunt quoddā corpus mediū. Conueniunt autē oēs isti in hoc ꝙ dixerunt ipsam materiā elementorum esse corpus separabile actu & per se existens. Alij verò fuerunt qui dixerūt materiā elementorū esse pluri ficatā per numerū, & isti etiam sunt diuisi inter se, quia quidā dixerūt ipsam esse ignē & terrā, quidā verò addūt tertiū, scilicet, aērem, quidā addūt quar tū, scilicet, aquam, sicut Empedocles, & ex his congregatis & segregatis, & alteratis dicebāt cōtingere generationē & corruptionē in rebus. ¶ Tertia cōclusio tex. 3. Quoniā quidem igitur &c. Hi qui plures ponūt materias, & ex earū cōgregatione & segregatione aut aliqua alia trāsmutatione fieri generationē & corruptionem aliquo modo bene dicunt. Hanc nō probat Arist. sed ad præsens concedit eam his qui plura ponebāt elemēta, tāquā propinquam aliqualiter veritati. ¶ Quarta conclusio. Hi qui tantum ponūt vnā materiā & hanc corpoream & separabilem ab omni contrarietate, & ab omni forma elementali sicut quod est mediū inter ignē, & aērem; peccant & à veritate aberrant. Probatur, quia impossibile est ꝙ corpus sensibile sit sine cōtrarietate. Oportet enim ꝙ illud corpus insi nitū quod ipsi dicūt esse principium sit aut graue aut leue. Et si quidē erit leue, mouebitur ad locum ignis, si autē graue mouebitur ad locū terræ, cuius autē motus est; & locus illius est, & forma, quā motus & locus sequūtur, ergo est terra vel ignis, & sic per consequens est calidū aut frigidū, ergo nō erit separabile à contrarietate & à forma elementali, vt ipsi ponebant. ¶ Quinta conclusio tex. 4. Vt autē in Timæo &c. Illud quod dixit Plato in Timæo nullā habet determinationē, quia nihil dixit determinatè & manifestè. Non enim dixit manifestè & determinatè, si illud principiū quod vocauit Pandoxis, id est, receptaculū omniū, à πανδ & δεχομαι, hoc est, omnia capiens, separatur ab elemētis, ita ꝙ sit aliquādo actu existēs sub forma elemēti, vel nō sit. Neq; etiā dixit, ꝙ esset aliquod materiale principiū elemētorū: sed dicit, ꝙ subiectū elemētorum se habet ad elementa, sicut aurū se habet ad opera ex auro fabricata. Sed certè hoc nō bene dicitur in generatione licet benè in alteratione, cùm dicamus hominē fieri albū, aut calidū & nō albedo. Et probatur. Impossibile est quòd subiectū generationis prædicetur in recto de generato: sed subiectū quod ponit Plato prædicatur in recto de elementis, dicit enim verius esse dicere vnūquodque opus factū ex auro esse aurū, quā ipsum esse tale, ergo impossibile est ꝙ sit subiectum generationis & corruptionis ipsorū. ¶ Adhuc etiā peccat Plato, quia posuit superficiē esse materiā primā. Cum enim id in quod vltimò sit resolutio sit materia prima, & secūdum Platonē vltima resolutio fiat in superficiē; superficies erit materia prima. Et ꝙ hoc sit falsum probatur. Impossibile est matrē omniū formarū esse superficiē, sed materia prima est omniū formarū mater, ergo impossibile est eam esse superficiē, vocat autē materiā matrē, quia recipit in se formā, sicuti mater fœtū. ¶ Sexta cōclusio tex. 6. Nos autē dicimus esse aliquā &c. Vna aliqua materia est omniū sensibiliū corporū, scilicet, elemētorū quæ non est separabilis simul ab omni forma elemētali, nec etiā ab omni cōtrarietate, sed semper est sub aliqua forma, & aliquibus qualitatibus consequētibus ipsam formā, & ex ista materia generātur sensibilia corpora, quæ vocātur elemēta. ¶ Septima conclusio. De hac materia determinatū est in alijs certius, scilicet, in. 3. cœli & mūdi tex. 53. sed quia ibi non est plenè determinatus modus, secūdū quē ex hac materia generātur corporā prima, scilicet, elemēta, determinādū est hic quomodo generētur. ¶ Octaua cōclusio. Ad horū autē manifestationē sciendū est pro principio hoc quod dictū est, scilicet, ꝙ est materia vna subiecta contrarijs & inseparabilis ab eis, quia semper est cū altero cōtrariorū. Et hoc probatur, quia caliditas non pōt esse materia frigiditatis, nec è cōuerso: sed oportet aliquod esse tertiū, vt dicitur in. 12. Met. & in. 1. Phys. quod sit subiectum amborū cōtrariorū, & de vno transmutat in aliud; & ideo primum principiū est, id quod est potentia corpus sensibile, & illud est materia prima. ¶ Nona cōclusio. Secūdū verò principiū sunt contrarietates qualitatū distinguētes, & determinātes potētiā materiæ. v. g. caliditas & frigiditas, & huiusmodi. ¶ Decima cōclusio. Tertiū principiū est elementū cōstitutum ex his, scilicet, ignis vel aqua, vel huiusmodi. ¶ Vndecima cōclusio. Hæc elemēta vt ignis & aqua trāsmutantur adinuicē, & non vt Empedocles & alij dicūt ꝙ secūdum ea nō est trāsmutatio. Probatur, quia si essent omnino intransmutabilia; neque esset vnquam alteratio, neque per cōsequēs generatio aut corruptio. Et ꝙ non esset alteratio patet, quia si elementa non transmutātur nō posset alteratio fieri, nisi contrarietates transmutarentur, ita quod vna mutaretur in aliam, sed hoc est impossibile, ergo.

POst quam in primo lib. determinauit Aristo. de Gener. & Corrupt. in cōmuni, & de motibus consequentibus, scilicet, alteratione & augmento nunc in isto secundo libro determinat de Gener. & Corrupt. in speciali, scilicet, de Gener. & Corruptione elementorū. Et circa hoc primò epilogat omnia quæ in libro primo perscrutatus fuerat. Deinde, quæ in hoc secūdo est dicturus, proponit. In epilogando autē non seruat ordinem, quem obseruauit dum de illis seorsum agit; nūc verò ait, se actum esse de corporeis elementis quoad generationē & corruptionē eorū. ¶ Nota primò circa primā conclusionē, ꝙ elementa antonomaticè vocat corpora sensibilia, quia eorū differentiæ sunt principia, quæ sunt quatuor qualitates, scilicet, calidū & frigidū, humidū & siccum, sunt causæ omniū aliarū qualitatū tangibiliū. Sed cōtra est. Nam Arist. in. 2. & 3. libro agit latissime de elemētis, ergo hæc tractatio in isto loco superfluit. Ad hoc satis dictum est in. q. procœmiali libro primo. ¶ Circa secundā conclusionem aduertendū, ꝙ Arist. iuxta id quod dixerat incipit iam tractare de elementis, & primo inuestigat eorum substantiam. Qua in re duo facit primò in hoc capite inuestigat materiam ex qua elementa componuntur, in secundo autem eorum formam. De materia autem elementorum prius recitat, vt solet, opiniones antiquorum, & eis impugnatis in textu sexto explicat suā sentētiam, opiniones autem quas hic recitat copiosius in. 1. Physi. & explicauit & impugnauit; nunc autē breuiter dicit, quod antiqui Philosophi in duas partes sunt diuisi circa materiam elementorū. Alij enim ponebant ipsam esse vnā tantum, alij verò plures. Rursus qui ponebant vnam adhuc inter se sunt diuisi, nam alij dixerūt omnium communē materiā esse aērem, vt Diogenes, Appollinaris & Anaximenes; alij ignē, vt Heraclytus Ephesius, & Hyparcus. Alij aquam (licet id non asserat Arist. hic) quemadmodum Thales, & Hipponō. Alij autem vt Anaximander posuit aliquod medium horum, quod quidem est corpus, & separabile ab his elementis; nec exposuit quorum sit mediū; An aquæ & terræ? An aēris, & ignis; An omnium? Etenim in lib. 1. Physi. dictum est, ꝙ corpus separabile intellexit corpus naturale, & nō Mathematicū. Hæ sunt opiniones eorū, qui materiā subiectā elementorū dixerūt esse vnā. ¶ Alij etiā qui dixerūt materiam secūdum numerū esse plures vna; sunt diuisi inter se. Quidā eārum, vt Parmenides, ignē & terrā materiā cōmunē fecerūt. Alij & hæc duo, & aērem tertium cōmunē omniū materiā dixerūt, vt Ionchius Tragicus. Alij & hæc & aquā quartū omniū cōmunē materiā assignauerūt, vt Empedocles. Hi autē omnes principia ponebāt ipsa elemēta, sed diuerso modo. Qui enim plura dicebāt, hi ex ipsorū cōgregatione, vel disgregatione & separatione ipsorum res corrūpi vel generari dicebāt; qui verò vnū, hi non cōgregatione vel disgregatione ipsorū, cum vnum esset, sed ipsius elemēti alteratione, putā dēsatione vel rarefactione, dicebāt res fieri aut corrūpi: omnes tamē elemēta principia aliorū generationis & corruptionis ponebāt. ¶ Circa quintā cōclusionē aduerte, ꝙ aliqui vt Philopponus super hūc textū, defendere nititur Platonē ab Aristo. Imò volunt idē vtrūq; sentire, ac ita malè reprehēsum ab Arist. fuisse. Nos verò qui Aristotelē interpretamur eum modo in omnibus sequi volumus. ¶ In sexta cōclusione Arist. explicat suā sententiā & dicit duo. Primum est, ꝙ pro generatione & corruptione omniū sensibiliū corporū supponenda est vna quædā materia. Vbi disputari poterat, vtrum materia rerū cotruptibiliū sit vna, vt hic asserit Arist. Sed de hoc iam egimus in. 1. libro. Secundū est, ꝙ ista materia quæ supponitur, nūquā per se subsistit, sed semper est tū aliqua cōtrarietate cōmista: ex qua contrarietate cum materia generātur elementa. Sed circa hoc est obiectio; Nam hoc videtur esse falsum, scilicet, ꝙ materia semper sit affecta aliquibus qualitatibus cōtrarijs. Primò quia prima cōtraria eorum pūtur & generātur, ergo aliqua etiā desinūt in materia & aliquādo incipiūt esse. Secūdò, nulla cōtraria sunt materiæ cœterna, vt patet inducēdo, quia nō hæc, nec illa &c. ergo. Tertiò, quia etiā est falsum ꝙ ex materia prima, & ex contrarietate in ea existēte fiāt elemēta, quia tūc elemēta nō haberēt aliā formā nisi cōtrarietatē. Ad hoc respōdetur ꝙ materia quidē denudatur ab his vel illis contrarijs indefinite sumptis, nūquā tñ denudatur à cōtrarijs specificè sumptis: sicut materia semper habet formā, & nūquā est sine forma specificè sumpta, licēt ab hæc & illa separetur. Et ꝙ materia nūquā denudetur à cōtrarijs ad modū explicatū præter hoc ꝙ id expresse asserit Arist. probatur etiā, quia nūquā denudatur à formis elemētorū, vel mistorū, & istæ sunt in materia mediātibus primis contrarijs, ergo. ¶ Vnde patet ad argumēta. Concedo enim ꝙ hæc vel illa incipiūt esse in materia nunquā tñ materia denudatur à cōtrarijs specificè sumptis. Deinde respōdetur ꝙ Arist. nō vult ex cōtrarietate fieri elemēta vt ex forma, sed tāquā ex disponēte materiā. Per contrarias em qualitates materia disponitur ad formā elemēti & etiā misti in se suscipiēdā. ¶ Circa septimam conclusionem nota, ꝙ in ea se excusat à longiori tractatione de eo quod inceperat agere. Nam de materia elementorū dictū est ad plenum in alio loco, ergo non est res hæc repetenda; nunc autem tantum est exponendū, quomodo elemēta

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint composita ex materia. ¶ Sed est dubiũ in quo loco Aristote. dicat se de hoc egisse. Nam D. Tho. super hũc locum dicit q̃ in tertio libro de cœlo & mundo, vbi de eadem re agit, Philopponus autem dicit, quod se citat in. 1. lib. Physi. vbi de materia & principijs rerum naturalium agit Arist. copiosissime, ergo. Respondetur tamẽ q̃ in vtroq; loco agit de hac re Arist. & ita ad vtrũque locum se refert, & sic non est cõtradictio inter D. Tho. & Philopponum. Sed quæres; cur pertractatio de elementis facta in. 3. de cœlo, & de materia in. 1. Physi. est certior quàm ea quæ hic habetur? Deinde, cur elemẽta ab Aristotele prima dicuntur corpora, cum cœlestia priora sint? Ad primum aliqui dicunt, q̃ de elemẽtis in libris de cœlo discussum est sub ratione vniuersali vt in quãtum corpora mobilia ad locum, hic vero vt mobilia ad formam. Communius autem est mobile ad locũ, quam ad formã, ergo diligentiori, & certiori modo de his est dictũ ibi, cũ vniuersaliora sint certiora minus vniuersalibus. Respondetur secundò, & melius q̃ certiori, & diligentiori modo de his est determinatum ibi quàm hic: quoniam in ordine ad plura quæsita, vt in ordine ad mundum, vt sunt partes mundi. In ordine ad motum, prout hæc sursum, hæc deorsum ferun tur. In ordine ad accidentia per se, vt sunt figuræ, & in ordine ad principia, videlicet, an ex individuis vel superficiebus. In ordine ad locũ, & in ordine ad cœlum, an recipiãt cœlestes impressiones. At verò de elementis hic nulla alia ratione tractatur, nisi vt causæ generationis & corruptionis, & vt generabilia & corruptibilia. Et propter hęc pertractatio ista minus curiosa dicitur. Philopponus qui putat Aristotelem se referre ad primũ librum Physi. aliam assignat causam, cur de materia & cõtrarietate exquisitius ibi dictũ est, quàm hic. Quia, scilicet, ibi est dictum de materia seorsum, & de priuatione seorsum, & de cõtrarietate seorsum. At hic solùm de modo quo materia recipit elementorum formas mediantibus qualitatibus inquirit. ¶ Ad secundum respondetur, q̃ elementa vocat prima corpora non absolutè, sed respectu corporum generabilium & corruptibilium, quæ componuntur ex elementis, vel potius ex eorum virtutibus, vt patuit in capite vltimo primi libri. ¶ Circa octauam cõclusionem dubitatur, quomodo materia prima est subiectum contrariorum? Quia cum contraria sint qualitates; & subiectum qualitatum sicuti omnium aliorum accidentium sit compositum, videtur q̃ Arist. male asserat materiam primam subijci contrarijs, ergo. De hoc iam egimus copiosissimè in. 1. lib. c. 4. agentes de subiecto accidẽtium. Vide ibi. Ad Arist. autẽ, relictis aliorũ multis solutionibus, breuiter respõdetur, q̃ nõ loquitur de materia quomodocũque: sed vt est subiectũ omniũ mutationum. Vt autem dixit in vltima conclusione capitis quarti libri primi, materia prima nõ solùm est subiectum generationis, sed etiã omniũ motuũ est quodammodo subiectum, & hoc vult hic dicere Arist. De quo vide quę diximus in vltima q. super illud caput quartũ. ¶ Circa eandẽ octauã cõclusionem & reliquas omnes nota, q̃ in illis exponit Aristoteles tria esse principia omniũ corruptibilium & generabilium; & eorũ ordinẽ ponit. Et vult primum principium esse materiam primã secundum autẽ qualitates primæ contrariæ, quæ primitus in materia ipsa pro generatione recipiuntur: tertium sunt quatuor elemẽta ex his quatuor qualitatibus & materia constituta. Et hoc colligitur ex interpretatione D. Tho. cum quo in hac parte Auerroës conuenit. Etenim in paraphrasi huius libri narrat hæc tria principia generationis eodẽ ordine quo nos ex D. Tho. in expositione textus collegimus. Primum omnium est materia prima, quæ idcirco primum omnium dicitur, quia ipsa nihil aliud pręsupponit; cætera autem ipsam supponunt. Principium secundo loco sunt prima contraria, quę ideo secundo loco habentur, q̃ primam supponunt materiam, & ipsa ab elementis supponuntur. Tertio loco sunt principium elemẽta ipsa, quæ ideo sunt in tertio loco, quia materiam & prima contraria præsupponũt, sed ipsa ab omnibus mistis præsupponuntur. ¶ Sed dubitabis; In quo genere causæ hæc tria dicantur principia generationis? Itẽ obijcis, quia videtur, q̃ prima contraria debeant poni principium tertio loco, quia prima contraria sunt accidentia & accidẽtia sunt post substantiã. Confirmatur. Quia accidentia non possunt immediate inesse materiæ primæ nisi mediante aliqua, forma substãtiali, ergo. Ad primũ dicendũ q̃ hæc omnia tria habẽt rationẽ principij materialis: materia autem prima est primũ principiũ materiale; alia autẽ duo reducũtur ad ipsam pro quãto præparãt eam ad receptionẽ formæ vltimæ. Sed contra. Nam D. Tho. in principio lectionis secundæ inquit, q̃ formale principiũ elementorũ sunt sensibiles qualitates potentiam materiæ vel materiam distinguẽtes, secũdum quas illa corpora sunt qualia, ergo qualitates istæ nõ se tenẽt ex parte materiæ. Ad hoc respõdetur q̃ istæ qualitates possunt dupliciter cõsiderari, & vt prius natura disponũt ipsam materiam ad introductionẽ formæ elementorũ vel mistorũ, & sic antecedũt ipsas formas substãtiales & tenent se ex parte principij materialis, & sic nos loquuti sumus. Alio modo vt sunt posteriùs natura & sequũtur ipsam formã substantialẽ elemẽti vel misti ad quam disponũt, & sic se tenẽt ex parte principij formalis, imò sunt principiũ formale licet accidentale; & sic loquitur D. Tho. Ex quo patet ad secũdum cum sua confirmatione. De hoc vide quæ diximus cap. 4. lib. 1. vbi de hac re agentes de natura dispositionum multa diximus.

CAP. II.

CAPVT. II.

QVoniam igitur quærimus corporis sensibilis principia, hoc autẽ est tangibile, tangibile autẽ cuius est sensus tactus, manifestũ quoniã nõ omnes cõtrarietates corporis, species & principia, faciunt, sed solum, quæ secundum tactũ. Nam secundum contrarietatem differũt, & secundum tangibilem contrarietatem. Ideo, neque albedo & nigredo, neq; dulcedo & amaritudo, similiter autem neque aliarum contrarietatum aliqua, facit elementum.

Quãuis prior visus tactu, quapropter & subiectum prius. Sed non corporis est tãgibilis passio secundum quòd tãgibile, sed secundum aliud, & si sit natura prius.

Primum autẽ diuidenda sunt ipsorũ tangibilium differẽtiæ & cõtrarietates. Sunt autẽ contrarietates secundum tactũ hæ, calidũ & frigidum, humidũ & siccũ, graue leue, durum molle, lubricũ aridũ, asperũ leue, grossum & subtile.

Horum autem graue quidem & leue, neque actiua, neq; passiua. Non enim in faciendo aliquid aliud, neq; in patiendo ab alio dicuntur. Oportet autẽ actiua, inuicẽ & passiua, esse elementa. Miscentur enim & transmutantur inuicem.

Calidum enim & frigidum, humidũ & siccum, hæc quidem, quia actiua sunt, hæc autem, quia passiua, dicuntur. Calidũ enim est, quia congregat homogenea. Segregare enim quod inquiunt facere ignẽ, est homogenea congregare. Contingit enim eximere aliena. Frigidum autẽ, quod contingit & cõgregat, similia & homogenea, & eterogenea. Humidum enim, indeterminatum proprio termino, bene terminabile est alieno. Siccum autem, bene terminabile proprio termino, difficulter autem, terminabile alieno.

Subtile autem & grossum, lubricum & aridum, & durum & molle, & aliæ differẽtiæ, ex his sunt. Quoniam enim repletiuum est humidum, quia non est terminatum quidem, bene autem terminabile est ens, & sequitur tangẽtem. Subtile autem repletiuum (subtilium enim partium & paruarum partium, repletiuum) totum enim totum tangit. Subtile autem maximè tale. Manifestum autem quoniam, subtile quidem erit humidũ, grossum autem siccum.

Et viscus lubricum quidem humidi. Lubricũ enim aliquid humidũ passum est velut oleum.

Aridum quidẽ siccum. Aridum enim est perfectè siccum. Quapropter & concretum est propter defectionem propriæ humiditatis.

Amplius molle quidem humidi. Molle enim est, quod cedit in seipsum, & non transmutans quidem. Quod facit humidum. Ideo enim, nõ est humidum molle, sed molle humidi; durum autẽ siccum. Durum enim est, quod coagulatũ est. Coagulatum autem siccum.

Dicuntur autem siccum & humidum multifariam. opponitur autem siccum & humidum & vdum, & viscus humido, & siccum & coagulatum; omnia autem hæc sunt, siccum & humidum quæ prima dicta sunt. Quoniam enim, & ideo opponitur siccum & Vdum quidem est, quod habet alienam humiditatẽ in superficie, infusum autem quidem quod in profundo, siccum autem est, quod priuatur ac manifestũ est quoniã vdum erit humidum: oppositum autẽ siccum, primi siccum.

Rursum autem, humidum & coagulatum, similiter. Humidum enim est, quod habet propriam humiditatem in profundo. Coagulatum autem, quod priuatur hac. Quapropter & horum erit, hoc quidem siccum, hoc autem humidum. Manifestum igitur quoniam omnes aliæ differentiæ ad duo ducuntur ad primas quatuor.

Hæ autem non amplius in pauciores. Neque enim calidum est id, quod siccum, aut quod humidum est, neque humidum, quod calidum, aut quod frigidum, neque frigidum quod siccũ, neq; sub inuicem, neque sub calido & humido sunt. Quapropter necesse quatuor esse has.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio. Non minus debemus dicere qualia autem quãta sunt principia. Probatur. Quia alij Philosophi nõ reddũt causam, quare sunt hæc, aut tanta; sed solum ex suppositione vtuntur eis. ¶ Secũda conclusio tex. 7. Quoniã igitur quærimus. Qualitates tãgibiles principia sunt, & differentiæ elemẽtorum. Probatur. In præsenti nos quærimus principia corporis sensibilis, & non omnis sensibilis, sed tãgibilis, tangibile autẽ solum est sensus tactus, ergo nõ omnes contrarietates faciũt species siue formas corporis sensibilis, sed solũ illæ, quæ sunt sensibiles secũdum tactũ. Vnde nec albedo, nec nigredo, nec dulcedo nec amaritudo, nec aliqua alia sensibilis qualitatis cõtrarietas facit

Universidad de Deusto
Biblioteca

elementa. Cuius causa est, quia nõ sunt primæ nec actiuæ, nec passiuæ adinuicem, cuiusmodi oportet esse principia primorũ corporũ, scilicet, elementorum, & ideo non transmutant ea quæ tangunt; & propterea nõ valent ad generationẽ & corruptionem elementorum. Quod si quis dicat; Visus est prior tactu, ergo eius obiectum prius est obiecto tactus, & sic colores erũt qualitates primæ; Respondetur q̃ licet ita sit, q̃ visus sit prior, & color, tamẽ non insunt colores corpori, vt est tangibile, sed secundum aliam rationem colores sunt natura prio res. ¶ Tertia cõclusio tex. 8. Ipsorũ autẽ tangibiliũ &c. Dividendæ sunt tangibiles qualitates siue contrarietates vt videamus quæ earũ sunt primæ. Sunt autẽ contrarietates secũdum tactum, hæ calidũ & frigidum, humidum & siccum, graue & leue, durũ & molle, lubricum & aridum, asperũ leue, grossum & subtile. ¶ Quarta conclusio. Grauitas & leuitas non sunt principia elemẽtorũ. Probatur. Principia elementorũ debent esse actiua & passiua adinuicẽ, grauitas & leuitas non sunt passiua & actiua adinuicem, ergo grauitas & leuitas non sunt principia elementorũ. Maior probatur, quia elementa fiunt per transmutationẽ, ergo principia debẽt esse trãsmutatiua. Minor probatur ex terminorum significatione, quia termini illas qualitates significantes non important actionem aut passionem. ¶ Quinta cõclusio. Calidum & frigidũ sunt qualitates actiuæ, humidum autem & siccũ sunt qualitates passiuæ. Prima pars huius cõclusionis probatur ex diffinitionibus eorum. Calidum enim est quod congregat homogenea, id est, ea quæ sunt eiusdem generis, quia subtile, quod calido est cõueniens, attrahit, licet enim calidum segreget, sicut dicunt quidã ignem facere, tamen illud segregare est congregare, quia congregando homogenea segregat etheregenea per accidens, ergo. Quod autẽ frigidũ sit actiuum, patet etiam per hoc, quia congregat omnia tam quæ sunt eiusdem naturæ quàm illa quæ sunt diuersæ. Aliquando enim aqua, terra, palea & huiusmodi per coagulationem factã à frigido congregantur. ¶ Secunda pars cõclusionis tex. 9. Humidum enim indeterminatũ &c. scilicet, q̃ humidum & siccũ sint qualitates passiuæ, probatur etiã ex diffinitionibus earũ. Humidũ enim est indeterminatũ proprio termino bene autem terminabile termino alieno. Siccum autẽ est bene terminabile proprio termino, difficulter autẽ terminabile termino alieno, ergo. ¶ Sexta cõclusio tex. 10. Subtile autem &c. Subtile & grossum, lubricum & aridũ, durũ & molle, & aliæ differentiæ contrarietatũ ex his quatuor sunt. Probatur primò de subtili, quod sequatur humidum, & de grosso q̃ sequatur siccũ. Et ratio est. Esse repletiuũ est proprium ptius humidi, sed subtile est repletiuũ, ergo subtile est humidum. Probatur maior, quia humidum est quod A non bene terminatur termino proprio, bene autẽ alieno, ergo est repletiuũ. Minor etiam probatur, nam subtile subtilitate sua sequitur vndiq; tãgens ipsum, eo q̃ fluit vsq; ad ipsum tangens, & quodlibet minimũ ipsius subintrat, ergo subtile est effectus humidi & per oppositũ grossum erit effectus ficci, cum enim grossum opponatur subtili sicut humidum est causa subtilis, ita siccum erit causa grossi. Grossum autem est, vt diffinit S. Tho. cuius partes fœculentæ non disunguntur, & excedit ea pacitatẽ eius quod natũ est repleri. ¶ Lubricũ etiã B reducitur ad humidũ. Lubricũ enim est humidum aliquid passum. Cum enim humidũ patitur commixtionẽ subtilis terrei, & est vnctuosum, tunc fit lubricũ quia substantiale terreũ sibi cõmixtũ non finit separari partes eius sicut apparet in oleo, & alijs vnctuosis. ¶ Similiter aridũ reducitur ad siccũ. Aridum enim est perfectè siccum non retinẽs nec subtile terreũ, nec etiã humidũ vnctuosum & ideo quę coagulantur calido primo humiditatem propriam extrahente post ea verò frigido faciente partes cõstare sibi coagulantur. ¶ Amplius molle reC ducitur ad humidũ: molle enim est quod cedit tãgenti, differt tamẽ ab humido, quia humidũ transmutat tangens, quia humectat, sed molle in quantum tale non transmutat tangẽs, & ideo molle nõ est humidũ, sed effectus humidi. Durũ autẽ reducitur ad siccũ, sicut effectus ad suã causam. Durum enim est quod tangenti non cedit, quia est coagulatum. Coagulatum autem est effectus ficci, ergo. ¶ Septima conclusio. Omnia humida causantur à primo humido, & omnia sicca à primo sicco. Declaratur ista conclusio, multipliciter enim dicitur humidũ. Est enim quoddã humidum, quod habet humiditatẽ in profundo, & hoc potest esse duplici ter, quia si habeat propriã humiditatẽ quemadmodum vua propriè dicitur humida, si autem habeat extraneã sicut spõgia dicitur humidũ infusum. Est etiã aliud humidũ tertiũ (vel vdum secũdùm aliam literam) scilicet, quod habet humiditatẽ alienã superficie tenus, vt cũ aqua superinfunditur lapidi, & hoc dicitur vdum, seu vt dicit Cõment. irroratũ, & omnibus istis modis humidũ opponitur sicco. ¶ Multipliciter etiã dicitur siccum. Nam cuicunq; E humido suum siccum opponitur per priuationem talis humiditatis. Vnde vno modo dicitur siccum corpus grossum, & aridum in superficie, & hoc propriè opponitur humido in superficie. Alio modo dicitur siccum coagulatum, quod nõ habet humiditatem in profundo, & huic licco propriè opponitur humidum infusum. Omnia autẽ hæc, scilicet, humidum istis modis dictum, & siccum & aridum & coagulatum sunt effectus primi humidi & primi ficci, ergo manifestum est, q̃ omnes aliæ cõtrarietates & differẽtiæ reducũtur ad primas quatuor. ¶ Octaua conclusio. Istæ quatuor qualitates non

non reducuntur ad pauciores, nec ad alias, nec ad seipsas. Probatur, quia nulla harũ qualitatũ est ab alia, quia calidum non est siccum, ita q̃ caliditas sit frigiditas quædã vel effectus eius, nec frigiditas est caliditas vel fictitas vel humiditas quæda. Nec humiditas est caliditas vel frigiditas; nec calidũ est frigidum vel è conuerso sicut sub causa, nec etiã caliditas vel frigiditas sunt sub humido vel sicco vel è conuerso. Vnde colligitur q̃ tantum sunt quatuor qualitates primæ, quæ sunt principia elementorũ.

POst quam Aristoteles in præcedẽti primo capite de principio materiali elementorũ determinauit, nunc in hoc secundo agit de eorum principio formali, & dicit hoc principiũ formale esse quasdã qualitates primas, de quarũ natura agit Arist. in hoc capite, in cuius principio ponit ordinẽ dicẽdorum, scilicet, q̃ ab his incipere, oportet & determinare quot & qualia sint principia vt corporis principia sunt, & hoc ratione ostendere non sicut alij, qui dicunt, sed nõ probant, quare hæ qualitates sint principia, & nõ alię, quare tot & nõ plures. ¶ Circa secundam conclusionẽ aduertendũ est q̃ Arist. disputans de principio formali corporis sensibilis, dicit q̃ nõ quærit hoc de quocunq; corpore sensibili, sed de corpore quod taliter est sensibile vt sit tãgibile. Sed dices, quare huius & nõ alterius sensibilis est sermo? Respõdetur q̃ id est, quia tãgibile est vniuersalius reliquis omnibus sensibilibus, ipsaq; cõprehendit. Nam omne odorabile est tangibile, nõ autẽ è cõtra. Similiter omne visibile corruptibile, (quod dico propter cœlum quod est visibile & nõ tangibile, hic autem quęrimus de principijs generationis & corruptionis rerũ corruptibiliũ & generabiliũm quale nõ est cœlum) & omne gustabile & audibile est etiã tangibile, & nõ è conD tra. Ratio huius est, quia aliorũ sensuũ obiecta sunt mista tantum; at tangibilia sunt mista & simplicia, vt elemẽta; & ob hoc quærimus principia tangibilis, quæ enim fuerint huius principia vniuersaliter erunt principia corporis sensibilis, quæ principia vniuersalia nos in præsenti inuestigamus. Circa quã rem aduerte q̃ Philopponus admirabili artifi cio textũ hũc Arist. exponit, & cũ priori cõtinuat. Nam cum Aristote. dixisset tria esse elementaria principia nũc proponit dicere, quænam sint specifi cæ cõtrarietates, quas assumẽs materia simplicia E perficit corpora. Procedit autẽ ad hoc agendũ methodicè valde & per demonstratiuã cõsequẽtiam hoc modo. Nos quærimus principia corporis non perpetui, ergo quærimus principia corporis generabilis & corruptibilis, corpus generabile & corruptibile est quale; nõ eũ esse potest aliquod corpus generabile & corruptibile nõ quale, cum generatio & corruptio materiæ sint secundùm passiones, ergo oportet esse quale. Præterea. Corpus generabile est materiale, materiale est motũ habẽs, motus A autem naturalis sit aut grauitate aut leuitate, ergo corpus materiale oportet esse graue, aut leue, sed grauitas & leuitas sunt qualitates corporis, ergo quærimus principia qualis corporis. Vlterius. Corpus quale est sensibile, sensus enim qualitatũ sunt cõprehẽsiui, & omne quod habet qualitates sensus ipse suscipit, quare cũ nos quæramus principia corporis & naturalis & sensibilis, cõtrarietates quęrendæ sunt sensibiles. Sensibiles verò quæ sunt primæ materiæ, scilicet, proximæ & communissimæ, quæ per omnia corpora generabilia discurrãt. Tales au B tem sunt tactiles, nã licet visus sit dignior, tactus tã est prior & cõmunior, cum ipso ablato, cæteri sensus auferãtur, & ipso posito, non ponantur alij oẽs. Quare tactiles differẽtiæ ac contrarietates primæ sunt & cõmuniores, nã colores nõ cõpetunt omnibus, tactiles verò omnibus, quibus colores insunt. Amplius soni nõ omnibus competũt, tactiles verò omnibus quibus & soni insunt. Præterea. Odores nõ omnibus competũt, tactiles verò omnibus quibus odores insunt. Iusuper neq; gustabiles omnibus cũ nõ elemẽtis, at tactiles omnibus insunt, ergo C tactiles sunt primę & cõmunissimæ. Quare hæ potissimũ accipiẽda sunt principia. Ex his sequitur q̃ cõtrarietates in alijs sensibus vt albedo & nigredo nõ sunt principia ponẽda corporũ generabilium. Quoniã igitur quærimus sensibilis corporis primi pia, cuius ratio est, quia quærimus principia corporis naturalis generabilis & corruptibilis, ergo qualificati, ergo corporis sensibilis. Hoc autem corpus sensibile est tãgibile, cuius est sensus tactus, nã omne sensibile, quocũque sensu est sensibile sensu tactus, tũ quia sensus tactus est prior & cõmunior cæteris sensibus, tũ quia cõtrarietates ac sensibilia sen D sus tactus sunt sensibilia priora, & vniuersaliora sensibilibus cæterorũ sensuũ. Rectè igitur Arist. cõcludit, q̃ non oẽs cõtrarietates faciũt principia & species corporis sensibilis, hoc est, sunt ea ex quibus fiũt principia & species sensibilis corporis, sed solũ cõtrarietates, quæ sunt secũdùm tactũ: istæ enim differũt & secũdùm cõtrarietatẽ absolutè, & secũdùm tangibilẽ cõtrarietatẽ. Calidũ enim & frigidũ non solũ sunt cõtraria simpliciter, sed cõtraria erga sensum tactus. At albũ & nigrũ licèt sint cõtraria simpliciter, nõ tn̄ sunt cõtraria secũdùm tangibilẽ con trarietatẽ, quæ est inter actiua & passiua. Ex his cõcludit tandẽ, q̃ neq; albedo & nigredo, quæ cõtraria sunt in visu, neque dulcedo & amaritudo, quæ sunt cõtraria in gustu, neq; aliqua alia aliarũ sensibiliũ contrarietatum, quæ sunt aliorum sensuum, facit elementum, hoc est, illud ex quo veluti è principio elementario fit elementum. Ratio ergo Aristotelis in summa est hæc. Quærimus principia sensibilis corporis, sensibile corpus est tangibile, ergo quærimus principia tangibilis corporis. Sed contrarietates circa quas versatur tactus sunt prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipia tangibilis corporis, ergo contrarietates has A
vt elementaria principia quærimus. ¶ Sed ipse Aristoteles ponit obiectionẽ contra hanc doctrinam. Nam hic quærimus formas perfectiuas corporum elementorũ, visus autem est prior tactu, & obiectũ visus est prius obiecto tactus, ergo potiùs videtur q̃ formæ perfectiuæ elementorum sint quærẽdæ penes differentias visus quàm tactus. Ad quod respondet S. Tho. ex Arist. hic q̃ quamuis visus vno modo sit prior tactu, quia forma & dignitate est prior omnibus sensibus, & ideo hoc modo etiam obiectum visus prius est obiecto tactus: tamẽ qua- B
litas quæ est obiectum visus non est corpus tangibile secundum q̃ tangibile, etiam si visus cõtingat esse secundum naturã primum; prior enim est forma & dignitate. Licèt autẽ, vt dictum est, obiectũ visus prius sit obiectis aliorũ sensuum, non tamen omne visibile, sed solum lumen siue lux, quia per ipsam mouet cœlum materiã generabiliũ, & corruptibilium ad omnem formã. Tactus autẽ subiecto prior est, quia substernitur omnibus sensibus, vt patet. 2. de Anima, & suæ cõtrarietates sunt causæ C
omnium contrarietatũ; & hoc patet, quia nõ sentimus secũdum tactũ nisi id quod excedit secũdum qualitates complexionatas medium tactus, vt est caro, & illæ sunt calidũ & frigidũ, humidũ & siccũ, quarũ nulla est in cœlo, & ideo cœlum secundum naturã nõ est sensibile tactu, sed solum elementa in quibus sunt quatuor qualitates ex quibus fit complexio & tactus. Hæc D. Tho. quæ omnia ad verbum sunt in Alberto Magno. Circa quæ aduerte q̃ Arist. ad argumentũ propositum breuissime respondit quod aliquid potest dici prius simpliciter, quod non est prius respectu huius. Nunc igitur D
licet visibile sit priùs tactili quia communius, non tamen prius respectu elemẽtorum & corporis tactilis, quod principaliter intenditur in proposito. Quæ vt intelligas melius aduerte quòd vt colligitur ex Commentatore hic commen. 7. tactile vno modo est communius visibili, alio modo visibile tactili. In generalibus quidem tactile communius est visibili, quia omnibus generabilibus competit, vt mistis & elementis, visibile autẽ nõ nisi mistis, & ita in hac ratione origine etiam est prius, quate- E
nus in generabilibus visibiles qualitates sequũtur tangibiles. In corporibus autem absolutè sumptis siue generabilia sint siue non, visibile prius est tactili, quia competit cœlis & generabili. Super hũc textũ disputari poterat, an potentia visiua sit prior reliquis omnibus sensibus, sed quia hic nõ est proprius locus huius quæstionis dicta sufficiant. Vide de ea Iauellum. 1. Met. q. 4. Agitur etiam de hac re in. 2. lib. de Anima. ¶ Circa tertiam conclusionem aduertendum q̃ Aristoteles diuidit omnes qualitates tangibiles in septem contrarietates, & in quatuordecim qualitates hoc ordine.

Contrarietates secundum tactum.

1	Calidum	&	Frigidum.
2	Humidum	&	Siccum.
3	Graue	&	Leue.
4	Durum	&	Molle.
5	Lubricum	&	Aridum.
6	Asperum	&	Lene.
7	Grossum	&	Subtile.

Harum autem quatuor primæ sunt qualitates primæ, ad quas omnes aliæ reducuntur.

Sed tamen circa has qualitates & numerũ earũ quem hic assignat Arist. est dubium. Nam rarũ, & densum videtur esse qualitates tangibiles, & tamẽ Aristot. hic eas prætermittit. Ad hoc respondet S. Tho. hic q̃ rarũ & densum, vt in. 4. Physic. dicitur textu. 84. non sunt qualitates Physicæ, sed positio partium materiæ secundùm propinquũ in denso, & secundùm remotum in raro, quæ etiã ad verbũ habet hic Albertus Magnus. Quæ verba quã intelligentiã habere debeãt colligi potest ex his quæ supra diximus in. 1. lib. ca. 5. in. 9. de rarefact. vide ibi. Alexander autẽ dicit eas Aristo. prætermisisse, quia reducuntur ad graue & leue, quoniam rarum est leue, & densum graue. Philopponus verò dicit has reduci ad tenue, & crassum. Nam tenue quod secundum qualitatem consideratur, nõ autẽ secundùm quãtitatem videtur idẽ esse cum raro, vt corpus, quod tenui dicta vsum est, tenue est & rarum. Densum verò reducit ad crassum, nam crassum nõ per quoslibet poros ingreditur, sed per maiores, tale autem quodammodo est densum, cum sit multo corpore ad paucã mollem cõpactũ. ¶ Circa quartam cõclusionem vbi dicitur q̃ grauitas & leuitas non sunt principia elementorũ est dubiũ. Quia videtur q̃ graue & leue agãt, quia sint principia motus. Cõfirmatur. Quia Arist. in. 3. & 4. lib. de cœlo & mundo per grauitatẽ & leuitatẽ ostendit naturam & numerũ elemẽtorũ, sicuti hic per caliditatẽ humiditatem &c. Respõdetur q̃ agit Arist. hic nõ de quibuscunq; principijs, sed tãtum de principijs, quæ ordinantur ad alterationem, vt patet ex dictis in. 1. lib. cap. de agere & pati. At verò graue & leue non sunt per se principia alterationis sed per accidens, per se tamen sunt principia motus localis, & in hac secunda cõsideratione agitur de graui & leui in libris de cœlo & mundo; quorũ ŏbiectum est ens mobile ad locum. ¶ Circa quintam cõclusionẽ notandæ sunt maximè diffinitiones quatuor primarum qualitatũ. Calidũ enim est quod cõgregat homo-

genea & similaria, vt patet in auro puro igni A
impositio, tunc enim partes auri coniunguntur ex parte vna, partes terræ ex altera parte. Vult dicere Arist. q̃ caliditas est potẽtia actiua, quoniã innata est coniungere omnia consimilia, quæ sunt eiusdẽ rationis, & facit eadem esse vnita, & hoc apparet in arte purificatiua, & in alijs artibus Alchimicis. Obijcit autem Arist. contra hãc diffinitionẽ. Quia non potest homogenea cõgregare, nisi alienigena disgreget, ergo calidum est id quod facit vtrũque. Respõdet & inquit. Segregare enim quòd inquiũt ignem facere, est congregare ea, quæ eiusdẽ tribus, B
ac eiusdẽ generis sunt, & ita per se calidũ est cõgregatiuum, per accidens & quasi ex consequenti disgregatiuum. ¶ Frigidum autẽ sic diffinit. Frigidũ est quod & syngenea, hoc est, similaria, & quæ nõ sunt eiusdem tribus, hoc est, alienigena congregat, vt apparet in gelu vbi lapides, paleæ, & alia simul coniungi accidit. ¶ Humidum autem sic diffinit. Humidũ est, quod suo termino interminabile est, facile autẽ alieno terminatur, vt patet in aqua. Hęc enim spargitur statim, nec facile terminũ ex se retinet, quẽ facile capit à continente, adaptatur enim C
figuræ vasis. ¶ Siccum verò sic diffinitur. Siccum è cõtra est, quod suo termino facile terminatur, alieno vero difficile, vt notũ est. ¶ Sed dubitabis, vnde humidum terminetur termino alieno, vnde siccũ terminetur proprio. Respondent aliqui quòd humidũ hoc habet ab instabilitate partiũ quæ fluũt, & refluunt. Cùm enim partes fluunt, & refluunt, ideo recipiunt terminationem à continente. Aqua enim aër & vinum & oleum, & cætera id genus terminantur termino cõtinentis. At sicca vt terra lapides, metalla & id genus, cũ partes eorũ nõ fluant D
nec refluant, non termino cõtinentis, sed proprio terminantur. Animaduerte tamẽ, quòd humidum ideo habet partes instabiles, quia humidũ, & nulla est alia causa, & ideo terminatur termino alieno, quia humidũ, nec est alia ratio nisi quia humidum est humidũ. Similiter siccum eo habet partes stabiles, quia siccum est tale, & nulla alia est causa. Verum est tamen quòd hæc duo sunt quædam quæ his cõpetunt ordine quodã; vt humido quidẽ primò fluxus & refluxus partium: secundò tetminari ab alio. Sicco autẽ primò partiũ stabilitas: secundò E
terminari proprio. Dici etiã potest, quòd nulla est causa quare humidum terminatur alieno termino siccum verò proprio, quia diffinitio non conuenit per causam nihilominus tamẽ habere partes fluentes & refluentes in humido est causa virtualiter in essendo vt terminetur bene alieno termino, habere autẽ partes stabiles in sicco est etiã causa virtualiter in essendo vt terminetur proprio termino; volo dicere. Si hæc haberent aliquam causam, maximè essent assignatæ. Sicuti solemus dicere quòd in Deo immutabilitas est causa æternitatis &c. De quo genere causalitatis, vide Caiet. in. 1. post. ca. 2. dub. 1. ¶ Circa sextam & septimam conclusionem aduerte, quòd reducit omnes qualitates tangibiles ad quatuor primas. Sed est dubiũ quomodo Aristoteles nõ facit mẽtionẽ de aspero & leni. Respondet S. Tho. quia manifestũ est, quòd ad illas quatuor reducuntur. Asperum enim est quod habet siccitatẽ in superficie, quæ inæqualiter partes eius constare facit; lene autẽ in superficie habet humorem, qui æqualiter facit fluere partẽ ad partem; & ideo horũ vnum est effectus sicci, scilicet, asperũ & aliud est effectus humidi, scilicet, lene. Hæc omnia quæ super ista capita aduertimus sunt maximè notanda quia multum conducunt ad intelligentiam quæstionum quas disputabimus tex. 7. vbi dicit Aristoteles quòd quatuor primæ qualitates sunt principia & differentiæ elementorum.

QVÆSTIO I.

¶ Vtrum quatuor primæ qualitates sint formæ substantiales elementorum.

ARguitur primo pro parte affirmatiua. Nam Arist. in tex. 7. dicit, quòd sunt principia, & formæ corporũ, ergo nõ sunt accidẽtia; nam accidẽs nõ potest esse principiũ substãtiæ. Præterea in tex. 24. vocat eas differentias elementorũ, elementa autẽ cũ sint substantiæ, necesse est quoq; vt earũ differentię de genere substãtiæ sint. ¶ Arguitur secũdò. Elementa sunt secũdum se contraria vt dicit Arist. infra tex. 49. at nõ habẽt aliã contrarietatẽ nisi in his qualitatibus, ergo. Cõfirmatur, quia ablatis hisce qualitatibus auferũtur elemẽta, ergo. Confirmatur secũdò, quia hisce qualitatibus producunt elemẽta sibi simile, ergo. ¶ Arguitur tertiò. Istæ qualitates primæ sunt principiũ intrinsecum motus & quietis elementorũ, ergo sunt natura, ac per cõsequẽs necessariò debent esse substãtiæ quia tantum materia & forma sunt naturæ. ¶ In hac re est sentẽtia & opinio, quam sæpè Auerroës tribuit Alexandro quòd qualitates istæ sunt formæ substantiales elementorũ, ità vt nõ sit alia forma substantialis ignis nisi calor, & reliquorũ sua qualitas. Iandunus autẽ. 4. Physi. q. 4. nõ credit Alexandrũ fuisse huius sententiæ. Cuiuscunq; tamẽ sit ipsa est falsissima & nullo modo admittenda in philosophia. ¶ Pro decisione dubij sit conclusio. Qualitates hæ non formæ substantiales elementorum sed virtutes & passiones ipsarum sunt superadditæ formis. Probatur ista conclusio. Primò ratione Auer. 8. Met. com. 8. Quod vni est substãtia nulli potest accidens esse, at istæ qualitates sunt substantiæ elementorũ, ergo nulli possunt esse accidẽtia. At constat esse accidẽtia in mistis, & similiter in ipsismet. Siccitas enim non est substantia ignis, cũ sit calor, ergo nõ possunt esse substãtiæ. Secũdò probatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qualitates istæ sunt per se sensibiles secundùm tactum, vt Arist. latissime probauit in. 2. ca. sed nulla forma substãtialis est per se sensibilis, vt patet in. 2. de Anima, remotis enim omnibus qualitatibus sensibilibus à pomo non caderet substantia poni sub aliquo sensu, ergo. Tertiò. Substantia nõ est cõtraria substantiæ, vt patet ex prædicamẽto substãtiæ sed istæ qualitates sunt inter se contrariæ imo sunt primæ contrarietates, ergo. ¶ Ad argumẽta respõdetur. Ad primum dicimus ex Diuo Thoma hic in principio lectionis secũdæ q̃ Arist. inquirit hic principiũ corporũ sensibiliũ in quantum sensibilia sunt, vt ipse dicit expresse in tex. 7. Corpus autem inquantũ sensibile pro principio, accidẽs debet habere, & non substantiã. Si autẽ dicatur, q̃ velit inquirere principia formalia substantialia, tũc dicendum est, q̃ quia formæ substantiales sunt nobis ignotæ, quia insensibiles, ideo per istas qualitates quę sunt immediata principia trãsmutationis substãtialis dat quasi à posteriori intelligere ipsã principia formalia substantialia. ¶ Ad secundũ respondetur q̃ elementa sunt cõtraria nõ immediate ratione suarũ formarũ substantialiũ, sed mediatè ratione primarũ qualitatũ. Ad primã cõfirmationẽ respõdetur negando consequentia quia ablato capite moritur homo, non tamẽ caput est forma hominis. Cæterum propter connexionẽ quam habet subiectũ cũ suis passionibus prouenit, vt cum istæ primæ quatuor qualitates sint passiones elemẽtorum, sublatis illis corrumpantur ipsa elemẽta. Ad secundã cõfirmationem respondetur q̃ elementa agunt mediis qualitatibus tanquam instrumentis accidentalibus. ¶ Ad tertiũ respõdetur q̃ definitio naturæ non cõpetit primis qualitatibus, quia non sunt principia intrinseca & prima motus eius in quo est, sed principalia instrumentalia, & secũda. Et de hac quæstione.

QVÆSTIO II.

¶ Vtrùm calor & frigus, siccitas & humiditas sint primæ qualitates.

ARguitur primò pro parte negatiua. Nã lux cœlestis & qualitates mistorũ, vt colores & sapores, excellunt istas in perfectione, ergo illæ quatuor qualitates nõ sunt primæ. Antecedẽs probatur, quia cõsequuntur ad nobiliores formas; nam forma misti & cœli nobilior est, quàm forma elemẽti. Confirmatur primò. Nam qualitates corporũ cœlestiũ sunt etiã priores causalitate. Cœlum nanq; media luce, & alijs qualitatibus causat vniuersa hæc inferiora. Confirmatur secũdò. Quia figura est prior, siquidẽ consequitur quantitatẽ, quę est prior omnibus qualitatibus sensibilibus, ergo. ¶ Arguitur secundò. Grauitas & leuitas sunt priores illis quatuor, quia motus localis est prior motu alterationis & augmentationis, vt dicitur. 8. Physi. tex. 55. ergo qualitates quæ sunt principia motus localis sunt priores qualitatibus, quæ sunt principia motus alterationis. Sed grauitas & leuitas sunt principia motus localis, calor & frigus principia alterationis, ergo. ¶ Arguitur tertiò. Humiditas & siccitas causantur ex alijs duabus, scilicet, caliditate & frigiditate, ergo nõ omnes illæ sunt primæ qualitates. Consequentia patet, quia quæ ex alijs fiunt non sunt primæ, vt habetur tex. 15. Et antecedens probatur. Nam siccitas in igne cõsequitur eius calorẽ: & in æstate ex calore causatur siccitas & sitis, & calida desiccãt. Itẽ humiditas aquę sequitur eius frigiditatem, & etiam recedẽte Sole, causatur ros & pruina, quæ sunt humida, ergo. Confirmatur primò. Nam istæ eædẽ duę qualitates sunt passiuæ, vt docet Arist. c. 2. tex. 8. primæ autem qualitates debent esse actiuæ, tum quia sunt cõtrariæ, tum quia ratione illarũ debet esse inter elemẽta mutua actio & repassio. Confirmatur secundò. Calor & frigus efficiunt q̃ aliæ duæ facere possunt, ergo illæ sunt superfluæ. Antecedens probatur ex Arist. 4. Metheorum in principio dicẽte, q̃ calor & frigus exsiccant & humectant; indurant & mollificãt, ergo. Confirmatur tertiò, quia calor aliquando causatur à frigore, experientia enim cõstat, q̃ frigus per antiparistasim causat calorẽ, nam membra afflicta frigore dum ita torquentur tandem calescunt. ¶ Pro intelligentia huius quæstionis sciendũ. Primò q̃ Arist. in præsenti non loquitur vniuersaliter de omnibus Physicis qualitatibus, sed tãtùm de tangibilibus vt ipse expressè dicit tex. 7. & in seq. Quia tũ conueniens est scire ordinẽ aliarũ qualitatũ, & ad istas & inter se, ideo nos de omnibus qualitatibus breuiter tamẽ in præsenti disputabimus. ¶ Sciendũ secũdò q̃ duplices sunt qualitates; quædã sunt spirituales, quædã corporales. Spirituales qualitates sunt, quæ sunt subiectiuè in spiritu, vt intellectiones, volitiones, species intelligibiles, & similia. Qualitates corporales sunt quæ sunt subiectiuè in corpore, vt lux, potentia visiua, phantasia, caliditas, frigiditas &c. Rursus qualitas corporalis est duplex quædã realis, quædã intentionalis. Qualitates intẽtionales sunt vt illa quæ ex propria natura sunt similitudines aliarũ rerũ vt similitudines colorũ exsistẽtes in aëre aut speculo, & in potentijs cognoscitiuis etiã interioribus. Qualitates reales sunt, quæ habẽt suã propriã quidditatẽ in suo proprio esse naturali, vt lux, calor & similia. Adhuc qualitates reales corporales sunt in duplici differentia; quædam supt cœlestes, quæ sunt à corporibus cœlestibus vt lux, influentiæ: quædã sunt inferiorũ corporũ, vt albedo & nigredo. Qualitates corporũ cœlestiũ; quædam sunt in ipsis vt lux solis, & propriæ qualitates corporum cœlestiũ: quædam sunt ab ipsis nõ tamẽ in ipsis, vt lux aëris, & influentiæ quæ sunt in eo, & in alijs

alijs inferioribus. Qualitates iterum tam corporũ inferiorũ quàm superiorũ sunt duplices, quædam sunt sensibiles, aliæ insensibiles. Sensibiles qualitates sunt quæ per seipsas immediate sunt sensus immutatiuæ, vt lux, calor, albedo. Qualitates insensibiles sunt quæ per se nõ possunt immediate mouere sensum, vt influentiæ & virtus magnetis, & virtutes multæ lapidũ & herbarũ, quæ non in se sentiuntur, sed in suis effectibus, vt in motu ferri virtus magnetis sentitur & in consequutione sanitatis virtus alicuius lapidis, aut herbæ. Amplius qualitatũ sensibilium horũ inferiorum quædam fiunt sine contrarietate per solum motũ localẽ, vt sonus & figura; quædam autem fiunt media actione cõtrarietatis per se concurrente, vt odor, sapor, color, & similia. Item, qualitatum corporalium horũ inferiorũ, quædam sunt tãgibiles, vt calor, frigus, humiditas, siccitas &c. Aliæ sunt alijs sensibus perceptibiles, vt odor, sonus, sapor & color. ¶ Sciendũ est tertio, q̃ qualitates possunt esse alijs priores vel perfectione vel causalitate. Et licèt Arist. tantum quęrat hic de primis qualitatibus secundùm q̃ sunt priores alijs causalitate, nos tamẽ vt copiosior sit sermo, de vtraque prioritate sermonem faciemus: ità sanè vt primò de ordine qualitatũ spiritualium ad corporales agamus; secundò de ordine qualitatum cœlestium in ordine ad has inferiores & inter se: tertiò de ordine qualitatum corporalium inter se. ¶ Sit igitur prima conclusio. Qualitates spirituales sunt naturaliter priores perfectione & causalitate omnibus qualitatibus corporalibus. Ista conclusio probatur. Sicut naturæ spirituales se habẽt ad corporales, ita qualitates propriæ spiritualium se habẽnt ad qualitates proprias corporaliũ, sed naturæ spirituales sunt priores corporalibus, ergo & earũ qualitates. Quod verò etiam sint priores causalitate, patet. Nam causalitas horum inferiorum dependet à causalitate & cognitione angelorũ, ergo qualitates cognoscitiuæ, & volitiuæ angelorum sunt priores causalitate. Antecedens patet, quia secundùm philosophum angeli mouent orbes. Sed quia hæc disputatio de qualitatibus spiritualibus non pertinet ad Physicum, sed potius ad Metaphysicũ vel Theologum spectat, dicta sufficiãt. ¶ Quantũ autem ad secundum de ordine qualitatũ cœlestiũ & inter se & in ordine ad hæc inferiora sciendũ est q̃ Marsil. hic. q. 1, conclu. 5, putat q̃ motus cœlestis est qualitas prior prioritate naturæ quàm lux cœli; putat etiam q̃ licèt lux cœlestis, quæ est in ipso cœlo sit perfectior omnibus qualitatibus inferioribus, tamen id falsum putat de luce quæ est in his inferioribus, dicit enim q̃ primæ qualitates sunt priores & perfectiores, & q̃ lux horum inferiorũ est qualitas secũda causata à primis. Primum probat sic, quia primus motus omniũ secũdùm Arist. est motus circularis primi cœli, ergo talis motus est prior luce, siquidem illuminatio est quidã motus, & lux per illuminationẽ producitur, ergo motus cœli est qualitas prior luce. Confirmatur. Illa qualitas est prior alia per quam prima causa immediatius agit & magis proprie, sed per motũ prima causa immediatius, & magis proprie agit, quã per lucẽ, ergo. Minor probatur, quia prima causa per motum primi mobilis agit cum lucidis cœlestibus mouendo lucida & applicando ea passiuis, non tamen è contra mouet per lucem primum mobile, ergo. Secundum probat. Nam lux horũ inferiorũ fit ex mistione primarum qualitatũ, ergo est imperfectior & posterior ipsis. Confirmatur. Nam ignis, neq; aliquod aliud elemẽtum in sua natura ilã dispositione existens lucet, ergo ista lux mistorũ non procedit ab igne, & sic erit secũda qualitas, ac per cõsequens imperfectior primis. Ex hoc infert, q̃ lux cœli, & horum inferiorum differunt specie specialissima essentiali. Et probat, quia qualitas prima, & qualitas secunda differũt secũdum speciem, sed lux cœli est qualitas prima, horum autem inferiorum est secunda, ergo differunt specie specialissima. ¶ Nihilominus sit secunda cõclusio. Lux inter omnes qualitates quæ cœlo cõueniunt, est prima. Hæc conclusio certè euidens videtur, nam lux inter omnia accidentia, quæ conueniunt Soli & stellis, est immaterialior, & immediatius illis cõuenit, ergo. Quod verò sit prior motu cœli; probatur. Quia qualitas quæ sequitur aliquam naturam ex proprijs principijs naturæ, prior est in illa natura, quàm qualitas quæ conuenit ei à principio extrinseco effectiuè, sed lux cõuenit Soli ex propria natura, & ab intrinseco, ergo prius cõuenit illa Soli quàm motus, qui cõuenit ei ab angelo siue à Deo alia actione à creatione eius. Cõfirmatur. Cessante motu cœli post finẽ temporis Sol illuminabit ista inferiora, & etiam illuminabat tẽpore Iosue, quando stetit Sol, ergo lux cœli non dependet tãquam à causa ab eius motu. Item, hæc conclusio potest probari ex illo Genes. 1. dixit Deus; Fiat lux. Primum omnium Deus lucẽ fecit, ergo illa est prima qualitas. Cum autem dicit Philosophus. 8. Phys. q̃ motus localis est primus & causa omniũ, loquitur de motibus Physicis, vt benè explicat S. Thom. de potentia. q. 5. art. 8. in corp. & ideo cessante motu cœli, homines omnes in die iudicij nõ miraculosè, sed naturaliter videbunt, & colores illuminati immutabunt visum. Illud autẽ quod Marsil. vlterius dicebat motum circularem cœli esse qualitatẽ, falsissimum est. Etenim si motus circularis cœli esset qualitas, motus circularis cœli esset alteratio, & nõ motus localis, consequens est falsum, ergo. Sequela probatur, quia si motus circularis est qualitas, erit ille motus ad qualitatem, sed motus ad qualitatem est alteratio, ergo. Falsitas autem consequẽtis, patet tum ex illo. 8. Physic. vbi dicitur, motum cœli esse localem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

localem, tum quia ibidem dicit Philosophus, q alteratio nō potest esse perpetua, & tamē ille motus potest esse, & est perpetuus secūdum philosophū, tum quia idē Philosophus in. 1. de cœlo dicit cœlū nō esse alterabile, ergo. Confirmatur. Motus cœli in nulla specie qualitatis potest inueniri, ergo non est qualitas. Ex his patet ad argumenta Marsilij. ¶ Tertia conclusio. Omnes qualitates cœli, secundum quas influunt in ista inferiora, sunt priores & perfectione & causalitate omnibus qualitatibus, tā elementorū quàm mistorū. Ista conclusio quoad primam partē probatur, quia sunt in subiecto perfectiore. Probatur consequentia. Nam accidentia profluunt à subiecto, ergo quo subiecta sunt perfectiora eo etiam accidentia ipsa erunt perfectiora. Secunda pars probatur. In genere causalitatis causæ vniuersaliores effectuæ sunt priores, sed corpora cœlestia sunt vniuersaliores causæ, quàm causæ istæ inferiores, ergo eorum qualitates quibus operantur erunt priores. Ex quo probatur vlterius prima pars conclusionis, nam causa in quātum causa perfectior est suo effectu, sed qualitates cœli sunt causæ qualitatū, quæ sunt in his inferioribus, ergo sunt eis perfectiores. ¶ Quarta conclusio. Lux est perfectione prior omnibus his quatuor qualitatibus, & alijs omnibus corporalibus. Hæc conclusio non solùm intelligitur de luce cœlorū, sed de quacunque luce quæ sit in rebus inferioribus; nā quælibet lux est perfectior qualitas reliquis materialibus. Quod probatur primo. Nam per lucē inferiora assimilantur maxime superioribus, ergo. Secundò probatur, nam est magis immaterialis reliquis, cum sit formalissimū obiectū potentiæ visiuæ, quę est nobilissima omnium potētiarum exteriorū, vt dicitur. 2. Met. tex. 7. & etiam lib. 1. eiusdem Met. ergo. ¶ Ex hac cōclusione sequitur, q lux horum inferiorum non est qualitas secunda causata à quatuor primis qualitatibus tangibilibus. Hoc probatur. Primò, quia lux horū inferiorum est cœlestis participatio quasi eiusdem speciei, sed lux cœlestis non est qualitas secunda, ergo neq; lux horū inferiorū. Secundo. Quia lux etiam in mistis, vt in margaritis, non sequitur formam substantialem misti cœlesti quadam virtute præditum, vt mistum est nisi quam elementa propria virtute non possunt producere, ergo. Tertio. Omnes qualitates causatę ex primis habent contrarium, cùm ipsæ qualitates primæ sint sibi inuicem contrariæ, sed lux non habet contrarium, ergo non est à primis qualitatibus causata. Minor patet, quia si aliquid cōtrariaretur luci maximè tenebra, sed hæc nō est cōtraria qualitas luci, sed est priuatio ipsius, ergo. ¶ Ad illud autem quod Marsi. dicebat, q ignis non est lucidus; Respondetur q id est falsum, vt patet de nostro igne, qui non est purum elementum, quāto magis de igne pure elementali. Nec sequitur q statim videatur, nā ad hoc requiritur vt habeat partes vnitas, & densas ratione quarum lux ita possit esse in illo vt reflectatur ad visum. Et secundo etiā responderi potest, q emittunt lumē ignis & reliqua corpora cœlestia, cæterùm non ad tantam distantiam sicut astra, quia nō sunt ita densa. Hic aliqui agere solent de influentijs cœlestibus, quæ sunt qualitates quædam insensibiles; cæterum ista disputatio nō est præsentis loci sed magis pertinet ad libros Methcorum, fortasis tamen infra super textu. 57. vnum verbum faciemus. ¶ Quantum ad tertium pūctū de qualitatibus corporalibus inter se statuo sequentes conclusiones. ¶ Quinta cōclusio. Qualitates misti, quæ immediate sequuntur misti formam, sunt perfectiores elementorū qualitatibus. Ista cōclusio patet, nam illa qualitas perfectior est, quæ nobiliorē formā consequitur sicut potētia visiua, & imaginatiua hominis perfectior est, quàm equi, sed perfectior forma est forma misti, quā elementi: nam elementorū formæ sunt omniū imperfectissimæ, quia habent ignobiliores operationes, ergo. Sed cōtra. Nam qualitates primæ sunt causæ illarū qualitatū, quæ consequūtur formā misti, ergo sunt perfectiores; nam causa perfectior est suo effectu. Respondetur q qualitatū quæ consequuntur immediatè formā misti solum sunt causæ materiales & dispositiuæ, & quauis essent efficientes, sunt instrumentales causæ, instrumentū autē non oportet esse perfectius effectu. ¶ Sexta conclusio. Illæ primæ quatuor qualitates, scilicet, calliditas, frigiditas, humiditas & siccitas sunt inter oēs qualitates sensibiles priores in genere causæ materialis qualitatibus quæ sunt propriæ horū inferiorum; quod ideo dico, quia vt patet ex dictis lux quæ inuenitur in istis inferioribus est magis ex participatione superiorū. Probatur cōclusio. Omnes formæ substantiales mistorū vt sic supponunt has qualitates disponentes materiam, cum nō inducātur in materiā indispositā, sed dispositiones se habent in genere causæ materialis, ergo cum illæ dispositiones præcedant formā substantialem, præcedēt etiā formas accidentales, quæ substantialem formæ sequuntur. ¶ Septima cōclusio. Prioritate etiā causæ efficientis illæ quatuor excellunt omnes qualitates tangibiles. Hæc cōclusio probatur ex Arist. tex. 8. vbi refert omnē qualitatē tāgibilē ad ista quatuor tanquā ad principia effectiua, vt late nos deduximus ex eo in expositione textus; de quo etiā vide D. Tho. hic, & patet experientia, nam ex calore efficitur raritas, ex frigiditate densitas, ex calore aliquādo siccitas, aliquādo liquiditas, ergo. ¶ Octaua conclusio. Calor & frigus actiuitate & perfectione sunt aliquo modo priores humiditate & siccitate. Probatur, nam licet omnes istæ quatuor qualitates, ex eo q sunt cōtrariæ inter se, habeant actionē adinuicē, possintq; mouere sensum tactus, ratione cuius

cuius omnes dicuntur actiuæ; tamen duæ priores sunt magis actiuæ, quia facilius & fortius producunt suas actiones, faciliusq; immutant sensum tactus. Et propter defectum istius actiuitatis dicunt aliqui q duæ primæ dicuntur ab Arist. actiuæ, & duæ posteriores passiuæ, de quo statim disputabimus, ergo illæ duæ priores sunt perfectiores; quia habent magis de actu, & actiuitate. Dixi tamen in cōclusione, aliquo modo, quia inter istas quatuor qualitates proprie non est prioritas & posterioritas, nisi secūdum quid. Voco autem perfectionem secundum quid, non quia nō sunt perfectiones verè diuersarum specierū, quæ æquales esse non possunt, sed quia perfectio ista actiuitatis non est per esse actiuum & non esse actiuū: (quia omnes quatuor sunt actiuæ,) sed per magis & minus actiuum. ¶ Ad argumēta in principio facta respōdetur. Ad primum cum sua prima confirmatione patet ex dictis. Aduerte tamē, q licet lux, & qualitates omnes cœlestes dicantur priores caliditate & frigiditate &c. tam in causalitate quàm in perfectione; non tū istæ desinūt esse propterea primæ qualitates, quia hic loquimur de qualitatibus sensibilibus horū inferiorū, inter quas istæ primatum habent, vt patet ex dictis, & sic debent appellari qualitates primæ, quomodo eas appellāt Arist. & D. Tho. & omnes Philosophi. Ad secundam confirmationē respondetur, q figura est prior alijs ordine naturæ, sicut quantitas ad quam sequitur, non tamē est prior vt causa influens in alias. In præsenti autē cùm Arist. loquimur de eis secūdùm q quędā sunt causa aliarum, vt patet ex reductione, quam facit Arist. aliarum qualitatū ad alias primas. Respōdetur secūdò, q figura non est qualitas tangibilis, de quibus modo loquimur. ¶ Ad secundum respōdetur. Primò cum Ferr. 3. cont. gent. c. 82. q motus localis in distincto subiecto putà in cœlo prior est & causa aliorū; in eodē vero subiecto alteratio est prior: nā prius subiectū disponitur per qualitates, & generatur mistū, & postea mouetur localiter. Ita. 8. Phys. tex. 57. Respondetur secūdò, q qualitates elementorū nō solum sunt principia & causa alterationis, sed etiā sunt causæ conseruationis essentiæ ipsius elementi, grauitas autē & leuitas solùm sunt principia motus localis, quo acquiritur forma extrinseca: & sicut essentia præcedit locum dignitate & nobilitate, ita illæ qualitates sunt nobiliores, nam conseruare essentiam est dignitas maxima, præcipuè cùm grauitas & leuitas sint effectus caloris &c. Posset etiam dici, q hic est sermo de qualitatibus tangibilibus, cuiusmodi non sunt grauitas, & leuitas. Et si oppositum dicatur. 8. Phys. tex. 55. Respondet ibi D. Tho. lect. 14. q loquitur ibi Aristot. ex mente aliorū. ¶ Ad tertium respōdetur, q calorem exsiccare, potest dupliciter intelligi; aut per se aut per accidens. Per se quidē non exsiccat quatenus actio fit ratione contrarietatis, calor autē non contrariatur humiditati, quia calor intensus est cum summa humiditate in aëre. Per accidēs autē siccat quatenus calefaciendo corpus habens humiditatē calore producto rarefacit aliquas partes, & sic fiūt leues & separantur ab alijs partibus humidi grossioribus, & sic facta exhalatione virtute caloris partium subtiliū humidarū remanēt grossiores, vnde manet corpus siccū, & hoc fit in omnibus de quibus inter arguendū adducebamus exēpla. Cæterū frigiditas multò magis per accidēs humectat, quin potius nimia frigiditas etiā solet exsiccare, sed quia præsente frigore ex absentia solis humidū non resoluitur, videtur q frigus humectet. Quia enim in die calore solis aut aliquarū influentiarum aliquæ fiunt euaporationes, postmodū frigiditate noctis cōdēsantur, & ingrossantur, & sic humiditate aëris adiuuante in aquam vel in rorem vel pruinam cōuertuntur adiuuantibus etiā ad hoc influētijs cœlestibus, & absentia solis. Sed cōtra hanc solutionē quæ cōmunis & bona est, bonū etiā est argumētū. Quia sequeretur q grossum & subtile nō reducerentur ad siccum & humidū. Consequens autē est contra Arist. in hoc. 2. c. ergo. Probatur tamen sequela, quia grossum non causatur per se à sicco, cū siccum non cōtrarietur subtili, sed humido; & rursus humidū eadē ratione non causat subtile &c. ergo. Ad hoc argumentū respondetur, q ratio quare siccitas & humiditas per accidens dicuntur fieri à calore & frigore est, quia per se habent produci ab eo quod est actu siccū, & actu humidū, at grossum & subtile secundùm se non habent alium modum productionis nisi per resultantiam ex sicco & humido. Ad primam cōfirmationē in quarta quæst. huius capitis infra respondetur. Ad secundā confirmationē patet ex dictis. Ad tertiā etiā patet, quia agere per antiperistasim est agere per accidens.

QVÆSTIO III.

¶ Vtrùm qualitates primæ sint tātùm quatuor.

ARguitur primò pro parte negatiua. Sonus est qualitas & non secunda, ergo prima, & ita plures erūt quàm quatuor. Probatur minor, quia nō causatur ex alteratione primarū qualitatū, sicut solùm ex motu locali, ergo. ¶ Arguitur secundò. Densum & tenue inueniuntur in corporibus cœlestibus, ait enim Arist. lib. 2. de cœlo, astra esse partes densiores sui orbis, & tamen in cœlis nō sunt aliquæ qualitates, quæ generēt istas, ergo sunt primæ. ¶ Arguitur tertiò. Præter qualitates recensitas sunt aliæ duæ in quolibet elemēto, ergo. Probatur antecedens. Nam in elemētis necessario debēt poni alię qualitates virtuales præter formales, ergo. Probatur antecedens. Nam caliditas expellitur ab aqua reducente se ad suā frigiditatē, & nō à

forma

Universidad de Deusto
Biblioteca

forma substantiali, quia non agit immediate ipsa, nec à frigiditate formali, quia maior est calor in aqua bullienti, quàm frigiditas formalis, ergo expellitur à frigiditate virtuali. Cõfirmatur. Nam in mistis dantur istæ virtuales qualitates, vt in pipere & in vino est calor virtualiter, ergo etiã in elemẽtis erunt istæ virtuales qualitates. ¶ Arguitur quartò. Nam calor qui est in igne differt specie à calore aëris, & sic etiã est de alijs qualitatibus elemẽtorũ, ergo sunt octo qualitates primę specie differentes. Probatur antecedens. Nam calor ignis nõ admittit secũ humiditatẽ, sicut calor aëris. Et humiditas aquæ extinguit ignem, & non humiditas aëris vel olei. Confirmatur, quia leuitas ignis specie differt à leuitate aëris; nam causat motũ specie distinctũ, ergo etiã calor vnius à calore alterius quia calor est causa formalis illius. In oppositum est Arist. in toto capite secundo. ¶ Sciẽdum est q aliqui autores conuicti argumento tertio, & eius confirmatione asserunt ponẽdas esse qualitates quasdam virtuales in elementis præter illas quas Aristot. assignat. Dicunt autẽ isti autores quatuor. Primũ. Ponendę sunt quatuor qualitates virtuales primæ eiusdẽ nominis cum qualitatibus primis formalibus primis. Secundum est. Illæ qualitates in quolibet sunt elemento eo modo quo aliæ actuales, id est, in quolibet elemento sunt duæ, vt in igne calor virtualis, & siccitas virtualis, & sic de alijs elemẽtis. Tertiũ. Illæ quatuor qualitates virtuales nõ intenduntur nec remittuntur quia si frigiditas virtualis. v. g. esset intẽsibilis, & remissibilis, quando aqua calefit eius frigiditas virtualis remitteretur, & tunc non esset à quo reduceretur ad pristinũ gradũ; tum etiã quia si ipsa remitteretur nõ posset reducere aquã ad actualem frigiditatẽ. Quartum est. Istæ quatuor qualitates virtuales generantur per modũ resultantiæ. ¶ Pro intelligentia veritatis notãdum primò, q quando quærimus de numero primarũ qualitatũ tãtum fit sermo de qualitatibus corporalibus actiuis & passiuis secũdũm alterationẽ & de priõritate causalitatis effectiuæ. Secundò notãdum q prima qualitas dicitur quæ causat omnẽ aliã qualitatem & ipsa à nulla alia causatur quæ est diffinitio primorũ contrariorum seu primorũ principiorũ. ¶ Prima conclusio. Aliquæ sunt qualitates actiuæ sed nõ dicuntur primæ, quia non agunt actione propriè alteratiua, & tẽdente in mutationẽ rei. Hæc cõclusio patet. Colores enim, odores, sapores & huiusmodi agũt in potentias quarũ obiecta sunt, imprimuntq; species, & sui similitudines, quia tñ huiusmodi actio neq; cum alteratione est, neq; ad generationẽ aut corruptionẽ ordinatur, tales qualitates nõ sunt primæ. ¶ Secunda conclusio. Aliquæ sunt qualitates verè alteratiuæ alteratione corruptiua: tamen primæ non sunt eo q tales virtutes ex mistione illarũ primarũ processerunt, vt patet de virtute vini, & aceti, & multorũ aliorũ mistorũ quæ vsum medicamentorũ præbent. Hæc conclusio patet ex diffinitione primarũ qualitatũ suprapositã, in qua dicitur q prima qualitas omnẽ aliam causat, & ipsa à nulla alia debet causari. at huiusmodi qualitates de quibus in ista conclusione loquimur, causantur ex cõmistione quatuor qualitatum caliditatis, scilicet, frigiditatis &c. ergo. ¶ Tertia conclusio. Inter omnes qualitates actiuas & passiuas illæ quatuor in præcedenti quęstione numeratæ, scilicet, caliditas, frigiditas, siccitas & humiditas sunt primæ. Probatur consequentia, quia tactus est calidi & frigidi &c. Confirmatur. Quia tũc quatuor qualitates suprapositæ non essent qualitates primæ, sed secundæ. Probatur sequela. Omnes istæ qualitates causantur à qualitatibus virtualibus in primis corporibus, ergo. Confirmatur secũdo, quia mirũ videtur, q has qualitates virtuales nullus attigerit antiquorum, qui de naturis rerũ plura quàm moderni cognouerunt. ¶ Ad argumentã in principio facta respondetur. Ad primum respondetur, q sonus nõ causatur solum ex motu locali, aliàs corpora cœlestia maximè sonarent quod est falsum, in qua re fuit deceptus Cicero lib. de somn. Scipionis, sed causatur ex contactu duorum corporum solidorũ per rarefactionem aëris, in quibus corporibus necessario præsupponũtur primæ qualitates ratione quarum habeant duritiem, & alias qualitates accõmodas ad motũ. ¶ Ad secundum respondetur, q densum & tenue possunt sumi dupliciter. Primo, vt dicunt positionem & situm partiũ, & sic nõ sunt secundæ qualitates, sed pertinent ad prædicamẽtum situs: secundo accipiuntur vt sensu aliquo possunt percipi, & sic sunt secundæ qualitates quæ reducũtur ad primas, vt dictum est in. 2. cap. circa tertiam conclusionem. Primo modo densum & rarum in cœlo reperiuntur, non verò secundo modo. ¶ Ad tertium negatur iuxta quartam cõclusionem tales qualitates virtuales esse: frustrà enim ponerentur. Nam vt elementa se reducant in actualẽ perfectionem actualium qualitatum nõ sunt necessariæ, cũ talis reductio fiat per se & propriè à generante, à natura verò elementi per quandam resultãtiam, & concomitantiã. Vide Soto vbi supra, & Capr. in. 2. d. 16. q. 1. Respondetur secundò cum Sonc. 9. Met. q. 8. ad primum, cuius solutionẽ acceptat hic Astudillo. q. 2. q principiũ actiuũ illius reductionis est forma aquæ per quãdam simplicem emanationẽ: quia frigiditas cum sit propria passio aquę naturaliter fluit ex ipsa forma aquæ per quandã simplicẽ emanationẽ & intẽditur etiam vbi cessat actio conseruantis calorẽ. Sit si contra hoc dicas, quia forma substantialis secundùm S. Tho. non est actiua sine potentia; Respondetur q D. Tho. est intelligendus q non est actiua actione perfecta reali, bene tamẽ actiua est etiam sine potẽtia & instrumẽto actione resultantiæ, sicut anima est causa risibilitatis, intellectus voluntatis & similium. Cuius ratio est, quia ad actiones perfectas principale agens Physicum est forma siue natura & sic oportet agere propria virtute, virtus autem substantiæ est accidens, sed in actione resultantiæ principale agens est generans eiusdem

speciei sunt in eodẽ subiecto: si secundum dicatur; arguitur. Nam in elementis non sunt nisi qualitates tangibiles, vt dicitur in tex. 7. ergo si in eis est calor iste virtualis, erit tangibilis, & per cõsequens eiusdẽ speciei cum calore formali. Probatur consequentia, quia tactus est calidi & frigidi &c. Confirmatur. Quia tũc quatuor qualitates suprapositæ non essent qualitates primæ, sed secundæ. Probatur sequela. Omnes istæ qualitates causantur à qualitatibus virtualibus in primis corporibus, ergo. Confirmatur secũdo, quia mirũ videtur, q has qualitates virtuales nullus attigerit antiquorum, qui de naturis rerũ plura quàm moderni cognouerunt. ¶ Ad argumentã in principio facta respondetur. Ad primum respondetur, q sonus nõ causatur solum ex motu locali, aliàs corpora cœlestia maximè sonarent quod est falsum, in qua re fuit deceptus Cicero lib. de somn. Scipionis, sed causatur ex contactu duorum corporum solidorũ per rarefactionem aëris, in quibus corporibus necessario præsupponũtur primæ qualitates ratione quarum habeant duritiem, & alias qualitates accõmodas ad motũ. ¶ Ad secundum respondetur, q densum & tenue possunt sumi dupliciter. Primo, vt dicunt positionem & situm partiũ, & sic nõ sunt secundæ qualitates, sed pertinent ad prædicamẽtum situs: secundo accipiuntur vt sensu aliquo possunt percipi, & sic sunt secundæ qualitates quæ reducũtur ad primas, vt dictum est in. 2. cap. circa tertiam conclusionem. Primo modo densum & rarum in cœlo reperiuntur, non verò secundo modo. ¶ Ad tertium negatur iuxta quartam cõclusionem tales qualitates virtuales esse: frustrà enim ponerentur. Nam vt elementa se reducant in actualẽ perfectionem actualium qualitatum nõ sunt necessariæ, cũ talis reductio fiat per se & propriè à generante, à natura verò elementi per quandam resultãtiam, & concomitantiã. Vide Soto vbi supra, & Capr. in. 2. d. 16. q. 1. Respondetur secundò cum Sonc. 9. Met. q. 8. ad primum, cuius solutionẽ acceptat hic Astudillo. q. 2. q principiũ actiuũ illius reductionis est forma aquæ per quãdam simplicem emanationẽ: quia frigiditas cum sit propria passio aquę naturaliter fluit ex ipsa forma aquæ per quandã simplicẽ emanationẽ & intẽditur etiam vbi cessat actio conseruantis calorẽ. Sit si contra hoc dicas, quia forma substantialis secundùm S. Tho. non est actiua sine potentia; Respondetur q D. Tho. est intelligendus q non est actiua actione perfecta reali, bene tamẽ actiua est etiam sine potẽtia & instrumẽto actione resultantiæ, sicut anima est causa risibilitatis, intellectus voluntatis & similium. Cuius ratio est, quia ad actiones perfectas principale agens Physicum est forma siue natura & sic oportet agere propria virtute, virtus autem substantiæ est accidens, sed in actione resultantiæ principale agens est generans per formam, vt in. 8. Physic. dicit Philosophus de motu naturali, & dans formam dat etiã consequẽs ad formam, & ideo hæc ipsa forma est virtus agentis, & non oportet quærere aliam virtutẽ. Ad confirmationem respõdetur, q est diuersa ratio, quare in mistis ponamus qualitates virtuales, & nõ in elementis, quoniã qualitas virtualis mistorũ causatur ex proportione primarum qualitatũ, quæ proportio in elementis reperiri nequit. Et præterea, quia virtualis calor in pipere nõ ponitur ad causandum aliquid in ipso misto sed in alio subiecto; argumẽtum autem volebat probare ponendum fore calorem virtualem in elemento propter ipsum elementum, vt reduceretur in suum optimum statũ cum extra illum ab aliquo agente extrinseco violenter educitur. ¶ Ad quartum respondetur, q quælibet harum primarum qualitatũ est species atoma, ita vt calor ignis & aëris sint eiusdem speciei. De quo super caput tertiũ specialem quæst. formabimus.

QVÆSTIO IIII.

¶ *Vtrùm quatuor harum qualitatum primarum duæ sint actiuæ, scilicet, caliditas & frigiditas, & aliæ duæ passiuæ, scilicet, humiditas & siccitas.*

ARguitur primò pro parte affirmatiua. Aristot. tex. 8. expressè probat, quod quæritur in titulo quæstionis, scilicet, duas harum tantùm esse actiuas, scilicet, calorẽ & frigiditatẽ, duas verò passiuas siccitatem, & humiditatẽ, ergo. Confirmatur, quia in. 4. Metheorum per totũ idipsum docet, ergo. ¶ Arguitur secundò. Caliditas patitur à frigiditate, & è conuerso, vt experientia ipsa compertum est, tum etiam quia aliàs corrumpi nõ possent, ergo illæ duæ primæ qualitates in titulo quæstionis receñsitæ nõ sunt actiuæ. Confirmatur primò. Quæ magis & faciliùs patiũtur sunt magis passiuæ, sed caliditas & frigiditas magis & facilius patiuntur vt patet experientia, & etiam quia sunt minoris resistẽtiæ, vt diximus supra in quæstione de reactione & repassione, ergo caliditas & frigiditas sunt magis passiuæ quàm humiditas & siccitas, ergo. Confirmatur secũdò. Quia humiditas & siccitas resistunt magis vt ibidem patuit, ergo sunt minus passiuæ, ergo. ¶ Pro huius rei intelligentia aduertendum est, q quærimus in præsenti; Vtrùm duæ qualitates primæ sint principiũ quo suppositum agit, aliæ verò duæ sint principium quo patitur. Qua in re quod difficultatem ingerit est autoritas Arist. qui vt dicebamus in argumento primo tenet hic & in. 4. Metheorum, q duæ primæ, scilicet, caliditas & frigiditas sunt qualitates actiuæ, aliæ autem duæ, scilicet, humiditas & siccitas sunt passiuæ. Quod & probat ex diffinitionibus qualitatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

litatum hac ratione. Calidum enim est quod congregat homogenea & similaria, & frigidum quod congregat dissimilaria; sed cõgregare est agere, ergo ista sunt actiua. Humidũ etiã est, quod suo termino interminabile est, facile autẽ alieno terminatur; siccũ autẽ è contra quod suo termino facilè terminatur; alieno verò difficilè, sed terminari termino alterius & terminari proprio termino, cũ vtrũque sit terminari, importat passionẽ, ergo ista duo sunt passiua. Sed contra hanc doctrinã Arist. præter argumenta in principio posita insurgũt multæ dubitationes. Imprimis, quia non videtur has diffinitiones esse assignatas per primas differentias, ac per primas operationes. Calidi eñ propria & prima operatio est calefacere, frigidi frigefacere, ficci exficcare, humidi humectare. Secũdo, quia respectu propriarũ operationũ oẽs sunt actiuæ, quia calefacere est caliditatẽ producere per corruptionẽ frigiditatis, frigefacere est frigiditatem in aliquo producere per corruptionẽ caliditatis quæ erat in illo. Simili ratione humectare & exsiccare sunt agere, quia humectare est producere humiditatẽ in subiecto sicco, & siccare est producere siccitatẽ in subiecto humido, ergo respectu primarũ operationum oẽs sunt actiuæ. Tertiò dubitat Philoponus, quia non videtur ꝙ calidũ & frigidũ sint actiua solummodò: sed etiã passiua. Patitur enim calidum à frigido, & è cõtrario. Præterea nec humidũ & siccum videntur solum passiua. Si enim omnia elementa adinuicẽ transmutãtur, vt infra ostendetur, necesse est humidũ & siccum adinuicẽ agere. Confirmatur, quia ipsemet Arist. infra c. 4. dicit terram in aquam transmutari, sed hoc fieri nõ potest nisi humidũ agat in siccũ. Eodem modo aqua transmutatur in terram, quod nec fieri potest, nisi agente sicco in humidũ: non enim frigidum aquæ agit in frigidum terræ vel è contrario, ergo humidum & siccũ sunt actiuæ. Propter hæc & alia multa argumenta quę fieri poterant maximè redditur obscura sententia Aristot. ita vt multi in hac parte cum defecerint dicẽtes omnes qualitates adinuicem actiuas esse nullãq; esse distinctionẽ inter eas in hac parte. Alij verò diuersas expositiones adducunt Arist. ¶ Auerrois enim super tex. 8. Com. 9. vult, ꝙ duæ primæ qualitates dicantur actiuæ, & aliæ duæ passiuæ secundum interpretationẽ nominum. Nam θερμον, hoc est, calidum, ψυχρον, hoc est, frigidũ apud Græcam linguam sic dicũtur, ab illa actione quæ est cõgregare. ξηρον, hoc est, siccũ & ὑγρον, hoc est, humidum, sic Græcè dicuntur à terminari termino alieno vel proprio. Vnde istæ diffinitiones Arist. quãuis nõ accipiantur à nominum etymologia & proprietate apud Latinos; tamen bene apud Græcos. Apud eos enim illa nomina erant famosa & intellecta, apud Latinos autem res intelligitur, licèt nõ habeamus propria nomina quibus eam significemus. Vnde videtur ꝙ secundùm Auerroẽm hæc actiua, & hæc passiua dicta sint nõ secũdum rem, quia secundum rem omnia passiua, & omnia actiua, sed secũdum nominũ deriuationem. Nec est inconueniens aliquod dici tale ab interpretatione nominũ, quæ accipitur partim ad placitũ, partim ab aliqua proprietate, quod simpliciter non est tale. Huic expositioni aliquo modo fauet D. Tho. hic, inquit, ꝙ caliduũ & frigidũ actiua, humidũ & siccũ passiua sic dicuntur, id est, sic consignificant eorũ nomina, & hoc præcipuè secũdùm Græcos, qui fortè habẽt nomina verbalia actiones & passiones consignificantia. Hæc D. Tho. ex quibus apertè videtur consentire in hac parte cum Commentatore. ¶ Marsilius autem & Albertus de Saxonia quos omnes cõmuniter sequuntur, dicunt ꝙ humiditas & siccitas passiuæ ab Arist. vocantur, non quia non agunt, sed quia minùs agũt quàm caliditas & frigiditas. ¶ Prima cõclusio. Si istæ quatuor qualitates cõparentur inter se absolutè & simpliciter oẽs sunt actiuæ & passiuæ. Hanc conclusionẽ probant argumenta facta contra Arist. & argumentũ secundũ factũ à principio quęstionis. Et ꝙ duę primæ qualitates, scilicet, frigiditas & caliditas sint actiuæ, à nemine dubitatur; de humiditate & siccitate adhuc id probatur. Siccitas & humiditas sunt propria & prima cõtraria, vt notum est, ergo sunt nata mutuò se expellere ab eodem subiecto. Hæc enim est cõtrariorum natura; quod si se mutuò ab eodẽ subiecto expellunt, actiua & passiua esse est necesse. Cõfirmatur hoc ex medicamentis; applicantur enim humida siccis, & sicca humidis, sunt igitur hæc actiua. ¶ Secunda conclusio. Licèt verum sit ꝙ actiuitas magis propriè tribuitur caliditati & frigiditati, quàm alijs; hoc tamen non satis exponit mentem Arist. in hoc capite, quãdo dixit, ꝙ duæ qualitates primæ sunt actiuæ & duæ passiuæ. Prima pars huius conclusionis probatur. Nam agunt fortiùs quã reliquæ qualitates. Item etiam, nam calor dicitur aggregare homogenea, & disgregare ethereogenea, sed hoc non conuenit humido & sicco, ergo principaliùs dicuntur agere. Imò verò calor inter omnes qualitates est maximè actiuus, quia resoluit mista fortia, vt ladides, metalla, quæ aliæ qualitates non ita resoluere possunt; tum etiam quia ad maiorem distantiã diffundit spheram suæ actiuitatis. Vide quę de actiuitate istarũ qualitatũ supra diximus in lib. 1. c. de agere & pati in. 9. de reactione & repassione. Secunda pars conclusionis probatur, scilicet, ꝙ hoc non sit ad mentẽ Arist. sed ꝙ voluit dicere aliquid aliud. Non enim vocat duas primas actiuas, quia plus agãt, neq; illas passiuas, quia plus resistant, sed quia illæ quidẽ cõgregant, istæ veluti congregantur, quia terminantur ab alio quodam, ergo. Confirmatur. Nam Aristot. probat duas esse actiuas,

actiuas, & duas passiuas ex earum diffinitionibus, ergo aliquid aliud voluit dicere, quàm isti autores exponunt. ¶ Tertia cõclusio. Si istæ quatuor qualitates cõparentur in ordine ad mistũ quod ex eis generatur, humiditas, & siccitas dicuntur passiuæ, non ꝙ mutuò non agant, certũ est enim agere, sed ꝙ in misti subsistentia passiue se habent & vt materia; caliditas verò & frigiditas dicũtur actiuæ, quia habent se vt formæ. Volo dicere, ꝙ cum cõueniũt humida & sicca ad mistũ, calor est qui siccas partes cum humidis cõpulat, frigiditas vero coagulat, & consistentiã præbet illis partibus. Hæc cõclusio explicatur & simul probatur in constructione laterum, & testarũ, vbi patet humidũ & siccũ cõcurrentia materiam testarum efficere, frigidum verò conglutinat & congregat, cum verò ponuntur in fornace, calidum transmittat & facit testam, quia facit euaporare partes rariores ineptas generationi testæ, & congregat partes aptas generationi, & sic respectu mistorum humidum & siccum materiã efficiunt, frigidum & calidum formã. Omne enim mistum fit in medio elementorum, ac vniuersi, vt pote circa terram, cum omnia participent terram. Cæterum ex hac sola fieri non possunt, cum terra per se immiscibilis sit, & ideo eget aqua permutante, & permiscente ipsam. Hæc verò duo commista licet sint continua requisitam comparationem, ac cognationem non habent, cum sint alienigena & diuersarum rationũ, vnde indigent frigido, ea congregante, & calido specificante ac complente generationem, quatenus corrigit faciendo euaporare partes generationi ineptas & faciendo congregationem partium aptarum generationi, qua ratione in hac mistura humidum & siccum rationem materiæ habent, calidum verò & frigidum formæ, ergo ratione habita ad mistum, humidum & siccum subeunt rationem materiæ: calidum verò & frigidum rationẽ actiui. Quia verò Aristo. in hoc libro tractat de his qualitatibus sub ea ratione, qua veniunt ad mistionẽ, iure alias actiuas, alias passiuas appellauit, cum ratione habita ad mistionem, humidum veniat sub ratione, qua bene alieno termino est terminabile, siccum verò sub ratione qua male alieno, & bene proprio terminabile est, at frigidum venit sub ratione, qua siccum & humidum permista bene conglutinat, ac congregat, & sic venit ad mistionem vt est alienigenorum congregatiuum, calidum verò vt est specificatiuum, & quasi correptiuum, quo constituit similia, & diuidit dissimilia. Hæc autem sunt bene notanda, tum enim & rem optimè explicant & mentem Aristotelis, tum etiam quid ratio eius interdat probare exponunt. Ex his conclusionibus patet ad omnia argumenta in principio quæstionis posita, & ad alia etiam quæ contra Aristotelem fecimus. Et hæc de hac quæstione, & de hoc capite secundo.

CAPVT. III.

Voniam autẽ, quatuor sunt elementa, eorũ autẽ quatuor sex coniugationes sunt, contraria autẽ non innata sunt cõiungi. (Calidum enim & frigidum, esse idem & rursus humidum & siccum, impossibile:) manifestum est, quoniam quatuor erunt elementorum coniugationes, calidum & siccum, calidum humidum, & rursus frigidum & humidũ, & frigidum & siccũ. Et assecutũ est hoc secũdum rationẽ simplicibus apparentibus corporibus, igni & aeri & terræ & aquæ. (Ignis enim, calidus & siccus. Aer autẽ, calidus & humidus, velut euaporatio enim aer. Aqua autem, frigida & humida. Terra autem, frigida & sicca) vt rationabiliter distribuantur differentiæ primis corporibus, & multitudo eorum sit secũdum rationẽ.

Oẽs enim quidẽ qui simplicia corpora elemẽta faciũt, hi quidẽ vnũ, hi autẽ duo, hi autẽ tria; hi autẽ quatuor faciũt. Quicũq; quidẽ igitur vnũ dicũt solũ, deinde dẽsitate & raritate, alia genera, his cõingit duo facere principia & rarũ & densum, aut calidũ & frigidũ. Hæc enim actiua. Vnũ autẽ supponitur, velut materia. Qui autem mox duo faciũt, vt Parmen. ignẽ & terrã, intermedia mistura faciunt horũ, puta aerẽ & aquã.

Similiter autẽ & qui tria dicũt, quemadmodum Plato in diuisionibus. Medium enim mistura facit, & fere eadẽ dicũt, & qui duo & qui tria dicunt, præterquam quòd hi quidem incidũt in duo media, hi autem vnum solum faciunt.

Quidã autẽ & mox quatuor dicũt, vt Emped. Congregat autẽ & hæc in duo, igni enim omnia alia cõtraponit. Non est autem, ignis & aer & vnũquodq; prædictorũ, simplex, sed mistũ. Simpliciũ autẽ, talia quidẽ sunt, non tamẽ eadẽ. V. g. quod est igni simile, igneũ, nõ ignis, & quod aeri, aereũ. Similiter autẽ & in alijs. Ignis autẽ est superabundãtia caliditatis, quemadmodũ & glacies frigiditatis. Coagulatio quidẽ & assio, superabũdãtiæ quædã sunt, illa quidẽ frigiditatis, hæc autẽ caliditatis. Si igitur glacies est coagulatio frigidi & humidi, ignis erit assio calidi & sicci. Ideo nihil ex glacie generatur, neq; ex igne.

Entibus autem quatuor simplicibus corporibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus, vtrumque duorum locorum est vtriusque. Ignis & aer eius, qui ad terminū fertur. Aqua autem & terra eius, qui ad medium. Et extrema quidem & sincera, ignis & terra. Media autem mista magis (nimirum, aqua & aer.) Et vtraque vtrisque contraria. Igni quidem enim est cōtraria aqua. Aeri autem terra. Hæc enim ex cōtrarijs passionibus constituta sunt.

Sed tamē, cum simpliciter quatuor sint, vnius vnumquodque est. Terra enim sicci magis quàm frigidi, Aqua autem frigidi magis quam humidi, Aer autem humidi magis quam calidi, Ignis autem calidi magis quàm sicci.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio tex. 16. Quoniam autē quatuor &c. Quatuor sunt tantum cōbinationes quatuor principaliū qualitatū posibiles. Probatur sic. Qualitates istæ quatuor sic sunt cōbinandæ, vt scilicet, possint esse actiones & pasiones, siquidē duę sunt actiuæ & duæ pasiuæ, sed ex quatuor qualitatibus non possunt fieri nisi quatuor combinationes posibiles, ergo. Minor probatur, quia non possunt fieri nisi istæ. Calidū & siccum, calidum & humidum, frigidum & humidum, frigidum & siccum, ergo. Si dicas remanere alias duas combinationes, scilicet, calidum & frigidū, humidum & siccum; Respondetur q istæ duæ sunt conjugationes impossibiles, quia impossibile est contraria esse in eodem. ¶Secunda cōclusio. Istæ quatuor combinationes rationabiliter cōueniūt quatuor primis & simplicibus corporibus, scilicet, igni aēri, terræ, & aquæ. Probatur. Ignis est calidus & siccus, aēr autem calidus & humidus, quia aēr est veluti vapor (constat autem vaporem esse calidū, cùm à caliditate generetur cœlesti.) Aqua autē est frigida & humida, terra aut frigida & sicca, ergo bene & rationabiliter est dicendū istas qualitates quatuor primis corporibus cōuenire, & secūdum cōbinationem multitudinē esse primorū corporū multitudinē. ¶ Tertia conclusio tex. 17. Oēs enim quidē &c. Omnes antiqui Philosophi, qui simplicia corpora dicūt elemēta, cōueniunt in hoc q nō excedūt quaternariū numerū, licet differant inter se. Quidā enim dicūt primū elemētum esse vnum tantum. Alij elemēta esse duo, alij tria, alij quatuor. Qui autē dicunt vnum solum elementū dixerunt alia generari ex ipsa densitate & raritate, quæ sunt contrariæ qualitates. Isti ergo dixerunt duo principia præter elementum ipsum, quod dicebāt esse quandā naturā mediā corpoream subtiliorē aēre, & densiorem igne, ex quo per densitatem, & raritatē alia generāntur vel per calidū, vel per frigidū (per frigidū quidē condensans, per calidū autē rarefaciens.) Hæ enim qualitates cum sint contrariæ agunt & patiuntur adinuicē, vnum autem, scilicet, prædictum elementum supponitur eis sicut materia. ¶ Qui autem duo faciunt vt Parmenides, qui ponit ignē & terram esse elementa ponebat etiam inter ea duo media, scilicet, aērem & aquā, quæ dicebat fieri ex istis duobus per rarum & densum, quia quando rarefit terra generatur aqua, quando autē cōdensatur ignis generatur aēr, vnde iste etiā ponebat ea pati per contrarias qualitates. ¶Similiter autem & qui dicunt tria esse elementa ponunt duo extrema cōtraria & vnū mediū, sicut Plato in suis diuisionibus, vbi diuidit elementa. Ponit enim vnum ex parte formæ, magnū vero & paruū, quæ sunt contraria ex parte materię. Dicit etiā quoddā mediū esse mistū ex magno & paruo. Ferē autem dicunt idem qui ponunt duo principia, & ponētes terram. Vtriq; enim ponunt duo extrema, & differunt, quia ponentes duo elementa sicut Parmenides ponunt duo media, ponentes autē terram ponunt vnū medium. ¶Qui autem ponunt quatuor elementa, vt Empedocles, & eius sequaces, reducūt in duo contraria: ex vna enim parte ponunt ignē, & ex alia parte igni tria alia contraponit. ¶Quarta conclusio tex. 20. Non est autem ignis. Elementa quæ nos sentimus non sunt pura, sicut ignis, quem sentimus nō est purus, neq; aēr, neq; aliquod aliorum, sed vnūquodq; est mistū, tamen simplicia elemēta sunt talia, id est, isti is quæ videmus similia nō tamen eadē. v.g. id quod est simile igni puta flamma non est ignis, sed ignea; & quod est simile aēri nō est aēr sed aēr eum & similiter de alijs. ¶Quinta conclusio tex. 21. Ignis autem est &c. Ignis qui est circa nos quædā superabūdātia caliditatis est, sicut glacies est quædam superabundantia frigiditatis. Coagulatio enim & arsio sunt quædā superabundantiæ, hæc quidem frigiditatis in glacie, hæc autem caliditatis in igne circa nos existente. Si igitur glacies est coagulatio humidi & frigidi, & ignis erit superabūdans arsio calidi & sicci, quia vtrumque eorum à temperamēto mistionis recedit, ideo nihil ex glacie generatur, nec ex igne qui est circa nos, licet vtrumque sit mistum. ¶Sexta conclusiō textu. 22. Entibus autē quatuor &c. Quatuor ista simplicia corpora determinant sibi duas loci differentias, scilicet, sursum & deorsum. Probatur. Ignis & aer mouentur ad terminum, id est, sursum, terra autem & aqua mouentur ad mediū, id est, ad centrum, ergo sursum & deorsum. Sed tamē ignis mouetur simpliciter sursum, & terra simpliciter deorsum, quia sunt omnino simplicia, id est, ignis simpliciter leuis, & terra simpliciter grauis. Alia autem duo habent aliquid grauitatis & leuitatis, & ideo non sic mouentur, sed aqua aliqualiter deorsum, scilicet, respectu aēris & ignis, & aer aliquāliter sursum, scilicet, respectu terræ & aquæ.

¶Septima

¶Septima conclusio tex. 23. Sed tamē simpliciter quatuor &c. Quodlibet horum elementorū determinat sibi vnam primarum qualitatū in summo, & nō aliam. Probatur. Ignis est in summo calidus, & non siccus, terra in summo sicca & non frigida, aqua in summo frigida, & nō humida, aēr in summo humidus & non calidus. ¶Post quam Aristoteles in duobus præcedentibus capitulis determinauit de principijs elementorum, scilicet, de materiali & formali, nunc determinat de numero eorū, & ex eo colligit numerum elementorum, & ostendit quòd in quolibet elemēto sunt duæ qualitates, quarum vna est in summo, alia verò non. ¶Circa primam conclusionem aduertendū est ex S. Tho. hic quòd elementum communiter sumptum potest dici omne quod venit in compositionem alicuius. Est enim elemētum ex quo componitur aliquid primò & est in eo, vt dicitur. 5. Met. textu. 4. Secundum hoc, ergo sumendo cōmuniter elementum ipsæ primæ quatuor qualitates possunt dici elementa cum ex ipsis vt dicitur in litera cōponantur sex coniugationes siue combinationes. Alio etiam modo dicuntur elemēta primæ propositionis demonstrationis ex quarum virtute procedūt cæteræ demonstrationes, in quas omnes propositiones aliæ reducuntur. Ad horum, ergo similitudinem ipsæ primę tangibiles qualitates possunt dici elementa, quia omnes aliæ vt ostensum est sunt effectus earum, & in eas cæteræ reducuntur. Et ita cum dicit Aristoteles; quoniam aut quatuor elementa, intelligit quatuor simplices qualitates, & non quatuor simplicia corpora, vt alij exponunt, ex quarum combinatione postea deducit numerum etiam elementorum. Hanc expositionem D. Tho. etiam adhibet Philopponus hic. Alia quæ super hos textus notari poterāt commodius in quęstionibus explicabuntur.

QVÆSTIO I.

¶*Vtrum sint tantùm quatuor elementa.*

ARguitur primò, & probatur q sint plura. Primò, nam Arist. lib. de cœlo & mundo ad Alexandrum. c. 2. & 3. dicit, q sunt quinq; elementa, ergo sunt plura quàm quatuor. Confirmatur, quia cœlum est elementum, vt dicitur. 1. Meth. Confirmatur secundò, quia quot sunt planetæ tot sunt elementa, sed planetæ sunt quinque, ergo & elementa. Antecedens videtur Auerr. 2. cœli. com. 44. Stellæ enim habēt qualitates similes vnicuiq; elementorum, ergo. ¶Arguitur secundò. Quot sunt motus tot sunt elementa, motus sunt tres, vt lib. 1. de cœlo dicitur; A medio, ad mediū, & circa mediū, ergo & elementa sunt tria. Confirmatur. Nam Aristot. 4. de cœlo solum ponit istas duas differētias elementorū, scilicet, graue & leue, ergo solùm sunt duo elementa. Confirmatur secūdo. Loca elementorum sunt duo, scilicet, sursum & deorsum, ergo & elementa nō erunt nisi duo: nam quodlibet elementū vēdicat suū locū. ¶Arguitur tertiò. Tot sunt elementa, quot sunt qualitatū cōbinationes primarum posibiles, sed præter quatuor cōbinationes primarū quatuor qualitatū sunt aliæ posibiles, ergo. Minor probatur. Nam inprimis sunt aliæ quatuor sic dispositę, summū calidū cum summò sicco, & sic de reliquis, ergo. Quòd autem istæ combinationes sint posibiles, probatur, quia cum istæ qualitates non sint sibi inuicē contrariæ; eidē subiecto inesse poterunt, ergo sunt posibiles. Præterea sunt aliæ quatuor, summa siccitas cū calore remisso, calor summus cū humiditate remissa, summa humiditas cū frigore remisso, summū frigus cū siccitate remissa. Et eadē ratione istæ cōbinationes sunt posibiles. Præterea sunt aliæ quatuor, scilicet, remissum calidū cum remisso sicco, & sic de reliquis. Et deniq; aliæ duę frigoris remissi & caloris remissi, humiditatis remissæ & siccitatis remissę. Et si ad hāc vltimā cōbinationē respōdeas cū Arist. in principio huius capitis q non est posibilis, quia cōtraria nō possunt eidē inesse. Cōtra, quia licet cōtraria in gradibus intēsis nō posint eidem inesse; benè tamen in gradibus remissis, ergo cùm ista cōtraria in vltima cōbinatione in gradibus remissis considerētur, illorū cōbinatio erit posibilis, & sic erūt plura quàm quatuor elemēta. ¶ Arguitur quartò. Nam Arist. 1. Metheor. ca. 4. dicit corpus illud, quod est maximè propinquū lunæ non esse proprie elementū. Verba eius sunt; Circa hæc autē & habita his aēr, quē propter consuetudinem vocamus ignē, non enim est ignis, excessus enim calidi & velut feruor est, quod est ignis. Idipsum dicit Macrobius super somniū Scipionis, vbi ait q in concauo orbis lunæ est aēr purior. Et probatur ratione. Nam ignis iuxta nos apparet rubeus siue lucidus, ergo si esset vnū elementū ita magnū non posset latere sensum, & rursus nos impediret à visione cœli. Cōfirmatur. Nam cū ignis sit maximè actiuus vniuersa dissiparet, quia est maior reliquis corporibus & elemētis. Itē, nam elemēta sunt loca naturalia mistorum & ita in eis aliqua animalia viuunt, at in igne non potest aliquod animal viuere propter eius nimiam actiuitatem, ergo nullum est elementū ignis, ergo non sunt quatuor elementa. ¶Arguitur quintò. Aqua non est elementū (nullū enim elementum saporem habet.) At aqua sapida est, dulcis enim & amara est, ergo non sunt elemēta quatuor. Confirmatur. Nam elementum est corpus purum, sed nusquam reperitur aqua puranā maximè in mari, quod est locus naturalis aquę, vt ait Aristoteles lib. 2. Metheororum, sed ibi non; quia illa aqua est salsa; non ergo est pura. Et hoc argumentum probat etiā terram non esse elementū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Pro intelligentia huius quæstionis notandũ est quòd elementum à Philosophis & Medicis variè diffinitur. Hypocrates diffinit sic. Elementum est simplex & minima corporis particula. Et explicat Galenus hanc diffinitionem, minima in qualitate, & non in quantitate. Alia est diffinitio Aristot. 3. de cœlo. Elementum est id in quod corpora resoluuntur. Alia est diffinitio. Elementum est id quod in constitutione corporum mistorum est primũ, & in resolutione vltimum. Vera tamen diffinitio est: elementum est corpus in quod vltimò mista corpora resoluuntur sicut in corpus. Dicitur corpus ad excludendam materiam & formam, quæ vt ad præsentem disputationem pertinet non dicuntur elementa, licèt in ipsa vltimate simpliciter diuidatur corpus, sed non sicut in corpus, sed sicut in partes essentiales. Vnde elementum est compositum ex materia & forma, quod non resoluitur in alia corpora, sed alia in ipsum. ¶ Sit prima conclusio. Non est tantùm vnum elementum. Probatur primò, quia si tantùm esset vnum elementum, nullum esset mistum, sed omnia essent eiusdem speciei; hoc autem est falsum, ergo. Probatur sequela. De ratione misti est quòd sit compositum ex multis, & resoluatur in plura, sed si esset tantùm vnum elementum, non posset resolui aliquid neq; componi nisi ex vno, ergo. Secundò probatur. Si non esset nisi vnum elementum, non esset contrarietas qualitatũ, & sic nec generatio nec corruptio, quia illud elementum non haberet contraria in se ex propria natura, nec esset contrarietas ex alio elemento cum non esset, ergo nec esset contrarietas. Cùm autem generatio & corruptio sit ratione cõtrarietatis, nõ esset etiam aliqua generatio aut corruptio. ¶Secunda conclusio. Elementa plura sunt, quàm duo. Probatur. Si essent tantum duo elementa, ergo vnum esset calidum & siccum, alterum autem frigidum & humidum, vel è conuerso. Tunc, ergo citò consumerentur, nam secũdum vtrasque qualitates essent contraria, & sic secundùm vtrasq; in seipsis agerent, putà elementum calidum & siccum in quantum calidum ageret in frigidum, in quãtum siccum ageret in humidum, & sic vel omnino deficerent, vel vnum totaliter corrumperet alterum. ¶ Tertia conclusio. Elementa plura sunt quàm tria. Probatur. Nam duo essent contraria secundùm vtrasque qualitates, vt dictum est, tertiũ autem conueniret in vna qualitate cum altero eorum, puta esset humidum calidum, & in quantum humidum conueniret cum elemento humido frigido: in quantum verò calidum; conueniret cum elemento calido sicco, ergo elementum calidum siccum ratione siccitatis, & elementum humidum frigidum, ratione frigiditatis tantùm agerent in tertium elementũ humidum calidum, quod omnino destrueret ipsum. ¶Quarta cõclusio. Elemẽta sunt tantùm quatuor ita quòd nec sunt pauciora neq; verò plura. Ista conclusio ab Aristotele in diuersis locis diuerso modo probatur. Etenim in libris de cœlo tripliciter eam ostendit. Primò enim accepit numerum elementorum à motibus ipsis vt in. 1. cœli, quia enim quatuor sunt motus recti simplices vt ad medium simpliciter, & ad medium in respectu. Itemque à medio simpliciter, & à medio in respectu quatuor conclusit esse elementa. Secundò. A situ contrariorũ vt in secundo cœli, vbi accepit, si vnum contrarium est in rerum natura, & reliquum, terra est in rerum natura, quæ in extremo contrariatur igni secundùm situm; ignis igitur etiã est, sed vbi extrema secũdùm situm sunt duo oportet esse media, quorum vnum cum altero eorum, & alterum cum altero coordinatur, ergo quatuor &c. Tertiò. A qualitatibus motiuis vt tertio & quarto cœli, vt à grauitate simpliciter, à grauitate in respectu, à leuitate simpliciter, & à leuitate in respectu, quam rationem etiam in hoc capite leuiter attigit. Sed examinatio harum triũ rationum non pertinet ad præsentem tractatum. In præsenti enim Aristoteles conclusionem hanc ex numero qualitatum primarum & earum combinatione hoc modo probat. Tot sunt elementa, quot sunt qualitatum actiuarum & passiuarũ combinationes siue coniugationes possibiles: secundùm has enim hic elementa sumenda sunt. At quatuor sunt qualitatum tangibilium combinationes naturà possibiles, scilicet, calidum siccum, calidum humidum, frigidũ humidum, frigidum siccum. Si quidem hæ quatuor qualitates ordine digestæ sex habent combinationes. Prima continet primum & secundum, scilicet, calidum & frigidum. Secunda primum & tertium, scilicet, calidum & humidum. Tertia primum & quartum, scilicet, calidum siccum. Quarta secundum & tertium, scilicet, frigidum & humidum. Quinta secundum & quartum, scilicet, frigidum & siccum. Sexta tertium & quartum, scilicet, humidum & siccum. Quarum prima & sexta sunt natura impossibiles, cum sint ex contrarijs, quæ impossibile est esse in eodem, secunda verò tertia & quarta & quinta sunt possibiles cum sint qualitatum adinuicem non contrariarum, & ex secunda aër, ex tertia ignis, ex quarta aqua, ex quinta terra colligitur. Secundò probat Aristoteles hic conclusionem hanc autoritate antiquorum Philosophorum, qui licèt in numero assignando elementorum varij fuerint, tamẽ nullus posuit plura quàm quatuor, ergo &c. Tertiò probatur. Quatuor sunt humores in corporibus animatis saltim in animalibus perfectis, ista autem in eis sequuntur numerum elementorum, ergo. Confirmatur. Experimur enim in misti resolutione quatuor corpora remanere correspondentia ipsis elemẽtis: igitur quatuor sunt elemẽta quæ illic inerãt in potentia aliter vnum agens non posset quatuor ex vno facere, ergo. ¶ Ad argumenta in principio posita respondetur. Ad primum respõdetur q̃ ibi Arist. vocat elemẽtum naturas & corpora, quibus mundus constat, quæ sunt quatuor elementa, & cœleste corpus. Ex quo patet ad primam confirmationem. Ad secundam autem dicitur qualitates elementorum esse similes qualitatibus planetarũ, non tamen oportet vt sint tot. ¶ Ad secundum respõdetur q̃ motus sunt tres in genere, sed quatuor in specie. De quibus agitur in libris de cœlo. Ad primam confirmationem respondetur, quòd illæ sunt differentiæ subalternæ, quæ postea habent sub se alias differentias, nam sub graui continetur graue simpliciter vt terra, & graue in respectu vt aqua, similiter sub leui continetur leue simpliciter vt ignis, & leue in respectu vt aër. Eodẽ modo respõdetur ad secundam confirmationẽ q̃ sursum & deorsum sunt differentiæ subalternæ. Nam sub sursum continetur sursum simpliciter, quod est locus ignis, & sursum in respectu, quod est locus aëris. Similiter sub deorsum cõtinetur deorsum simpliciter quod est locus grauium simpliciter, scilicet, centrũ mũdi, & deorsum in respectu quod est locus aquæ. Sed de his omnibus copiosius disputatur tanquam in proprio loco in eisdem libris de cœlo. ¶ Ad tertiũ respondetur, omnes alias combinationes præter quatuor ab Aristotele assignatas primò esse impossibiles, aut nõ componere elementa specie diuersa. Et quidem quatuor illæ primò assumptæ sunt impossibiles: nam duę qualitates in summo non possunt conuenire vni elemento, nec vna qualitas in summo duobus elementis. Probatur, nam istæ qualitates in summo dimanãt ab essentijs elementorum tanquam propriæ passiones; est autem impossibile eandem propriam passionem dimanare ab essentijs elementorũ specie distinctis. Idem dicendum est ad combinationes secundo loco positas. Ad vltimas respondetur non esse possibiles, quia vnumquodque elementũ vendicat sibi alteram qualitatem in summo: nam si ambæ essent remisse paterentur secum suas contrarias qualitates, & sic elementum esset compositum, quod est contra rationem elementi, quod ex natura sua debet esse quid simplex & compositũ. ¶ Ad quartum respondetur quòd petit; Vtrum ignis sit elementum in rerũ natura existens. Arist. in. 1. Metheororum refert antiquos Philosophos negasse elementum ignis seorsum existere, imò dixerunt interuallum hoc ad cœlum vsque esse plenum aëre, sed pars illa aëris, quæ prope cœli concauum existit, cum sit purior, magis ignea existit, & ideo ab aliquis ignis dicta est. Huius sententiæ fortasis fuit Macrobius in loco citato. Aliqui verò recentiores concedunt elementa esse: sed tantum in misto, veluti materia est sed in composito, & vt non datur materia seorsum separata compositi, ita nec elementa seorsum à mistis, & tamẽ volunt in concauo cœli esse ignem non purum, sed mistum, imò ibi esse aërem præ dominio igneum. De hac opinione iam supra diximus in. 1. libro. q. de modo quo manent elementa in misto. Alexander autem vt refert Auerr. hic Comm. 21. & in. 1. de cœlo Comm. 91. & 4. de cœlo Comm. 32. dicit quod licet datur elemẽtum ignis, tamẽ q̃ ignis hic noster, & ignis existens in propria sphera differũt specie. Quod probat primo, quia ignis in propria sphera est vitæ conseruatiuus, & non calefacit, iste autem & calefacit in summo, & est vitæ corruptiuus. Nihilominus tamen respondetur quòd absq; dubio per rationem naturalem demonstratur elementum ignis esse, quod in varijs locis librorum de cœlo sæpè ostendit Arist. cuius rationes breuiter reduci possunt ad quatuor. Prima, motus simpliciter sursum est, ergo ignis est; nam non potest existere accidens proprium, & essentiale alicuius nisi etiam sit subiectum. Secunda. Terra est, ergo ignis est. Patet consequentia per regulam contrariorum. 2. Topicorum, si vnum contrarium est & reliquũ. Hæc ratio habetur in. 2. de cœlo tex. 18. & 19. lect. 4. apud D. Tho. Tertia. Leuitas simpliciter est, ergo ignis est. Istæ tres rationes optimæ sunt, quas ita breuiter hic disposui quia earũ examinatio non pertinet ad præsentem locum, sed ad libros de cœlo. Hæc autem tertia ratio habetur ab Aristot. in. 3. de cœlo Comm. 32. vbi etiam Commentator ex eodẽ Aristotele optimo signo ostendit nostram conclusionem. Inquit enim q̃ partes ignis & motus earum ad superius demonstrant ignem esse veluti si non videremus aquarum congeriem quæ mare dicitur, & videremus q̃ omnes fluuij currunt ad medium, quod est inter aërem & terram sciremus, quòd mediũ illud est locus aquarum, & ita mare. Sic in proposito videmus omnes ignis particulas vndiq̃ sursum ferri, & omnes petere cœli concauum, & si motus nõ sit frustra scire possumus ibi omnes ignes congregari, ac per consequens esse elemẽtum ignis. Quarta ratio est pertinens ad præsentem cõsiderationem. Nam combinatio calidi & ficci est posibilis, vt patet ex dictis, sed ista combinatio non potest conuenire nisi igni, vt in sequentibus demonstrabitur, ergo ignis est. Vtrum verò tale elementum ignis sit eiusdem speciei cum nostro igne, absque dubio dicendum est quòd sic, si loquamur de specie substantialiter, nam de accidentali loquendo differunt. Iste enim ignis inferior est admixtus multis accidẽtibus extrinsecis, ratione quorum habet multas operationes quas non habet ignis qui est in sua sphera. Ad argumentum ergo quartum principale respondetur quòd locus ille Aristo. est satis obscurus. Multi interpretantur ipsum per illum igneum intellexisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

aërem supremæ regionis, qui propriè nō est ignis, sed illi proximus. Alexander hoc loco Aristotelis convictus fuit vt assereret sicuti modo dicebamus hunc ignem nostrum & illum esse diuersæ speciei, quod videtur etiam asserere ibi Arist. Probat enim secūdum expositionem S. Thomæ ibi q. quartum elementum supra aerem ordinatum non propriè vocatur ignis. Ignis enim significat excessum calidi & est quasi quidam feruor, & accensio quædā, sicut glacies non est elementum aquę, sed est quidam excessus frigoris ad aquam congelatam. Alij interpretantur aliter Aristotelē & dicunt q. solùm voluit asserere, ignem propè concauum lunæ non habere tantam virtutem & actiuitatem, quantam infra possidet propter nimiam eius raritatem. Pro intelligentia tamen veritatis & Aristot. sciendum est, q. ignis iste qui in rebus istis inferioribus reperitur non est purum elementum, sed similis puro elemento, vt ait Arist. in hoc cap. 3. tex. 20. & 21. de quo nos statim in solutione ad quintum plura dicemus. Atque ita ista vox, Ignis, imposita est ad significandum istum ignem inferiorem, & non est aliquod nomen proprium ad significandum ignē qui est propriùm & purum elementum, sed communiter nominamus ignem, non tamen est ignis, sicut iste inferior, qui vt ait Aristot. est feruor siue quædam exarsio, sicuti si aqua, quæ est propriè elementum non haberet nomen, & elementum aquę nominaremus glaciem; ita in proposito quia elementum purum ignis non habet nomen proprium, appellatur ignis: non quia sit ignis sicut iste inferior, sed quia caremus propria voce ad id significandum appellamus eum nomine exarsionis, siue feruoris cuiusdam qui propriè vocatur ignis: & hanc differentiam insinuauit Alexander quando dixit, quòd specie differunt hic noster ignis, & ignis in propria sphera. Itaque Aristoteles in illo loco non vult negare ignem esse, quinpotius id ibi multis rationibus probat, sed tantùm negat quòd ille ignis superior est sicuti ignis iste inferior, qui non est propriè ignis, sed potius quædam exarsio & feruor, sicut neque glacies est aqua, sed est quędam congelatio ipsius aquæ. Et quod ista expositio sit legitima illius loci: apparebit legenti illum textum. Quam expositionem adhibet S. Tho. in illo loco, vbi ait; Quartum elemētum supra aerem ordinatum non propriè vocatur ignis. Ignis enim significat excessum calidi, & est quasi quidam feruor, & accensio quædam, sicut glacies non est elementum, sed est quidam excessus frigoris ad aquā congelatam. Id autem ad quod se se habet ignis sicut glacies ad aquam nō est nominatum, & ideo nominamus ipsum nomine ignis, sicut si aqua nō haberet nomen & nominaremus elemētum aquæ glaciem. Hæc D. Tho. ex quibus satis patet expositionem loci Aristote. à nobis assignatam esse D.

A Tho. Quinpotius ipse Aristot. se exponit in eodē libro qui in lect. 6. apud D. Tho. sic dicit. Primò quidem sub circulari latione est, quod calidum & siccum, quod dicimus ignem, innominatum enim quod commune in omni fumosa disgregatione. Attamen quia maxime natum est tale exuri corporum sic necessarium vti nominibus. Aduerte tamen quòd ibi Aristoteles ignem qui est purū elementum vocat superiorem partem aeris, quæ est calida & sicca, vnde ibi ait D. Tho. quòd hanc partem vocamus elementum ignis, & sic aer nomen B commune est duobus elementis. Vide ibi Aristotelem & D. Thomam.

Prima confirmatio huius argumēti petit; Vtrū ignis in propria sphera luceat. Ad quod Auerrois 4. cœli com. 32. respondet, quòd quemadmodum aquæ congelatio accidit non ea ratione, qua aqua, sed quatenus sibi commisti sunt vapores terrei & sic quatenus mista est; sic ignis nō quatenus ignis lucet, sed quatenus miscetur terreo denso. Et sicut congelatio aquæ accidit per dispositionem ei extraneam, ita lux accidit igni per dispositionem extraneam, sed elementa quando sunt in loco non possunt habere dispositionem extraneam, & ita nec ignis lucere, nec aqua congelari possunt propriis in locis. Alexander etiam in. 1. Metheororū idem sentit, scilicet, quòd ignis in propria sphera non lucet, quia lux accidit ipsi propter admistionem eius cum opaco. Algazel etiam autoritate Auicennæ dicit in libro suorum naturaliū ignem in propria sphera esse veluti tunicam quandam ignitam, quæ non habet lucem sicuti nec aër. Quā sententiam sequuntur aliqui iuniores & eam probant. Primò, quia tunc prohiberet nobis visionem cæterarum stellarum, & lunæ, imò totum cœlum appareret lucidum colore rubeo purpureo, nam ignis est corpus luminosum non requirens medium illuminatum pro eius visione. Secundò. Si esset lucidum tegeret nobis corpora quæ sunt inter ipsum, & aspectum nostrum. Lucidum enim terminat visum per se. Tertiò. Si ignis esset lucidus, illuminaret terram, & sic nunquam esset perfecta nox. Quartò. Quia est in materia rara non apta visum terminare quemadmodū nec aer, nec ea cœli pars, quæ non est stellata, ergo. Nihilominus satis probabiliter dici potest quòd ignis in propria sphera lucet. Etenim calidum naturale, naturali sicco commistum in materia densa efficit lucem. At ignis in propria sphera est densior cœlo non stellato, ergo cum sit calidum naturalę sicco commistum debet aliquam lucem habere: non tamen apparet lux eius rubra aut purpurea, quia sic apparere solet propter eius admistionem cum opaco, est tamē quædam lux alba clara ex raritate materiæ quasi nitea, & ita secūdū aliquos id quod videtur tēpore serenitatis est ignis. Huius exēplū est in

est in igne isto inferiori. Etenim aliquis ignis appa A
ret maximè rubeus. v. g. ignis carbonis propter materiam continentem multum terræ & siccitatis, tamen ignis flammæ quia purior est non apparet ita rubeus, sed lucidus vel clarus, quia tamen non est omnino purus, sed habet humiditatem aëris, ideo non est tam rarus actiuus, sparens, sicut in propria specie & in proprio loco & sphera ignis, vbi propter eius nimiam puritatem & raritatem habet lucem maxime claram & niueam, & transparentem. Vnde patet ad argumenta, prohiberet enim aliorum visionem si esset lucidus per eius admistionē B
cum opaco. Tegeret etiam alia similiratione si luceret per eius mistionem cum opaco. Præterea illuminat secundùm aliquos terram nocte existente serena; verùm lux eius non discernitur propter lucem stellarum: vel etiā potest dici, q. propter eius maximam raritatem licet sit lucidus, non tamē potest illuminare ad tantam distantiam. ¶ Ad secundam confirmationē respondetur, quòd licet ignis sit maximè actiuus parum tamē resistit, nam qualitas quælibet quanto magis agit, tanto minus resistit, & ideo si ex vna parte agit, alia ex parte patitur. Vel secundò respondetur & melius, q. licet ignis inferior non omnem aërem corrūpit, sed aliquam particulam ad certam distantiam; ita ille superior ignis aërem non nisi ad certam distantiam corrumpit. ¶ Ad certiam confirmationem respondetur q. animalia sunt magis terrea aut aquea, quā ignea aut aërea, quod ex eo patet quod animalia in aëre nō possunt diu volando permanere, quod ex elementorum inferiorum dominio euenire cōstat, ideo omnibus animalibus naturale est in istis inferioribus elementis viuere, & si ad tēpus in aëre D
sunt, & hæc ratione etiā in igne viuere nō possunt, maximè quia cum ignis sit ita actiuus si in eo viuerent ratione tantæ actiuitatis diu viuere non possent. Nec verum est Salamandriani in igne naturaliter viuere, sed solum in eo per aliquod tempus perseuerat, & conseruatur ob suam nimiam frigiditatem & rigiditatem, vt docet Plinius lib. 10. naturalis hist. c. 77. vide de hoc S. Tho. in. 4. d. 44. q. 3. art. 1. quæst. 3. ad tertiū, & Arist. in. 4 Metheororum lect. 7. apud D. Tho. vbi ait; Et in terra & in aqua animalia solum sunt, in aere autē & igne non E
sunt, quia corporum materia hæc; vbi secundum aliquos errorem impugnat quorundam Platonicorum, qui posuerunt quædam animalia viuere in aëre & in igne, vt dæmones, qui vt Apuleius ait, sunt animalia, & in duplici differentia quoniā alia sunt corpore ignea, & hæc sunt & viuunt in igne; alia verò sunt corpore aërea, & hæc viuunt in aëre vnde Apuleius inquit; Dæmones sunt animalia rationalia corpore aërea vel ignea tempore æterna. Cæterū de intelligentia loci Arist. vidę S. Tho. qui de hac re & etiā de Salamādra ibi mentionē facit.

Dvbitatur autem in solutione, Vtrùm detur aliquod elementum purum. Hac in re est sententia aliquorum q. sicut materia nunquam inuenitur nisi vt pars compositi, sic nec elementum nisi misti pars, & vt materia semper formæ est coniuncta, sic elemētum semper misto subest. Quod persuadent hoc signo. Nam Aristot. ex parte materiæ tria principia fecit videlicet subiectum primum, prima contraria, & elementa: vt igitur materia nunquam absque contrarijs, & contraria nunquam absque elementis, ita neque elementa erunt absque mistura; elementa igitur esse non possunt nisi sint partes mistorum. Et sic elementa pura concedunt, sed non seorsum ab ipsis mistis. Sed de hac opinione iam sumus aliàs loquuti. Alchimici autem affirmant nullum esse elementum purum nec in substantia nec in qualitate, imò omne esse mistum mistione elemētaria, dici tamē elementum non quidem simpliciter, sed à prædominio. Hanc positionem videtur sequi Auicenna vt Auerrois dicit. 1. de Generatione Commento vltimo, & eam videtur sequi Auerrois ipse etiam C
secundo de Anima Commento 115. Addunt tamen q. fieri potest, vt elemētum purū extrahatur ex quolibet misto, imo fingunt quintam essentiā ex quolibet misto extrahi posse. Probatur ista sententia. Primò, quia si esset elementum purum, haberet qualitatem in summo gradu, gradus autem summus est infinitus, quia qualitas est infinite intensibilis, esset igitur elementum quale infinitum quod est impossibile, ergo. Præterea, quia ista omnia elementa, quæ iudicantur elemēta, mista sunt, cum habeant saporē, qui mistis solum inest. Item, Terra in naturali dispositione est visibilis, ergo habet colorem. Item, de sensu & sensato dicitur, quod omnia corpora colorē participāt, ergo & elemēta, imo Aristot. in lib. de coloribus, elementis colores attribuit vnde dicit aquam esse albā, & cōmuniter dicitur q. aqua est dulcis, ergo omnia elemēta sunt mista; nam color non potest esse sine mistione, si quidem causatur ex tēperatura quatuor qualitatū. Alij autem dari quatuor elementa pura putant. Terra enim pura (inquiunt) est prope centrū, ignis purus prope cœlum, aer purus prope ignē, aqua pura in medio mari. De hac re habemus etiam doctrinā Arist. in hoc cap. 3. tex. 20. vbi inquit, q. elementa quę nos sentimus non sunt pura, sicut ignis quem sentimus non est purus, neque aër, neq; aliquod aliorū, sed vnumquodq; est mistū, simplicia tamen elementa sunt similia istis quæ videmus nō tamen eadem. V. g. id quod est simile igni putà flamma non est ignis, sed ignea, est enim flamma spiritus sicci ardor, vt dicitur in. 1. Metheororum. Et quod est simile aëri non est aer sed aëreum, & similiter de alijs. Probat autē Aristoteles hanc sententiam ista ratione. Nam elementa pura

Universidad de Deusto
Biblioteca

debent esse immista, sed ignis qui circa nos est & aqua nõ sunt huiusmodi & similiter de alijs, ergo. Probatur minor. Nam ignis iste est quædã superabundantia caliditatis, sicut glacies est quædã superabũdãtia frigiditatis. Coagulatio enim & arsio sunt quædam superabũdantiæ, hæc quidẽ frigiditatis in glacie, hæc autẽ caliditatis in igne circa nos existẽte. Si igitur glacies est coagulatio humidi & frigidi, & ignis est superabundans arsio calidi & sicci, vtrumq; eorum à temperamẽto mistionis recedit, ac sic non sunt simplicia & immista sed potius impura. Licẽt autẽ quod hic asserit Arist. multi dicant non ex propria sententia, sed Empedoclis asserere, multi tamen interpretes grauissimi Arist. dicunt hæc dixisse secundum suam propriã sentẽtiam, & D. Thomas vtrãq; expositionẽ sequitur. Et certè hæc secunda magis est ad mentem Arist. tum quia hanc eandẽ sententiã tenet ipse Arist. ex propria sua sententia in. 1. Metheororum. c. 4. vt patebit legenti textum, & cõstat ex dictis à nobis in solutione ad quartum præcedens argumẽtum: tum etiam quia optimè continuari potest sequendo istam expositionẽ textus iste cũ reliquis. Declarauerat enim Arist. & ostẽderat ex cõbinatione quatuor qualitatum tangibilium, & ex opinione antiquorũ Philosophorũ tantum esse quatuor elementa & non plura nec pauciora. In isto autẽ tex. 20. respondet tacitæ cuidam obiectioni, quæ contra hanc sententiam fieri poterat. Videtur enim q̃ sunt plura quàm quatuor, ignis enim carbo, ignis flamma, aër calidus, aër frigidus, aqua dulcis, aqua amara, terra alba, & terra nigra, elemẽta sunt distincta ab elemẽtis puris & simplicibus, quæ nihil horum includunt, ergo sunt plura quàm quatuor elemẽta. Huic obiectioni respõdet Philosophus quatuor esse elementa simplicia hæc enim numerata non elementa, sed mista saltem imperfectè nuncupantur. Nam ignis purus non est qui in istis inferioribus est, sed est similis illi, & sic de alijs. ¶ Pro intelligentia huius difficultatis aduertendũ est, q̃ elementũ esse purũ potest dupliciter intelligi, vno modo substantialiter quia suæ substantiæ non est alia substantia admista, sed habet tãtum suã formã simplicem. Alio modo qualitatiuè in sua naturali dispositione, cùm habet eas solum qualitates quas & quales petit talis elementi natura. Et eisdem modis dicitur impurum per oppositã rationẽ. ¶ Dico igitur primò. Loquendo de elemẽto puro substantialiter, omnia quatuor elementa sunt pura & immista, id est, non coniunẽta & mista cum alia substantia. Ista conclusio probatur. Primò. Possibile est dari huiusmodi elemẽta hoc modo, imò id pertinet ad maximam perfectionem vniuersi, ergo de facto sunt. Probatur consequentia, quia aliàs vniuersum nõ esset perfectum. Secundò. Mistum est tale, quia in eo dantur virtutes elementorum, ergo etiã debent dari elemẽta pura, ex quorũ virtutibus mista cõponantur. Tertiò, quia elementa habent formã & non misti, ergo simplicem, ergo dantur elementa pura. ¶ Dico secundò. Elementũ ignis & terræ absq; dubio etiam sunt pura non solum substantialiter, sed etiam qualitatiuè. Itaq; non solùm habent formam substantialem simplicẽ, sed etiam eas qualitates immistas quas eorum natura exposcit. Aduerte primò, q̃ de elemẽtis istis loquor nõ prout sunt communiter in istis inferioribus, sed prout existunt in suis locis naturalibus, & sic etiã loquuti sumus in præcedenti dicto, & loquemur etiã in sequẽti. Aduerte secũdò, q̃ de igne existẽte in propria sphera secũdum omnes suas partes verificatur q̃ sit purus etiam qualitatiuè, cum enim sit actiuissimus, nullam patitur neq; alieni corporis, neq; qualitatis commistionem. De terra verò non id verum est secũdum omnes suas partes: nam secundùm superiores miscetur cum aliquibus qualitatibus extraneis propter eius minimã actiuitatẽ. At tamen quia etiam habet magnã immobilitatẽ; non est dubiũ, quin aliquæ partes ipsius saltim internæ maneant puræ & immistæ. Probatur ergo nostrum dictum. Etenim cõbinatio calidi & sicci pura est possibilis, & frigidi & sicci similiter, ergo talis combinatio debet in rerum natura reperiri. Incõueniens enim maximũ videtur, q̃ aliquid per naturã possibile nõ existat saltè in specie. ¶ Tertiò dico q̃ probabile est in medio mari purã esse aquã & in medio aëre purum aërem etiã qualitatiuè, licèt etiam oppositũ nõ omnino de istis duobus elementis improbabile iudicẽ, primum tamen probabilius reputo propter rationẽ factã pro præcedẽti dicto. Probatur tamen secunda pars. Mare enim suo motu omnes confundit partes, sursum deorsumq; vertit, aër etiam facillimè est mobilis, ac sic partes istorũ elementorũ nunquam per multum tempus in eodem loco permanẽt, ac sic semper admiscentur cum aliquibus qualitatibus externis. ¶ Quartò dico. Elementa in istis inferioribus sunt semper impura, quia habẽt admista aliquas qualitates inficientes illorũ naturas, & hoc modo Arist. dicit in præsenti q̃ elemẽta sunt mista, & id ipsum voluit dicere in. 1. Metheororũ. c. 4. vt supra diximus ad quartum argumentũ. Nec tamen ob id intendit negare, q̃ sit possibile esse purũ elemẽtum, vel q̃ nullibi reperiatur purum, sed solum docet q̃ impura contingit esse elemẽta. Et per hoc patet & ad quintũ principale argumentũ, & ad omnia alia facta pro sententia oppositа; tantùm enim probãt elementa habere colores, sapores &c. nõ in suis locis & vt sunt pura & simplicia, sed vt sunt cõmista cum qualitatibus extraneis. Ad illud autẽ q̃ si daretur elementum purum in qualitate esset infinite intensum; respondetur facilè q̃ qualitas omnis ex natura sua certum sibi intensionis terminũ exposcit, nec

scit, nec dicitur summus gradus, quia est infinitè intensus, sed quia vltra intendi non potest.

QVÆSTIO II.

¶ Vtrum ignis sit maximè calidus, aer maximè humidus, aqua maximè frigida, & terra maximè sicca.

ARguitur primò pro parte affirmatiua. Nam Arist. hoc videtur expresè asserere in hoc cap. tex. 23. exponẽs quæ qualitas in quolibet elemẽto dominetur, inquit, sed tñ simpliciter quatuor entia vnius vnũquodq; est. Terra quidẽ enim sicci magis quàm frigidi. Aqua autem frigidi magis, quàm humidi. Aër autẽ humidi magis quã calidi. Ignis autẽ magis calidi quã sicci. Quẽ locũ exponẽs inquit D. Tho. Elemẽta cũ sint quatuor, & quodlibet habeat duas qualitates, nõ tamen habet eas æqualiter; sed vnũquodq; est vnius, id est, in vnoquoq; dominatur vna; sicut in terra magis dominatur siccitas quàm frigiditas. In aqua magis frigiditas quàm humiditas. In aëre magis humiditas, quàm caliditas. In igne verò magis dominatur caliditas, quàm siccitas, ergo & secundùm Arist. & secundùm D. Tho. qualitates istæ conueniunt elemẽtis eo modo quo in titulo quæstionis numeratæ sunt. Confirmatur ratione. Igni enim datus est calor, qui est prima actiuarum qualitatum, ergo in secundo ordine debuit sumi prima passiuarũ, scilicet, humiditas in aëre, tertio loco altera actiuarum, scilicet, frigiditas in aqua; & quarto siccitas in terra. ¶ Arguitur secũdò, & probatur q̃ ignis sit summè calidus. Nam calor cõpetit alicui in summo, & non nisi igni, quoniã reliqua omnia cõstat ab extrinseco calefieri, ergo. Item ignis est summè leuis, ergo summè calidus. Patet cõsequentia, quia leuitas causatur à calore, ergo. Itẽ, rationabile est perfectissimam qualitatum primarũ perfectissimo corporum elementarium conuenire, sed calor est perfectissimus & ignis perfectissimũ corpus, ergo rationabile est illi conuenire. ¶ Arguitur tertiò, & probatur q̃ aër sit summè humidus. Nam aëri cõuenit aliqua qualitas in summo, & non calor, ergo humiditas. Probatur cõsequentia, nam combinatio humidi & calidi cõuenit aëri. Item, nam humidum secundùm diffinitionem Arist. hîc est quod proprio termino male terminabile est, bene autem alieno, hæc autem diffinitio videtur magis aëri cõpetere quàm aquæ. Aër enim magis quã aqua fundi tur, & magis diffluit. ¶ Item probatur hoc ex effectibus. Quæ enim sunt humida dominio aëris sunt humidiora aqua, vt patet de oleo, & alijs vnctuosis, ergo aër humidissimus omnium est. ¶ Arguitur quartò, & probatur q̃ aqua sit frigidissimũ. Nam aqua habet aliquam qualitatẽ in summo, & non calorem, neque humiditatẽ vt patet ex dictis, neq; etiam siccitatem vt experientia constat, ergo frigiditatẽ. Item, si cæteris paribus manus aut totũ corpus superponatur terræ vel aquæ, magis infrigidabitur in aqua quàm in terra, ergo aqua frigidior est terra. Itẽ, aqua maximè contrariatur igni, sed ignis est maximè calidus, ergo & aqua maximè frigida. ¶ Arguitur quintò, & probatur q̃ terra sit maximè sicca. Nam terra habet aliquã qualitatem in summo, & nõ calorem, neq; humiditatẽ, neq; frigiditatem, vt patet ex dictis, ergo. Itẽ, quia terra maximè termino proprio terminatur, ergo est omniũ elementorum siccissima. Item est grossior & est durissima, ergo siccissima. Item, qualitas formalior & actiuior debetur elemẽto formaliori & actiuiori, ergo elemento materialiori debetur qualitas materialior & minus actiua, sed terra vt constat, est elemẽtum materialius, at siccitas inter qualitates minimè actiua, ergo. Item, terra est in vsum animalium, debuit ergo esse accommodata ipsorum naturæ, sed frigiditas est aduersissima vitæ animalium, ergo terra profectò ex se non est frigidissima. Item, probatur hoc ex effectibus. Animalia enim terrestria sunt calidiora multõ aquatilibus; illa enim sanguinem habent, hæc ipso carent, ergo terra nõ est frigidissima. Item, in sacra Scriptura terra vocatur arida, ergo. ¶ Propter hæc argumẽta, omnes ferè Philosophi tam moderni, quàm antiqui affirmatiuè respõdẽt huic quæstioni: & dicunt eo modo conuenire elementis qualitates in summo, quo in titulo quæstionis sunt numeratæ, scilicet, igni summa caliditas, aeri summa humiditas, aquæ summa frigiditas, terræ summa siccitas. At verò S. Tho. in hoc loco super tex. 23. alia via procedit. Etenim igni duas in summo qualitates attribuit; caliditatem, scilicet, & siccitatẽ: aëri nullam in summo (facit tamẽ eum calidũ & humidum.) Aquæ humiditatem in summo: terræ verò frigiditatẽ. Quam sententiam tenet etiam Albertus Magnus in hoc. 2. lib. tract. 1. c. 12. & etiã Auicenna, vt ipse Albertus refert. Aliqui tamen iuniores volunt D. Tho. sententiam cum priore conciliare. Distinguunt enim de frigiditate, & dicunt, q̃ sicut calor est duplex: est enim calor elemẽtaris, qui destructiuus est, ab ipsoq; prouenit elemẽto: est etiã calor cœli viuificus, qui in his inferioribus à cœlo prouenit: ita etiam frigiditas duplex est. Alia elementaris, alia cœlestis. Elementaris est intrinseca, quæ conuenit elemento ratione suę formæ. Cœlestis verò est extrinseca ex influxu corporũ cœlestium. Quam distinctionem accipiunt ex Ægidio super tex. 23. huius libri. Hoc posito, dicunt terrã esse magis frigidã quàm aquam frigiditate extrinseca & cœlesti: & hoc modo exponunt D. Tho. frigiditate verò intrinseca & elemẽtali putãt aquã esse frigidiorem terra, & D. Tho. hoc modo nõ est loquutus. Cæterum de hac distinctione quantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

veritatis habeat ex dicendis patebit; Sed breuiter modò contra eam arguitur. Quia licet ipsa esset bona, & per eam concordari D. Tho. posset quàtum ad id quod asserit de frigiditate respectu terræ & aquæ; tamè in alijs in quibus D. Tho. ab autoribus qui tenent priorem sententiã dissentit, difficilè videtur velle illũ cũ illis per eam conciliare. ¶ Augustinus Niphus hic putat quodlibet elementũ limitare sibi vtrasq; qualitates in summo, si tale elemẽtum sit in naturali dispositione constitutũ, & tunc ait, q̃ nec aër est humidior aqua, neque è contra, neq; terra est frigidior aqua neq; è conuerso, & sic de alijs. Et ad Arist. qui oppositũ videtur hic dicere, respondet, q̃ vult alteram inesse magis, hoc est, per prius, vt aëri per prius humiditatem, aquæ frigiditatem, & de cæteris idem ait; vnde elemẽta secundùm eum sunt æqualiter talia, vt quæcunq; frigida æqualiter frigida, quæcũq; humida æqualiter humida, quæcũq; ficca æqualiter ficca, quæcũque calida æqualiter calida sint; non tamen eodẽ ordine, nam ignis primò calidus, aër primò humidus, aqua primò frigida, terra primò sicca. De falsitate huius opinionis in quæst. sequenti dicemus. ¶ Pro intelligentia tamè huius quæstionis sit prima conclusio. Probabiliter fuit inceri potest prima opinio recitata, scilicet, q̃ igni conuenit summa caliditas, aëri summa humiditas, aquę summa frigiditas, terræ summa siccitas. Hanc cõclusionem assero, tum propter autoritatem tot & tãtorum virorum, qui eam tenent; nullus enim fere est, qui de hac re scripserit, qui ita non senserit præter vnum D. Tho. & Albertum, tum propter eorum rationes, quæ sunt satis efficaces, tum etiam quia ista opinio maximũ habet fundamentum in Arist. vt patet ex textu allegato in primo argumẽto à principio quæstionis proposito. Imò & Ambros. lib. 4. Examer. c. 4. eam sentẽtiã sequitur cũ Basilio Homil. 4. Examer. quẽ citat, & videtur approbare S. Tho. 1. p. q. 69. arti. 1. ad quintum. Nihilominus sententia S. Tho. quam hoc in loco tenet magis mihi placet. Pro cuius confirmatione sequentes conclusiones statuo. ¶ Secunda conclusio. Ignis est summè calidus. In hac conclusione omnes conueniunt, & satis patet argumento secũdo. Quod confirmatur, nam caliditas est vna de primis qualitatibus, ergo conuenit alicui elemento primo, & manifestum est q̃ non terræ & aquæ, nec etiam aëri, quia non conuenit ei in summo, ergo igni. ¶ Tertia conclusio. Aëri conuenit caliditas & humiditas, neutra tamẽ earum in summo. In prima parte huius conclusionis omnes cum D. Tho. cõueniunt, quia eam expresè hic tenet Arist. cæterum de secunda parte est dissensio. Etenim eam tenet D. Tho. & autores primæ opinionis eam negant: nihilominus tamẽ modo supponatur in quæst. sequẽti ratione D. Tho. probanda. ¶ Quarta conclusio. Aquæ cõuenit humiditas

A in summo. Imprimis hanc conclusionem expresè tenet Arist. 4. Metheor. tex. 29. lect. 7. apud D. Tho. vbi ait q̃ aqua proprijssime est humida; & in hoc libro infra tex. 49. idipsum adhuc expressius asserit. Ait enim hæc verba. Aqua vero quia cuncta mista oportet quidem esse terminata, sed sola aquã inter limplicia bene terminabilis; volebat Arist. hoc loco probare aquã inesse mistis & probat hac ratione, quia oportet mista esse terminata, sed omne terminatum est aqua, vel aquam habẽs, ergo. Ecce vbi Arist. dicit q̃ aqua inter omnia simplicia est benè terminabilis, quæ est diffinitio humidi & quod omnia terminata ad ipsam debẽt reduci tanquam ad primũ terminabile. De quo vide super illum textum. Hanc etiam cõclusionẽ tenet Galenus, qui aquam humidissimam fatetur, non aërem. Dicit enim in lib. 1. Pharmacorum. Aliud primum humidum præter aquam fateri videtur valde vanum, & lib. 1. de complexionibus summũ humidum dicit aquam. Probatur tamen ratione D. Tho. Primò. In aqua est frigiditas faciens ad se fluere humidum, caliditas autẽ aëris non facit ad se fluere humidum, ergo aqua est magis humida quàm aër, ac per consequens est summè humida. Confirmatur. Calor resoluit humiditatem, frigiditas comprimit, ergo cum aër sit calidus secundùm naturam minus humiditatis secum compatitur. Probatur secundò conclusio. Nam sensibilia per sensum debemus iudicare. At manifestum est omnibus habẽtibus sensum tactus, q̃ aqua humidior est quàm aër. Confirmatur. Nam experientia manifestum est hoc ipsum: nam aqua magis humectat, quàm aër, cum illa madefaciat & nõ aër, imo aliquãdo exsiccat, ergo aqua est humidissima imò & nomen ipsum humor desumptũ est ex eo q̃ ex aqua quæ circa terrã est, eleuãtur vapores. Confirmatur secũdò. Quia tempore pluuiarum dicimus aerem esse humidiorem, ergo. Ad hoc argumentũ respondent aduersarij distinguendo de humido. Dicũt enim q̃ sicut calidius dupliciter dicitur aliquid, vt colligitur ab Arist. 2. de partibus animal. ca. 2. vno modo quia intensiorem habet calorẽ sicut flamma calidior est ferro nondum facto igne; altero modo calidius ab actione, quia magis calefacit & comburit, potest que esse, vt ibi dicitur, quod minus calidũ modo priori sit calidius modo posteriori, vt notum est in flamma & ferro candenti; ita & humidius dupliciter; vno modo quia habet in se intensiorem humiditatẽ inhærentẽ, alio modo quod magis humectat, quamuis sit minus intẽsum. Et ita dicunt, q̃ aër est humidissimus intensiue, nõ tamẽ in humectando, sic enim aqua est humidior; non enim actiuitas maior, vt nos & supra in lib. 1. diximus, sequitur semper maiorem intensionem. Licèt autem hæc distinctio bona sit & à nobis recipiatur, non tamẽ per eam argumẽta nostra sufficienter

cienter soluuntur facta pro ista cõclusione in qua dicimus aquam humidissimam esse non solum in humectando, sed etiam intẽsiuè. Quod probatur. Imprimis, quia humiditas aëris intẽditur, ergo nõ est summa humiditas. Antecedens experientia ipsa compertũ est. Etenim in hyeme cum facit pluuiosum tempus absq; dubio aër intensior est in humiditate quàm in æstate cum tempus est calidissimũ aqua tamen semper æqualiter apparet humida, ergo. Deinde, aër habet aliquã caliditatẽ secundùm omnes, ergo euaporat humiditatẽ aëris, ac sic non relinquit eam in eo ita intensam, sicuti in aqua, in qua propter frigiditatẽ coniunctam cum ipsa humiditate magis intensa & radicata relinquitur ipsa humiditas. Confirmatur, nam illa humiditas erit intensior in aliquo subiecto, in quo habuerit dispositiones magis aptas, & accõmodatas suæ naturæ, at quis dubitat humiditati aptiorem dispositionẽ esse frigiditatẽ quàm caliditatem? Sed frigiditas est in aqua cum humiditate, & caliditas in aëre, ergo. Item, aer exsiccat, ergo in intẽsione nõ est summè humidus. Neq; valet dicere, q̃ aer exsiccat per accidens ratione caliditatis, quam habet, tum quia eadem ratione deberemus dicere, q̃ aqua etiã exsiccat per accidẽs ratione frigiditatis quã habet quod nullatenus facit, sed aqua & frige faciendo etiã humectat, tum etiã quia quãdo aliqua res est summè talis oppositũ eius neq; per accidens potest ei conuenire. Sicuti ignis, quia est summè calidus licèt aliquando nõ habeat ita magnam actiuitatẽ sicut id quod non habet tam intẽsum calorẽ sicut ipse, nihilominus tamen implicat q̃ ignis quantũcunque in materia rara existens aut per se aut per accidens frigefaciat aut humectet, ergo si aer summa humiditas conuenit, neq; per se neq; per accidẽs poterit conuenire exsiccare. Summæ enim humiditati repugnat & aduersatur omnis modus siccitatis. Præterea, probatur ista conclusio bono argumento. Nam illa qualitas conuenit elemẽto in summo secũdùm quam remanet in misto, at aqua manet in misto per humiditatem tãquam per virtutẽ suã & non per frigiditatem, ergo. Maior patet. Nam cum elementũ debeat manere secundùm suam virtutẽ in misto absq; dubio debet manere secũdùm illam quam sibi vt propriã determinat, nam si secũdùm illam in qua cum alio elemento symbolizat manet, certè tale elementũ, neq; secundùm substantiã, neq; secũdùm virtutem suã remaneret. Minor autem probatur. Nam vt omnes conueniunt & nos etiã sæpè iam diximus in cholera dominatur ignis & eius qualitas, scilicet, calor, in sanguine aer, in phlegmate aqua, in melãcholia terra. At verò phlegma est omnium quæ sunt in homine, non frigidissimum, sed humidissimum, ergo. Confirmatur. Nam aquatilia vt pisces absque dubio sunt humidiora quàm volatilia vt aues, & tamen etiã absque

A dubio vt nullus nisi proteruire velit, negare potest q̃ in piscibus magis prædominatur aqua, quã aliquod aliud elementũ, & in auibus magis prędominatur aer quàm aliquod aliud elementũ, ergo propria qualitas aquæ est humiditas, & nõ aeris. Confirmatur secũdo. Nam pisces sunt humidiores omnibus viuentibus, & sunt maximè phlegmatici, ergo & humiditas maximè cõuenit aquæ, quæ prædominatur in eis, & etiam phlegma est humidissimus omniũ quatuor humorũ. Certè hoc argumẽtum maximi videtur ponderis ad corroborãdam

B istam conclusionem. Alia argumenta pro ea fieri poterant, sed hæc sufficiũt præcipuè cũ ex sequẽti conclusione & solutione argumentorũ multę aliæ rationes pro ea dari possint. ¶ Quinta cõclusio. Terræ conuenit frigiditas in summo. Hanc cõclusionem tenet Auicenna libro suo de cœlo. c. 16. & Albert. Magnus vbi supra. Probatur ratione Diui Thomæ. Frigiditas causatur ex distantia ab orbe sicut caliditas ex propinquitate. Sed terra inter omnia elementa magis distat à cœlo, ergo necessarium est q̃ ipsa sit frigidissima inter omnia elemẽta. Pro huius rationis intelligentia notandũ q̃ elementa participant calorẽ & frigus secũdùm accessum, & recessum ad corpora cœlestia, ita vt quo

C elementũ magis accedit ad corpus cœleste sit calidius, & quo magis recedit sit frigidius. Cuius ratio est. Nam corpus cœleste maximè Solare est primus fons totius caloris & ratione motus velocissimi & ratione propriarũ qualitatũ. Quod adeo verum est vt Anaxagoras putauerit, sicut refert Arist. in. 1. lib. Metheoror. tex. 13. 14. & 15. lect. 4. apud D. Tho. cœlum esse ignẽ, & hac ratione vocatum fuisse Æther à verbo Græco αἴθειν quod

D significat vrere, eo q̃ credidit superiora corpora plena esse igne. Quod quidẽ licet sit falsum: etẽsi cœlum esset ignis, olim iam annihilatum esset vnumquodq; aliorũ elementorũ, vt ibi argumentatur Arist. contra hanc opinionẽ, hoc tamen certissimum est cœlos esse primum fontẽ & originẽ vnde omnis calor qui in elementis est oritur, & dimanat. Quod examinare perfectè non pertinet ad præsentem disputationem, sed de hoc agitur vel in illo loco ex. 1. Metheoror. vel in 2. de cœlo, quare modo supponatur & ex eo suppositio explicatur

E vis rationis D. Tho. quæ certè maxima est pro ista conclusione quæ in hoc consistit. Terra maximè distat à cœlo inter elementa, ergo est frigidissima. Probatur consequentia, quia vt dictum est cœlum suo lumine & motu est causa caloris, vnde elementum sibi coniunctum est calidissimum. At verò id certissimũ est, q̃ virtus cuiuslibet causæ est minor in remoto, quàm in propinquo, ergo id quod est remotissimum à cœlo frigidissimum omniũ erit. Confirmatur. Nam constat in partibus magis distãtibus à Sole, & quę viciniores sunt polis tantam esse fri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse frigiditatem, vt non possit esse ibi habitatio, & maris aquæ congelantur, imò in hyeme ideo tantum frigus est, quia sol à nobis maximè recedit, & ita quanto magis postea in vere ad nos appropinquat, tanto calor magis ac magis in dies crescit illa, ergo quę magis distant à sole frigidiora sunt. ¶ Ad hoc argumentũ triplex solutio à varijs assignatur. Prima est Alberti de Saxonia. q. 4. qui dicit, quòd Arist. loquitur in isto cap. de qualitatibus virtualibus, cum singulas singulis tribuit elementis, & sic soluit argumętum q̃ terra est quidem frigidissima frigiditate actuali, aqua verò frigiditate virtuali. Sed iam ostensum est in præcedenti capite. q. 3. huiusmodi virtuales qualitates non dari in elemẽtis. Quare hæc solutio iam nec habet locũ. ¶ Secũda est Ægidij, quam multi sequuntur, qui dicit q̃ terra frigiditate cœlesti est frigidissima vt argumẽtum probat, frigiditate verò elementari ipsa aqua est frigidissima. Iam in principio huius quæst. exposuimus istam distinctionẽ de frigiditate cœlesti & elementari. Sed certè ista distinctio non euacuat vim argumenti. Etenim cum illa frigiditas sit qualitas producta ab ipso cœlo in terra, iam eadem ratione minor deberet esse in terra, quàm in aëre, quia eũ terra maximè distet à cœlo, minorem in ea causare debet effectũ, quia vt dicebamus in argumẽto principali agentia minus agunt in remotiora. Neq; valet dicere, vt quidã exponit Ægidium, q̃ ista frigiditas dicitur cœlestis, non q̃ producta sit à cœlo, sed q̃ relicta sit à cœlo nõ tantum calefaciẽte propter maiorẽ distantiã, vt terram esse frigidissimam hoc modo, non sit aliud quàm terrã nõ ita calefieri à cœlo ob distãtiã, quia ista expositio est expressè contra ipsum Ægidium vt patebit legenti ipsum. Ponit enim q̃ sicut sunt duo calores aër cœlestis, alter elementaris qui sunt diuersæ rationis, ita sunt duæ frigiditates altera cœlestis, altera elementaris diuersę rationis, & q̃ frigiditate elemẽtari aqua est frigidior, cœlesti verò terra. Quomodocũq; tamẽ ipsa distinctio intelligatur argumentũ nullatenus soluitur, vt patebit ex his quæ modo contra tertiã solutionẽ dicemus. ¶ Ea est, quã omnes huiusce tẽporis assignant, scilicet, q̃ frigus dupliciter potest cõuenire terrę, aut ex natura sua aut ab extrinseco. Etenim istæ qualitates elementorũ non sunt in elementis à cœlo impressæ, sed proprias formas & naturas cõsequuntur, obidq; terra est siccissima, quia naturã propriã ipsius siccitas sequitur, at verò frigiditas quia conuenit ei ab extrinseco nõ est dicẽda propria ipsius. Sed contra hanc solutionẽ & præcedentem arguitur primò. Nam influentia cœlestis, cuius est rem in suo loco naturali conformiter ad eius naturã conseruare, etsi ab extrinseco sit, proportionatur tamen naturę rei, & id quod causat in re constituta in suo loco naturali dicitur naturale ipsi rei, ergo si influentia conseruatiua terræ est frigidissima vt potè ab eo remotissima, natura terræ summam exposcet frigiditatẽ, vt sic cuncta ab autore naturæ sint suauiter disposita. Confirmatur. Nam si illa frigiditas quam dicũt causari ab extrinseco non esset naturalis terræ, quomodo ipsa tãto impetu in centrũ tenderet? non enim mouẽtur elementa in sua loca nisi propter proprietates cœlestes, & qualitates conseruatiuas perfectiori modo ibi inuentas. Secundò. Nam cõbinatio qualitatum quæ conueniunt terræ est sicci & frigidi, ergo iam ex natura sua conuenit terræ frigiditas & non solum ab extrinseco. Tunc quæro. Aut per distantiã terræ à cœlo ista frigiditas intẽditur in summo & efficitur maior quàm frigiditas aquæ, vel producitur alia de nouo; non potest dici hoc secundũ quia iam tunc duo accidentia eiusdem speciei essent in eodem subiecto. Si verò dicatur primum, ergo iam frigiditate elemẽtari terra est frigidior quàm aqua. Confirmatur. Nam ipsi dicũt, q̃ frigiditate ab extrinseco terra est frigidior aqua, sed in terra nõ est nisi vnica frigiditas eiusdẽ speciei cum frigiditate aquæ, ergo absolute frigiditas terræ est maior. Ex his satis manent hæ solutiones impugnatæ, quare eis relictis, probatur secũdo principaliter cõclusio. Nam ignis & terra sunt elemẽta inter se distincta, & adinuicem contraria, ergo opponũtur in qualitatibus contrarijs, quia cum sint substantiæ si habent aliquam oppositionem, & contrarietatem, in qualitatibus contrarijs esse debet; At verò qualitas ignis est calor, ergo qualitas terræ est qualitas ei opposita, scilicet, frigiditas. Maior autem probatur ex Arist. 2. de cœlo tex. 18. vbi probat ignem esse hac argumentatione. Terra est, ergo ignis est. Probatur consequentia. Contrariorum enim si alterũ in natura existit, & alterũ necesse est vt existat, at verò ignis & terra sunt contraria, ergo. Hæc Arist. ergo iam secundum eum terra & ignis sunt cõtraria. Ad hoc argumentum aliquis respõdere posset, q̃ terra & aqua maximè distant & sunt contraria secundum contrarietatem situs in quãtum vnum est grauissimum, & aliud leuissimũ & sic loquitur Arist. in isto loco; cæterum non sunt contraria secundum qualitates primas, de quibus nũc est sermo, imò secundum istas potius ignis contrariatur aquæ, & terra aeri, quod expressè asserit Arist. infra in hoc. 2. lib. textu. 49. vbi dicit hæc verba. Aër autẽ & ignis quoniã contraria sunt terræ & aquæ, terra quidem aeri, igni verò aqua contraria est, vt contingit substantiam, substantiæ contrariã esse. Hoc expressè Arist. dicit autẽ vt contingit substãtiam substantiæ contrariam esse, vt doceat elemẽtum contrarium esse elemento prout ratione qualitatum contingit substantiam esse cõtrariam substantiæ. Ex quo loco validũ desumitur argumẽtũ contra quartã & quintam hãc conclusionẽ q̃ sunt contra Aristotelem. Nam in isto loco asserit quod ignis

ignis contrariatur ratione qualitatis aquæ, ergo qualitas ignis est cõtraria qualitati aquæ, sed qualitas ignis est calor, ergo qualitas aquæ est frigiditas. Istæ enim sunt contrariæ qualitates. Rursum. Aër contrariatur terræ, ergo terra & aqua sibi determinant reliquas duas qualitates contrarias; hoc autem est directè contra istas conclusiones, ergo. ¶ Nihilominus tamen licèt iste locus Arist. sit vrgentissimus arguitur contra solutionem datã. Imprimis, nam D. Tho. super illum locũ de cœlo inquit. Ignis & terra sunt contraria quia maximè distant secundùm contrarietatem situs, in quantum vnum est grauissimum & aliud leuissimũ: quantũ verò ad alias qualitates ignis etiam maximè contrariatur aquæ sicut calidissimũ frigidissimo, ergo secũdum D. Tho. licet Arist. loquatur de cõtrarietate ignis & terræ secundùm situ, nihilominus etiã sunt contraria secũdum qualitates primas. Secũdò arguitur ratione. Nam grauitas, & leuitas cum sint qualitates tangibiles contrariæ debent reduci ad primas qualitates contrarias, sed leuitas in igne cõsequitur ad summum calorẽ, vt expresse ait Arist. in. 2. de cœlo, ergo grauitas debet reduci ad frigiditatem in summo, atque ita cum summa grauitas conueniat solum terræ, summa etiam frigiditas ipsi soli conueniet. Antecedens autem patet ex Arist. qui in. 2. ca. huius libri omnes qualitates dicit reduci debere ad quatuor primas qualitates, caliditatẽ, frigiditatem &c. & manifestũ est q̃ quælibet contrarietas qualitatum tangibilium secundarũ reduci debet ad vnam contrarietatem primarum. v. g. Lubricum & aridum quæ est vna contrarietas reducitur ad humidum & siccum, quæ est altera cõtrarietas; impossibile autem est q̃ lubricum reduceretur ad humidum, & aridum reduceretur ad calidum aut frigidum: quia istæ qualitates secundæ ideo inter se opponũtur, quia qualitates primæ ex quibus efficiuntur habent contrarietatẽ; cæterum si vna reduceretur ad humidum, alia autem ad frigidum non inter se opponerentur, ergo. At verò leuitas in igne sequitur summum calorẽ, ergo grauitas in terra sequitur summam frigiditatẽ. Confirmatur primo. Grauitas summa sequitur summam frigiditatem, sicut leuitas summa summũ calorem. Vnde ferrum, saxa, & similia, quę magnæ sunt grauitatis frigidiora sunt lignis & huiusmodi in quibus sine dubio viget calor, & maior leuitas, sed in terra est summa grauitas, cum moueatur in cẽtrũ, ergo & frigiditas summa. Confirmatur secundò. Calor & frigus sunt qualitates maximè cõtrariæ, ergo per se primò conueniunt maximè distãtibus. Probatur consequentia, quia de natura & essentia cõtrariorum est maximè distare, quod radicaliter habent à naturis inter se maximè distãtibus, quarum sunt proprietates. Antecedens patet, quia calor & frigus sunt magis actiua, & quæ magis se expellunt. Confirmatur tertiò. Quia grauitas & leuitas non possunt reduci ad alias primas qualitates nisi ad caliditatem & frigiditatem, ergo quibus cõuenit summa grauitas & summa leuitas, eõuenient summa frigiditas, & summa leuitas. Ad Aristotelẽ qui oppositũ videtur dicere in. 2. de Generatione tex. 49. respondetur, q̃ contrarietas elemẽtorum potest cõsiderari dupliciter vno modo in qualitatibus singulis; alio modo in cõbinationibus quas quodlibet elementum habet. Distinctio est Arist. ca. 4. huius libri tex. 24. Si consideremus contrarietatem in singulis qualitatibus tunc ignis cõtrariatur terræ, & aër aquæ vt patet per rationes factas, & hoc modo nõ loquebatur Arist. ibi. Si verò consideremus cõtrarietatem combinationum tunc terra nõ opponitur igni, sed aëri, quia aër habet combinationem calidi & sicci, quæ opponitur combinationi terræ quæ est frigidi & sicci; frigidũ autem & siccum opponuntur calido & humido. Rursus, ignis in hac ratione non opponitur terræ, sed aquæ, quia aqua habet combinationẽ humidi & frigidi, ignis verò calidi & sicci, calidum autem & siccum opponuntur frigido & humido. Et hoc modo loquutus est Arist. Nam ibi volebat ostendere q̃ aër & ignis inerant secundùm suas qualitates in mistis, & probat hac ratione. Nam in quolibet elemento, vt probauerat in verbis præcedentibus, sunt terra & aqua, cum ergo vnumquodque miscibiliũ alteretur à suo contrario oportet & esse aërem & ignẽ: nam aër contrariatur terræ, & ignis aquæ; generationes autem sunt ex contrarijs, & in mistis sunt extrema contrariorum, scilicet, frigidũ siccum (quæ habet terra) & frigidum & humidum quæ habet aqua, necesse est reliqua inesse, scilicet, calidum cum sicco quæ habet ignis, & calidũ cum humido quæ habet aër. Ecce quomodo Arist. expresse loquitur de contrarietate quæ est inter elementa non secundum vnam qualitatẽ quã habẽt, sed secundùm combinationes qualitatũ quas requirunt. Dicit enim quòd si insunt altera extrema contrariorum necesse est & altera inesse; & per extrema exponit D. Tho. ibi frigidum siccũ & frigidum humidum, ergo ibi Arist. loquebatur de contrarietate quæ est inter elementa secundùm cõbinationes qualitatum, quas vnũquodq; ex natura sua sibi determinat. Sed probatur tertiò principaliter cõclusio. Sentimus enim in profundissimis spelũcis plus frigoris quàm in tota aqua. Videmus etiam aquam frigidiorem quandoq̃ effici quàm suæ naturæ conueniat vt quãdo congelatur excessiua frigiditas est causa congelationis: nõ ergo exposcit debita dispositio aquæ summã frigiditatẽ. Confirmatur primò. Nam mista in quibus prædominatur terra sunt omnium frigidissima vt cõstat in cadauere & in Salamandra, & omnibus alijs animalibus multũ terreis, ergo. Confirmatur secũdò.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam planeta habens dominium supra terram est frigidissimum & siccum ita vt gelidū appelletur, super aquam verò est luna, quæ non est tantæ frigiditatis, ergo. ¶ Ad argumenta in principio quæstionis facta respondetur. Ad primum ex Arist. respōdetur ex D. Tho. hic & Alberto Magno vbi supra, q̄ Aristo. dum dixit terram esse magis siccā, aquam esse magis frigidam &c. non fecit comparationē vnius elemēti ad aliud, vt esset sensus; Aqua est frigida super alia elementa, aër est humidus super alia &c. sed fecit comparationem inter duas qualitates eiusdem elementi, ac si diceret. Aquę naturæ magis proxima est frigiditas quàm humiditas, & terræ siccitas quàm frigiditas &c. cum quo benè stat terræ frigiditatem excedere frigiditatē aquæ. Respondetur secundò. Aristotelem comparasse aërem ad ignē cui immediatè subest, & quia sic habet rationem elementi passiui tribuit illi magis humiditatem, quæ est qualitas resistitiua, non tamen summam humiditatem. Aquam verò comparauit ad terram respectu cuius habet rationem superioris, & sic tribuit ei rationem agentis, & frigiditatem quæ est maximè actiua; terræ verò quæ imperfectissimum est elementum tribuit rationē passiui, & resistentiam quæ magis conuenit ei quā reliquis elementis propter duritiem, & densitatem materiæ, & sic attribuit illi siccitatem aptiorem ad resistendum. At absolute loquendo maior est frigiditas terræ. Vnde consultò, vt arbitror, nō dixit Arist. terrā esse maximè siccam, & aërem maximè humidum, sed dixit terræ magis conuenit siccum &c. & aër fit non summè humidus &c. Quod colligi potest ex eo quia Arist. in alijs locis iam à nobis adductis in quarta & quinta conclusione expresè dixit aquam esse primum humidū, & terrā primū frigidum, ergo hic non potest oppositū intēdere. Ad D. autem Tho. respondetur q̄ statim in verbis sequentibus se & Arist. explicat. Ad confirmationem autem patet. ¶ Ad secundum argumentū patet ex secunda cōclusione concedimus enim ei totum quod intendit. ¶ Ad tertium negamus q̄ aëri conueniat aliqua qualitas in summo. De quo in quæst. sequenti copiosius dicemus. Ad primā confirmationē imprimis respondetur q̄ secūdùm omnem opinionem idem argumentum fieri poterat de igne: nam ignis mollior est aëre, & rarior, & termino alieno facilimè terminatur, non tamē est humidior, imò est omnibus elementis siccior, vt dicemus in quæst. sequenti. Respōdetur ergo ad argumentum & dicitur q̄ aqua est multo melius terminabilis aëre. Etenim vt ait Arist. in locis citatis, scilicet, in. 4. Metheoror. lect. 7. apud D. Tho. & infra tex. 49. Aqua est primum humidum & primum interminabile, aër autē si tam facilè terminatur est non quia habet humiditatem in summo gradu, sed quia eam habet in gradu excellēti, & ex alia parte quia est rarior aqua, raritas ista maximè iuuat eius interminabilitatem, non tamen propter hoc facilius terminabatur quàm aqua, quæ ex natura sua nullo termino est terminabilis, vnde & dicitur; Sicut aqua effusus sum in interiora eius: quod dicitur propter fluxibilitatem & interminabilitatem ipsius. Ad secundam confirmationem negatur q̄ vnctuosa vt oleū & pinguedo sint magis humida quàm aqua, quod expresè asserit Aristo. supra in 1. lib. tex. 90. vbi etiam ex diffinitione humidi id probat; quia, scilicet, humida quæ non sunt viscosa facilius terminantur alienis terminis quā quæ sunt viscosa, ergo sunt magis humida. Ad tertiā conceditur antecedens, & negatur consequentia. Ad illā enim facilem receptionē satis est q̄ habeat humiditatem in gradu excellenti. ¶ Ad quartum argumentum respondetur q̄ aqua habet humiditatē in summo vt patet ex dictis. Ad primā cōfirmationē respōdetur q̄ multo magis terra si in sua naturali dispositione reperiretur infrigidaret quàm aqua, quod experientia cōstat si quis in spelunca abditissimam intraret. Si tamē aqua modo magis infrigidat est quia ista portio terræ, quam inhabitāt animalia, est redacta ab extrinseco ad certā temperiem, ita vt impediatur ab actione quam ex sua natura exerceret, si ab extrinseco nō sic impediretur. Ad secundam confirmationem patet ex dictis in quinta conclusione. ¶ Ad quintum respōdetur q̄ terra habet frigiditatē in summo, vt patet ex eadē conclusione. Ad primam & secundam & tertiam confirmationem respondetur q̄ probant siccitatē conuenire terræ in gradu excellenti. Ad quartam respōdetur q̄ eadē ratione probari posset, q̄ aqua non potest esse apta ad vsum piscipium; quare respōdetur q̄ animalia viuūt in superiori terræ portione, quæ per varias cœli influentias & aliorū elementorum mistionem in vsum animaliū est reducta ad quādam temperiem, vt in ea possint animalia commodè viuere. Et hoc est quod in præcedēti quæstione dicebamus q̄ terra secūdùm superiorē partem non est purum elementum, sed cōmistum cum multis qualitatibus extraneis aliorum elemētorum & cœli. Nos autem in tota hac quæstione loquuti sumus de qualitatibus quæ elemētis secundùm suam naturam in sua puritate conueniūt. Ad quintam confirmationem respōdetur q̄ animalia terrestria sunt calidiora aquatilibus non in quantū terrestria, sed in quantum habent alias qualitates aliorum elemētorū, scilicet, aëris vel ignis. Ad hoc autem vt terra vocetur arida non est necesse quòd in summo sit sicca, sed satis est quòd habeat siccitatem in gradu excellenti, quod nullatenus impedit vt sit in summo frigida. Et hæc de hac quæstione quam copiosius quàm solet disputaui, quia in hac parte Diuus Thomas etiam à suis discipulis deseritur.

QVÆ-

QVÆSTIO III.

¶ Vtrùm elementa habeant vtramque qualitatem in summo, an verò vnam tantùm.

ARguitur primò, & probatur q̄ vtrāque habeant in summo. Quia si in elemento maneret vna qualitas extra summū esset remissa, at non potest esse remissa nisi admistione suæ contrariæ, ergo tres qualitates inessent vni elemento. v.g. igni calor, siccitas remissa, & humiditas remittens, hoc autem videtur contra elementi puri naturam, ergo. ¶ Arguitur secundò, & probatur q̄ ad minus in quolibet elemento debeat esse vna qualitas in summo. Nam omnia elementa conueniunt ad constitutionem misti, ergo in quolibet est vna aliqua qualitas in summo. Patet consequētia, quia si in aëre non reperiatur humiditas in summo, sed in aqua. v.g. humiditas misti nō reducetur ad aërē vt propriam causam, sed potius ad aquā. Imperfectum enim reducendum est ad perfectū illius generis, quod si ita est, aër non pertinebit ad cōstitutionem misti. ¶ Arguitur tertiò ad idē. Si in aliquo elemēto nulla esset qualitas in summo, sequitur in eo esse omnes quatuor qualitates, hoc autē est falsum, ergo. Minor probatur, quia tunc esset mistū. Probatur sequela. Si in aëre non est humiditas in summo, ergo est in eo aliquid siccitatis; quantum enim deest subiecto de vno contrario tantum participat de altero. Rursus, idem aër nō est calidus in summo, ergo habet aliquid frigiditatis, & sic non secus quàm mistū omnibus quatuor qualitatibus afficeretur. ¶ Arguitur quartò ad idem. Nam si in aliquo elemento non esset aliqua qualitas in summo, possent esse plura quàm quatuor elemēta, hoc autem falsum est, ergo. Maior probatur. Ideo ponuntur quatuor ab Arist. quoniam sunt quatuor combinationes possibiles primarum qualitatū; at si in qualibet illarum combinationū nō esset opus vnam qualitatem in summo constituere, possent confici alię combinationes idoneæ eadem ratione vt caloris in summo cum humiditate, quia cum nō sunt contrariæ possunt esse simul, & frigiditatis cū siccitate &c. & sic ponenda essent plura elementa, nam quælibet illarū combinationū suum exposcit elementum. ¶ Pro expositione quæstionis supponendū imprimis est singula elemēta in sua naturali dispositione constituta binas habere qualitates, disputatio verò quodnam est, vtrum vtramq; hanc qualitatem in summo habeat, an verò vnā tantū earū. v.g. An ignis tam siccus sit atque est calidus, an verò calidus sit in summo & siccus in gradu aliquo extra summū. Hac in re Commentator varius est. Nam in. 3. cœli comm. 67. expresè inquit, q̄ ignis non est ignis in actu, nisi in calore & siccitate, quæ sunt in summo, idem & in cæteris, atq; ita hūc tenet quòd quodlibet elementum sibi limitat vtrasq; in summo. At verò quarto Metheororum Com. 101. expresè vult oppositum, nullum, scilicet, elementū limitare vtrasq; sibi in summo qualitates. Quod probat etiam hac ratione. Quoniam si in igne esset calor in summo, & siccitas in summo, similiter frigiditas in summo esset in aqua & humiditas etiam in summo non possent temperari adinuicē, neque inter se se misceri, quia vtrūque esset æquale alteri in contrarijs, & sic potentias ad miscendū haberēt æquales, & vna non posset operari in aliā vt potè sibi similem, ergo oportet q̄ siccitas in igne nō sit in summo, nec humiditas in aqua, sed q̄ vnū sit potentius alio, ac per consequens q̄ vnum eorum limitet sibi alteram in summo, & alterā in gradu remisso vt sic adinuicē agere & pati possent. Etenim vt ista sint, necesse est, q̄ sit vnum duorum elementorum fortioris virtutis in vna qualitate contrariarum, quàm suum compar, si sit cōtrariū in duabus qualitatibus; vel si in vna qualitate tātùm cōtraria, vna debet esse potentior altera. Quod cōfirmatur ex eis quæ in illo textu inquit Arist. scilicet. Et frigiditas aquæ est maior quàm calor aëris, & intensior, & ideo admiscetur aër cū aqua, & tēperatur. Et si essent æquales, & æquipotentes & parificarētur, non admiscerentur, nec temperarentur. Hæc Arist. in quibus verbis hanc sententiā videtur asserere. ¶ At verò Iuniores diuisi sunt. Quidam enim sequuntur sententiam quam Commentator tenet in. 3. cœli, scilicet, q̄ elementa vtramque qualitatē determinant sibi in summo, inter quos præcipuus est August. Niphus hic. Dicit enim q̄ quodlibet elementum in sua naturali dispositione constitutum limitat vtrasque qualitates in summo, alteram tamē per prius & essentialius. v.g. Ignis est in summo calidus & siccus, sed per prius & essentialius ea lidus quàm siccus, aër æqualiter in summo calidus & humidus, sed per prius humidus, & secundo calidus: & hoc per regulam Aristo. in posterioribus, videlicet, q̄ quando duę passiones per se cōpetunt vni subiecto, necesse est vt ordine quodā competant, vt vna per prius, altera per posterius; nō enim possunt duo æque primo alicui inesse. Et per hoc explicat Arist. dicentem hic; Sed tamē simpliciter quatuor entia vnius vnumquodq; est. Terra quidem enim sicci magis quàm frigidi &c. terra quidē magis sicci, hoc est, per prius & essentialius est sicca quàm frigida &c. Vnde verbum illud, magis, quandoq; sonat per prius, quandoq; verò intēlius, hic verò sonat per prius. ¶ Alij verò è converso sequuntur Comment. in. 4. Metheororum dicētem quodlibet elementū alterā tantum sibi limitare in summo, & alteram remisse, & hæc est sentētia communis quam ferè omnes sequuntur. Dicūt itaque isti autores ignem esse calidū in summo, & siccū in remisso; aërem humidum in summo calidū in remisso;

Universidad de Deusto
Biblioteca

missō; aquam frigidam in summo, & humidam in remisso; terram verò siccā in summo, & frigidā in remisso. Sed adhuc isti inter se sunt diuisi. Etenim multi eorum tenent qualitatem remissam manere absq; mistione contrarij, ne fateantur elementum esse mistum. Hanc sententiam tenent Alexander 1. Metheorol. Com. 13. Albertus de Saxonia 1. q. 2. & multi alij. Altera sententia aliorum est, quòd elementa habēt in sua naturali dispositione vnā qualitatem in summo alterā extra summū, tamen est mista cum cōtraria aqua remittitur. Itaq; qualitas remissa tantum habet de contraria, quātum deest illi vsq; ad suum summum gradum, vt si siccitas in igne est vt quinq; habet humiditatem vt tria, supposito quòd summa latitudo siccitatis sit vt octo. Quare secundum istos hæc est naturalis elemētorū dispositio, q ignis est calidus summè, & siccus non summe, & sic in igne est aliquid contrarij, scilicet, humiditatis. Aër autem est summè humidus & nō summè calidus, & sic aliquid frigiditatis habēs. Est verò aqua summè frigida & non summè humida, & sic habet aliquid siccitatis. Est vltimo terra summè sicca & non summè frigida, & sic aliquid habens caliditatis in sua naturali dispositione. Hāc sententiam sequuntur Marsil. q. 6. Astudillo. q. 4. & multi alij. Persuadentq; sibi hanc sententiā multis argumentis quorū precipuum est. Contrarium non remittitur nisi ex mistione contrarij, sed in elementis sunt contraria remissa, ergo sunt etiam contraria remittentia. ¶ D. autē Tho. lect. 3. super tex. 23. alia via procedit, cuius nos sententiā sequentibus conclusionibus aperire & manifestare intēdimus. ¶ Prima conclusio. Igni cōuenit vtraq; qualitas in summo. Volo dicere cum ignis habeat hanc combinationē calidi & sicci, in summo est calidus, & in summo est siccus. Hæc conclusio quoad primam partem ab omnibus acceptatur, & à nobis in præcedenti quæst. satis fuit probata. Secunda verò pars probatur ratione D. Tho. quia duę sunt causa siccitatis; vna est frigus condensans, & cōprimens humidum & per consequēs remouetur per ipsum siccitas quæ non est aliud, quàm humiditatis priuatio. Alia causa est caliditas humiditatē cōsumēs; ignis autem est calidissimum omnium calidorum vt ex præcedentibus patet, & quia motus est causa caloris in eo quod potest calefieri, atq; ita necesse est in materia illa maximè fundetur quæ est semper iuxta velocissimum motū, qualis est ignis qui est propinquissimus cœli motui, ergo potētior est ignis caliditas ad consumendum humidum quàm terræ frigiditas, & sic ignis siccior erit quàm terra ac per consequens summè siccus. Confirmatur, & explicatur ista ratio. Nam calor in summo nō cōpatitur aliquā humiditatē, ergo causat siccitatem in summo, & cū in igne sit summus calor erit summa siccitas. Antecedens probatur. De natura caloris est exhalare humorē subiecti in quo recipitur eleuando quasdam euaporationes quibus resoluitur humidum subiecti quod calefit, vt experientia manifestat in aqua quæ calefit ab igne, ergo. ¶ Secunda conclusio. Aër est calidus & humidus, neutram tamen harum qualitatum determinat sibi in summo. Hęc conclusio quoad primam partem ab omnibus ferè acceptatur. Et probatur primò, q sit calidus. Ignis ex eo q magis coniungitur cœlo est magis calidus, sed aër sequitur continuò post ignē, ergo erit calidus. Secundò probatur ex dispositione naturali elementorum. Disposuit nanq; natura hæc elementa sibi esse proxima propter symbolū, sed aër est igni coniunctus, ergo conuenit cum illo in qualitate, nō in humiditate, ergo in calore. Tertiò. Causa efficiens aëris de nouo geniti est calor, ergo aër ex suis principijs proprijs expoſcit calorē. Antecedens patet. Nam aer generatur per exhalationē vaporū ascēdentiū ex aqua qui in aërem cōuertuntur, sed causa efficiens euaporationē est calor, ergo. Secunda verò pars, scilicet, quòd sit humidus, patet. Nam humidum est quod est suis terminis male terminabile; benè autem alienis, at verò aer est huiusmodi, ergo est humidus. Quòd verò neutram istarum qualitatum habeat in summo, probatur, & primò q non sit calidus in summo. Nam si esset aër calidissimus, non esset ex se tēperatum medium animalibus, nec ad respirationem aptum. Præterea. Aër est remotior à cœlo quàm ignis, ergo non est summè calidus. Probatur consequentia, quia ignis, vtpote propinquior cœlo, est magis calidus: non autem datur maius maximo, ergo. Quòd verò aër non sit summè humidus satis patet ex dictis in præcedēti quæstione, cōclusione quarta & quinta. Aduerte tamē, q licēt aër vtrāq; qualitatem habeat in gradu remisso; magis tamen sibi determinat humiditatē quàm caliditatem, & est magis humidus quàm calidus. Probatur ratione D. Tho. quia virtus mouentis est minor in remoto, quàm in propinquo, ergo minus calefacit motus cœli materiam aeris, remanebit ergo humida magis quàm calida. ¶ Sed cōtra hanc cōclusionem sunt duo argumenta ad probandum q propria qualitas aeris sit frigiditas. Primum est. Aer demptis omnibus extrinsecis manet frigidus, ergo ex natura sua est frigidus, illæ enim dicuntur qualitates naturales rei ad quas res ipsa se reducit remotis alijs extrinsecis. Antecedēs verò probatur, quia in hyeme per solam absentiam radiorum solarium remanet frigidus, ergo. ¶ Secūdum est. Aer in media sua regione est valdè frigidus, ergo ex natura sua. Patet consequentia, quia ibi est aër in sua naturali dispositione liber ab omni alteratione. Ad eā enim regionem nec pertingunt radij solares, qui à terra reflectuntur, nec calor qui ex motu elementi superioris causatur: illa enim pars nō mouetur circulariter.

culariter. Propter hæc argumenta quidā Stoici dixerunt, vt refert Galenus lib. 2. de simplicibus medicamentis. c. 20. aërem non esse calidum etiam in gradu temperato, sed humidum & frigidum. Eiusdem sententiæ videtur esse Seneca lib. 2. quæstionū naturalium. c. 10. Nihilominus tamen cōclusio nostra quoad primam partē ab omnibus acceptatur, & est expressa Arist. qui coniugationem calidi & humidi tribuit aëri. Quare ad primum respōdetur illam frigiditatē aëris non causari hyemis tempore tantum ex solis recessu, sed ex coniunctione ad aquam & terram quæ illis temporibus sunt frigidiores propter minorem solis alterationem, & ex vaporibus & exhalationibus frigidis à terra, & aqua procedentibus. ¶ Pro solutione secundi notandum aërem in tres regiones diuersimodè qualificatas diuidi, videlicet, suprēmā, infimam & mediam. Suprema circulariter cum igne mouetur ad motum primi mobilis, hæc est pars aëris in qua generantur cometæ, qui mouētur motu circulari cū cœlo ad motum aëris in quo sunt, & aër in hac parte est valde calidus, tum propter approximationē ad cœlum, tum etiam propter motum localem, & ibi melius conseruatur iuxta naturam suā. Infima vero regio quæ est terræ vicina ob reflexionē radiorum solis, & propter vapores & exhalationes calidas à terra & aqua eleuatas solet habere intensum calorem. Regio autem media aeris est valde frigida per accidēs, cuius frigiditatem causant vapores frigidi & humidi, & exhalationes frigidæ & siccæ quæ vi caloris à terra & aqua eleuantur, intēditurq; ea frigiditas in eo loco per antiparistasim, quia continetur intra duas partes aeris valde calidas, & vnum contrarium quando concluditur ab alio contrario magis intenditur. Vnde in æstate, quia maior est vis caloris causati ex reflexione radiorum solis in parte inferiori, illa regio media frigidior est. Quod indicant petræ & grando quæ in æstate fiunt. Hæc tamen frigiditas accidentaria est aeri ab extrinseco conueniens, ideoque in illa media regione nō est aer in sua perfecta dispositione naturali. ¶ Tertia conclusio. Aquæ conuenit vna qualitas in summo, scilicet, humiditas, frigiditas autem conuenit illi in gradu remisso. Prima pars huius conclusionis satis probata fuit in quinta cōclusione præcedentis quæstionis. Secunda verò patet. Nam frigiditas illi conuenit, vt manifesta experiētia conuincit, & nōn in gradu summo quia terra est frigidior, nōn autem datur maius maximo, ergo conuenit illi in gradu remisso. ¶ Quarta conclusio. Terræ conuenit vna qualitas in summo, scilicet, frigiditas, siccitas autem conuenit ei in gradu remisso. Hæc etiam conclusio satis manet euidens ex dictis in ista & præcedēti quæstione. ¶ Quinta conclusio. Probabiliter potest dici quòd qualitas remissa in elementis habet admistam suam cōtrariam ita quòd si in terra est remissa siccitas, in ea est aliqua humiditas, & si in aqua est remissa frigiditas, est aliquis calor &c. Probatur. Nam certum est in omnibus, quòd quantò aliqua qualitas intenditur, tanto magis eius contraria remittitur, & abijcitur, quod asserit Aristot. capite. 8. huius libri & 5. Ethicor. capite. 2. sed calor qui est in aere intenditur, ergo in eo esse debet simul frigiditas, quæ expellatur. Quod confirmare videtur experientia cum cernamus aerem minus calidum remittere magis calidum, & hæc sine frigiditate effici non possunt, ergo. Secundò probatur. Quia si cum calore aëris nulla est admista frigiditas, & applicaretur illi calidum vt octo in instanti, aër calefieret vsque ad gradus vt octo, quia illic nulla est resistentia, & vbi nulla est resistentia; qualitas producitur in instanti, vt lux. Sed hic est notandum quòd licēt in elemento sint duæ qualitates contrariæ remissæ, non tamen dicitur elemētum symbolicum ratione vtriusque nec denominatur ab vtraque qualitate, sed ab ea quæ est fortior & intentior, vt aqua non dicitur calida, sed frigida, nec terra humida, sed sicca. Et si obijcias, quòd Aristoteles duas solum primas qualitates tribuit elementis; facilè ex dictis respondetur, quod qualitas quæ dicitur remissa semper est supra dimidium intensa. v. g. calor aeris vt quinque vel sex ad minus, & per consequens frigiditas erit solum vt tertio, vel secundo, & sic aer dicitur calidus, & non frigidus, atque adeo non numeratur frigiditas, quia nō sufficit denominare subiectū. ¶ Sexta conclusio. Probabilius mihi videtur, quòd qualitas remissa in elemento non habet mistionem contrariæ qualitatis. Hæc conclusio probatur primò. Nam si elementa haberent qualitates tres non essent simplicia & pura corpora ex natura sua, hoc autem est falsum, ergo. Probatur sequela, quia singula haberent mistionem contrariarum qualitatum, scilicet, terra haberet siccitatem cum humiditate, aqua frigiditatem cum caliditate, & sic de reliquis, hoc autem manifestam impuritatem & mistionem dicit. Etenim habere duas non contrarias qualitates, nulla est impuritas, nulla est mistio: at contrarias simul habere; mistio est, & sic oporteret alia elementa simpliciora constituere, scilicet, quæ contrarias qualitates simul non haberent. Secundò, quia illa frigiditas aëris coniuncta calori, vel est secundum naturam aeris vel non. Si primum, iam est accidentalis, & consequenter non numeranda inter qualitates elementi; si verò est secundum naturam, ergo vni formæ simplicis elementi duo contraria conueniunt, quod est inconueniens: quia cùm non fiat illud elementum ex admistione contrariorum; non est vnde talis qualitas contraria eis conueniat. Tertiò, quia omnia elementa essent symbola: nam si in

Universidad de Deusto
Biblioteca

aëre est frigiditas iam in illa habebit symbolum cum terra, & in calore cũ igne, in humiditate cum aqua & idem erit in alijs elementis, ergo. Ad primum autem pro præcedenti conclusione patebit ex solutione ad primum & tertium principale. Ad secundum verò dicimus quod licet non sit in aëre aliquid resistens directè summo calori; est tamen aliquid resistens indirectè, scilicet, humiditas, quæ nequit esse cum summo calore, propter quod non fiet aër in instanti summè calidus. ¶ Ad argumenta in principio facta respondetur. Ad primum patebit ex solutione ad tertium. ¶ Ad secundum respondetur qualitates misti dupliciter posse ad elemẽtorũ qualitates reduci. Primò, sicut illud quod est tale per participationem reducitur ad id quod est tale per essentiam, & sicut imperfectum ad perfectum. Secundò, vt effectus in suam causam; habent enim rationẽ effectus: quia ex mutua actione & repassione quatuor elementorum sunt causatæ. Primo modo reducendæ sunt ad perfectissimum eiusdem generis qualitatum in quocũq; sint elemento. Secundo modo reducendæ sunt ad omnia quatuor elementa. Vnde humiditas quæ est in misto non solum reducenda est ad aquam sed etiã ad aërem. Nec est opus omnem qualitatem imperfectiorem reduci in perfectissimam illius generis tanquam in causam; imò humiditatem misti, secũdum quòd est ab aëre vt à causa efficiente, consequuntur aliæ qualitates, quæ non sequuntur vt est ab aqua, vt quod sit humoris sanguinei &c. ¶ Ad tertium respondetur in fauorem sextæ conclusionis; non esse necessarium qualitates susc̃ipere magis aut minus per admistionem cõtrarij; quod manifestum est in non habentibus contrarium vt in luce. In habentibus verò cõtrarium etiam hoc verum est quando non fiũt ex mutua actione & repassione, sicut fiunt in mistis. Vnde in elementis vbi immediatè resultant illæ qualitates ad essentiã elementi sine actione & repassione contrariorum, non est necessaria admistio contrarij ad remissionem imo nec potest esse; quia nulla est natura elementaris, ad quam immediate sequantur qualitates contrariæ. Vnde in elementis qualitas dupliciter potest susc̃ipere magis vel minus; vno modo vt conuenit ei vt principio ex quo dimanat, & sic nõ requiritur mistio contrarij. Alio modo secundum q̃ conuenit ei tanquam subiecto cui inhęret, & sic potest esse mistio contrarij cum remittitur calor ignis ab extrinseco. Sed obijcis; Capacitas naturalis rei debet esse completa, sed aër. v. g. habet capacitatem ad octo gradus caloris, ergo si non habet illos ex vna qualitate debent suppleri ex alia. Respõdetur, quòd si solum attendamus materiã existentem in potentia ad aliam formam, capacitatem habebit aër ad summum calorem, vel frigiditatẽ. At si ad formam aëris respiciamus solum habet capacitatem ad calorem & humiditatem in gradibus temperatis absque admistione cõtrarij. ¶ Ad quartum respondetur q̃ licèt Metaphysicè plures aliæ possent formari combinationes illarum qualitatũ, Physicè tamen & secundum vniuersi dispositionẽ omnes præter illas quatuor sunt inutiles: & quidẽ illa in qua coniungitur frigiditas cum summo calore impossibilis est; illa etiam in qua vnitur calor remissus cum frigiditate remissa est inutilis, quia nulla est essentia elementi ad quam per se primò sequantur duæ qualitates contrariæ. & idem est de alijs combinationibus. Combinatio verò humiditatis remissæ & frigiditatis remissæ inutilis est, quia illud elementum cui conuenirent istæ qualitates non differret specie ab elemento aquæ, cum haberet easdem proprietates differentes solum secundùm magis vel minus; & iuxta hanc doctrinã respondendum est ad alias cõbinationes quæ fieri possunt. Vide quæ diximus. q. 1. ad tertium super ca put secundum huius libri.

QVÆSTIO IIII.

¶ Vtrùm qualitates symbolæ elementorum sint eiusdem speciei.

ARguitur primò pro parte negatiua. Quæ sunt eiusdem speciei non habent diuersos effectus, sed qualitates symbolæ elementorum habent diuersos effectus, ergo. Minor probatur. Nam humiditas aquæ extinguit ignem, nõ tamen humiditas aëris. Oleum nanque in quo domi natur aër conferens ei humiditatem potius nutrit ignem quàm destruat. Dices aquam propter frigiditatem extinguere ignem non propter humiditatem; Contra hoc replicatur. Nam aqua nimis calidã extinguit ignem, quem non extinguit aër frigidissimus, ergo. ¶ Arguitur secũdo. Siccitas terræ & siccitas ignis sunt diuersarum specierum, ergo idem de alijs qualitatibus symbolis. Consequentia patet ex paritate rationis, & antecedens probatur. Siccitas terræ determinat sibi intensam frigiditatem & densitatem, siccitas autem ignis intensam caliditatem & raritatẽ, vt patet, ergo non sunt eiusdem speciei: non enim istæ determinationes videntur posse euenire nisi ex specifica distinctione. ¶ Arguitur tertiò. Caliditas aëris est alterius speciei à caliditate ignis, ergo & aliæ. Antecedẽs probatur. Caliditas ignis non admittit secum humiditatem aëris, caliditas autẽ aeris admittit, ergo &c. Antecedens patet, consequentia probatur. Quia qualitates eiusdẽ speciei sic se habent, q̃ ei cui contrariatur vna; contrariatur & altera, ergo. ¶ Arguitur quarto. Grauitates aquæ & terræ, leuitates ignis & aeris specie differunt, vt supra diximus, ergo & frigiditates terræ & aquæ, atque calores ignis & aëris;

aëris; nam ex his procedũt alię qualitates, grauitas, scilicet, & leuitas. ¶ Arguitur quinto. In mistis calores differunt specie, ergo & in elementis. Antecedens probatur, quia calor naturalis animalis sani & febrĩdis nõ possunt esse eiusdem speciei, cùm alter sit naturalis alter non; vnus nutriat, augeat, & conseruet subiectum; alius destruat. Confirmatur. Calor è cœlo, ab igne & animali, quæ reperiuntur in semine differunt specie; dicit enim D. Thom. 2. cont. gent. ca. 73. Non potest esse duplex calefieri in eodem subiecto, & in eodẽ tempore nisi sit alia species caloris, sicut ponitur in semine calor ignis & cœli & animæ, ergo. ¶ Pro intelligentia huius quæstionis aduerte q̃ symbolas qualitates elementorum vocamus in quibus duo elemẽta cõueniũt. v. g. frigiditas terræ & frigiditas aquæ; siccitas terræ & siccitas ignis; humiditas aquæ & humiditas aëris; caliditas aëris & ignis; & de his quærimus; Vtrum quælibet harum quatuor cõstituat vnam solam speciem athomam, an vero subalternam, ita vt symbolæ elementorum qualitates differãt specie athoma. ¶ Prima opinio est Alberti de Saxonia qui distinguit, vt patet ex superioribus, duplices in elementis qualitates virtuales & actuales; virtuales specie differre existimat, actuales verò eiusdem speciei esse putat. Sed iam à nobis supra confutatæ sunt istæ virtuales qualitates. ¶ Secũda opinio aliorum est, quòd qualitates istæ elemẽtorum symbolæ differant specie. Tertia est huic opposita, quam Marsil. q. 4. & Astudillo quæst. 3. sequuntur, scilicet, quòd sunt eiusdem speciei solo numero differentes. ¶ Augustinus Niphus vtrãq; opinionem hac distinctione nititur cõciliare. Dicit enim quòd aliqua sunt eiusdẽ speciei in ratione obiecti, quæ non sunt in ratione subiecti eiusdem speciei, vt visus aquilæ & visus hominis in ratione subiecti differunt specie, quia subiectũ visus aquilæ differt specie à subiecto visus hominis. At in ratione obiecti specie cõueniunt. Nam visus aquilæ mouetur ab eodem obiecto specie, à quo mouetur visus hominis. Similiter caliditas ignis, & caliditas aquæ in ratione subiecti differunt specie, quoniam ignis qui est subiectũ ignęæ caliditatis differt specie à subiecto caliditatis aëreæ. At verò in ratione obiecti sunt eiusdem speciei, quia caliditas ignea, & caliditas aëreà sub eadem ratione obiecti mouent tactum, ergo subeunt eandem rationem obiecti. ¶ In hac re sit nobis conclusio affirmatiua. Qualitates symbolæ elementorum sunt eiusdem speciei specialissimæ. Probatur primò. Nam Aristot. in capite. 4. infra dicit, quòd quando ex aëre generatur ignis, manet vna qualitas, & non vna numero, vt patet ex superioribus, ergo vna specie. ¶ Secũdò, quia aliàs non essent tantum quatuor cõbinationes primarum qualitatũ, quod est contra Arist. in hoc cap. 3. Cõfirmatur. Nam calor ignis & aëris mutuò se intendunt in eodem subiecto, ergo sunt eiusdem speciei. Probatur cõsequentia. Nam qualitates diuersę speciei nequeunt se mutuò intẽdere. Confirmatur secundò. Vni extremo vnũ tantum contrariatur, sed calor aëris & ignis contrariantur frigiditati aquæ, ergo sunt vnum secũdùm speciẽ. Tertiò probatur, quia aliàs in elementis symbolis non esset facilior transitus cõtra tex. 25. Probatur sequela, quia tanta esset contrarietas & resistentia sicut in non symbolizantibus. Confirmatur, quia aliàs ex duobus elementis nõ symbolizantibus nõ posset generari tertium. v. g. aer ex aqua & igne, contra textu. 27. Probatur sequela, quia si ex aqua & igne generandus est aer; id fit amissa frigiditate aquæ & siccitate ignis, manente verò humiditate aquæ & calore ignis, quibus disponitur materia ad formam aeris, vt dicitur tex. 27. sed secundùm oppositam sententiam ex humiditate aquæ & siccitate ignis non potest disponi materia ad formam aeris, cùm sint alterius speciei à qualitatibus aeris, ergo nõ generabitur aer ex illis. Minor probatur, quoniam calor ignis concurrens ad generationem aeris, & similiter humiditas aquæ differunt specie à calore & humiditate aeris generandi, ergo. ¶ Ad argumenta in principio facta respondetur. Ad primum respondetur aquam non extinguere ignem propter humiditatem, sed propter multitudinem materiæ suffocãtis ipsum, vt benè dicit Marsilius. Quo etiam pacto terra sicca, cinis, & oleũ multum extinguunt ipsum. Ex quo patet nõ esse illã extinctionẽ ratione humiditatis. Pro quo notandum q̃ ignis apud nos existens sit ex quadam subtili exhalatione extracta à combustibili ad partes exteriores, quando autem adiungitur aliud corpus extraneũ occluduntur viæ per quas extrahebantur exhalationes illæ vaporosæ, & sic flãma ignis extinguitur. Vnde non solũ terra & aqua, sed etiã aer vehemẽter cõmotus ipsum extinguit, quia reprimit talẽ vaporẽ, quo ablato flãma aufertur. Flatus verò aeris moderatus accendit ignem, quia excitat illum vaporẽ. Oleũ autẽ nutrit ignem non ratione humiditatis quæ potius deberet esse impedimentum, sed quia admista est ei siccitas quædã subtilis, & quia talem pinguedinem habet, quæ ex natura sua aptissima est combustioni, quia inde fortasis extrahitur exhalatio facilius vaporosa & apta inflamationi. ¶ Ad secundum respondetur, q̃ densitas terræ sequitur ad eius frigiditatem raritas verò ignis ad eius calorem: vna autem prima qualitas qualis est siccitas non reducitur ad aliam, nec sequitur ex alia tanquam ex causa, vt dicitur tex. 15. Et propterea licet sint eiusdem speciei siccitas ignis & terræ; tamẽ ratione diuersorum subiectorum distinctas operationes habere possunt, sicut sanguis in fœmina producit lac, secus autem in homine. ¶ Ad tertium respondetur quòd caliditas

Universidad de Deusto
Biblioteca

caliditas ignis nõ compatitur secum humiditatem bene autem caliditas aëris, non quia non sunt eiusdem speciei, sed quia ignis habet secum siccitatem in summo quæ contrariatur humiditati, ac per cõsequens non potest esse aliquo modo cum summa siccitate. At verò caliditas in aëre non est in summo, & sic potest secum optimè habere humiditatem. ¶ Ad quartum respondetur cp quærit; vtrum grauitas terræ & aquæ, & leuitas ignis & aëris sint eiusdem speciei. Ad quod Augustinus Niphus respondetur hic ex mente Commentatoris. 4. cœli com. 3. & com. 6. & com. 16. Quòd sunt eiusdem speciei, & solum differunt secundum magis & minus. Quod probat primo. Quia quæcunque diffinitione sunt eadem, sunt etiam specie eadẽ, sed leuitas ignis & aëris, & grauitas terræ & aquæ sunt diffinitione eadẽ, ergo & specie. Probatur minor. Nam. 1. cœli tex. 17. sic diffinitur leuitas & grauitas; leue est quod natum est ferri à medio: graue verò, quod natum est ferri ad medium, sed hæ diffinitiones æqualiter competunt illis, ergo. Secundo. Quia quęcunque comparantur in grauitate & leuitate conueniunt in illis secundum speciem, sed terra & aqua comparantur in grauitate, & aër & ignis in leuitate, ergo conueniunt in illis secũdum speciem. Minor patet. 4. cœli tex. 26. & 27. & 1. cœli tex. 17. Dicit tamen quod grauitas & leuitas si considerentur in ratione instrumenti secundum quòd deseruiunt vt instrumenta diuersis agẽtibus specie, quodammodo ipsæ etiam differunt specie. Nihilominus tamen ista sententia videtur falsa: & dicendum est quòd leuitas ignis & leuitas aëris, similiter grauitas terræ & grauitas aquæ differunt specie simpliciter. Quod probatur primò, quia aliàs ex parte grauitatis & leuitatis non posset concludi numerus elementorum, quod est contra Aristotelem in libris de cœlo, in quibus per hasce grauitates & leuitates colligit loca quatuor diuersa, & corpora simplicia, & elementa quatuor. Secundò, quia tunc ignis & aër ad eundem locum simpliciter mouerentur, quia rerum eiusdem speciei idem est locus. Tertiò, quia sic se habent, quod vna trahit aliquorsum, quo altera non trahit, ergo differunt specie leuitas ignis & leuitas aëris. Antecedens patet, quia leuitas aëris naturaliter collocatur in sphera aëris & non leuitas ignis, ergo. Ad primum autem argumentum Niphi patet ex dictis supra. q. 1. ad secundum, super caput illud. Ad secundum verò de comparatione, respõdetur q nihil concludit. Et enim etiam analoga possunt comparari vt patet de substantia & accidente, quæ cõparantur in ente. Si quid tamẽ probat, tãtum probat esse eiusdem speciei subalternæ, non tamen athomæ. ¶ Ad quintum respõdetur negando antecedens. Ad probationem negatur calorem naturalem & febrilem differre specie vt sunt qualitates pertinentes ad tertiam speciem, quãuis alter sit naturalis, alter non. Nam calor qui est in igne eiusdẽ rationis est cum eo qui recipitur in aqua, licet alter sit naturalis subiecto, alter verò non. At in ratione dispositionis pertinentis ad primam speciẽm possunt specie distingui. Itaque calor hominis in certo gradu erit naturalis & si crescat erit non naturalis. Et quanuis in multis effectibus non essentialibus differãt illi calores, quia calor naturalis est instrumentum animæ, non tamen alter: & accidẽtia secundum cp à diuersis formis mouẽtur varios effectus operantur, in proportionato tamen effectu qui est calefacere non differunt. ¶ Ad cõfirmationem Ferra. super illũ locũ, ex multis autoritatibus D. Tho. docet calores illos esse distinctos realiter, & consequenter diuersæ speciei. Cajetanus tamen 1. p. q. 118. art. 1. ad tertium, docet hos calores nõ esse plures, sed vnum & eundem habentem virtutem multiplicis agentis prout subiacet principio actiuo cœlesti, elementari & animali; videndi sunt hi autores. Ad argumentum autem respõdetur ex Cajetani sententia illos calores non differre specie secundum cp sunt qualitates tãgibiles in tertia specie repositæ; poterunt autem differre specie quatenus pertinent ad naturalem potẽtiam saltim reductiuè vt instrumenta, quia sunt virtutes agentium specie differentium. Ad D. Tho. respondetur solum intendere non posse duas actiones ab eodem calore procedere, nisi aliquo modo ad diuersas species pertineant, quod reperitur in illo calore seminis, quod non solum calefacit, sed etiam disponit ad formam hominis: imò nec D. Tho. in illo loco expressè tanquam ex propria sententia affirmat esse illos calores, vt patebit legenti ipsum.

CAPVT IIII.

Voniam autem determinatũ est prius, quòd est simplicibus corporibus ex inuicem generatio, simul autẽ & secundùm sensum, videntur generata. (Non enim esset alteratio. Secundùm tactus enim passiones alteratio est.) Dicendum quis modus adinuicẽ trãsmutationis. Vtrum omne ex omni generari possibile sit, aut hoc quidem possibile, hoc autem impossibile.

Quoniam quidem igitur omnia innata sunt adinuicem transmutari, manifestum est; generatio quidem enim, in contraria, & ex contrariis. Elementa autem omnia habent contrarietatem adinuicem, quia differentiæ contrariæ sunt. Sed his

his quidem enim ambæ contrariæ (v. g. igni & aquæ, hoc enim calidum & siccum, hæc autem frigida & humida) his autẽ altera solum. v. g. aeri & aquæ. Hic enim calidus & humidus. Hæc autẽ frigida & humida. Quapropter vniuersaliter quidem manifestum, omne ex omni generari natum esse.

Iam autem secundùm vnũquodq; nõ est difficile videre quomodo omnia ex omnibus fiant. Differt autẽ in citius & tardius & facilius & difficilius. Quæcunque enim habent symbolum adinuicem velox horũ est trãsmutatio. Quæcũq; autem nõ habent, tarda, quia facilius est vnum quàm multa transmutare. v. g. ex igne quidem enim erit aer altero trãsmutato. Hoc enim erat, calidum & siccum. Hoc autem, calidum & humidum. Quapropter, si dominabitur siccũ ab humido, aer erit. Rursus autem ex aere aqua erit, si dominabitur calidum à frigido. Hoc quidem enim fuerat, calidum & humidum. Hoc autem frigidum & humidum. Quapropter transmutato calido aqua erit. Eodem modo & ex aqua terra, & ex terra ignis. Habẽt enim ambo ad ambo symbola. Aqua quidem, humida & frigida. Terra autem, frigida & sicca. Quapropter dominato humido terra erit. Et rursus ignis, quoniã calidus & siccus, terra autem frigida & sicca, si corrũpatur frigidum ignis, erit ex terra. Quapropter manifestum, quòd in circuitu erit generatio in simplicibus corporibus & facilis hic modus trãsmutationis, quia symbola insunt his quæ ordinata inter se sunt.

Ex igne autem aquam, & ex aere terram & rursus ex aqua & terra, aerem & ignem, cõtingit quidam generari, difficilius autem quoniam plurium est trãsmutatio. Necesse enim, si erit ex aqua ignis corrumpi, frigidum & humidum. Et rursus, si ex terra aer, corrumpi & frigidum & siccum. Similiter autem si ex igne & aere, aqua & terra, necesse enim ambo transmutari. Hæc quidem igitur generatio tardior est.

Si autem vnius cuiusque alterum corrũpetur, facilis quidem, non adinuicem autẽ erit transmutatio. Sed ex igne quidẽ, & ex aqua, erit terra & aer, & ex aere, & terra, ignis & aqua. Quando enim, aquæ frigiditas corrũpetur, ignis autem siccitas, aer erit. Relinquitur enim, huius quidem calidũ, huius autem humidum. Quando autem, aeris humidum, terræ autem frigidum, ignis. Quia relinquitur, huius quidem calidum, huius autẽ siccum. Quæ quidem erant ipsis ignis. Confessa autem ad sensum ignis generatio. Maximè enim ignis flamma. Hæc autem est fumus ardens. Fumus autem ex aere & terra.

Ex duobus elementis, summè contrarijs, tertium generari potest.

Ex aere & terra ignis, Corrupto Humido & Frigido.

Ex aqua & igne Aer, Corrupto Frigido & Sicco.

Ex aere & terra Aqua, Corrupto Calido & Sicco.

Ex aqua & igne Terra, Corrupto Humido & Calido.

In his autem, quæ per conuenientiam, non contingit, corrupto in vtroque altero, elementorum fieri transmutationem in vnum corporum. Quia relinquuntur in ambobus, aut eadem, aut contraria. Ex neutro autem contingit generari corpus. v. g. si ignis quidem corrũpetur siccum, aeris autem humidum, calidum in ambobus relinquetur. Si autem ex vtroque calidũ relinquentur contraria, siccum & humidum. Similiter autem & in alijs. In omnibus enim his, quæ per cõsequentiam existunt, hoc quidem idem, hoc autem cõtrarium. Quapropter simul manifestum, quoniam, quæ ex vno in vnum transeunt, vno corrupto generantur, quæ autem ex duobus in vnum, pluribus corruptis fiunt. Quòd ergo omnia ex omni generentur, & quomodo elementa ex inuicem generantur, dictum est.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio textu. 24. Quoniam autem &c. Determinandum est quis sit modus, quo elemẽta transmutantur adinuicem, An videlicet omne elementum ex quolibet alio generetur, an aliquod ex aliquo, non autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

possit omne ex omni generari. Probatur. Determinatũ est corpora simplicia ex se mutuò generari, & id etiam sensu apparet, cum sensu appareat se mutuò alterare, & sic sensu apparet ex se invicem generata, ergo modus huius generationis est explicandus. ¶ Secunda conclusio. Quodlibet elementum potest generari ex quolibet. Probatur. Inter ea quæ habent adinuicem contrarietatẽ potest fieri generatio, sed omnia elementa habent adinuicẽ contrarietatem, id est, quodlibet cuilibet cõtrariatur, ergo quodlibet potest ex quolibet generari. Maior patet, quia generatio est ex contrarijs in cõtraria. Minor probatur, quia differẽtiæ, id est, propriæ elementorum qualitates sunt contrariæ vel ambæ vel vna. Ambæ, vt igni calido & sicco contrariatur aqua frigida & humida; vna tantum sicut aër aquæ. Aër enim est calidus & humidus, aqua verò frigida & humida. ¶ Tertia cõclusio tex. 25. Differt autem citius &c. Licèt omnia elementa in hoc conueniant q̃ quodlibet ex quolibet generatur, differunt in hoc q̃ quædã ipsorum facilius & citius, & quædam difficilius & tardius adinuicem transmutãtur. Quæcũq; enim habent symbolum, id est, conuenientiã in aliqua qualitate citius & facilius transmutantur adinuicem, illa verò quæ in nulla qualitate conueniunt tardius & difficilius. Probatur ista conclusio. Cum ea quæ habẽt symbolum transmutantur nõ est necesse transmutari nisi tantum alteram qualitatem, quando verò ea quæ transmutantur adinuicem in nulla qualitate conueniunt, vtramq; qualitatem necesse est transmutari, sed facilius vnũ trãsmutatur quàm multa, ergo elementa habentia symbolum facilius transmutantur quàm nõ habentia. Consequentia cum minore patent. Maior autem probatur inductiuè in omnibus elementis. Nam ex igne potest fieri aër solum altero transmutato, scilicet, sicco. Ignis enim est calidus & siccus. Aër autem calidus & humidus, si ergo siccum ignis per dominium humidi corrumpatur remanet calidum & humidum, & sic erit aër. Item etiam ex aëre potest fieri aqua, si per dominium frigidi corrumpatur caliditas aëris, & ita transmutato calido aqua erit. Eodem modo ex aqua terra & ex terra ignis: habent enim ambo conuenientiam in ambobus. Aqua enim est frigida & humida, terra verò frigida & sicca, & ideo dominato humido, id est, si humidum aquæ corrumpatur per dominium sicci generabitur terra ex aqua. Item verò quia ignis est calidus & siccus, terra verò frigida & sicca si corrumpatur frigiditas terræ generabitur ignis, ergo manifestũ est quòd est circularis, id est, mutua omnium elementorum mutatio, & quod quædam facilius, scilicet, habentia symbolum adinuicem transmutantur. Secunda verò pars maioris, scilicet, quòd elementa quæ non habent symbolum difficilius adinuicem transmutentur probatur. ¶ Quoniam licèt ex igne generari cõtingat aquam, & ex aëre terram, & ex aqua & terra aërem & ignem: tamen id difficilius contingit quoniam plurium est transmutatio, necesse est enim quòd si ex aqua generetur ignis corrumpatur frigidum; & rursus si ex terra aër corrumpi frigidum & siccum. Similiter autem si ex igne & aere & aqua terra necesse est ambo transmutari, ergo ista elementa difficilius inter se trãsmutantur. ¶ Quarta conclusio tex. 27. Si autẽ vnius cuiusque &c. Si altera qualitas vniuscuiusque elementorum non habentium symbolum corrumpatur non est adinuicem transmutatio, sed tamen poterit aliquod tertium generari; sicut ex igne & aqua quæ in nulla qualitate conueniunt poterit generari terra & aer, & ex terra & aëre ignis & aqua. Probatur conclusio. Nam quãdo aquæ frigiditas corrumpitur, & siccitas ignis, generabitur aer qui est humidus & calidus. Quando vero calidum ignis, & humiditas aquæ corrumpitur remanet siccitas ignis & frigiditas aquæ, & sic generatur terra frigida & sicca. Similiter ex aere & terra potest generari ignis & aqua. Quando enim caliditas aeris & terræ siccitas corrumpitur, remanet aeris humiditas & frigiditas terræ, & sic generatur aqua frigida & humida. Quando verò humiditas aeris, & terræ frigiditas corrumpitur, remanet caliditas aeris & siccitas terræ, & sic generatur ignis calidus & siccus. ¶ Hæc autem generatio ignis concessa est ab omnibus, quia ad sensum, quia in lignis in quibus est humiditas aeris generatur flamma quæ maximè ignis est inter ea quæ naturæ igneæ sunt apud nos; flamma autem nihil aliud est nisi fumus accensus, fumus autem est ex terra & aere. ¶ Quinta conclusio textu. 29. In his autem quæ per &c. Ex duobus elementis symbolizantibus non potest tertium elementum generari altera qualitatũ corrupta. Probatur conclusio. Nam vel corrumpitur qualitas symbola vel contraria. Si cõtraria, ergo manet vna sola qualitas, & sic non generatur elementum tertiũ. Probatur consequentia, quia elementum non consistit ex vna qualitate. Si manent contrariæ qualitates & corrumpũtur symbola, ergo non generatur elementum. Probatur cõsequentia, quoniam contrariæ qualitates non conueniunt alicui elemento. Declaratur hoc exemplo. Si enim aeris & ignis corrumpatur contrarietas, id est, siccitas & humiditas, manebit sola caliditas. Si autem corrumpatur caliditas quæ est symbola qualitas manebunt contraria, scilicet, siccitas & humiditas quæ non faciunt elementum, ergo. Ex his conclusionibus sequitur quod cum conuenientia elementa in se invicem transeunt alterum in alterum, vno corrupto gignuntur. Et cum ex duobus non symbolis fit vnum alterum, duo corrumpuntur.

¶ Sexta

¶ Sexta conclusio tex. 30. Quoniam quidẽ, ergo &c. Ex dictis liquet q̃ omnia elementa generãtur ex omnibus, & quomodo ex invicẽ generantur.

POst quam Philosophus inquisiuit numerum elementorum per formalia principia ipsorũ, in hoc capite determinat de generatione & corruptione eorum adinuicẽ. Quam re & clarius quàm solet & optimè veritatem assequutus est. Quare circa literam nulla ferè se se dubia offerunt, si quid tamen notatu dignum fuerit in quæstionibus manifestum à nobis fiet.

QVÆSTIO I.

¶ Vtrùm quodlibet elemẽtum possit immediatè generari ex quolibet.

ARguitur primò pro parte negatiua. Extremum non potest transire in extremum nisi prius transeat per medium, quod est inter extrema vt docet Arist. 5. Physic. tex. 22. At ignis & aqua extrema sunt inter quæ est aër, ergo non fit trãsitus ab aqua in ignem nisi per aërem. ¶ Arguitur secundò. Ignis non potest immediatè conuerti ex terra, ergo. Antecedens probatur. Nam ignis vt generetur requirit dispositiones in materia, sed vna ex illis est raritas summa, cum qua non potest stare terra, ergo vel non fiet ex terra, vel prius terra transmutatur in aliud medium quàm ignem. Confirmatur. Nam neq; ignis potest conuerti immediatè in terram, ergo. Probatur antecedens. Nam detur. v. g. minimũ ignis, quod propter suam raritatẽ minus multo materiæ cõtinet quàm quælibet portio terræ quantumcunque minima. Tunc sic. Tale minimum ignis non potest cõuerti in terram, quia in tali non est materia sufficiens ad formam terræ, ergo nullus ignis potest conuerti in terram. Patet consequentia, quia minimũ ignis & maximũ eiusdem naturæ & speciei sunt. ¶ Arguitur tertiò. Ignis applicatus aquæ prius corrũpit frigiditatem cui magis contrariatur, quàm humiditatem, sed cum calore introducto & humiditate remanẽte non cõstituitur ignis sed aer, ergo prius generatur aer quã ignis. ¶ Arguitur quarto. Nam sequitur quòd si ex aqua potest immediate fieri ignis, quod maneat aqua sub maiori raritate & leuitate & calore, quàm aer est in sua optima dispositione; hoc autem videtur falsum, ergo. Probatur sequela. Nam aqua ex qua generatur ignis debet necessario disponi ad formam ignis per leuitatem raritatem & calorẽ vsque ad gradus vt octo, nam hæ sunt dispositiones requisitæ ad formam ignis, ergo prius debet esse sub leuitate raritate & calore vt septem, ergo aqua erit rarior leuior & calidior aere, ergo. Probatur consequentia, quia aer non est rarus nec leuis nec calidus nisi vt sex. ¶ Qua in re prima opinio est antiquissimorum Philosophorum, qui Aristotelem præcesserunt, & dixerunt omnia elementa esse eiusdem speciei, & tantum ea differre accidentalibus differentijs secũdum qualitates vt apparet sensui. Et secundum hanc opinionem dicendum est ad quæstionem quod vnum elementum non potest substantialiter in aliud transmutari. Ratio est, quia idem non potest in seipsum substantialiter transmutari. Omnia autem elementa sunt idem substantialiter secũdum istos, ergo. Sed hæc opinio ab Arist. reprobatur in hoc libro à tex. 30. vsq; ad tex. 34. vide eum. ¶ Secũda opinio est aliorum quam recitat Marsilius, quę dicit duo. Primum quod inter quælibet duo elementa est quidam vapor medians specie distinctus ab elementis vtriusque elementi participans qualitates, vt fumus est medius inter ignem & aerem, & vapores ex quibus generantur nubes, medij sunt inter aquam & aerem, & sic de alijs. Secundo dicũt nullum elementum immediatè conuerti in aliud elementum, sed immediatè conuerti in illum vaporem medium, & ex illo vapore in aliud elementum, vt si dicamus aquã non posse immediatè conuerti in aerem, sed immediate conuerti in humorem, & ille humor conuertitur in aerem. Ad Philosophum autem dicunt quodlibet elementum immediatè generari ex quolibet, id est, antequam in aliud elementum conuertatur, non autem simpliciter. ¶ Tertia opinio est aliorum qui asserunt elementa quidem mediata non posse immediatè conuerti adinuicem, v. g. Ignis non potest immediatè conuerti in terram, sed prius conuertitur in aerem, ac deinde ex aere fit aqua, ac tandem ex aqua terra. At verò elemẽta immediata optimè immediatè possunt adinuicem conuerti. v. g. Aër in aquam, aut ignem, & aqua in aerem, aut terram. ¶ Quarta opinio est aliorum qui distinguunt ex Arist. 1. cœli tex. 124. quòd potentia est duplex ab intrinseco & ab extrinseco; per potentiam ab intrinseco omnia elementa possunt immediate adinuicem trãsmutari, quia materia prima elementorũ, quam vocant potentiam ab intrinseco, est in potentia ad omnes formas rerũ corruptibilium. Potentia verò ab extrinseco, videlicet mediorum & agentis non possunt elementa transmutari immediate adinuicem, sed oportet quòd trãsmutentur ordine quodam. ¶ Quinta & vltima opinio est aliquorum iuniorum dicentium quòd vt ex aqua fiat ignis, vel ex terra aer nõ est opus quòd sit transitus per medium aliquod essentiale, benè tamen per accidentale. Duplex enim inquunt est mistum, scilicet, substantiale & accidentale. Substantiale est quod præter qualitates elementorum habet formã substantialem distinctam à quatuor elementorũ formis, vt lapis metallum & reliqua. Accidentale verò quod solam formã elementi habet, tamẽ qualitates habet refractas, quod dicitur elementũ impurũ, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

aër qui humiditatem & calorem habet simul cum
A aliis qualitatibus confusa. Dicunt ergo q vt aqua
fiat ignis, tangit quidem per hoc q sit aqua impu-
ra habens qualitates refractas, quod est transmuta-
tio quædam accidentalis, non tamē transit per ali-
quod mistum, vel per aliquod elementum. Itaque
illi autores per mista accidentalia intelligūt vapo-
res & exhalationes & dicunt q quando elementū
conuertitur in aliud, necessario prius debet trāsire
per aliquod horum. Conuenit hæc sententia cum
secunda in hoc q nullum elementum potest con-
uerti in aliud nisi medio vapore, vel exhalatione:
B differt tamen a hac in hoc q illa secunda ponebat
vaporem & exhalationem esse mista quędam spe-
cie distincta ab elementis à quibus extrahuntur;
ista verò ponit non distingui specie ab elementis,
quin potius esse substantialiter ipsamet elementa,
distingui tamen ab eis accidētaliter. Quod & pro-
bant primò, quia si vapor non esset aqua, & exha-
latio terra, non possent elementa ad mistionē con-
uenire. Aqua enim per vaporem, terra per exhala-
tionem ad aëris locum conueniunt, vbi mistū fit.
Secundò, quia vapor est humidus & frigidus sicut
aqua, exhalatio frigida & sicca sicut terra, quamuis
per accidens vtrumque sit calidum, ergo si habent
easdem passiones erunt essentialiter idem cum ele-
menta. Tertiò, quia si vapor non est aqua & exha-
latio terra, erunt aer: nam ignis non erunt, cum nō
sint caloris intēsi. Quòd verò neq; sint aer, proba-
tur quia tunc essent eiusdē speciei; quod tamē est
falsum. ¶ Pro intelligentia huius rei sit prima con-
clusio. Totum elementum neque maxima pars
ipsius potest conuerti neque mediate neq; imme-
diate in aliud. Probatur, quia destrueretur integri-
D tas vniuersi; de cuius essentia & perfectione est
quodlibet elemētum, & quia aliàs daretur vacuū.
De hac conclusione non est difficultas, vide de ea
D. Tho. 2. cont. gent. c. 90. ratione. 6. & Ferrar. ibi.
¶ Secunda conclusio. Quodlibet elementū potest
generari ex alio siue mediate siue immediate. Hæc
conclusio est Arist. tex. 24. qui nullum verbū facit
an hoc sit mediatè, vel immediate, sed tantùm dicit
posse vnum ex alio generari, sed iuniores pro intel
ligentia Arist. id disputāt: in quo sensu nos quoq;
quæstioni in conclusione sequenti respōdebimus;
E nunc tamen probatur breuiter conclusio in qua
omnes conueniunt ratione Arist. Nam generatio
fit ex contrarijs, sed quodlibet elementū secūdum
qualitates contrariatur alteri, ergo. Minor probā-
tur, nam ignis & aer cōtrariantur secūdum humi-
dum & siccum, ignis & terra secūdum calidum &
frigidum, ergo. ¶ Tertia conclusio. Quodlibet ele-
mentum potest immediate conuerti in aliud ita q
nulla mediet generatio aut elementi, aut misti, ne-
que etiam vaporis aut exhalationis; licèt multoties
ista conuersio non fiat nisi medio alio elemento
quod generatur, vel medio vapore aut exhalatio-
ne. Ista conclusio quoad primam partem eius licet
non expresse hic asseratur ab Arist. puto tamen
eius rationibus & doctrinæ esse magis cōformem.
Et probatur primò. Nam potest contingere vt ita
bene applicetur aqua igni, vt vtrūque suam quali-
tatem citissime in eam inducat, vt quando gutta
aquæ sparguntur in fornace, ergo tunc immediate
conuertetur aqua in ignem. Secundò. Quia ignis
in aquā succedēs potest ità introducere suas qua-
litates vt corruptis dispositionibus aquæ sint ipsæ
B solæ, vt experientia constat quando ignis applica-
tur aquæ, ergò tunc ex illa aqua immediate gene-
rabitur ignis. Idem argumētū potest fieri de aqua
respectu ignis, & de alijs elementis. Tertiò proba-
tur & q possit id contingere sine hoc q generetur
aliud elementum intermediū. Quia si oportet pre-
esse medium vt quando ex aqua fit ignis, oportet
prius generari aërem, vel aer prægeneratur vt me-
dium ipsius fieri, vel vt medium facti esse, non vt
medium ipsius fieri, quia tunc generatio illa non
C esset simplex, sed multiplex, sed neque vt medium
facti esse, quia tunc elementum esset mistum, quia
in materia essent plura elemēta. Quartò probatur
& q hoc possit cōtingere sine eo q mediet vapor
aut exhalatio. Nam in illo exemplo de gutta aquę
in igne sparsa id patet euidentissime. Deinde, cum
aqua per applicationē ignis disponitur successiuè
dispositionibus ipsius ignis, certe nullus vapor ge-
neratur, sed ipsa forma aquæ contrarijs dispositio-
nibus corrumpitur, & in instāti corruptionis eius
introducitur forma ignis, ergo elementū nulla alia
re genita intermedia potest in aliud cōuerti. Secun
da verò pars cōclusionis probatur, & primò quòd
aliquando mediet generatio alterius elemēti. Tum
quia hoc expresse videtur Arist. asserere in textu
27. vbi dicit, q per mutuam actionem elementorū
non symbolizantium potest generari elementum
tertium, vt ex aqua & igne potest generari aer per
corruptionem siccitatis & frigiditatis; tum etiam,
quia quando aqua calefit & liceatur vt fiat ignis,
prius fit aer aliquando quàm ignis; ergo tunc non
transit immediate in ignem. Antecedens autē pro-
batur, quia cū calor ignis sit magis actiuus quàm
E siccitas, fieri potest imò id sæpè contingit vt aqua
prius fiat calida quàm sicca, quod experientia ma-
nifestat, manebit ergo tūc aqua calida & humida,
& sic cōuertetur in aërem. Quòd verò etiam sæpè
contingat mediare generationem vaporis aut ex-
halationis, patet. Nam elementa sæpissimè cōmi-
scentur inter se in media regione aëris, sed illic non
possunt conuenire elementa terrā, scilicet, & aqua
nisi medio vapore aut exhalatione, ergo tunc ne-
cessariò debet mediare generatio ista vaporis aut
exhalationis. ¶ Vtrum verò vapor distinguatur
essentialiter ab aqua ex qua trahitur, & exhalatio à
terra

terra à qua eleuatur virtute solis, impertinēs est ad
A præsentem disputationem. Proprius locus est in
1. Metheoror. lect. 6. apud D. Tho. Quia tamē hic
quædam de hac re dicuntur, quæ non mihi omni-
no placent breuiter respondetur, q licèt probabi-
liter dici possit q non distinguuntur essentialiter,
sed tantum accidentaliter (quam sententiā sequun
tur Marsil. hic. Niphus in. 1. Metheoror. & multi
alij & probātationibus factis & multis alijs, quas
non est præsentis loci examinare) probabilius ta-
men mihi videtur, q distinguantur essentialiter.
B Itaq; tam vapor quàm exhalatio sunt mista quæ-
dam specie ab omnibus elementis distincta, & eo-
rum qualitates in virtute continentia; quod proba
tur breuiter. Primo. Nam vapor est calidus & hu-
midus, aqua vero frigida & humida. Præterea ex-
halatio est de natura ignis, ergo non est de natura
terræ. Secundo. Exhalatio & vapor sursum mouē-
tur, ergo exhalatio non est terra, & vapor non est
aqua: terra enim & aqua deorsum mouentur. Ter-
tiò. Fumus non est ignum, è quo subtollitur, ergo
exhalatio non est terra, nec vapor aqua è quibus
eleuantur. Quartò. Aquā rosacea nō est rosa, è qua
C per distillationem emanat, nec vapor roridus qui
à carnibus emanat est carnes, nec spiritus qui eua-
porat à sanguine est sanguis, ergo vapor qui ab
aqua euaporat, & exhalatio quæ à terra effumat,
non est terra. ¶ Ad argumenta in principio facta
respōdetur. Ad primum argumētum, q illa maior
intelligitur in motu locali, per quē non potest fieri
transitus ab vno ad aliud nisi per medium. At verò
in generatione, præcipuè cum in instāti fiat, id nō
est necessarium. ¶ Ad secundum respondetur q di
spositio ad formam ignis, scilicet, raritas illa summa
D simul tempore est cum forma ignis, licet prius na-
turā in genere causæ materialis præcedat ipsum
ignem. Vnde in instanti quo est summa raritas nō
est terra, sed ignis. Ad confirmationem cōcedo q
in illo casu ignis non poterit immediate cōuerti in
terram ita q resultet aliquod suppositum terræ, be
ne tamen poterit conuerti ita q vniatur cum alijs
partibus terræ. ¶ Ad tertium patet ex tertia cōclu-
sione. Etenim in eo casu si prius corrumpatur frigi
ditas aquæ quàm ipsius humiditas, prius etiam ge-
nerabitur aer quàm ignis; non tamen est necesse q
E id semper contingat, imò regulariter propter vehe
mentiam ignis aubę qualitates humiditas, scilicet,
& frigiditas corrumpūtur simul, & sic regulariter
etiam ex aqua generari potest immediate ignis.
¶ Ad quartum respondet optimè Albertus. q. 7.
q non est incōueniens q aqua dum est in via cor-
ruptionis, sit sub maiori leuitate & raritate & calo-
re, quàm aër; non enim repugnat, q sit dispositio
naturalis aëris minor dispositione violenta ipsius
aquæ, præsertim cum tendit ad id, quod calidius
est, & rarius ipso aëre, scilicet, ignis.

QVÆSTIO II.

¶ Vtrùm elementa symbola facilius mutentur.

ARguitur primò pro parte negatiua. Quia si
esset facilior transitus in elemētis symbolis,
maximè propter rationem Arist. in qua di-
cit, q id contingit quia in generatione symboli tā-
tum corrumpitur vna qualitas, in generatione au-
tem dissymboli corrumpūtur duæ. Sed hæc ratio
est nulla, ergo. Probatur minor, quia etiā quando
corrūpitur symbolum & generatur aliud symbo-
lum corrumpuntur omnia accidentia symboli &
generātur alia de nouo. Etenim corrupto subiecto
corrūpuntur omnia quę sunt in subiecto, ergo etiā
in generatione nō manet aliqua qualitas. ¶ Argui-
tur secundò ad idē. Quia & si in symbolo vna quali-
tas expellitur & vna sola de nouo producitur, &
in non symbolis duæ expelluntur & duæ produ-
cuntur, tamen nō est maior difficultas in vno quā
in alio, ergo hac ratione non est facilior transitus
inter symbola. Minor probatur, quia eadē est pro-
portio vnius ad vnū, quæ est duarū ad duas, ergo.
C ¶ Arguitur tertiò. Actio innititur contrarietati, er
go vbi maior contrarietas ibi facilior actio, sed nō
symbola sunt magis cōtraria quàm symbola, cum
in vtraq; qualitate opponantur, ergo inter ipsa fa-
cilior erit transmutatio, ergo. ¶ Pro intelligentia
notandum q illa elementa dicūtur symbola, quæ
in altera qualitatū differunt, & in altera conueniūt
vt ignis & aër quæ sicco & humido differūt, in cali
do autē conueniunt, q si in vtraq; cōuenirent, non
symbola, sed eadē essent. Est ergo sensus quæstio-
nis, an elemēta hæc symbola quæ in vna qualitate
D cōueniunt facilius adinuicem transmutētur, quàm
illa quæ non sunt symbola, id est, quàm illa quæ in
nulla qualitate cōueniunt. ¶ Ad quā quæstionem
Arist. respondet hac vnica conclusione affirmatiua.
Elementa quæ cōueniunt in aliqua symbola qua-
litate facilius adinuicem trāsmutantur, quam quæ
non conueniunt. Probatur eius ratione. Nam cum
ea quæ habent symbolum transmutantur, non est
necesse, q vtraq; qualitas transmutetur, vt cum ex
aëre fit ignis non est necesse, q transmutetur calor
quia in illo conueniunt, cum verò non habēt sym-
E bolam qualitatem necesse est vtramq; trāsmutari,
vt cum ex aqua fit ignis, sed facilius est vnū trans-
mutari quàm multa, ergo. Maiorem probat Arist.
inductiue in omnibus elementis vt nos latè dedu-
ximus in expositione textus, vide ibi. Secūdò pro-
batur & explicatur hæc ratio Arist. Nam in sym-
bolis est minor resistentia ex parte patientis, ergo.
Antecedens probatur. Nam quādo ignis. v. g. agit
in aërem eorum pēdo eius humiditatem agit etiā
per calorē intendendo ipsum in aëre, aër verò solū
resistit per humiditatē; at cum ignis agit in aquā,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut per duas agũt qualitates ita ei per duas resistitur, ergo. ¶ Aduerte tamen q̃ ista conclusio intelligenda est si cætera sint paria quia cõtingit inter elementa non symbola esse faciliorem transitum, quia non sunt omnia paria. Possunt enim esse alia impedimẽta vel prouenientia ex alijs qualitatibus, vt si vnũ sit nimis rarũ aliud nimis densum, vel ex paruitate vel multitudine materiæ &c. Quocirca licet terra habet symbolum cum igne in siccitate, non ita facilè conuertitur in ignẽ sicut aqua propter nimiam defitatem terræ quæ nequit ita facilè reduci in raritatem formæ ignis necessariã. Quod si terra esset sub raritate exhalationis, vel in raritate æquali cũ aqua citius mutaretur in ignẽ quã aqua. ¶ Ad argumenta facta respondetur. Ad primũ respondet hic D. Tho. q̃ manet eadẽ qualitas secũdum speciẽ licẽt non numero, & quãuis vtraque qualitas corrumpatur, quia tamen elementa quæ habẽt maiorem conuenientiam in qualitatibus, habent maiorem conuenientiã in formis, consequenter etiam eam hãbent in dispositionibus, & sic facilius adinuicem trãsmutantur. Vide quæ de hoc argumẽto diximus supra in. 1 lib. c. 4. in quæstione. ¶ Ad secundum patet ex secunda ratione pro conclusione. Ad tertium negatur consequentia. Nam licẽt actio sit in contrarietate, nõ sequitur q̃ vbi sunt plura contraria, sit actio velocior, sed tantum sequitur quod sunt actiones plures. Velocitas autem actionis attenditur penes maiorem aut minorem resistentiam & cum in symbolis sit minor resistentia vt patet ex ratione secũdæ cõclusionis, erit etiam in eis velocior, & facilior transmutatio.

QVÆSTIO III.

¶ Vtrùm ex duobus elemẽtis non symbolis corruptis fiat tertium.

ARguitur primò pro parte negatiua. Quia corrupta frigiditate terræ, & humiditate aëris fieri nõ potest ignis ex siccitate terræ & caliditate aëris quæ manent, ergo. Antecedẽs probatur, quia nec terræ siccitas, nec caliditas aëris videntur ad generationem ignis sufficere, ignis enim vt patet ex dictis multo calidior est quàm aër, & siccior quàm terra, ergo. ¶ Arguitur secundò. Vbi nullum est efficiẽs nullus sequitur effectus, sed cũ ex igne & aqua fit aër nullum est efficiens, ergo. Minor probatur, quia si aliquod maximè ignis & aër, sed hæc non, tum quia specie differũt, tum etiã quia quando tertiũ generatur iam non sunt, ergo. ¶ Arguitur tertiò. Cum ignis & aqua se corrũpunt mutuò, qualitates omnes manent refractæ; non ergo poterit induci forma aëris quia deest sufficiens dispositio. In oppositum est Aristo. tex. 29. ¶ Pro intelligentia quæstionis notandum q̃ ex duobus fieri tertium elemẽtum potest intelligi dupliciter; A vno modo vt vnum faciat ex altero tertium nõ q̃ vtrumq; corrũpatur, sed vnum agat & alterũ destruatur, & hoc modo optimè fieri potest vt vnũ elemẽtum fiat ex altero, v. g. si ignis ex aqua faciat aërem. Altero modo potest fieri vnum ex duobus corruptis, & hoc iterum dupliciter, vno modo per actionem tertij agentis, vt ex aere & aqua potest fieri ignis ab aliquo igne destruẽte illa duo; & hoc etiã modo optimè hoc põt fieri. Sed de his duobus modis nõ disputatur in præsenti. Tertio ergo modo hoc fieri potest ex duobus corruptis, ita quod B inter ea sit mutua actio, ex qua ipsa corrumpũtur, & generatur aliud tertium elementum: & de hoc est præsens quæstio. ¶ In hac re sit prima conclusio. Ex duobus elementis habentibus symbolam qualitatem nõ potest generari tertium vt ex igne & aere. Conclusio est Arist. in hoc capite tex. 29. Et probatur. Nam si corrumpatur siccitas ignis & humiditas aeris manebit solum caliditas, quæ sola nullum potest elementũ cõstituere, vtpote quod C ad minus ex duabus qualitatibus debet cõstare. Si autem remãserint humiditas aeris & siccitas ignis, ista combinatio est impossibilis siquidem constat ex contrarijs qualitatibus, ergo non generabitur aliquod tertium elementum. Idem argumẽtũ fieri potest de omnibus alijs elementis symbolis. ¶ Secunda conclusio. Ex duobus elementis non symbolis tertiũ generari potest, sicut ex terra & aqua generatur ignis corrupto humido & frigido; ex aqua & igne aer corrupto frigido & sicco; ex aere & terra aqua corrupto calido & sicco; ex aqua & igne terra corrupto humido & calido. Hæc cõclusio est expressa Arist. tex. 28. Et probatur eius ratione, quia quando illæ qualitates corrumpuntur D manent qualitates necessariæ ad generationẽ elementi talis, vt satis clarè patuit in expositione textus, ergo. Aduerte tamen ex S. Tho. super istum textum, q̃ ad hoc vt ex duobus elemẽtis nõ symbolis fiat tertiũ, est necesse, q̃ illa duo ita se habeãt, q̃ altera actiuarum vincat alteram, & altera passiuarum alteretur, vt quando ex igne & aqua fit terra, necesse est vt aquæ frigiditas vincat ignis caliditatem, & ignis siccitas aquæ humiditatem. Sed si ambo illa contraria æqualia sint ex actione illorũ E tertium non fiet, quia illa nec agere possunt, neq; pati, quia ab æqualibus non prouenit actio. Si verò vnum eorum alterum superat in vtrisque, neq; ex eis potest tertium effici, quia superans conuertet superatum in sui speciem: potest etiam si alterum eorum superet alterum in altera tantum generari tertium, vt si ignis superans aquam in calore, hoc est magis calidus quàm aqua frigida dato quòd æqualia essent in humore & sicco, potest aër generari, vt patet in aqua bullienti, vbi aër generatur. ¶ Ad argumenta facta in principio respondetur. Ad primum respondet S. Tho. q̃ quidam dicũt q̃ non

non intendit Philosophus q̃ ex illis duobus gene A retur purus ignis, sed aliquid quod participet maximè naturam eius, sicut exemplificat de flamma. Sed hoc stare non potest, quia Philosophus loquitur de generatione elementorũ, & non mistorũ ex elementis. Præterea, quia caliditas flammæ multo intensior est quam caliditas aëris. Et ideo ad argumentum dicitur, quòd generatur purus ignis. Et licet illa caliditas non sufficiat, iuuatur tamen & intenditur per virtutem corporis cœlestis, & luce Solis & per virtutem aliarum stellarum. ¶ Ad secun- B dum respondetur, quòd Marsi. vt assignet efficiens huius transmutationis, dicit necessario recurrendum esse ad causam vniuersalem; nos tamẽ respõdemus, quòd causa efficiens sunt qualitates ignis & aquæ in virtute eorum. ¶ Ad tertium autem respondetur, quòd illæ qualitates licet maneant refractæ, tamen virtute solis & stellarum reducuntur ad eum gradum, vt sit sufficiens dispositio ad formam aëris. Et hæc de quæstione & de cap. 4.

CAPVT V.

C

SED tamen adhuc, & sic de his aspiciemus. Sicnim est naturalium corporum materia (vt videtur quibusdam, aqua & aer, & quæ talia, necesse est hæc aut vnum esse, aut duo, aut plura. Vnum itaque omnia esse non est possibile, v. g. aerem omnia, aut aquam, aut ignem, aut terram, si transmutatio est in contraria, & hoc transmutatur in contrarium. Si enim erit aer, siquidem permanet alteratio erit, & non generatio. Si autẽ neq; ita videtur vt & aqua simul sit, & aer, aut aliud quodcunque. Erit igitur aliqua contrarietas & differentia, cuius habebit aliquid alteram particulam ignis, verbi gratia, caliditatem.

Sed tamen neq; ignis erit aer calidus. Alteratio enim tale & non videtur. Similiter autem rursus, si erit aer ex igne calido in contrarium transmutato erit. Inerit igitur aeri hoc, & erit aer frigidum aliquid. Quapropter impossibile ignem aerem calidum esse. Simul enim idem calidum & frigidum erit. Aliud aliquid igitur præter ambo, idem erit & aliqua alia materia communis. Eadem autem ratio est de omnibus, quoniam non est vnum horum, ex quo omnia.

Tamen neque aliud aliquid præter hæc velut medium aliquid aeris, & aquæ, & aeris, vel ignis, aeve quidem, atque igne grossius alijs autem subtilius. Erit enim illud aer, & ignis cum contrarietate. Sed priuatio est contrariorum alterũ. Quapropter non contingit illud solum esse vnquam (vt quidam inquiunt) infinitum comprehendẽs. Similiter igitur quodcunque horum, aut quidem nihil. Si igitur nullum sensibile prius his est, hæc vtique erunt omnia.

Necesse igitur est, aut semper manentia, & immutabilia, inuicem aut transmutabilia, & aut omnia, aut hæc quidem sic hæc autem non, vt in Timæo Plato scripsit. Quoniam quidem igitur transmutari inuicem necesse est dictum est prius, & quoniam non similiter cito aliud ex alio dictum est prius. Quoniam habentia quidẽ symbolum citius generantur ex inuicem, non habentia autem tardius. Siquidem igitur contrarietas vna est secundum quam transmutantur, necesse est duo esse. Materia enim quæ est medium insensibilis est, & inseparabilis. Quoniam autem plura videntur esse duæ vtique erunt quæ minimæ. Duabus igitur existentibus non possibile est esse tria, sed quatuor, quemadmodum videtur. Tot enim erunt coniugationes. Sex enim existentibus duas impossibile est generari, quoniã contrariæ sunt inuicem. De his quidem igitur dictum est prius.

Quòd autem cum transmutetur adinuicem, impossibile sit principium aliquod esse horum, aut in extremo, aut medio, ex his manifestum erit. In extremis quidem igitur non erit, quoniã ignis non erunt, aut terra omnia, & eadem ratio est si dicamus ex igne, aut terra esse omnia.

Quoniam autem neque medium (vt videtur quibusdam) aer quidem, & in ignem transmutatur & in aquam, aqua autem & in aerem, & in terram, vltima autem non amplius inuicem. Oportet enim hoc stare, & non in infinitum ire in rectitudine ad vtraque. Infinitæ enim contrarietates in vno erunt.

Terra sit T. aqua L. aer A. ignis I. Si vtique A. transmutatur in I. L. & contrarietas erit eorum, quæ A. I. Sit autem hæc albedo & nigredo. Rursus quia in L. A. erit alia. Non enim idem I. & L. Sin autem siccitas, & humiditas A. quidem siccitas Y, autem humiditas. Quapropter,

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter, siquidem manet album existet aqua humida & alba, sin autem nigra erit aqua, in contraria enim transmutatio. Necesse est igitur aut album, aut nigram esse aquam. Sit itaque alba primum, similiter igitur & ipsi I. ipsum A. inexistet siccitas. Erit igitur ignis transmutatio in aquam: contraria enim existit. Ignis enim prius niger erat, deinde autem siccum I. Aqua autem humida, deinde autem alba. Palam quidem vtique quoniam omnibus adinuicem erit transmutatio & in his, & quoniam & T. terræ inerunt reliqueæ, & duo symbola, nigrum & humidum. Hæc enim nondum coniuncta fuerunt.

I. Ignis.	*N. Nigredo.*
A. Aer.	*A. Albedo.*
I. Aqua.	*S. Siccitas.*
T. Terra.	*Y. Humiditas.*

Quoniam autem non in infinitum possibile est ire (quod ostensuri ad hoc prius venimus) manifestum est ex his. Si enim rursus ignis I. in aliud transmutatur, & non reuoluitur. v. g. in P. S. contrarietas igitur quædam I. & P.S. alia existet præter prædictas. Nulli enim idem supponitur T. I. A. I. quod P.S. Sit igitur ipsi I. ipsum B. ipsi vero P.S. ipsum. M.B. omnibus vtiq; existet T. I. A. I. transmutantur enim inuicem. Sed hoc quidem nondum demonstratum est. Sed illud manifestum, quoniã si rursus P.S. in aliud alia erit contrarietas, & P. S. inerit, & igni I. & non quæ existet T. P. Similiter autem semper cũ adiecto contrarietas aliqua existet eius quæ ante. Quapropter si infinita, & contrarietates infinitæ vni inerunt, si autem hoc non erit definire neque generare; oportebit enim si erit aliud ex alio, tot trãsire qualitates & amplius plures. Quapropter in quædam quidem nunquã transmutatio erit. v. g. si infinita media necesse infinita elementa. Amplius autem neq; ex aere in ignem transmutatio, si infinitæ contrarietates generatæ. Fiunt autem & omnia vnum, necesse enim existere omnes in inferioribus quidem S. quæ superiorum, his autem quæ inferiorum. Quapropter omnia vnum erunt.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio tex. 31. sed tamen adhuc. Licet supra dictum sit quod sit subiectum trãsmutationis elementorum, & quod elementa adinuicem transmutentur, adhuc tamen inspicie-

A mus si aliquod naturalium corporum puta elemẽtorum, vel aliquod corpus medium inter ea est subiectum & materia talis transmutationis. Quibusdã enim videtur quod sit aqua, quibusdam quod sit aër vel aliquid tale. ¶Secunda conclusio. Sed tale subiectum est cõmunis materia. Materia siue subiectum omnium corporum non est aliquod elementorum. Probatur prima pars conclusionis. Nam vel est vnum elementorum, aut duo, aut plura, nullum horum, ergo. Minor probatur pro prima parte dupliciter. Primò. Si vnum elementum

B est omnium corporum subiectum puta aqua aut aër, iam omnia erunt illud vnum, hoc autem est impossibile, ergo & esse vnum elementum principium primi. Probatur sequela. Quia omnia erunt ex illo. Impossibilitas autem minoris patet. Quia omnis transmutatio est inter contraria, si autẽ omnia sunt vnũ, non erit contrarietas, ergo nec transmutatio. Secundò probatur minor principalis, quia sequeretur quod generatio non esset nisi alteratio: illud enim vnum esset tota rei substantia, & variatio non fieret nisi secundum accidentia. Probatur

C secunda pars minoris principalis, scilicet quod tale subiectum non sint duo aut plura elementa, videlicet aër & aqua, aut alia. Nam si ignis & aër aut sunt vnum omnium principium, sequitur quòd contraria sunt in eodem, consequens autem hoc est impossibile, ergo. Sequela probatur. Si ambo sunt cõtraria quælibet pars habebit quod est aëris, & quod est aquę, cum autem principia permaneant, & suæ proprietates quæ sunt contrariæ in eodem erunt contraria. v. g. si ignis & aër sint contraria secundum calidum & frigidum, ignis habebit calidi

D tatem, & aër frigiditatem. Quando ergo fit trãsmutatio aëris in ignem, siquidem manet aër in tota transmutatione, tunc & manet aëris frigiditas, & etiam ex igne in quem transmutatur inerit ei caliditas, ergo tunc est calidum & frigidum, ergo contraria erunt in eodem. Sed ad hanc rationem dicere quis posset, quod quando ex aere fit ignis non ita est quod aer fit ignis, sed quòd aer fit calidus. Sed contra hanc solutionem arguitur dupliciter. Primo, quia sequeretur quod transmutatio aeris in ignem & è conuerso nõ esset nisi alteratio, quia

E mutatio secundum calorem non est nisi alteratio, ergo. Secundo. Quia si non esset aliud aerem fieri ignem, quam aerem fieri calidum manente aere, sequeretur quòd idem simul esset calidum, & frigidum, cõsequens est impossibile, ergo. Sequela probatur. Aer manebit & aer est frigidus ex propria natura, ergo si manet aer manet frigidus in eo. Patet consequentia, quia eius est propria qualitas, & cum hoc sit calidus, ergo simul erit calidus & frigidus. Secunda pars conclusionis, scilicet, quòd tale subiectum est materia communis omnibus elemẽtis ex his manet probata. Nam cum ista sint impossi-

possibilia quòd ambo elemẽta, scilicet, aër & ignis & sic de reliquis habeant aliquid quod sit eis commune, quod essentialiter est in ambobus. Et hæc est cõmunis materia quæ est in potẽtia ad vtrũq;, ergo. ¶Tertia conclusio text. 32. Tamen neque aliud, &c. Mediũ corpus inter ignẽ & aërem, quod sit grossius igne, & subtilius aere; vel etiam mediũ inter aerem & aquam, quod sit subtilius aqua, & grossius aere non potest esse materia elementorũ. Probatur ista conclusio. Quia si illud mediũ supponatur, quod est medium aeris & ignis, aut illud

B est cum contrarietate elementi prima, aut sine ea. Si autẽ est cum contrarietate prima alicuius elementi, ipsum est illud elementum. Quia cui conuenit propria passio alicuius, illi conuenit subiectum illius passionis, & sic non erit medium inter elemẽta, quod est contra id quod supponitur est. Si autem illud corpus nõ habet passionem vel proprietatem elementarem, sed est priuatum ea; cum priuatio semper sit cum altero contrariorum (aliter enim materia elementorum à forma esset separata) sequitur quòd id medium corpus non sit sine contrarietate, sicut quidam dicũt quòd ipsum est

C quoddam infinitum non habens qualitatem aliquam, & omnia comprehendens. Similis autem ratio est quodcumque horum medium esse materia elementorum ponatur, ergo aut nihil tale est medium, aut illud est aliquod quatuor elementorum quod est contra positionem. Si ergo non potest aliquod corpus sensibile esse prius istis quatuor elementis, necesse est vt ipsa quatuor elemẽta sint principia corporum sensibilium. Fit quo patet q elementa omnia semper maneant in transmutabilia adinuicem, aut transmutabilia. Et si transmuta-

D bilia autem omnia aut quædam eo modo quo Plato in Timæo asseruit de terra q erat intransmutabilis. ¶Quarta conclusio text. 34. Quoniam quidem. &c. Ex dictis manet explicatum q omnia elementa adinuicem transmutantur, non tamen omnia æquè cito, quia ea quæ habent symbolum citius generantur adinuicem, quæ autem non habẽt tardius. Secundò manet explicatum, q si in elemẽtis esset tantum vna contrarietas, necesse esset q essent tantum duo elementa, quia vnum solũ non

E potest esse sub duobus contrarijs, & materia tunc est medium duorum. Sed quia nos videmus quòd elementa sunt plura quam duo, necesse est quòd ad minus sint duæ contrarietates. Duabus autem contrarietatibus existẽtibus impossibile est quòd elementa sint tantum tria, sed oportet de necessitate q sint quatuor. Tot enim fieri contingit vtiles coniugationes tangibilium qualitatũ penes quas sumitur numerus elementorum. Sunt enim in vniuersum sex coniugationes, sed duæ sunt impossibiles, vt supra patuit, quia contraria essent in eo.

¶Quinta conclusio tex. 35. Quoniam autem, &c.

A Quia elementa adinuicem transmutantur impossibile est aliquod ipsorum esse principium, neque etiam potest esse tale principium medium neque extremum. Quod extremum elementum non potest esse principiũ, manifestum est ex supradictis. Si enim dicatur quod extrema sicut ignis aut terra sunt principia, cum ipsa in transmutatione permaneant omnia erunt ignis, quod est manifestè falsum. Et eadem est ratio de terra & de alijs. Quod vero neq; medium elemẽtũ possit esse principiũ, sicut illi dicebant qui ponebant non omnia elemẽ

B ta adinuicem generari, probatur supponẽdo tamẽ prius q̃ ascendendo in transmutationibus aut descendendo non est procedendum in infinitũ, sed oportet aliquem esse statum, quia aliàs in quolibet elemento essẽt infinitæ contrarietates, vt statim amplius manifestabitur. Quo supposito ratio est huiusmodi. Quæcumq; sunt contraria adinuicem inter se transmutantur, sed omnia elementa sunt contraria vel in ambabus qualitatibus vel in altera, ergo omnia elementa adinuicem transmutantur. Maior non ponitur expresse ab Aristo. sed ex

C eius doctrina in præcedentibus capitulis est supplenda. Minor autẽ probatur, & accipiõ quatuor elementa, scilicet, terram, aerem, aquam, & ignem, secundum hanc opinionem, aer mutatur in ignẽ & in aquam, & aqua in terram & aerem, ergo inter aerem & ignem est contrarietas. Probatur consequentia, quia non est mutatio nisi inter contraria, sed aer mutatur in ignem, ergo aer & ignis sunt contraria. Et iterum. Aer mutatur in aquam, ergo aer & aqua similiter contrariãtur. Et iterum aqua mutatur in terram, ergo aqua & terra contrariantur. Tunc sic, si aer & ignis contrariantur sit illa

D contrarietas exempli causa album & nigrum, & sit ignis albus & aer niger. Et iterum quia aer conuertitur in aquam erit etiam inter aquam & aerẽ contrarietas, & sit illa contrarietas siccitas & humiditas, & sic aer humidus & aqua sicca. Et sic aer erit niger & humidus, aqua erit sicca & nigra. Sic ergo aqua erit cõtraria aeri, quia sicca: & igni, quia nigra, & sic inter ignem & aquam erit transmutatio. Et ignis poterit in aquam transmutari: & eodẽ modo arguitur de terra & aqua. Et sic cum inter

E omnia elementa sit contrarietas, poterit inter omnia inueniri transmutatio. Quod est directè contra eos qui dicunt q̃ medium solum ad extrema, & extrema ad medium transmutantur, extrema autem inter se non transmutantur. ¶Sexta conclusio tex. 36. Quoniam autem, &c. In elementorum transmutatione non potest esse processus in infinitum. Hanc conclusionem supposuimus in præcedenti, & modo probatur, quia alias sequerẽtur quatuor inconuenientia, quorum primum est, quod in quolibet elemento essent infinitæ contrarietates, hoc autem est impossibile, ergo & illud

ex quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex quo sequitur. Probatur sequela. Si enim positis A quatuor elementis ponis quintum quod vocetur X. in quod ignis transmutatur & non reuoluitur, ideſt, ipſum non transmutatur in ignem, oportet ponere inter ignem & X. aliquam contrarietatem distinctam ab alijs quatuor qualitatibus elementorũ. Probatur sequela, quia supponitur illud elementum esse à quatuor dictis distinctum, & sic habebit & suam proprietatem distinctam, & cũ ignis in ipsum transmutetur, & quodlibet aliorum quatuor, ergo in igne & in quolibet aliorum triũ erit illa contrarietas. Probatur consequentia, quia B omnia illa possunt in quintum transmutari, transmutatio autem semper est inter contraria, & sic quodlibet elementum determinabit sibi tres qualitates primas. Et si adhuc das sextum elementum dabis eodem modo alteram contrarietatem quæ sit in omnibus inferioribus sicut de quinti contrarietate est ostensum, & sic quodlibet elementum, determinabit sibi quatuor qualitates primas, & sic ascendẽdo in infinitum sequitur q̃ quodlibet elementum determinabit sibi infinitas qualitates cõtrarias qualitatibus aliorum, quod erat primum in C conueniens probandum. Secundum inconueniẽs quod sequitur ex hac sentẽtia est. Si enim essent infinitæ qualitates, & contrarietates, nulla esset generatio, nullaq; esset rei diffinitio. Quia omne generans deberet infinitas qualitates corrumpere, & in omni diffinitione essent infinitæ qualitates ponẽdæ, quæ nunquam pertransiri aut in diffinitione poni possent. Essent etiam infinita media si essent infinita elementa. Tertium inconueniens quod sequitur si essent infinita elementa, & infinitæ qualitates est, quòd elementum ignis non posset trãsmutari in sibi proximum elementum, scilicet, in D aerem, quia essent in eo & sibi proximo elemento infinitæ qualitates & contrarietates. Quartum inconueniens est. Quia si essent infinita elementa omnia essent vnum. Quia ea quorum sunt eædem proprietates sunt vnum, sed infinitis existentibus elementis omnium essent eædem proprietates, ergo omnia essent vnum. Minor probatur, quia in omnibus quatuor elementis oporteret ponere omnium superiorum elementorum proprietates, & in omnibus superioribus, omnium inferiorum E proprietates, ergo omnia elementa easdem habebunt proprietates, & sic omnia erunt vnum.

IN hoc capite Arist. de materia elementorũ pertractat, & ostendit q̃ subiectum istius transmutationis non est aliquod elementũ aut corpus actu existens, ac per consequens quòd tale subiectum est materia communis existens in potentia. ¶Vnde circa primam conclusionem aduerte, q̃ licet omnes expositores Aristotelis conueniant, ipsum in hoc capite pertractare de materia elementorum, non tamen omnes conueniunt, qua ratione de ea hic agat. Etenim Ægidius dicit hoc Aristotel. ideo hic disputare vt ostendat tantum quatuor elementa esse. Melius tamen dici potest, vt insinuat D. Thom. hîc, quòd ad hoc accedit propterea quòd de generatione elementorũ egit, & ita nunc ostendere debet quale sit subiectum talis generationis. Secundò, quia Aristotel. supra proposuit tria esse principia, scilicet, materiam, contrarietatem, & elementa, dixit autem in præcedentibus de contrarietate & elementis, ac propterea in hoc capite vt disputationem perficeret, de materia quæ sola restabat egit. ¶Sed est dubium circa illam cõsequentiam Aristotelis quæ fit in secunda conclusione. Si aër remanet, ergo omnia essent aër. Nam non valet. Materia prima remanet in composito, ergo materia est compositum, ergo neque altera consequentia Aristotelis valet. Respondetur, quòd licet hæc non valeat, prima tamen est optima, quia quando materia rerum est ens in actu, totum esse rei est materia, vt. 2. de anima declarat Auerr. comment. 8. per differentiam inter materiam rerum naturalium & artificialiũ. C Et propterea valet. Si aër actu remanet, omnia producta ex aëre erunt aër. Aduerte autem in hac cõclusione ex D. Thom. quòd quando ait Aristot. in secunda ratione contra quandam rationem assignatam in hac. 2. conclusione, quòd aër de se est frigidus, non id dicit secũdum veritatem cum aër vt patet ex superioribus non sit frigidus, sed calidus & humidus. Dicit ergo hoc Aristoteles gratia exempli, si verum esset. Ad argumenti enim efficaciam nihil attinet siue illud sit verum siue falsum. ¶Circa tertiam conclusionem aduerte ex S. Tho. q̃ Comm. aliter deducit rationem huius tertiæ cõclusionis. Dicit enim q̃ si ponatur aliquod corpus medium esse materiam elementorum sequitur idem inconueniens, quod contingebat ponentibus vnum elementorũ aëreum esse subiectum. Sequitur enim contraria esse in eodem, quia cum omnis transmutatio sit in contraria & ex contrarijs, vt supra dixit Philosophus, cũ ex tali corpore generatur aër vel aliud elementum, in eodem erũt qualitates ipsius corporis mediæ, cum ipsum in transmutatione secundũ substantiã permaneat, & qualitates aeris generati, quæ de necessitate illis oportet esse contrarias. Sequitur etiam secundum eum. Illud est ens, & non ens, quia cum vnum est priuatio alterius, & priuatio est non ens secundũ vnum contrariorum est ens, & secundum aliud est nõ ens. ¶In quarta conclusione Arist. in epilogum colligit omnia quæ hucusque in hoc secundo libro disputauit, vide ibi. ¶Circa quintam conclusionem aduerte, quòd Auerrois sentit, Aristotelem hîc incipere declarare nullum esse aliud elementum præter quatuor ab ipso posita. S. autem Thom. dicit q̃ postquã Philosophus secun-

dùm propriam opinionem determinauit de A mutua transmutatione elementorum, incipit iam nunc opiniones aliorum de hac re destruere. Quidam enim dixerunt q̃ non omnia elementa adinuicem transmutantur, sed quædam. v.g. Aer mutatur in ignem & aquam, ignis vero non mutatur in aërem & aquam. Aliqui vero vt Empedocles dixerunt elementa esse immutabilia. De prima opinione agit in reliquo huius capitis, de secunda autem agit in sexto capite. Breuiter autem sic potest formari ratio ista Aristotelis. Quæcumq; sunt cõtraria adinuicem transmutantur, sed omnia elemẽ B ta siue habeant symbolum siue non, sunt contraria in ambabus vel in altera qualitate, ergo omnia elementa adinuicem transmutantur. Quod est cõtra opinionem dicentium quædam sed non omnia adinuicem transmutari, quam opinionem Aristot. hic intendit destruere. ¶Circa quam rationẽ imprimis animaduertendum est ex S. Tho. quòd istæ qualitates, quas Arist. in hac ratione attribuit elementis: non sunt propriæ elementorum, sed vtitur eis Aristo. exempli causa. Nam vt dicit Aristo. 2. de anima commen. 67. Exemplorum non intẽditur nisi manifestatio, & Aristot. 1. Priorum ait. Exempla ponimus, non vt ita sint; sed vt sentiant qui discunt. Sed quæres quare Arist. cum vti potuerit exemplis veris, maluerit vti falsis. Respondetur quòd fortasse hoc egit, quia antiqui Philosophi non ita sentiebant de elementorum qualitatibus, sicut ipse in superioribus determinauit, & propterea vtitur falsis exemplis, vt in hac parte demõstrationem non alligaret opinionibus, sed vt ostẽderet quod in quacumq; opinione & quæcumq; qualitates elementis assignentur, oportet dicere q̃ D ratio proposita conuincit. ¶Circa sextam conclusionem aduerte q̃ Aristo. in sua ratione supponit vnum, scilicet, q̃ semper vno elemento addito supra quatuor, vna excrescit contrarietas, cuius contrarietatis vnum membrum datur elemento addito: & alterum membrum datur prioribus omnibus. v.g. si vltra quatuor detur quintum, emerget vna contrarietas, cuius vnum membrum. v.g. F. dabitur illi quinto: alterum vt pote R. dabitur cæteris quatuor. Hæc suppositio declaratur, quia oportet omnia alia transmutari in illud quintum E datum per suppositionem, igitur illud quintũ erit contrarium cæteris quatuor vel in vna tantũ, vel in ambabus. Quo supposito est ratio. Nam si P. ignis mutatur in quintum elementum X. & ipsum X. non reuoluitur, ideſt, non mutatur in ignem, cõtrarietas distincta ab his quæ dictæ sunt, erit inter P. ignem, & X. quintum elementum. Nam X. non supponitur esse idem alicui eorum quæ appellata sunt G. Y. A. P. scilicet, terra, aqua, aër, ignis, & per consequens cum sit quintum, oportet vt habeat aliam contrarietatem, cuius vnum membrum, scilicet R. insit P. igni, aliud vero, scilicet, F. insit X. tunc sic; Ergo ipsum R. omnibus videlicet G. Y. A. P. scilicet, terræ, aquæ, aëri & igni inerit. Patet consequentia, quia omnia transmutantur mutuò, & sic illa quatuor transmutantur in quintum X. & per consequens eadem ratione qua inest P. igni quod conuertitur in X. debet in esse reliquis G. Y. A. P. terræ, aqua, aëri, & igni, quia etiã ista transmutantur in X. & licet nondum sit demonstratũ, q̃ quatuor elementa, scilicet, G. Y. A. P. transmutentur in quintum, illud tamen constat & est manifestum, q̃ si rursus ipsum X. in aliud videlicet sextum transmutetur, alia ipsi X. & P. & cæteris omnibus inerit contrarietas. Quod si vno addito elemento vna excrescit contrarietas, ergo additis duobus duæ excrescent, & tribus additis tres addentur, ergo infinitis additis infinitæ excrescent contrarietates. Quare si infinita sunt elementa & contrarietates infinitæ erunt in vnoquoq; elemento. Quod autem hoc sit falsum, & impossibile, tribus alijs inconuenientibus deductis clarè in textu ostendit Aristoteles.

C DVbitatur autem circa suppositionem huius rationis; Vtrum vno elemento posito vltra quatuor, ponatur vna contrarietas? Et videtur q̃ non. Primò, quoniam vna contrarietas est duorum elementorum, ergo duabus existentibus contrarietatibus quatuor erunt elementa, quare non vno elemento posito ponitur vna contrarietas, sed tantum vna qualitas. ¶Secundò. Si vno posito elemento sequitur vna contrarietas, ergo quatuor elementis positis quatuor erunt contrarietates. Consequens autem est falsum, quoniam Arist. posuit quatuor elementa, & solum duas cõtrarietates eis assignauit. ¶Tertiò. Nam oportet multiplicare noua contraria secundùm noua elementa, sed facere nouas coniugationes eorundem contrariorum, sicut ipse Aristo. cum qualitatibus quæ de facto elementis conueniunt, suprà fecit: nam sic cum modò coniungit cum frigido, modò cum calido. Ad hæc argumenta quidam ex Philoppono respondent, q̃ siue vno elemento posito ponatur vna contrarietas, siue vna qualitas contraria cæteris, idem absurdum sequitur, quoniã quouis modo id intelligatur, vel illæ qualitates sunt finitæ vel infinitæ. Si finitæ, non fient combinationes infinitæ pro elementis infinitis, si autem infinitæ, habetur intentum. Ob id Arist. semper nouam contrarietatem sumit cum nouo elemento quod non sit in elementis positis ab Arist. quæ combinationibus qualitatum constituuntur. Sed hæc expositio licet vera sit, & conuincat contra opinionem quam hic Arist. impugnat, non tamẽ est ad eius mentem, qui supposito quolibet elemento de nouo posito nouam contrarietatem ponit; ista autem solutio id non supposito, sed dicit q̃ siue

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc sit ita sine non, ex illa tamen opinione idem absurdum sequitur. Quare aliter respondet ipse Philopponus, q consequentia Arist. tenet in casu suo, scilicet, q ponatur aliud elementum vltra quatuor ex quo generetur ignis & non reuertatur generatio. Vbi enim non conuerteretur generatio oportet vt quintum elementum habeat qualitatem oppositam vtrisq; vel alteri qualitati ignis: & sic dabitur alia contrarietas noua, illo addito. At Arist. secundum veritatem posuit quatuor elemẽta tamen autem quatuor contrarietates, quoniã generatio in eis conuertitur. Sed secundum hanc solutionem est, q non vniuersaliter concluderet ratio Arist. Quare aliter respondetur, q consequentia Arist. est optima, & fundat in hoc. Quot sunt qualitates, tot oportet esse elementa. Vnde si quatuor sunt primæ & præcipue qualitates, quatuor oportet esse elementa. Nam cum elementum non ex vna prima cõstet qualitate, oportet vt sex sint combinationes quarum quatuor sint vtiles, è quibus constant ipsa quatuor elementa. Qua ratione fit, vt si quatuor sunt elementa, quatuor sint qualitates, atq; duæ contrarietates, quandoquidem contrarietatis duo sunt termini contrarij. Quæ ratio docet, q si sex sunt elementa, tres sunt contrarietates, atque sex contrariæ qualitates, & si octo elementa quatuor contrarietates, atq; octo qualitates. Igitur si infinita elementa, infinitæ contrarietates, atq; infinitæ qualitates semper procedendo secundum proportionem duplam qualitatum ad contrarietates quod erat intentum. Ex quo patet ad argumenta.

¶ Vbitatur circa secundum & tertium incõueniens quod infert Arist. in sexta conclusione, scilicet, q si essent infinita elementa, non esset generatio; Vtrum hoc sit verum. Videtur q non. Primò. Quoniam non est necessarium eũ ex aëre sit ignis vt per omnes cõtrarietates pertranseatur, sed solum per vnam, cæteris tanquã symbolis manentibus. Etenim vt in cap. 4. dixit Arist. quando elementa transmutantur symbolæ qualitates manent & tantum corrumpitur qualitates non symbolæ, ergo. ¶ Secundo. Quia si essent infinita contraria quodlibet corrumperet sibi proximum, & sic generatio esset in infinitum. Antecedens patet, quia non apparet aliqua ratio, quare contraria sibi inuicem approximata deductis impedimentis non agant & patiantur adinuicem. ¶ Tertiò. Si quatuor sunt elementa generãtur inuicem, & si sex essent similiter generarentur inuicem, etsi centũ, etsi mille, ergo si infinita essent adhuc generarentur inuicẽ. Ad hoc dubiũ quidã dicunt, q licet vni vnũ tantum sit contrariũ primo & per se: tamẽ quantum ad resistentiã, etiam illud quod non est contrariũ resistit, vt humiditas aquæ resistit caliditati ignis, ne ita citò consumat aquã, similiter siccitas terræ resistit eidem caliditati per eandem rationẽ. Quæ ratio docet, q si elemẽta essent infinita, quodlibet elementum haberet infinitas qualitates secundũ quas quodlibet contrariare tur cuilibet, & sic huiusmodi qualitates infinitę in eodem existentes, quanuis secundum omnes non contrarientur vni; tamen secundũ omnes resisterent vnicuiq; corrumpenti, & ita ex omnibus aggregaretur vna infinita resistentia, ratione cuius non posset ab aliquo corrumpi, & sic nullum elementũ esset corruptibile, & per consequens nullum generabile, cũ generabile & corruptibile inuicem conuertantur, vt dicitur primo cœli. Alij aliter respondent, & dicunt q argumentũ Arist. valet in casu, quoniã vbi infinita elementa darentur, in vno elemento essent infinitæ qualitates, hoc autem est impossibile, quoniã non datur infinitũ, & sic non datur aër, nec aliquod aliud elementum tale. Quod si non datur aër nõ potest ex eo fieri ignis, ex impossibili enim sequitur quodlibet. Aliter respondet Alexan. & dicit q ex illa opinione sequitur elementa non posse transmutari, quoniam supponit Arist. illud quod postea dicit, scilicet, q datis infinitis elementis, omnia essent vnum elementum. At si omnia vnum sunt, nullũ fit ex alio. Sed hæ solutiones non videntur q mentem Aristo. attingant. Quare respõdetur aliter ex Philoppono, q Arist. loquitur in ordinata transmutatione quæ est ex extremo ad extremum per generationem omniũ mediorum. Tunc dicit q ex aëre non potest fieri ignis, quoniã si ex aëre debeat fieri ignis: debuit aër prius esse genitus, sed aër nõ potuit esse genitus, quoniã oportuisset infinita prius esse genita, quod est impossibile, cũ infinita nõ sit pertransire, vt dicitur. 8. Physi. tex. 65. & sic extremũ ex extremo fieri nõ poterit in ordinata generatione quæ fit per omnia media; quod tamen est contra superius in. c. 4. & in hoc etiã cap. dicta, vbi Arist. probauit q omnia elemẽta siue media, siue extrema sunt adinuicẽ transmutabilia. Sed dices, Vtrũ datis infinitis elementis elementũ fieri posset ex elemento saltim generatione inordinatæ? Respondetur q non, quia datis infinitis elemẽtis omnia illa essent vnum elementum, vt probat Arist. in. 4. inconuenienti, atq; ita vnum ex altero nullo modo generari posset. Et hæc de isto cap. quinto.

CAPVT VI.

ADmiratur autem aliquis aliquos, dicentes plura vno esse corporum elementa, vt non transmutent inuicẽ, sicut Empedocles inquit.

Quomodo contingit eis dicere comparabilia esse elementa. Sed tamen dicit sic. Hæc enim æqualia

æqualia esse omnia. Si ergo secundum quantum, necesse est idem aliquid esse existens in omnibus comparabilibus, quo mensurantur. V. g. si ex aquæ pugillo erunt pugilli aeris decem, idem aliquid igitur erunt ambo, si mensurantur eodem.

Si autem non sint secundum quantitatem cõparabilia, vt quantum ex quanto, sed quantum possunt, verbi gratia, si pugillus aquæ æqualiter potest infrigidare & decem aeris: & sic non secundum id, quod quantum comparabilia, sed secundum id quod possunt aliquid. Erit ergo & non quanti mensura comparare, & potentias, sed secundum proportiones, verbi gratia, vt hoc calidum, hoc autem album. Hoc autem vt hoc significat in quali quidem simile, in quanto autem æquale. Inconueniens ergo videbitur, si corpora immutabilia existentia, non proportione comparabilia, sed mensura potentiarum, & eius quod est esse æquale calidum, aut simile, ignis tantum, & aeris multiplex. Idem enim plus, quia homogeneos talem habebit rationem.

Sed neque augmentatio vtique erit secundum Empedoclem, nisi secundum adiectionem. Ignem autem augetur ignis. Auget enim terra proprium genus, æther autem æthera. Hæc autem adiungunt. Videntur autem non sic augeri quæ augentur. Multum autem difficilius est eidem tradere de generatione secundum naturam. Quæ enim generantur secundum naturam, aut semper aut vt multum. Ea autem quæ præter semper & multum, ab euentu & fortuna. Quæ igitur causa vt ab homine homo, aut semper, aut vt multum, & ex frumento frumentum, sed non oliua nascatur? Aut si ita componatur os. Non enim vt contingit conuenientibus nihil generatur (quemadmodum ille inquit) sed ratione aliqua. Quæ igitur horum causa? Non enim ignis aut terra. Sed tamen neque amicitia, neque lis. Congregationis enim solum illa, hæc autem segregationis causa est. Hæc autem est substactia vniuscuiusque, sed non solum, & mistio, & separatio mistorum, quemadmodum ille inquit. Fortunæ enim in his nominantur, sed non ratio. Est enim misceri vt contingit. Natura igitur entium causa est. Ita se habere, & vniuscuiusque natura hæc, de qua nihil dicit. Nihil igitur de natura dicit. Sed tamen & bonum est hoc, & optimũ. Hic autem mistionem solum laudat. Etenim & elementa segregat, non lis, sed amicitia quæ natura Deo prior. Diy autem & hæc.

Amplius autem de mota dicit simpliciter; nõ enim sufficit dicere quoniam amicitia & lis mouent, nisi hoc erat amicitia esse, quòd mota tali, lis autem quòd tali. Oportebat igitur aut determinare, aut supponere, aut demonstrare, aut certe, aut molliter, aut aliter qualiter. Amplius autem quoniam videntur & vi & præter naturam moueri corpora, & secundum naturam, verbi gratia, ignis quidem superius non vi, inferius autem vi, vi autem ei, quod secundum naturam contrarium: est autem quod vi est igitur & secundum naturam moueri. Hunc igitur morum est, vt amicitia an non, contrarium enim terra superius, & segregationi assimilatur & magis lis, est causa eius, qui secundum naturam motus quam amicitia: quapropter & vniuersaliter præter naturam amicitia erit magis. Simpliciter autem nisi amicitia vel lis moueat, eorum corporum nullus motus est, neque mora, sed inconueniens. Amplius autem & videntur mota: segregat enim quidem lis; ductus est autem superius æther non à lite, sed quandoque inquit, vt à fortuna. Sic enim constituit currens tunc, multotiens autem aliter. Quandoque quidem inquit innatum esse ignem superius agi, æther autem ingrediebatur terræ profundas radices. Similiter autem & mundum sic habere, inquit, in lite nunc & prius in amicitia. Quid igitur est quod mouet primum & causa motus? non enim amicitia & lis, sed cuiusdam motus hæc causæ sunt, si vtique est illud principium.

Inconueniens autem est si & anima ex elementis, aut vnum aliquod eorum. Alterationes enim animæ quomodo erunt, verbi gratia, musicum esse, & rursus non musicum, aut memorem, aut & obliuiosi? Palam autem quoniam si quidem ignis anima, passiones inerunt ei quæcunque ignis, secundum quòd ignis. Si autem misibile corporalis. Harum autem nulla corporalis. Sed de his alterius opus est contemplationis.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio textus. 37. Admirabitur autem aliquis, &c. Errauit Empedocles, & sibi repugnantia dixit ponendo elementa intransmutabilia, comparabilia tamen adinuicem. Illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

conclusio probatur. Quæcunque sunt comparabilia sunt adinuicem transmutabilia, sed Emped. ponit hæc duo, scilicet, ꝙ elementa sunt comparabilia & ꝙ non sunt adinuicem transmutabilia, ergo Empedocles in sua opinione & errauit, & sibi aduersantia asseruit. Et ideo mirabitur quis istos autores, qui dicunt elementa plura esse intransmutabilia, & simul cum hoc æqualia. Nam si immutabilia sunt cõparari non possunt, & si comparari possunt non sunt immutabilia. Sed maior probatur. Omnia cõparabilia vel comparantur in quantitate, vel in qualitate, sed omnia talia conueniunt in materia, ergo omnia talia sunt transmutabilia. Consequentia patet, quia omnia conuenientia in materia sunt adinuicem transmutabilia. Maior patet, & minor probatur. Primo, quo ad primam partem, scilicet, ꝙ comparabilia in quantitate debent conuenire in materia. In omnibus comparabilibus necesse est esse aliquid idem, quo ea quæ comparantur mensurẽtur. Si ergo duo elementa cõparantur secundũ quantitatem detur illud in quo mensurantur. Exẽplo hoc ostenditur in aqua & aëre. Si ex vno pugillo aquæ fiãt decẽ aëris, & sic aër est maior aqua in decuplo, iam oportet dare quod sit & vnũ & duplum, scilicet materia quæ est nunc sub aqua, nunc sub aëre, & sic erit transmutatio. Probatur secunda pars minoris principalis. Nam si fiat comparatio secũdum qualitates, idest, secundũ virtutes actiuas, vel fit secũdum easdem qualitates existentes in diuersis elementis quæ dicuntur potentiæ, vel fit secundũ proportionem diuersarũ qualitatum. Exemplũ primi vt si dicatur, quantũ est calidus ignis, tantum est calidus aer. Exemplum secundi, vt quantũ calefacit aer, tantum infrigidat terra. Et quia Emped. primo horum modorum ponebat comparationem, quia solum illo modo fit cõparatio in qualitatibus, quæ similitudo vocatur in qualitate, & æqualitas in quãtitate, ideo probatur contra Emped. ꝙ si est comparatio inter elementa in eadem potentia & qualitate sequatur transmutatio. Probatur. Ea quæ sunt homogenea siue vnius generis sunt transmutabilia adinuicem, sed ea quæ sunt in eadem potentia, vel qualitate cõparabilia sunt vnius generis, ergo sunt trãsmutabilia adinuicem. Minor probatur. Quia similitudo est inter eadem qualitates vt in caliditate vel in aliqua alia, vt ignis est calidior aëre (sed ea quæ habent eandem qualitatem habent eandem qualitatem quæ est illius qualitatis susceptiuum, ergo elementa habent eandem materiam, & sic sunt adinuicem transmutabilia). ¶Secunda conclusio tex. 38. Sed neque augmentatio. &c. Empedocles secũdum suam opinionem non potest saluare augmentationem. Probatur conclusio. Quia secundum eum augmentatio esset per similia ita ꝙ ignis augetur igne & puluis puluere, & æther æthere, sed hæc non est vera augmentatio, sed adiunctio aut additio & compositio, ergo non ponit veram augmentationem. ¶Tertia conclusio tex. 39. Multum autem difficilius, &c. Empedocles multo difficilius potest reddere rationem generationis quæ est secundum naturam. Probatur hęc conclusio. Videmus enim quòd naturaliter ex homine generatur homo, ex frumento frumentum, & non ex aliquo eorum oliua, istius autem non potest dare causam Emped. ergo. Probatur minor. Quia vel esset causa casus, & fortuna, vel elementa, vel lis & amicitia, vel mistio, aut separatio elementorum, vel Deus (idest, corpus cœleste secũdum expositionem S. Tho.) nullum horum, ergo nullam potest assignare causam. Maior sufficiẽs est inductiue. Minor probatur, & primò ꝙ non casus & fortuna. Ea quæ sunt à casu & fortuna cõtingunt raro & non multotjes (vt patuit. 2. Physi. tex. 48.) Sed generationes secundum naturam contingunt semper aut frequenter vt patet in exemplis allatis, ergo casus & fortuna non sunt eius causa. ¶Quod verò elementa non sint huius causa probatur, quia si essent elementa causa, essent quia conueniendo in vnam mistionem causarent, sed tunc quæro, quę sit causa quæ plura elementa facit in vnum conuenire? & sic cum huius coniunctionis causa nõ possit dari ignis aut terra, oportet vt des aliam causam vnientem ea. ¶Neque potest dici litem & amicitiã esse causam congregationis & segregationis. Nam lis & amicitia vt Emped. fatetur sunt causa congregationis, & segregationis, oportet ergo dare causam quare ex homine generetur homo. Si enim amicitia causat vnionem, non tamen ex vnione hac habetur ꝙ ex homine generetur homo. Amicitia enim est causa alicuius vniuersalis, scilicet, congregationis, sed ꝙ ex hac elementorum congregatione generetur homo qui est effectus particularis, aut equs non habetur ex congregatione elementorum per amicitiam causata, ergo causa huius est forma substantialis cuiusq; & non mistio elementorum. Ex forma enim equi sequitur ꝙ generetur equus & nõ oliua aut homo. Et hanc formam debuit Empedocles laudare, quia est bonum, & optimum eorũ quę sunt in re, non autem mistionem, quam solam ille laudauit. Præterea falsum est quod dicit, scilicet, litẽ esse causam segregationis. Nam potius eius causa est amicitia, ergo non lis. Antecedens probatur. Quia ex amicitia est, quòd elementum separetur à contrario, & vniatur sibi simili. Vltimò probatur. Quòd Deus, idest, corpus cœleste non sit causa generationis secundum naturam. Nam corpus cœleste est effectus elementorum & vnionis eorum, ergo non causat ipse has vniones. Consequentia est nota, & antecedens est Empedoclis opinio. ¶Quarta conclusio tex. 42. Amplius autem. &c. Empedocles non dat sufficientem causam motus. Probatur tripliciter. Primò. Nam non sufficit simpliciter dicere ꝙ lis & amicitia sunt principia mouentia in genere, sed oportuit assignare ꝙ lis & amicitia sint causa talis & talis motus in particulari, & illud ostẽdere aut demonstratiue aut probabiliter aut aliqua alia ratione, sed hoc non fecit Empedocles sed tantum dixit litem & amicitiam esse causam motus in genere, ergo. ¶Secundò probatur conclusio supponendo esse motus naturales, quod & probatur, quia sunt aliqui motus violenti, ergo sunt aliqui motus naturales. Antecedens patet, quia ignis vi mouetur deorsum. Consequentia probatur, quia motus violentus est contrarius motui naturali, ergo si vnus est etiam erit alter. Hoc supposito arguitur. Vel motus naturalis causatur ab amicitia, vel non. Si causatur, ergo congregatio non sit ab amicitia, quia congregatio elementorum fit per motum violentum. Terram enim ascendere & ignem descendere oportet ad elementorum congregationem. Si non est causa motus naturalis, ergo violenti. Et tunc lis erit causa motus naturalis. Et sic amicitia erit vniuersaliter causa motus violenti & non naturalis, lis autẽ erit causa motus naturalis. Si autem dicatur nec amicitiam, nec litem esse causam motus, iam oportet aliam motus causam assignare, quam cum non assignauerit Empedocles, insufficienter de motu determinauit. ¶Tertiò probatur conclusio. Nam Empedocles sibi ipsi non conuenit. Dicit enim litẽ & amicitiam esse causam motus localis, & secundo dicit ignem sursum ascendere, aut descendere, cauernas terræ esse à casu & à fortuna. Et sic lis & amicitia nõ sunt causæ sufficientes motus, siquidem vltra ea aliqua causa motus assignatur, scilicet, casus & fortuna. Præterea est aliud in quo sibi repugnare videtur. Asserit enim eodem modo moueri mundum nunc tempore litis, & quando fuit tempore amicitiæ, scilicet, quando erant omnia in vnũ chaos coadunata. Tunc sic, ergo lis & amicitia non erant causæ, sed aliquid prius, quod tempore litis & tempore amicitiæ mouebat & monet. Amicitia enim solum erat causa motus vnius, idest, congregationis, & lis solum disgregationis, & sic aliorum motuum oportet dare causam. ¶Quinta conclusio tex. 45. Inconueniens autem, &c. Inconueniens & falsum est dicere animam esse elementum aut ex elementis. Probatur dupliciter. Primò. Nam si anima esset elementum aliquod, aut quid compositum ex elementis, sunt quomodo erũt alterationes animę, idest, quomodo alterari posset anima proprijs alterationibꝰ? Certe nullo modo. Nam v. g. si anima est elementũ aut ex elementis, quomodo anima habebit habitũ musicæ, & rursus quomodo mutabitur de musica in priuationẽ musicæ ita ꝙ sit sine musica. Nec etiã poterit de memoria in obliuionẽ vel è cõuerso, sed potius si anima est ignis, quæcunq; sunt passiones ignis secundũ ꝙ ignis inerunt animæ, quod est impossibile. Secundò probatur conclusio. Nõ sunt mi scibilia nisi corporalia, animarũ nulla est corporalis, ergo anima non est elementũ, nec mixta ex elementis. Sed de his determinare alterius opus est cõtemplationis, quia pertinet ad librum de anima.

IN præcedẽti cap. Ari 1. impugnauerat opinionẽ quorundam Philosophorum dicentiũ qlicet aliqua elemẽta transmutentur nõ tamen omnia, in hoc autem totus versatur in impugnando aliam Empedoclis, qui ponebat elementa omnia inter se esse intransmutabilia, licet concederet ea esse adinuicem comparabilia. Ex quo Aristo. desumit occasionem ad conuincendum ipsum Emped. vt patuit in prima conclusione, cuius textus obscurissimus est. Tota tamen Arist. mens si quis diligenter aduertat ad hoc videtur tendere, vt probet ex hoc quod sunt inter se comparabilia elementa, ꝙ conueniant in materia, ac per consequens ꝙ sint inter se transmutabilia. Pro cuius intelligentia aduerte, ꝙ vt bene dixit hic Auerroes, æqualia sine comparabilia trifariam sunt, aut quantitate, quomodo vnus aquę pugillus est æquale pugillis decem aëris. Nam ex vno fiunt illi decem: aut æqualitate potentiarum, quia quantũ potest infrigidare pugillus vnus aquę, tãtum possunt decem aëris. Aut proportione licut quanta est albedo tanta est caliditas. Aristo. igitur probauit ꝙ si elementa sunt æqualia secundũ quantitatem, oportet ipsa transmutabilia esse, quia oportet in genere conuenire, & quæcunq; genere conueniunt in materia, etiam conuenire necesse est & sic transmutabilia erunt. ¶Sed circa hanc rationem dubitat D. Tho. dupliciter. Primò. Nam constat, ꝙ quantitas terræ & aliorum elementorũ est cõparabilis quantitati stellarum, & tamen non est eadem materia vtrorumq; vt dicitur in. 12. met. tex. 10. & nos etiam diximus id in. 1. lib. ergo. Secundo, quia non omnia comparabilia secundum potentias cõmunicant in materia. Nam ignis & sol sunt comparabiles in calefactione secundum magis & minus, & tamen nõ cõmunicant in materia vt dictum est, ergo. Ad primum respondet Auerroes ꝙ æquale vel inæquale accipiuntur dupliciter, vel secundum quantitatem, vel secundum extensionẽ, hoc est secundũ terminos. Si secundum quantitatem sic vnus pugillus aquæ est æqualis decem pugillis aëris. Nã vnus pugillus non habet plus de quantitate, quam decem pugilli. Nam quantitas est cõeterna materię nihil plus quantitatis vel est aut erit quam ab æterno fuit. Si vero secundum terminos, sic decem aëris habent quantitatem plus extensam hoc est, sub maiori termino, quam vnus aquæ. Tunc potest dici secundum Auerroem quòd stellæ & elementa non sunt comparabilia secundum æquale & inæquale acceptã à dimensione interminata vel terminata, cũ in his non conueniat, sed secundum dimensionem analogicè dictam. Sed de istis dimensionibus interminatis iam satis multa diximus in. 1. libro super caput quartum D. Thom. Hic ex aliorum sententia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondet primò, q̃ nõ loquitur Philosophus hic de quantitate secundũ extensionẽ sed de quantitate secundũ substantiam, & hoc significat enim dixit decem pugillos aëris esse æquales in pugillo aquæ. Sunt enim æquales in materia, quia tantũ ibi est de materia quantũ hic. Vnde cũ communicent in materia, necessario adinuicẽ transmutantur. Talis autẽ cõparatio non est inter elementa & cœlestia corpora. Sed hæc solutio nulla est, secundũ enim eã Arist. idẽ per idem probaret. Sumit enim hanc propositionẽ Quæcunq; conueniunt in quantitate, conueniunt in materia. Si autẽ per quantitatem intelligeret materiã esset ac si diceret. Quæcunq; conuenũt in materia conueniunt in materia, quod est ridiculum. Quare D. Tho. ex propria sententia aliter respondet ad argumentum, q̃ hæc comparatio est secundũ rarum & densum. Nam per hoc variata materia elementa ad se inuicem transmutantur, & vocatur hæc cõparatio secundum quantitatẽ, quia rarum & densum non addunt super partes materiæ qualitatem quæ essentialiter sit qualitas, sed potius sicum in partibus materiæ ad distensionem materiæ per maiorem & minorem quantitatem. ¶ Ad secundum respondet D. Tho. q̃ Aristoteles debet intelligi de his quæ comparantur secundum qualitatem vel virtutem vniuocè acceptam in vtroque. Talis autem non est virtus calefactiua solis, & ignis, & ideo cessat obiectio. Cætera huius capitis patent. ¶ Aduerte circa secundam rationem vltimæ conclusionis, quòd ex hoc loco aliqui non sine apparentia colligunt quòd anima intellectiua secundũ Aristotelem sit omnipò immaterialis, ac immortalis. Quoniam si est materialis eius operationes primæ & propriæ esse etiam debent materiales. Sic enim Aristoteles argumentatur: Si anima est mistum operationes erunt materiales, ergo à pari, si anima est materialis eius propriæ operationes erũt materiales. Quare cùm secundum Arist. in. 3. de anima eius operationes nõ sint materiales, ipsa erit immaterialis, ac per consequens incorruptibilis.

CAPVT. VII.

ET elementis autem, ex quibus corpora constituta sunt, quibuscunq; quidem videtur esse aliquid commune, aut transmutari inuicem, necesse si alterum horum contingit, & alterum contingere. Quicunq; enim non faciunt ex inuicem generationem, neque ex vnoquoq;, nisi sicut ex pariete lateres inconueniens. Quomodo enim ex illis erunt carnes, & ossa, & aliorum vnumquodque? Habet autem quod dicitur quæstionem & ex alterutrijs generantibus, quomodo generatur ex eis

A *aliud aliquid præter hoc. Dico autem vt, g, ex igne est aqua, & ex hac generari ignem. Est enim aliquod commune subiectum. Atque & caro ex eis generatur & medulla. Verum hæc quomodo generantur? Illis quidem enim qui dicunt vt Empedoc. quis erit modus? Necesse enim est compositionem esse, sicut ex lapidibus & lateribus paries. Mistura vtique hæc saluatis vtique erit elementis, secundũ parua autem adinuicem compositis. Ita vtiq; caro, & aliorum vnumquodque.*

B *Contingit itaque non ex quacunq; parte carnis generari ignem & aquam (quemadmodum ex cera generantur vtique, ex hac quidem parte sphera, pyramis autem ex aliqua alia) sed contingebat ex alterutro alterutrum generari. Hæc quidem igitur hoc generantur modo ex carne, ex qualibet ambo. Eis autem qui illo modo dicunt, non contingit, sed vt ex pariete lapis & lateres, vtrunque ex alio loco & parte. Similiter autem*

C *& facientibus vnam eorum materiam habet aliquam quæstionem quomodo erit aliquid ex ambobus, verbi gratia, ex calido & frigido, aut ex igne & aqua. Si enim est caro ex ambobus, & neutrum eorum neque rursus compositio saluatorum, quid relinquitur nisi materiam esse quod ex illis? Alterius enim corruptio, aut alterũ facit, aut materiam.*

Quapropter & quoniam est, & magis & mi-

D *nus, calidum & frigidum, quandoquidem fuerit simpliciter, alterum actu, potentia alterum erit. Quando autem non omnino, sed vt quidem ens calidum frigidum, vt autem frigidum calidum, quia quæ miscentur, corrumpunt intentiones adinuicem, tunc neque materia erit, neque illorum contrariorum alterutrum actu simpliciter, sed medium. Secundum id verò quod est potentia, magis calidum quam frigidum, vel contrariæ alterutrum, secundum hanc rationem, &*

E *ratione dupliciter calidum potentia quam frigidum, vel tripliciter, vel secundum alium talem modum. Erunt vtique mista alia ex contrarijs, aut ex elementis. Et alia elementa ex illis, potentia aliquo modo existentibus, non ita verò vt materia, sed secundum prædictum modum. Et erit ita quidem mistio, illo vero modo materia secundum quòd generatur.*

Quoniam autem patiuntur contraria secundum in primis determinationem. Est enim actu calidum potentia frigidum, & actu frigidum

A *potentia calidum. Quapropter si non coequantur, transmutantur inuicem. Similiter autem & in alijs contrarijs. Ex primo ita elementa transmutantur. Ex his autem carnes, & ossa, & quæ talia calido quidem generata frigido, frigido autem calido, quando ad medium veniunt. Hic enim neutrum, medium autem multa, & non indiuisibile. Similiter autem & siccum, & humidum, & alia talia, secundum medietatem faciunt, carnem, & os, & alia.*

B

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima cõclusio tex. 46. Ex elementis autẽ. &c. Dicendum est de elementis ex quibus corpora constituuntur, & quibus est aliqua materia communis, ac per consequens inter quæ est trãsmutatio. Hæc secunda pars probatur primò. Nam elementa ex quibus corpora cõstituta sunt habẽt aliquid cõmune, ergo conueniunt in illo cõmuni quod est materia prima, ac per consequens adinuicẽ trãsmutantur. Necesse enim est si alterum horum, scilicet primum detur, & alterum contingere. Secundò probatur conclusio. Si non est transmutatio inter elementa, sed manent sicut dicit Empedocles, ergo non erit generatio mistorum ex elementis, hoc autem est inconueniens, ergo oportet inter elementa esse transmutationem, & vnam communem materiam, quæ sit subiectum talis transmutationis. Sequelã autem probatur. Quæritur enim quomodo mistum caro, & os, vel aliquod mistum erit ex eis, si elementa non corrumpuntur? ¶ Secunda conclu

C

D

sio. Licet illa opinio sit vera, quæ dicit elementa in alterutrũ transmutari, tamen etiã secundũ ipsam est dubiũ, Quomodo ex elementis potest generari aliquid aliud præter ipsa. Etenim ex elementis non solũ ipsa adinuicẽ generantur quia habent vnũ cõmune subiectũ, sicut aqua ex igne, & ignis ex aqua; verũ etiã ex eis alia generantur vt caro, & medulla, & alia mista corpora; sed quomodo fiat horũ generatio, adhuc est dubiũ. ¶ Tertia conclusio. Illi qui dicunt elemẽta esse intransmutabilia, sicut dixit Emped. non possunt ad quæstionẽ propositã bene respondere, neq; assignare modũ, quo corpora mista cõponũtur ex elemẽtis. Probatur, quia necesse est secundũ eos q̃ cõpositio elementorũ sit quædã mistura talis, qualis est mixtura lapidis in pariete. Dicunt enim q̃ elemẽta saluantur in misto secundum formas substãtiales, & actus suos, & talis cõpositio est secundũ partes minimas, ergo quãdo ex eis generatur caro & aliorũ vnũquodq;, non erit vera generatio, sed iuxta positio & compositio. ¶ Secundò probatur conclusio. Quia secundũ istos nõ ex quacunq; parte carnis generabitur quodlibet elemen-

E

F

tũ, sed ex vna parte vnũ, & ex alia parte aliud, sicut si ex vna parte ceræ fiat sphera, ex alia parte fiat figura pyramidalis, sed hoc est inconueniens, ergo. Probatur minor. Quia vt patet ex præcedentibus, quodlibet elementũ contingit ex alio generari, & ita dicendũ, q̃ sicut ex eadem cera modo fit figura circularis, modo pyramidalis & sic de alijs, ita ex ea dẽ materia modò sit aër & post aqua, & sic de alijs. Quod non possunt dicere illi qui dicunt sicut Emped. elementa esse intransmutabilia, sed necessario debent dicere, q̃ sicut ex diuersis partibus & locis ipsius parietis tolluntur diuersi lapides; ita ex diuersis partibus & locis ipsius misti diuersa elementa generantur, ita quòd ignis ab vno loco & parte, & aër ex alia. ¶ Quarta conclusio tex. 48. Similiter autem & facientibus, &c. Similiter ponentibus elemẽta habere vnã materiã, & ideo esse transmutabilia, videtur sequi aliqua inconuenientia si dicatur aliquid generari ex elementis. Probatur. Nã tunc est difficultas, Quomodo mixtum generatur ex elementis suppositò, q̃ sit omniũ elementorum vna materia? Etenim fit ex igne & aqua, ex calido & frigido fit aliud; vel illa manent vel non. Si manent, erit mistio compositio, vt dicebat Emped. Si verò non manẽt, sola illorũ materia restabit in misto, cum vtrumque corrũpatur, quod est impossibile. Si autẽ remaneat alterum, & alterũ corrumpatur, tunc est corruptio vnius & generatio alterius, quia corrupto vno aut generatur alterũ, aut remanet pura materia. Quomodo ergo ex elementis generatio fiat, etiã in hac opinione dubiũ est. ¶ Quinta conclusio. Quando alterum elementum fuerit simpliciter actu & alterum simpliciter in potentia, tunc non potest esse mixtio. Quando verò vnum non est omnino actu, nec per excessum prædominatur alteri elemẽto, tunc generatur quoddam medium quod nec est simpliciter calidum, nec simpliciter frigidum, sed quodammodo naturã participans vtriusque. Hæc conclusio probatur supponendo prius q̃ differentiæ elementorum sunt contrariæ, scilicet, calidum & frigidum, & huiusmodi, & q̃ suscipiunt magis & minus. Quo supposito patet conclusio. Nã quando elementa miscentur intẽtiones siue formæ corrumpuntur, & remanent in virtute, & tunc illud mediũ generatũ non est sic in potẽtia sicut in materia, nec simpliciter alterũ elementorũ, sed medium inter ea, quod quidẽ medium diuersificatur secundum q̃ diuersificãtur virtutes miscibiliũ. Si enim potẽtia ignis excedet virtutẽ aquę, mediũ generatũ est magis calidũ quã frigidũ. Et sic secũdũ proportionẽ virtutis vnius elemẽti ad virtutẽ alterius, vt si in duplo, si in triplo excedit caliditas frigiditatẽ, & medium dupliciter est calidius & tripliciter. Secundũ ergo hũc modum erunt mista ex contrarijs elementis per compositionem vel mixtionem, & elementa erunt ex illis mixtis per resolutionem. Ipsa enim mista

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt potentia quatuor elementa non quidem vt materia, sed secundum prædictum modum, scilicet, secundùm q̃ medium quoddammodo participat naturam elementorum ex quibus componitur. ¶ Sexta conclusio. Redactis ad quandam temperiem qualitatibus elemeutorum generatur ex eis quoddam medium, sicut carnes & ossa & huiusmodi talia. Hæc conclusio probatur. Quia omnia contraria patiuntur adinuicem, sicut dictum est in. 1. lib. cap. de actione. quia quod est actu calidum est potentia frigidum, & è conuerso. Quapropter si non adequantur in potentijs suis, sed vnum omnino alteri prædominatur, tũc transmutantur adinuicem, & non fit mixtio, sed corruptio debilioris, & generatio siue augmentum prædominantis. Et quod dictum est de calido & frigido intelligendum similiter est in alijs contrarijs, scilicet, hicco & humido. At cùm æqualia sunt agunt quidem & patiuntur mutuò, sed non se inuicem mutant, sed ad mixtum veniunt, & sic elementa mutuò se mutant, vt contrarietas eorum calidi. v. g. & frigidi ad quoddam medium & temperiem veniat, & tic fiunt os, caro, & alia homogenea, ergo.

¶ Septima conclusio. Tale medium non est vllum extremum sed extrema temperata, nec est vnius proportionis tantũ, scilicet, q̃ semper fit per æqualem contrariorum participationem, neq; est indiuisibile, idest, non est vnomodo tantum, sed diuersis modis secundum diuersitatem proportionis cõtrariorum, & sic est medium inter calidum & frigidum secundum multiplicem proportionem ipsorum, quod idem etiam dicendum est inter humidum & siccum, quæ secundum meliorem diuersitatem, quædam aliquã proportione conuenientia faciunt carnem, & in alia proportione faciunt os, & in alia faciunt aliud. ¶ Hucusq; Arist. in præcedentibus capitibus egit de mutua generatione elementorum inter se & secundũ aliorum sententiã, & secundum suã propriam, in hoc autẽ & sequenti determinat de mixtorum ex elementis generatione. Circa quod sciendum est q̃ vt patet ex præcedentibus duplex est opinio de elementis. Altera est vera, quæ asserit elemẽta ex quibus corpora sunt constituta habere aliquid commune quod est vna materia & adinuicẽ inter se transmutari. Alia fuit opinio Empedoclis qui dixit elementa esse intransmutabilia. Et secundũ vtramq; hanc opinionẽ Aristo. in præsenti disputat de quæstione proposita, & primo secundũ opinionẽ Emped. qua reprobata in secundo loco agit iuxta suã & verã opinionẽ. Quod facit à quarta conclusione, & deinceps. In qua proponit hanc quæstionẽ quomodo supposito q̃ elementa habent eandẽ materiã maneant in misto, & primo argumentatur nullo modo ea manere posse vt patuit in illa conclusione, per reliquas autem respondet ea manere non actu sed potentia, & virtute secundùm suas qualitates ad quoddam medium reductas. De qua re multa in præsentiã nobis essent disputanda, nisi de hac re in. 1. lib. c. vltimo copiosissimè egissemus. Quare eis relictis circa sextam & vltimam conclusionem in quibus Arist. asserit qualitates elementorum manere in misto redactas ad quoddam medium & proportionem disputari à nobis debet de ista proportione qualitatũ. Quæ quæstio licet magis ad Medicos quã Philosophos pertineat, quia tamẽ de ea hic iam cõmuniter agitur, breuiter à nobis disputabitur.

QVÆSTIO.

¶ *An detur mixtum ad pondus æquale.*

ARguitur primo pro parte affirmatiua. Qualitates cõtrarię secundũ medietatẽ graduum simul esse possunt in eo subiecto, vt dixim⁹ in. 1. lib. q. vlt. ergo aliquod mistũ potest esse ex his secundũ gradus medios. Quicquid enim est possibile in genere: de facto debet esse in aliqua specie, & in aliquo indiuiduo talis speciei; tale autem erit æquale ad põdus, ergo. ¶ Arguitur secundo. Si vnũ contrariũ est in rerũ natura, & alterũ etiã erit vt dicitur. 1. Cœli tex. 44. &. 2. de Cœlo tex. 18. sed corpus æquale ad pondus, & inæquale sunt contraria, ergo cũ detur inæquale ad põdus, dabitur & æquale. ¶ Arguitur tertiò. Vbicunq; datur maius & minus, ibi datur æquale, quia nõ fit transitus de extremo ad extremũ sine medio vt dicitur. 5. Phys. sed datur calidissimũ & minimè calidum, ergo æquale. Confirmatur. Quia si non daretur tale mistũ vnum contrariũ alteri dominaretur, ipsumque excederet, & sic facile, & cito dissolueretur mistũ. ¶ Arguitur quartò. Si mensuratũ est in rerum natura, mensura etiã debet esse in rerũ natura, quia mensuratũ refertur relatione reali ad mensurã, vt dicitur. 5. met. sed corpus inæquale ad pondus mensuratur per corpus æquale ad pondus, & in rerũ natura reperitur inæquale ad pondus, ergo & æquale ad pondus.

¶ Arguitur quintò. Datur æquale ad põdus quãtũ ad qualitates motiuas grauitatẽ, scilicet, & leuitatẽ, vt sit aliquid tantũ graue, quantũ leue, ergo dabitur etiã mistũ æquale ad põdus quoad qualitates alteratiuas. Cõsequẽtia videtur nota ex paritate rationis, & antecedens probatur de oleo, ligno & alijs, quæ super aquas posita, partẽ intra aquã, partẽ extra habent. Quod videtur esse signum æqualis leuitatis & grauitatis. ¶ Pro intelligentia huius quæstionis notandum primo est quod duplex æqualitas considerari potest in qualitatibus elementorum quæ mistum componunt. Altera est æqualitas ad pondus, qua mistũ ita fit redactũ ad medĩ, vt in eo omnes qualitates sint æquales in gradibus, ita vt fit calidũ vt quatuor, frigidũ vt quatuor, humidũ vt quatuor & siccum

& siccum vt quatuor. Et hæc æqualitas vocatur à Medicis æqualitas ad pondus. Alia æqualitas est proportionis, qua mistum est redactum ad talem concentum & temperiem primarum qualitatum, qualis est necessaria & conueniens ad formam ipsius & ad operationes suas exequendas. Et talis æqualitas vocatur à Medicis æqualitas ad iustitiam, hoc est, ad debitam rationem meriti ipsius formæ, & operationum eius. Et ad istam æqualitatem iustitiæ nõ est necesse quod sit æqualitas graduum in primis qualitatibus, sed sufficit quod sit æqualitas in ordine ad formam. De vtraque æqualitate erit nobis sermo in præsenti, Vtrum sit possibilis. ¶ Loquendo ergo de æqualitate ponderis varię sunt Medicorum & Philosophorum sententię. Etenim Galenus vt refert hic Commentator commen. 48. & citari solet communiter in lib. 1. de cõplexionibus cap. vlt. & lib. 2. cap. 1. non solùm existimat dari mistum æquale ad pondus, sed tunc putat esse in sua optima dispositione, vnde animal perfectissimam putat habere temperiem, cũ æqualitatem hanc sortitum est. Mouetur autem Galenus, quia vbi hominis temperati tactorium non esset æquale simpliciter & ad pondus, non haberet perfectum iudicium de tactibilibus, imò semper erraret, ergo optima complexio est quæ consistit in æqualitate ad pondus. Oppositam sententiam tenet Commentator vbi modo citatus est, & in primo Cœli comm. 7. &. 4. meteor. comm. 10. & in multis alijs locis, in quibus ait mistum æquale ad pondus esse impossibile. Quam sententiam sequuntur omnes Arabes. Aliqui autem Medici nituntur conciliare Galenum cum Auerroe. Distinguunt enim quadruplicem complexionem, vnam quæ resultat merito miscibilium, qua videlicet forma mixti in materia sibi per eam dispositа in principio sui esse introducitur. Quam quidam hac tatione vocant innatam, alij naturalem, alij primã. Est & alia complexio, quæ influitur à corde per spiritus vitales, quam ideo influentem siue influxã appellant. Tertia est ex his composita ex innata quidem vt potentia influxa verò vt actu. Quarta est, quam vocant totalem, quia resultat ex omnibus particularibus membrorum cõplexionibus dicta quoq; vna non simpliciter, sed attributione ad vnũ. Hac posita distinctione dicunt isti autores q̃ neq; prima cõplexio, quã innatam appellant, quæ resultat ex mistione prima, neq; cõplexio secunda influxa est æqualis ad põdus, quin potius prima magis declinat ad frigidũ, secunda autem ad calidum & humidũ. Dicunt secundò, q̃ illud temperamentum quod resultat ex vtrisque innata, videlicet & influxa potest æqualis esse ad pondus, imo tunc dicunt esse optimum temperamentum animalis, cum innata complexio reducitur ad æqualitatem ponderis ab influxa, taleq; temperamentum in tactu esse putant, & hoc sensisse aiunt Galenum. Vnde ipsemet Auerroes. 2. colliget. capit. 1. ait errorem Galeni de complexione esse parvum, quia sic intelligendo Galenum sua positio est necessaria. Dicunt tertiò, q̃ complexio omnium membrorum vna aggregatione vel attributione facta computatione caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis omnium membrorum, est æqualis ad pondus. In toto enim animali tantum est caloris quantum frigiditatis, & aliorum similiter contrariorum, quanuis non in singulis partibus id ita sit, quibusdam enim inest magis calor, quibusdã frigus. Ex his conciliant Auerroẽm cum Galeno. Auorroës enim loquitur de complexione prima, siue dicatur innata siue naturalis, & de secũda quæ dicitur influxa, nam hæ non possunt esse æquales ad pondus, Galenus autem loquitur de tertia & quarta complexione. ¶ At vero Marsil. hic. q. 15. & Albertus de Saxonia. q. 11. & multi alij in hac re diuersa via procedunt. Hi enim distinguunt qualitates primas in motiuas, quales sunt grauitas & leuitas, & alteratiuas, quales sunt quatuor assignatæ, caliditas, scilicet, frigiditas, &c. Iuxta hoc dicunt tripliciter posse distingui æquale ad pondus. Vno modo in omnibus qualitatibus tã alteratiuis, quã motiuis, vt omnes existant æquales. Secundò in solis alteratiuis. Tertiò in solis motiuis. His positis dicunt primò, q̃ esse æquale ad pondus in omnibus qualitatibus, tam alteratiuis, quam motiuis est impossibile. Ratio est, quia istæ æqualitates duæ sunt incompossibiles, si enim est æqualitas motiuarum necessario debet esse inæqualitas alteratiuarum, & è conuerso, quia motiuæ sequuntur alteratiuas, & minor frigiditas facit maiorem grauitatem, quàm facit maior calor leuitatem, vt patet in animalibus in quibus maior est grauitas quam leuitas, & tamen est maior calor in eis quam frigiditas, cum vita animalis in calido & humido dominantibus consistat. Vnde vt tanta sit grauitas quãta leuitas, debet esse multo plus caloris. Dicunt secundò, quòd potest esse æquale in solis alteratiuis pro aliquo instanti vel minimo tempore, licet mistum in tali dispositione, diu non possit durare. Prima pars probatur. Quia nulla videtur repugnantia si excedit aliqua qualitas aliam, quòd ista intendatur & alia remittatur, & ita veniat æqualitas. Secunda pars probatur. Quia talis dispositio est valde infirma, & repugnans saluti specialiter rerum viuentium, quorum vita consistit in calido & humido. Dicunt tertiò, quòd potest etiam esse æquale in solis motiuis ob eadẽ rationẽ, quia potest applicari intendens vel remittens. Dicunt quartò, q̃ in casu istius dicti tertij tale mistũ non vbicunq; poneretur, quiesceret. Nam si poneretur in loco ignis, secundũ vnã tantum qualitatẽ ibi esset naturaliter, secundum tres violenter, cùm ergo tres primę pon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

derarent traherent corpus deorsum,& sic tale mi-
stum in illo loco non quiesceret, præsertim quia
ignis in tota sua sphera non resisteret. Similiter si
esset in superiori parte aëris descenderet; quia solus
ignis tunc resisteret, non aer per totam suam sphe-
ram. Eodem modo si in terra esset ascenderet, simi-
liter per aquam. At si esset in continio duorum, sci
licet, aeris & aquæ quiesceret, quia tunc æquales
essent vtrinq; resistentiæ. Dicunt quintò, quòd da
to q mistum esset ex æqualibus qualitatibus in
gradu, nondum esset æquale ex æqualibus in vir-
tute, cum caliditas frigiditate, & humiditas siccita-
te agentiores sint, & vbi essent æquales in gradu
& virtute non possent esse æquales in resistentia,
quandoquidem qualitas agentior minus resistit,
& è contra quæ plus resistit minus agit; & si essent
per imaginationem æquales in gradu, virtute, & re
sistentia non possunt esse æquales secundù æqua-
litatem dimensiuam, quia si frigiditas vt quatuor
esset eiusdem gradus & virtutis cum caliditate vt
quatuor debet esse in maiori quãto, quia licet quã-
titas non sit actiua, concurrit tamen ad actionem,
eùm in maiori quanto sit maior virtus secundùm
efficaciam, & non formaliter secundum gradum,
vt iam exposuimus in primo libro. Hæ sunt alio-
rum de hac re sententiæ. ¶ Pro huius rei intelligen-
tia sit prima conclusio. Inter animalia diuersarum
specierum non est æqualitas complexionis, sed ne
cessariò diuersæ species diuersas complexiones re-
quirunt, licet aliquæ alijs sint proximiores. Proba-
tur ista conclusio. Primò. Quia medium oportet
fini proportionari, sed dispositiones & complexio
nes sunt quædam media ad formarum conserua-
tionem in materia, ergo secundùm diuersitatem
formarum conseruandarum erit diuersa dispositio
& complexio, ergo formæ specie distinctæ habe-
bunt complexiones specie distinctas. Secũdò pro
batur. Si eadem dispositio esset ad diuersas formas
specie, sequeretur quòd illa dispositione posita in
vna materia, simul ponerentur in eadem materia
duæ formæ specificæ: quod implicat. Probatur cõ
sequentia, quia posita aliqua dispositione sufficien
ti ponitur forma ad quam est illa dispositio, si er-
go vna sufficit pro duabus, posita illa ponẽtur duę
formæ. Tertiò probatur. Nam complexiones sunt
veluti propriæ passiones formarum, & causantur
ab ipsis, ergo formæ distinctæ specie necessariò de
terminant sibi complexiones diuersæ speciei.
¶ Secunda conclusio. Non oportet ea quæ sunt
eiusdem speciei, habere eiusdem speciei complexio
nes. Probatur. Omnes homines sunt eiusdem spe-
ciei, tamen alij sunt sanguinei, alij melancholici,
istæ autem manifestè differunt specie ex prædo-
minante in eis elemento, ergo. Cum hoc tamen
stat, quòd tota species humana determinat sibi cõ
plexionis quandam genericam latitudinem, quæ
non inuenitur in alia specie animalis. ¶ Tertia con
clusio. Non potest esse æqualitas ponderis in qua-
litatibus omnium membrorum hominis. Proba-
tur. Aliam qualitatum compositionem requirit
manus, aliam oculus, aliam cor, & sic de osse & car-
ne, capite & pedibus, vt ex sensu constat, ergo in
eis non est æqualitas ponderis in qualitatibus. Cõ-
firmatur. Nam aliàs impedirentur officia & fun-
ctiones singularum partium, quæ non consistunt
cum tali æqualitate, vt cor debet esse calidissimum,
aliter non consisteret vita, cerebrum frigidissimũ,
ossa sicca & nerui, pupilla humida, ergo. ¶ Quarta
conclusio. Homo non habet æqualitatem ponde-
ris in qualitatibus per totam vitam. Ista conclusio
probatur. Nam in infantia quæ durat vsque ad
quartum circiter annum multùm viget calor &
humiditas, ob idq; tunc membra sunt laxa, pedes
infirmi, vt nequeat homo ambulare præ nimia hu
miditate membris laxatis; in pueritia verò, quę du
rat vsque ad decimum annum viget etiam calor &
humiditas, sed non tanta humiditas, quæ paulatim
consumitur, obidq; iam magis potest cõsistere ho-
mo, ac progredi, quanuis adhuc debiles sint vires:
in pubertate verò quæ durat vsq; ad decimũ octa-
uum, adhuc minus est de humiditate; at in adole-
scentia quæ durat vsque ad. 25. in omnibus calor
& humiditas vigent, semper tamen minor & mi-
nor humiditas, quanuis vsque ad istud tempus ma
gis sit humiditatis quam siccitatis, at verò in inuen
tute quæ durat vsque ad. 35. aut etiam vsq; ad. 40.
quæ dicitur ætas florida, iam incipit vigere siccitas
& caliditas, & in constanti & virili ætate quæ est
vsque ad. 50. complexio tendit versus mediocrita-
tem qualitatum, ac in senectute quæ durat vsque
ad. 65. iam fit aliqualis conuersio complexionis,
ita vt iam incipiat esse frigida & sicca, ac tandem in
ętate decrepita, in hoc viget frigiditas & siccitas, &
complexio est frigidissima & sicca, ergo in tota vi-
ta hominis perdurare non potest eadem comple-
xio æqualis ad pondus. ¶ Quinta conclusio. Com-
plexio hominis requisita ad introductionem for-
mæ, & ad optimam conseruationem ipsius nõ po-
test esse æqualis ad pondus. Aduerte quòd ista cõ-
clusio intelligitur de complexione hominis in spe
cie, & in indiuiduo, itaque neque in specie, neq; in
indiuiduo est æqualis, sed semper est in eo vel ma-
gis de calore vel siccitate, vel frigiditate, vel humi-
ditate secundum variam complexionem quam ha
buerit. Omnes enim complexiones & temperies
harum qualitatũ reducũtur ad quatuor in genere.
Prima est in qua abundat calor, & siccitas supra
alias, quæ ignea dicitur, & in animalibus cholerica
vocatur. Secũda est in qua abundat calor, & humi-
dũ & aërea dicitur, in animalibus autẽ sanguinea.
Tertia in qua excedit frigiditas & humiditas, quæ
est aquea, & dicitur in animalibus phlegmatica.
Quarta terrea in aqua excedit frigiditas cũ siccita-
te, quæ dicitur in animalibus melancholica. Ad-
uerte tamen q; vt Arist. dicit tex. 84. istæ comple-
xiones non consistunt in indiuisibili, sed quæque
earũ diuiditur in modos innumerabiles secundum
maiorem vel minorem excessum duarũ ad alias, vt
si est magis calidum vel minus, & similiter duarũ
inter se, vt prima cholerica est multiplex. Potest
enim esse ęquè calida & sicca, aut magis calida quã
sicca, aut magis sicca quã calida, & vlterius respe-
ctu aliarũ magis sicca, aut minus, magis calida aut
minus excedendo alias duas. Idem in quouis alio
temperamento vnde consurgunt innumera tẽpe-
ramenta pro varijs specierum, & indiuiduorũ mi-
storum formis. Probatur ergo conclusio. Primò.
Ex pluribus non potest effici vnum nisi vnũ illorũ
fuerit vt actus ac forma, & alterũ vt materia ac po-
tentia, hoc autem esse non poterit nisi alterũ alteri
prædominetur, ergo. Minor probatur. Nam si om
nes virtutes elementorum in misto essent ęquales,
non esset maior ratio quare vna haberet rationem
actus quàm alia, & sic vel omnia haberent rationẽ
actus, vel omnia haberent rationẽ potentiæ, ac per
consequens ex illis fieri non posset mistum per se
vnum. Secundò probatur. In omni mistione opor
tet prædominari alterum miscibilium, quia à pro-
portione æqualitatis non prouenit actio, sed idem
elementum quod prædominatur in mistione etiã
in misto genito per talem mistionem oportet prę-
dominari, ergo nõ manent æqualia in misto quo
ad pondus. Patet consequentia, quia vnum elemẽ-
tum non est cur alteri in misto prædominetur, nisi
quia eius virtus & qualitas est in illo secũdùm plu-
res gradus. Hæ duæ rationes desumptæ sunt ex
Commentatore. Prima enim colligitur ex secũdo
cõmen. c. vlti. Secunda ex hoc. 2. lib. de Gen. com.
48. & 4. Metheor. com. 10. & 10. Met. comm. 23.
Sed ad huc tertiò probatur conclusio. Nã in qua-
litatibus motiuis non potest dari mistum æquale
ad pondus, ergo neque in alteratiuis. Consequẽtia
videtur nota ex paritate rationis, & antecedens
probabitur in conclusione sequenti. Quartò pro-
batur. Nam in quolibet misto debet prædominari
vnum elementum, ergo non potest dari æquale ad
pondus. Consequẽtia patet ex dictis, & antecedẽs
probatur. Nam hac ratione aliqui homines dicun
tur cholerici, alij melancholici, alij phlegmatici, alij
sanguinei, ergo. Probatur vltimò conclusio. Nam
in qualitatibus omnium membrorum non potest
esse æqualitas ad pondus, vt patet ex tertia conclu
sione, ergo neq; in complexione hominis. Proba-
tur consequentia, quia complexio hominis adinte
gratur ex complexionibus particularibus mẽbro-
rum, imò verò vt puto non est alia cõplexio in ho-
mine distincta à partialibus membrorũ, sed omnes
illæ complexiones secundùm q ab anima cõtinen
tur, & reducuntur ad quoddam medium & tempe
riem est complexio ipsius hominis. Diximus autẽ
q non potest dari æquale ad pondus secundùm
optimam conseruationem formæ, quia via corru-
ptionis puto nullum esse incõueniens tale æquale
concedere, imo sæpè credo tale dari. Quod pro-
bat argumentum Marsilij pro eius secundo dic-
to. Nam qualitas. v.g. frigiditas pro optimo tẽpe-
ramẽto sit vt tertio, & caliditas, vt quinto, & humi
ditas, vt quatuor, & siccitas, vt sex; certum est q ab
aliquo agenti extrinseco remissæ possunt intendi
& intensæ remitti, atque ita tẽperari vt sint in gra-
dibus æqualibus, cæterum hoc est via corruptio-
nis, & recedendo ab optimo eius temperamẽto in
quo vnum elementum necessario debet alteri prę-
dominari. Aduerte in hac conclusione q id quod
diximus de complexione hominis in his conclu-
sionibus, id ipsum dicendum est de alijs omnibus
animalibus, sed claritatis gratia nos loquuti sumus
de homine tantum. Aduerte secundò q hucusq;
tantum sermonem fecimus de qualitatibus altera-
tiuis loquendo autem de motiuis sit sexta con-
clusio. ¶ Non est possibile naturaliter dari mistum
æquale in solis qualitatibus motiuis, neq; & in illis
& in alteratiuis simul. Ista secunda pars satis proba
tur à Marsilio & ab alijs citatis pro quarta opinio-
ne. Prima tamen pars probatur. Si tale corpus esset
dabile naturaliter, sequeretur dari corpus, cui in ta
li dispositione existenti nullus posset naturalis mo
tus cõpetere aut quies, cõsequens est impossibile,
ergo & illud ex quo sequitur. Impossibilitas conse
quẽtis est nota. Cum enim omne corpus Physicũ
sit ens naturale habens in se naturã, quæ est princi
piũ motus, & quietis eius in quo est, necessariò de-
bet habere aliquem motũ naturalem ad suũ locũ
naturalem si est extra, vel quiescit in eo si est in eo.
Vnde repugnat corpus esse naturale, & ad nullum
locum naturaliter moueri, aut in nullo loco natu-
raliter quiescere. Sequela autẽ probatur. Nullus lo
cus potest tali corpori conuenire naturaliter, ergo
ad nullum naturaliter mouebitur, neq; in nullo na
turaliter quiescet. Consequẽtia probatur, quia nul-
lum corpus naturaliter mouetur nisi ad locum na-
turalem suũ, neq; quiescit nisi in suo loco naturali.
Antecedẽs autem probatur. In quolibet loco qui
signari potest, tale corpus naturaliter est tantũ se-
cundùm vnam qualitatem, & secũdùm tres violen
ter, ergo traherent illud ab illo loco, & sic non erat
talis locus naturalis illi corpori. Antecedens proba
tur. Nã si est in terra qualitates aquæ, aëris, & ignis
ibi violenter sunt, & si est in igne qualitates etiam
aëris, aquæ, & terræ sunt violenter, & similiter si est
in aëre vel in aqua, ergo. Neq; erit eius locus natu-
ralis si eius medietas sit in aëre, & medietas in aqua.
Nam tunc etiã erũt tres qualitates violenter. Nam
ibi erit violẽter grauitas terrea, & leuitas ignea, erit
etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam violenter medietas leuitatis aëreæ quæ est in aqua, & medietas grauitatis aquæ, quæ est in aëre, ergo omnes istæ qualitates erunt ibi violenter, & tantum duæ medietates, scilicet, medietas qualitatis aëris quę est in aëre, & medietas qualitatis aquę, quæ est in aqua erũt naturaliter; at cum aliæ qualitates præponderent istis duabus medietatibus necessariò distrahẽt tale corpus ab illo loco, ac sic nõ erit talis locus naturalis illi. Cõfirmatur. Nam aliàs darentur duæ contradictoriæ veræ, scilicet, q̃ tale corpus semper moueretur, & semper quiesceret ablatis impedimentis. Probatur prima propositio. Nam tale corpus in quocunq; loco esset secũdum tres qualitates violenter esset vt probatũ est, ac sic per illas ab illo loco moueretur. Secunda propositio, scilicet, q̃ semper quiesceret, patet. Quia corpus non mouetur naturaliter nisi ad locum suũ naturalem, sed talis corporis nullus est locus naturalis, vt ostensum est, ergo ad nullum moueretur vel ad omnia, & si in vno quiesceret, in omnibus quiesceret simul quod est impossibile. Et hæc ratio est Comment. in. 1. cœli com. 7. quam quia multi non intelligunt in varias distrahuntur sententias. Sed certè vt à nobis est proposita si qua demonstratio est in Physica, ista ex earũ numero esse debet, ex qua etiam patet solutio ad argumenta facta pro quarto dicto quartæ sententiæ. Ex his patet ad secundam partẽ quæstionis in qua à principio quærebatur; Vtrùm detur æquale in qualitatibus secũdum iustitiam. Dicimus enim q̃ tam in qualitatibus alteratiuis solum, quàm in motiuis solum, quã in vtrisq; simul datur tale æquale. Etenim vnicuiq; formæ ad introductionem & conseruationẽ in materia dantur dispositiones & accidentia ad id requisita, sed æqualitas ista nihil aliud est quàm proportio & temperies qualitatum secũdum q̃ forma requirit, ergo debet dari talis æqualitas. ¶ Ad argumenta in principio facta est dicendũ. Ad primum respondetur q̃ licèt nõ repugnet qualitatibus illis posse esse simul secundum gradus medios in quantum sunt qualitates contrariæ, & ita etiam possint esse in misto via corruptionis, vt patet ex quinta cõclusione: repugnat tamen esse simul, & in quãtum cõstituunt bonam temperiem & proportionem misti, in qua est necesse q̃ vna illarũ reliquis prædominetur. Quod fieri non potest si essent simul secundum gradus medios. ¶ Ad secũdum respondetur q̃ autoritas illa Arist. est intelligẽda de veris contrarijs. Etenim tunc si vnum existit cõtrarium, alterum etiã debet existere. At verò æquale & inæquale non sunt verè contraria, sed potius priuatiue opponuntur; vnde non sequitur q̃ si vnum eorum est in rerum natura q̃ alterum etiã sit, sicut etiam nõ sequitur, quod si est corpus finitum, debeat etiam esse infinitum, neq; si est locus q̃ sit vacuum, quia ista non proprie opponuntur cõtrariè sed priuatiuè, ita in proposito. De quo vide Commentatorem. 1. Phys. com. 41. ¶ Ad tertiũ respondetur quòd vbi datur maius & minus potest dari æquale, nisi ab extrinseco hoc impediatur in casu nostræ quæstionis in quo propter naturam misti tale æquale dari non potest. Ad confirmationem respondetur concedendo q̃ vna qualitas cõtraria prædominetur alteri, non tamen ob hoc sequitur vt facilè mistum dissoluatur. Continetur enim ab anima tale contrarium, & ad quãdam temperiem & actiuitatem temperatam reducitur, ne alia contraria facilè corrumpat. Quinpotiùs vt in. 1. lib. dicebamus huiusmodi qualitates in misto quia instrumenta sunt animæ alias distinctissimas operationes habent quàm in elementis, & ita licèt alteri vna prædominetur, per multum tamen tempus ab anima possunt contineri in tali proportione quia ei est connaturalis, & ad suam conseruationẽ maximæ accommodata. ¶ Ad quartum respondetur q̃ æquale ad pondus est mensura ad imaginationem Geometræ, non autẽ ad imaginationẽ naturalem. ¶ Ad quintum patet ex sexta cõclusione. Ad illud de oleo & ligno; respondetur illa multò graviora esse quàm leuiora. Quod si sub aquis nõ cõsistunt est quia leuitatem participant aliquam, vt ab aqua prorsus vinci non possint, quod in ligno præcipuè contingit, quia est valde porosum pluribus meatibus affectum, qui ne detur vacuum aëre implẽtur & propterea supernatat. Signũ huius est vas æneũ, quod superpositum aquis non descendit, licèt sit magis graue quàm leue, eo q̃ eius cõcauũ aëre plenum est, & vter compressus mergitur aquis, & tamen tumens propter aërem inclusum nullo modo mergitur.

CAPVT. VIII.

OMnia enim mista corpora, quæcunque circa locum mediũ sunt, ex omnibus composita sunt simplicibus. Terra quidem inest omnibus, quia Vnumquodque est, maximè & multũ in proprio loco. Aqua autem, quia oportet terminari quodcunque compositum. Sola autem est simplicium bene terminabile aqua. Amplius autẽ & terra sine humido non potest commorari, sed hoc est quod cõtinet. Si enim auferatur omnino ex ipsa humidum, decidet vtique. Terra quidem igitur, & aqua, propter has insunt causas.

Aer, autem & ignis, quoniam cõtraria sunt, terræ & aquæ. Terra quidẽ aeri, igni verò aqua, contraria est; vt contingit substantiam substantiæ contrariam esse. Quoniã igitur generationes ex cõtrarijs sunt, insunt autem altera extrema contrariorũ, necesse & altera inesse. Quapropter in omni composito omnia simplicia erunt.

Testificari autem videtur & nutrimentum vnius cuiusque. Omnia quidem enim nutriuntur eisdem, ex quibus sunt. omnia enim multis nutriuntur. Etenim quæcunque videntur vno solo nutriri, vt aqua, plantæ multis nutriuntur. Mista est enim aquæ terra. Ideo rustici tentant miscentes irrigare.

Quoniam autem est nutrimentum quidẽ materiæ, quod nutritur autem coniunctum materiæ, forma & species, rationabile iam solum simplicium corporum nutriri ignem omniũ ex inuicem generatorum, quemadmodum & Priores dicunt. Solus enim & maximè, speciei particeps est ignis, quia innatus est ferri ad terminum. Vnũquodq; autem innatum est ferri in suypsius regionẽ. Forma enim & species, in terminis omnium est. Quod igitur omnia corpora ex omnibus constituta sunt simplicibus, dictum est.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio tex. 49. Omnia enim mista corpora &c. Omnia mista quæ sunt supra terram, quæ est locus medius, sunt composita ex omnibus elementis. Probatur conclusio, & primò quod omnia ex terra. Omnia mista talia quiescũt in terra sicut in proprio loco, ergo sunt composita ex terra. Quod autem ibi sit aqua, probatur dupliciter. Primo. Quodcũque mistum oportet esse terminatum sed nõ potest esse terminatum nisi ibi sit aqua quæ est inter simplicia maximè terminabilis, ergo. Secundo. Si humiditas aquæ à terra remoueretur statim resolueretur in puluerẽ, sed puluis non est apta misti materia, ergo oportet in misto aquam ponere. Quod autem in misto sit etiam aër & ignis, probatur. In misto sunt terra, ergo ignis & aër. Antecedens patet ex dictis, & cõsequẽtia probatur, quia omnes generationes fiunt ex cõtrarijs, si ergo mista generantur, eorum generatio erit ex contrarijs, & sic si vnum contrariũ est, alterũ inesse debet. At aër contrariatur terræ, & ignis aquæ, ergo si in misto sunt frigidum & siccum terræ, & frigidum & humidum aquæ, necesse est etiam inesse calidum & humidum aëris, & calidum & siccum ignis. Quapropter in omni composito omnia simplicia erunt corpora. Secundo probatur conclusio à signo. Nam q̃ omnia mista cõponantur ex quatuor elementis testificari & approbare videtur vniuscuiusq; nutrimentum. Nam vnumquodque nutritur ex eis ex quibus est, sed omnia nutriũtur ex elementis, ergo ex eisdem quatuor elemẽtis omnia mista cõsistunt. Maior probari potest, quia nutrimentum transmutatur in naturam nutriti, non autem posset transmutari nisi haberent eandẽ materiam. Minor verò probatur sumendo argumẽtũ à minori. Minus enim videtur q̃ plantæ quæ sunt magis terrestres nutriantur ex pluribus quàm alia nutrita, sed istæ licet videantur solum nutriri ex aqua, nutriuntur tamen ex omnibus, ergo multò magis alia. Quòd autem plantæ nutriantur ex omnibus videtur ex hoc manifestum q̃ nutriũtur ex terra & aqua, & ex agricultura; rustici enim colentes plantas miscent terrã cum aqua ad nutrimentũ plantarum. Si autem inest terra & aqua, necesse est etiã inesse alia duo extrema ignẽ, scilicet, & aërem eadem ratione qua supra, ergo. ¶ Secũda cõclusio tex. 50. Quoniam autẽ est quidem &c. Inter omnia corpora simplicia solus ignis nutritur. Probatur conclusio. Nam nutrimentũ est sicut materiale respectu nutriti, quia in suam naturã conuertitur, vt dictum est. 1. lib. ca. 5. ipsum autem nutribile est sicut forma & species coniuncta materiæ, ergo rationabile est vt solus ignis inter simplicia corpora nutriatur. Probatur consequentia. Nam inter omnia elementa quæ adinuicem generantur, ignis est magis formalis. Quod patet ex hoc q̃ ipse naturaliter fertur sursum ad terminum, id est, ad circunferentiã orbis, qui maximè formalis est inter omnia corpora; vnumquodq; enim natum est ferri ad sui ipsius regionem, quæ est connaturalis ei; forma autem & species omnium rerum inferiorum præter hominem est in terminis omnium, quia superiora ad inferiora se habẽt sicut forma ad materiã. Cum ergo ignis tangat orbem lunæ, cõstat q̃ ipse sit cõnaturalis orbi in formalitate. Patet ergo ex dictis omnia mista ex omnibus simplicibus corporibus esse compositа. ¶ In præcedenti capite incepit Aristoteles tractare de mistorũ ex elementis generatione, & in eo explicuit modum quo manent elemẽta in misto, in hoc vero determinat quomodo omnia elementa cõcurrunt ad cuiuslibet misti generationem. Vt autem omnia quæ in hoc capite Aristoteles dicit examinentur est quæstio.

QVÆSTIO.

¶ *Vtrùm quæ dicit Aristoteles in hoc capite sint vera.*

ET videtur q̃ non & imprimis arguitur cõtra principalem conclusionem, scilicet, q̃ omnia mista componuntur ex quatuor elementis. Primò. Quia vapor, cometa, & fumus & cætera id genus sunt mista, vt supra diximus. c. 4. q. 1. cõclu. 4. Et tamen non cõponuntur ex quatuor elementis, neq; fiunt in terra, ergo. Consequẽtia est bona, & minor probatur. Nam vapor est tantum aquæ, & exhalatio terræ, & cometæ nihil aliud sunt quã vel aër inflammatus, vel exhalationes calidæ, & siccæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiat æ propter vehementem calorem accesse, ergo. A Confirmatur. Nam in media regione aëris fiũt mista perfecta vt lapides & ranæ & vermes, & tamen ibi non possunt concurrere omnia elemẽta. ¶ Arguitur secundo contra primam rationem primæ conclusionis, vbi dicit Aristo. q aqua inter omnia simplicia est benè terminabilis. Nam hoc est contra superius dicta in tex. 23. vbi diffinit Aristot. q aër est maximè humidus ac per consequens maximè terminabilis, ergo. ¶ Arguitur tertiò cõtra secundam rationem pro prima cõclusione, vbi Aristoteles probat ignẽ & aërem debere inesse in misto, quia aqua & terra insunt, quæ sunt contraria igni & aëri, contraria autem debent esse in eodem. Contra, nam ex hac ratione sequitur, q nullũ elementũ sit simplex. Probatur sequela, quia vbicũq; inest calidũ & siccum eidem debet inesse frigidum & humidum per regulam contrariorum datam in textu, quia contraria debent esse in eodem, & generationes etiã debent esse ex contrarijs. ¶ Arguitur quartò contra id quod ibidem dicitur, scilicet, quod ignis contrariatur aquæ, & aër terræ. Nam expresse Arist. ait oppositũ in. 2. de cœlo tex. 18. vbi ait q ignis terræ contrariatur, & non aquæ, ergo. Confirmatur. Nam substantię nihil potest esse contrarium, at ignis & aqua, & aër & terra sunt substantiæ, ergo nihil est eis contrariũ. ¶ Arguitur quintò contra secundam rationem pro eadem prima conclusione in qua dicitur, q omnia mista nutriuntur ex elementis; hoc enim videtur falsum, & contra dicta in. 1 lib. c. 5. in. q. vtrum alimẽtum fit simile nutrito, conclusione secunda, vbi diximus, quòd solum mista sunt alimenta viuentiũ, & quòd nullum viuens nutritur elemẽtis, ergo. ¶ Arguitur D sextò contra id quod dicitur in secũda cõclusione quòd ignis inter omnia simplicia corpora solum nutritur. Contra. Nam imprimis hoc etiã est contra dicta in eodem capite in quæst. Vtrum sola viuentia augeantur, vbi diximus neque ignẽ neque aliquod aliud nõ viuens posse nutriri, ergo. Quod si respõdeas ex dictis ibi, & cum D. Tho. hic quòd quando dicit Arist. quòd inter simplicia corpora solus ignis nutritur, intelligẽdus de nutritione nõ propria sed impropria, quia sola vegetabilia impropriè nutriũntur; Contra. Nam si loquitur de nutritione impropria & communiter dicta, nõ est E vera eius conclusio in qua asserit quod solus ignis improprie nutritur, cum nutritione communi & impropria etiam alia elementa aër, scilicet, & aqua & terra nutriantur, ergo. ¶ Pro solutione horum argumentorum, & pro intelligẽtia principalis conclusionis huius capitis notãdum est quòd mistum est duplex. Quoddam est violentum, quod habet qualitates omnium elementorum sed violentè, sicut aqua aliquando habet calorem violentè, & talia vocantur mista qualitatiuè, & de his non est quæstio. Manifestum est enim quòd talia possunt esse mista cum duobus vel vno vel etiam cum omnibus elementis. Alia ergo sunt mista quibus quatuor primæ qualitates naturaliter ex propria forma cõueniunt, vt homo, lapis, plãta, & huiusmodi & de his tractat Arist. in hoc capite. Iterum autem mista sunt duplicia. Quedã imperfecta vt vapores, nix, grando, & similia. Alia verò mista sunt perfecta. De mistis imperfectis tractare ad vnguẽ pertinet ad libros Metheororum, de mistis autem perfectis est quæstio præsens. ¶ Prima conclusio. Elementa etiam omnia simul non possunt cõcurrere B ad productionem misti tãquam causa principalis. Probatur ista conclusio. Quodlibet mistum perfectius est secundùm speciem omnibus elementis, ergo omnia elementa non possunt esse causa principalis misti. Antecedens patet, & consequẽtia probatur, quoniam imperfectũ non potest esse causa perfectioris. ¶ Secunda conclusio. Elementa suis proprijs qualitatibus actiuis vt sunt virtutes alicuius perfectioris agentis possunt instrumẽtaliter attingere formã substantialem mistorũ omniũ præter animã rationalẽ, quæ à solo Deo creatur. Dicitur in quantũ sunt virtutis perfectioris agẽtis, quia in quantum instrumenta solum elementorũ, id nõ possunt, quia quod elemẽta ipsa nõ attingũt multo minus instrumẽta in eorum virtute attingent, at verò ex virtute alterius agẽtis perfectioris id optimè poterunt, sicut calor nutritiuæ producit carnẽ ex vi animæ, quam non posset vt calor est virtus ignis producere. Possunt tamen qualitates elementorũ proprijs actionibus concurrere etiã ad formã misti vt calor calefaciendo, & siccum siccando, quia omne instrumentum habet propriam actionem disponentem ad effectum principalis agẽtis. Vtrum verò accidens in virtute substantiæ possit substantiam producere, nõ est præsentis loci disputare, vide M. Soto in. 2. Phyſi. q. 5. sed id supponatur modo, & eo supposito probatur conclusio. Nã accidẽs quodlibet potest esse instrumẽtũ substantiæ, ergo qualitates elemẽtorũ possunt etiã assumi ab anima vt in sua virtute ponant terra quàm poterant in virtute elemẽtorũ. Ex hac cõclusione sequitur, q quãuis quatuor qualitates respectu elementorũ sint virtutes productiuæ, similiter & dispositiones, tũ respectu formarũ mistorũ potius habent rationẽ dispositionis, & materiæ quã virtutis productiuæ. ¶ Sit tertia conclusio. Omne mistũ perfectũ cõponitur ex quatuor elemẽtis. Probatur conclusio. Omne mistũ habet quatuor qualitates proprias elemẽtorũ, ergo ex eis cõponitur. Hãc cõclusionẽ tenet hic Arist. Et pbat duabus rationibus vt patuit in expositione textus. ¶ Quarta cõcl. Nõ est necesse ad generationẽ misti q omnia quatuor elemẽta formaliter & actualiter cõcurrat. Probat. Põt mistum generari ex alio misto ex virtute coelesti, & ex

& ex mistorum aliquorũ concurrentia, ergo. Præterea. Quia in media regione aëris potest generari A mistum & tamen ibi non sunt quatuor elementa actualiter secundùm suas formas, ergo. ¶ Quinta conclusio. Necesse est ad generationem cuiuslibet misti perfecti circa medium existentis concurrere quatuor elementa vel eorum virtutes. Prima pars patet ex tertia conclusione, & secunda sequitur ex eadem & tertia conclusione. Nam omne mistum componitur ex quatuor elemẽtis, & nõ est necesse q concurrant secundùm suas formas, ergo est necesse q concurrãt secundùm suas qualitates & virB tutes. Secundò. Quodlibet mistum ex se requirit quatuor primas qualitates quæ sunt elemẽtorum, ergo quod potest producere mistũ debet habere virtutem productiuam quatuor qualitatum, cum sine qualitatibus non possit produci, ergo. ¶ Ad argumenta in principio facta respondetur. Ad primum q Arist. in hoc capite solum loquitur de mistis perfectis; quæ autem in illo argumento cõmemorãtur sunt mista quædam imperfecta, quæ aliquando ex concursu duorum elementorum aliquando trium aç omniũ etiam quatuor simul aliquando producuntur. Ad cõfirmationem respondetur q illa mista perfecta quæ in media regione aëris producuntur, composita sunt ex quatuor elementis; ibi enim producuntur virtute aëris & ignis & vaporis in quo viget virtus aquæ & exhalationis in quo viget siccitas terræ; iam autem patet ex quarta & quinta conclusione q non est necesse q elementa concurrant secundùm suas formas, sed sãtis est q concurrant secũdùm suas virtutes. Advertet tamẽ q ista mista perfecta in media regione aëris producta non fiunt solùm ex virtutibus elementorum, sed potius ex virtutibus & influentijs D cœlorum, at elementa ipsa potius concurrunt veluti in genere causæ materialis. ¶ De secundo argumento iam multa diximus supra super capit. 3. q. 2. conclusione. 4. vide ibi. nam ibi dictũ hoc Arist. sãtis exposuimus. ¶ Ad tertium respõdetur, quòd mistum non debet habere qualitates intẽsas & excellentes. Vnde vis rationis est. In misto sunt terra & aqua secũdùm suas qualitates refractas, ergo aër & ignis. Antecedẽs patet per diffinitionem misti. Consequentiã verò probatur per hoc, quia cõtraria refracta debent esse in eodem. Item quia generationes mistorum sunt in contrarijs refractis. Et q iste sit legitimus sensus Aristot. patet. Nam ipse in 1o. Met. diffinit contraria sic, q sunt ea quę sub eodem maximè distãt genere, & ab eodem subiecto mutuò se expellunt. Ex quo duo notanda colligũtur. Quorum primum est, q quando dicit Arist. q contraria debent esse in eodem intelligitur secundùm gradus remissos, quia secundùm intensos nõ solum se compatiuntur, verum etiam mutuò se expellunt, vt patet ex autoritate modo inducta. Secundum est, q ex hoc loco colligitur aperte sententiam esse Arist. contraria in gradibus remissis posse esse in eadem subiecto, quod est notandum cõtra Sonc. pro eis quæ diximus in lib. 1. q. vltima. Sed contra hoc est argumentum. Nam sequitur q in quolibet elemento sint adminus tres qualitates, hoc autẽ est falsum, ergo & illud ex quo sequitur. Sequela probatur. Nam in quolibet elemẽto præter ignem est aliqua qualitas remissa, & in aëre vtraque, vt patet ex dictis. c. 3. q. 2. & 3. At secundum Aristotelem vbi vna qualitas remissa est, debet etiam alia inesse, ergo. Ad hoc argumentũ patet ex dictis super idem caput. 3. q. 3. vide ibi. ¶ Ad quartum argumẽtum aliqui dicunt, q in illo loco de cœlo Arist. assignauit contrarietatem inter elementa secũdùm qualitates motiuas, secũdùm quas terra non aëri, sed igni contrariatur, at verò hic loquitur secundùm qualitates alteratiuas secundùm quas terra non igni sed aëri opponitur. Aliã tamẽ solutionem meliorem adhibuimus nos super. c. 3. q. 2. conclusione. 5. vide ibi. Ad confirmationem q ipse Aristot. se explicat dicens q ignis & aqua contrariantur inter se vt contingit substantiã substãtiæ esse contrariam, id est, vt explicat S. Tho, C prout ratione qualitatum contingit substantiam substantiæ contrariam esse. ¶ Ad quintum respondetur quod mistum nutritur ex elemẽtis, id est, ex mistis habentibus quatuor qualitates elementorũ. Et sic Aristoteles hic debet intelligi, vt patet ex exemplis ab ipso allatis. Quando autem nos diximus q mista non nutriuntur ex elementis, intelligendum ex elementis puris, vt patet etiam ex ibi dictis. ¶ Ad sextum respondetur optimam esse solutionem ibi datam. De quo multa diximus in loco in argumento allegato. Ad replicam factã contra solutionem respondetur quòd solus ignis dicitur nutriri inter omnia elementa nõ quia propriè nutritur, sed quia eius augmentatio assimilatur maximè nutritioni viuentium. De quo vide etiã ibidẽ in solutione ad secundum argumetum. Et hæc de hoc capite.

CAPVT IX.

VIa verò sunt quædam, generabilia & corruptibilia, & generatio contingit eis, quæ sunt circa medium locũ, dicendum de omni generatione simpliciter, quot & quæ, eorum principia. Facilius enim sic singularia inspiciemus, quando de vniuersalibus accepimus.

Sunt enim, & numero æqualia, & genere eadem, principia, quæ, in sempiternis & in primis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mis, sunt. Hoc quidem enim est vt materia, hoc autem vt forma; oportet autem & adhuc tertiũ existere. Non enim sufficientia ad generandum sunt duo, quemadmodum neque in primis. Vt materia quidem in generabilibus, quod possibile est, esse & non esse, causa est. Hæc quidem enim ex necessitate sunt vt æterna, horum autẽ hæc quidem impossibile non esse, hoc autem impossibile esse, quia non contingit circa necessarium aliter se habere. Quedã verò possibile, esse & nõ esse, quod est generabile & corruptibile. Quandoque quidem enim hoc est, quandoq; autem non est hoc. Quapropter necessarium, generationem & corruptionem, circa possibile, esse & non esse. Ideoque, vt materia quidẽ hæc causa est generabilibus, vt autem cuius gratia, forma & species. Hæc autem est ratio vniuscuiusq; substãtiæ. Oportet autem adesse & tertiũ, quod omnes quidem somniant, dicit autem nullus.

Sed in quidem sufficientem existimauerunt causam esse ad generationem ſpecierum, naturam, quemadmodum in Phædone Socrates. Etenim ille, increpans alios, quasi nihil dixissent, supponit quoniam, hæc entium quidem species, hoc autem participatiua ſpecierum esse. Et quoniam, essa quidem vnumquodq; dicitur secũdum speciem, generari autem secundum susceptionẽ, & corrumpi secundum obiectionẽ, quapropter, si hæc vera sunt, species existimant ex necessitate causas esse generationis & corruptionis. Hi autem ipsam materiam, ab hac enim motũ.

Neutri autem dicunt bene. Siquidem enim sunt causæ species, quare non semper generant continuè, sed quandoq; quidem, quandoque non existentibus & speciebus semper, & participantibus? Amplius autem in quibusdam videmus aliã quandã causam esse. Sanitatẽ enim Medicus facit & doctrina Doctor, existere & sanitatem ipsam, & doctrina & participantibus. Similiter autẽ in alijs secundum potentiã operantis.

Si autem materiã quis inquiet generare propter motum, naturalius vtiq; dicet ita dicẽtibus. Alterans enim & transformans, magis causa est generationis: & in omnibus assueti sumus hoc dicere effectiẽs. Similiter & in his, quæ natura, & in his, quæ ab arte, quod transmutans sit.

Sed tamen nec hi rectè dicũt. Materiæ enim, pati & moueri, mouere autẽ & facere, alterius potentiæ. Manifestum autem & in his, quæ arte & natura generantur. Non enim ipsa facit aqua, & seipsa animal, neque lignum lectum, sed ars. Quocirca & dicunt non rectè, propter hoc & quoniam relinquunt principaliorem causam. Auferunt enim, quod est esse & formam. Amplius autem & potentias attribuunt corpori, propter quas generant valde organice, auferentes eam, quæ secũdùm speciem, causam. Quoniam enim innatum est (vt inquiunt) calidum quidem segregare, frigidum autem congregare, & aliorum vnumquodque, hoc quidem facere, hoc autem pati, ex his dicunt & per hæc, omnia alia, generari & corrumpi. Videtur autem & ignis ipse cum mouetur, pati. Amplius verò simile aliquid faciũt, vt siquis, serræ, & vnicuiq; instrumentorum, attribuit causam eorum, quæ generantur. Necesse enim, seruante diuidi, & incidente coæquari, & in alijs similiter. Quocirca, siquidem maximè, facit & mouet ignis. Sed quomodo mouet, non vident, quoniam deterius quàm organa.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio tex. 51. Quia verò sunt quædam &c. Cum sint quædã generabilia & corruptibilia, & generatio & corruptio sint in eis, quæ sunt circa medium locum, dicendũ est simpliciter & vniuersaliter de generatione quot & quæ sint eorũ principia. Hæc conclusio probatur. Facilius cognoscuntur particularia vniuersalibus prius cognitis, cum ergo hic vniuersaliter loquamur, in alijs autem libris in particulari, vt illa benè cognosci valeant vniuersalia hic dicẽda sunt. ¶ Secunda conclusio. Tria sunt principia in qualibet generatione, materia & forma & aliud tertiũ. Hæc conclusio probatur primò. Sicut est in sempiternis & in primis ita videtur esse in generabilibus & in corruptibilibus, sed in sempiternis & in primis ad motum requiruntur tria, scilicet, materia & forma & tertium, scilicet, efficiẽs, ergo ad motum generationis etiam requiruntur tria, scilicet, materia & forma quæ generatur & efficiens. Maior probatur, quia numero æqualia & genere eadem sunt principia quæ sunt in sempiternis & in primis atq; sunt in corruptibilibus & generabilibus. Minor autem probatur. Nã in libris de cœlo qui præcedit hũc, demonstratum est cœlum moueri circulariter, & in omni motu oportere esse tria, scilicet, subiectum forma & agens, ergo. Consequentia autem probatur, quia materia cum sit ens in potentia est causa quare ista inferiora possunt esse, & non esse, forma verò est causa esse tantum, sed efficiens mouet materiam vt trãsmutetur de potentia ad actũ. Secũdò probatur. Omne potens esse & non esse habet materiam partem sui, omne generabile potest esse & non esse, ergo omne generabile habet partem sui. Maior probatur. Quia materia est causa possibilitatis ad esse & non esse. Minor verò probatur ex differentia quæ est inter ęterna & temporalia, quia illa ex necessitate sunt vt cœlum, quæ in sua substantia, & in suis motibus necessãria sunt, & similiter substantiæ separatę, & his opponuntur impossibilia ad esse; hæc autem possunt esse & non esse, & ista sunt generabilia & corruptibilia, quæ quandoque sunt, & quandoq; non sunt, illud autem ex quo talis potentia eis ineſt ad esse & nõ esse est materia, ergo ista habent materiã. Tunc vltra. Omnia generabilia & corruptibilia habent materiã, ergo habent formam, quia materia est propter formã, & non est sine illa. Hæc autẽ forma in Physicis est causa finalis quia est id cuius gratia mouẽs mouet; quia forma & species est finis motus, & intẽtionis naturalis agentis, quæ est etiam ratio diffinitiua vniuscuiusq; substantiæ. Tunc vltra. Est materia & forma, ergo & efficiens. Patet consequẽtia, quia cum his duobus oportet esse tertiũ principiũ quod est efficiens, quod omnes antiqui somniauerunt, sed nullus de ipso aliquid veritatis dixit expresse. ¶ Etenim quidam vt Plato in Phædone existimauerunt naturam specierum, id est, species separatas quas Plato appellauit ideas esse sufficientem causam ad hoc q̃ res generarentur. Vnde in illo loco inducit Socratem ad confirmationem suę opinionis increpantem alios tanquam dicentes nihil, & supponentem q̃ entium quædam sunt substãtiæ separatæ, quædam verò participialia specierũ, & q̃ vnumquodq; compositum dicitur esse actu secundum speciem, generari autem secundùm illius speciei susceptionem, corrumpi verò secũdum speciei illius abiectionem. Dixit enim species rerum esse æternas quæ sunt quasi quædam figilla impressa rebus generabilibus. Et cum sigillatur materia quę sit per illarum participationem, tunc res generantur, & cum ejicitur forma, sigillata manet quidem perpetua, sed destruitur individuum per eiectionẽ talis formæ. Quapropter si ista est idearũ natura, vt ipse Socrates & Plato existimant, necesse est ipsas species esse causas generationis & corruptionis per præsentiam quidem generationis, per absentiam verò corruptionis. Alij verò non dixerũt principium mouens esse extrinsecum sicut Plato, sed dixerunt principium trãsmutationis materiæ esse ipsam materiam, & ipsum motum rerũ esse ab hac, id est, ab ipsa materia dispositа & informata qualitatibus primis. ¶ Tertia conclusio. Opinio Platonis est falsa. Probatur primò. Quia species separatæ non sunt causæ sufficiẽtes generationis cũ materia quia si sunt sufficientes, quare non semper & continuè generantur res, & non quandoque sic quandoque nõn. Non enim est maior ratio quare in vno tempore species generentur quàm in alio, cum ipsæ species & participalia, id est, quæ materiæ innatę sunt susciperе illas species semper & eodem modo se habeant. Confirmatur & explicatur hæc ratio. Idem manens idem semper natus est facere idem, sed species vel ideæ semper manent & eodem modo, ergo semper deberent generare, sed hoc est falsum q̃ semper generent, quia quædam quandoq; sunt, quandoq; non, ergo illæ non sunt causæ generationis & corruptionis. Secũdò probatur conclusio, quia per ea quæ sunt in arte philosophari oportet, & indagare quæ sunt in natura, at in arte præter formam & materiam est efficiẽs, vt præter sanitatem & subiectũ est medicus, præter scientiam & scientem est docens, ergo & in natura præter formam & materiam est etiã causa aliqua alia, quæ sit efficiens. ¶ Quarta conclusio tex. 53. Si autem materiã quis &c. Quanuis opinio dicens materiam esse causam effectiuã motus naturalior fit, quàm præcedens opinio, tamen etiã falsa est, & veritati repugnans. Prima pars cõclusionis probatur. Naturalius est causam generationis assignare per motum & trãsmutationes naturales, quàm per species à motu & transmutationibus separatas, sed ista secũda opinio assignat pro causa generationis transmutatam materiam, Plato autẽ species à materia separatas, ergo hæc secunda opinio est naturalior. Maior patet ex consuetudine loquẽdi tam in naturalibus quàm in artificialibus. In omnibus enim solemus assignare causam, quæ est transmutationis principium. Apud omnes enim causa efficiẽs est, quæ alterat & trãsformat & mouet. Quod vero ipsa etiam secunda opinio sit falsa quæ erat secũda pars conclusionis, probatur tripliciter. Primò. Causa materialis & efficiens non coincidũt in idem numero, sed materia est causa materialis cuius est moueri & pati, ergo ipsa non est causa efficiens cuius est agere & mouere. Maior probatur in naturalibus & artificialibus. In naturalibus quidem quia aqua, quæ secundùm q̃ dicit Thales est materia omnium (vt habetur in. 1. Met. ca. 2.) non facit ex seipsa animal nec aliquid aliud; in artificialibus verò quia lignum quod est materia lecti non facit ipsum lectum, sed artifex per artẽ quã habet in mente, ergo hi non rectè dixerunt. Secũdò probatur eadem secũda pars, quia auferũt nobilissimã causam, quæ est natura & quodquid est; hæc autẽ est forma, ergo. Sed probatur antecedens ex supra dictis. Nam dictum est, q̃ ipsi auferũt causam mouentem, qua sublata cum materia quæ est in potẽtia non possit se mouere ad actum necessario etiã & auferunt formã. ¶ Quod adhuc manifestatur per aliud quod ipsi dicunt. Nam attribuunt corporali materiæ potentias passiuarum qualitatum, & per illas

Universidad de Deusto
Biblioteca

per illas potentias valde organicè, & tanquam per organa & instrumenta dicunt quòd materia generat aliam auferentes causam quæ est secùdum speciem, id est, secùdum causam formalem, per quam vnumquodq; collocatur in specie. Dicunt enim q calidū quod est in materia innatum est segregare. Segregat enim calidum & dissoluit, frigidum autē congregat & inspissat, miscet & confundit. Et quia res omnes cōstituuntur mistura quadam & distinctione, ideo dicebant q ex his duobus omnia alia agant & patiantur, & omnia ex eis generantur & corrumpuntur in tantum etiam q ignis qui est formalissimus & maximè actiuus aliquando motus à frigido hoc modo instrumētaliter patitur, & nō dixerūt aliquam causam efficientē vel formalem. ¶Tertiò probatur eadem pars conclusionis. Secùdum hanc opinionem sequitur q sicut serra dicitur causa artificij, & instrumentum causa effectus, ita accidentia & qualitates, & materia qualificata sint causa motus generationis & q non erit aliud agens; hoc autem est falsum, quia supra serram requiritur serrans, & supra instrumētum agens principale. Et qui sic dicunt non videt quomodo ignis agat & moueat, quia multo deterius mouet quàm organum, quia sicut dictum est organū dirigitur ab artifice ad actum talem vel taliter, qui inducit formam operis artis, sed ignis corrumpit complexiones & hoc est multo peius quàm actio organi ordinata ab eo quod mouet organum.

POst quàm Philosophus determinauit de generatione & corruptione, tam simpliciū quā compositorum ex simplicibus, in reliquo huius libri tractat de causis generationis & corruptionis elemētorum & mistorum in vniuersali. In hoc autem capite posita primum sentētia sua duas aliorum Philosophorum impugnat & refellit.

Dubitatur verò circa ea quæ dicit in prima conclusione; Vtrùm sint vera. Imprimis videtur falsum id quod asserit, q principia quæ sunt in sempiternis, id est, corporibus cœlestibus, & quæ sunt in primis, id est, elementis, & quæ sunt in istis inferioribus sunt eadem genere. Nam materia horum inferiorum & cœlestium distinguūtur genere, & materia est vnum ex principijs hic enumeratis, ergo. Maior patuit supra in. 1. lib. vbi de hoc quæstionē specialem fecimus, & ex mente Aristo. & D. Tho. ita determinauimus. ¶Secundò. Quia Aristoteles probat conclusionem per magis dubium. Ambiguum enim est, an corpora cœlestia habeāt materiam & formam & agens. ¶Tertiò, quia plura quā tria videntur rerum naturalium principia, vt materia & forma, & agens & finis, vel videntur tria alio modo, videlicet materia & forma & priuatio, de quibus Arist. in. 1. Physi. Pro solutione horum argumentorū & intelligētia eorū, quæ dicit Arist. in hac conclusione aduertendū est ex D. Tho. hic, q corporū generabiliū & corruptibiliū quædā sunt principia extrinseca & quedā intrinseca. Principia extrinseca sunt agentia, siue mouentia. Et ista se habent in quodam ordine, quia quædam sunt proxima, & quædam remota siue prima. Et prima quidē principia sunt substātiæ separatæ, quorū suprema est Deus, & ista sunt eadem respectu omniū corporalium, & propter hoc dixit Philosophus quòd corruptibilium & sempiternorū sunt eadē principia numero. Proxima verò non sunt eadem, quia principia corporum cœlestium sunt substātiæ separatæ, vt dicitur in. 2. Met. tex. 24. sed proxima principia corruptibilium sunt ipsa corpora cœlestia vt dicit Philosophus in. 1. Metheor. intrinseca verò principia sunt materia & forma, & ista non sunt eadē numero corruptibiliū & incorruptibiliū, sed sunt eadē secundùm analogiā; quia nec materia nec forma corrumpitur per se, sed solùm per accidens, vt dicitur in. 1. Phys. tex. 82. & ideo dicit Philosophus q principia corruptibiliū & incorruptibiliū sunt eadē principia genere, id est, analogia siue proportione. Ex quibus satis patet ad primū argumentū. Aduerte tn q Philopponus dicit ad hoc argumetū q materia cœlorū & horū inferiorum possunt dupliciter cōsiderari; vno modo sub ratione subiecti, & sic eadē est genere in cœlis & in corruptibilibus; alio modo sub ratione qua ad formam referūtur, & sic non sunt eiusdē generis: quoniā materia generabiliū est subiectū formæ, cui cōpetit habere cōtrariū; & sic est materia trāsmutabilis de vna forma in aliā. Materia verò cœli est subiectū formæ, cui nullū cōtrariū est, & sic est materia inamissibiliter habēs formā. Sed dices, vnde materia generabiliū habet, vt sit potentia existēs contraria, materia verò cœlorū nō. Ad hoc Philopponus ait, q hoc potest esse propter differentiā formarū; quoniā cœlestiū forma non habet cōtrariū, sed est sempiterna semper eodem modo se habēs, ideo cœlorū materia semper actu est; forma verò generabilium semper habet contrariū aut positiuum, aut priuatiuum, aut per se, aut per accidens, & ideo accidit huic materiæ vt sit potentia existēs contraria. Ait etiā q potest esse hęc differētia propter naturas materiarū, scilicet, quia materia generabiliū sua natura est potētia ad contraria, materia verò cœlorū sua natura nō existit potētia ad contraria. ¶Ad secundum respondet Ægidius, quòd Arist. probat in rebus materialibus tria principia reperiri, quia in rebus sempiternis reperiuntur etiā tria, qui motus ad formā sumit originē ex motu ad Vbi, propterea quæcūq; principia concurrunt ad motū localem debēt cōcurrere ad generationem. Cùm igitur ad motū localē cōcurrant tria illa principia & ad generationē etiā vt cōcurrāt necesse est. Respōdetur tū secùdò q in lib. Cœli qui præcedit hunc demōstratū est cœlū moueri motu circulari, vbi etiam

vbi etiam demōstratū est in omni motu oportere esse tria, scilicet, subiectū formā & agēs, & quia hoc declaratū est in libro Cœli, ideo Arist. vtitur illis declaratis vt suppositione. Aduerte tamen q iste locus est egregius contra Auerroēm, qui asserit Cœlum ita esse corpus simplex, vt nō sit cōpositū ex materia & forma. Aristoteles enim eodē modo hic ponit in corporibus inferioribus & cœlestibus materiā & formā. ¶Ad tertium respōdetur q sub nomine formæ cōprehendit finem; ait enim q forma est id cuius gratia agens operatur. Et licet causa formalis & finalis distinguātur, quia tn eadem res est forma & eadē est finis ideo nomine formæ Aristoteles vtrāq; causam intellexit. Ad cōfirmationē respōdetur q Arist. loquitur hic de principijs per se, cuiusmodi nō est priuatio. De quo copiosius agitur in. 1. Physi. vide ibi M. Soto. q. 5. Aduerte tn q ex hoc loco desumi potest optimū argumentū ad probandū q sint plura rerū naturalium principia quàm tria. Nam in. 1. Phys. dicit Arist. q sunt tria, scilicet, forma & materia & priuatio, & hic his addit agens, quod materiā cum forma coniungat, ergo rerū principia sunt plura quàm tria. Sed de hoc in illo loco videndus est M. Soto. ¶Circa illā propositionem quam in eadē conclusione habet, scilicet, q materia est causa possibilitatis ad esse vel nō esse; poterat dubitari vtrùm sit vera necne. Sed hoc non est præsentis disputationis. Vide de ea S. Tho. in. 1. p. q. 86. art. 3. & Caiet. ibi. ¶Circa opinionem autem Platonis, vide quæ nos diximus in. 1. p. q. 15. art. 1. in principio, vide etiā Sone. 7. Met. q. 25. Aduerte tamē vltra ibi dicta, q vt Themistius vult in. 1. de Anima. c. 23. Ideas Plato vocauit esse formas rerum à formando; nō ab informando. Nam quemadmodum è luce est illuminatio, sic à fōrma formatio: & quemadmodū generatio luminis est ex præsentia Solis; illius corruptio ab absentia, illiusq; esse illuminatū à participatione lucis. Sic rerum esse est ex participatione idearū; illarum verò formatio est illarū esse, illarū corruptio ipsarū priuatio. Est autē formatio ab ideis prouenies in animalibus vita sensitiua, in plantis vegetatiua, in rebus inanimatis forma particularis. Sic Themistius intelligit Platonem. Sed de hoc exactius disputare non est præsentis loci; pertinet hæc tractatio ad illum locum ex. 7. Met. vel ad secundum de Anima, vbi etiam nos Deo dante opinionem Platonis copiosius disputabimus.

CAPVT X.

AMplius verò, quoniā secūdùm allationem motus demonstratū est, his sic se quoniam perpetua, necesse est his habentibus & generationē esse cōtinuē. Allatio enim faciet generationē actu aliter, quia adducit & abducit generans.

Similiter autē manifestū, quoniā & si priora bene dicta sunt, trāsmutationē primā allationē, sed non generationē dicendū. Multū enim rationabilius est, ens non enti generationis causam esse, quàm non ens enti esse. Quod fertur quidem igitur est. Quod generatur autem nō est. Propter quod & allatio prior est generatione.

Quoniam autem suppositū & demonstratum est, quòd est cōtinua ens rebus, generatio & corruptio, dicimus autē causam esse allationē generationis manifestū quidē, quòd una existēte allatione nō cōtingit fieri ambo, quia cōtraria sunt. Idem enim & similiter se habēs, semper idē innatū est facere. Quocirca generatio semper erit, aut corruptio. Oportet autem multos esse motus & contrarios motus, aut allatione aut inæqualitate. Contrariorū enim contraria causa. Ideo nō prima allatio causa generationis est & corruptionis, sed quæ circa obliquum circulum. In hac enim & continuam inest & moueri secundùm duos motus. Necesse enim, si erit semper & continua generatio & corruptio, semper aliquid moueri, vt non deficiant transmutationes hæ. Duo autē vt non alterum contingat solum. Continuitatis quidem igitur totius allatio est causa. Præsentiæ verò, & absentiæ causa est inclinatio. Contingit enim quandoq; longè fieri, quandoque prope. Inæquali enim distantia existente, inæqualis erit motus. Quocirca, si in accedendo & in prope esse, generat, & in recedendo & longè fieri idipsum corrumpit. Et si multotiens adueniendo generat & in multotiens recedēdo corrumpit. Contrariorum enim contraria est causa. Et inæquali tēpore generatio & corruptio, quæ secundum naturam.

Ideoque & tempus & vita, vniuscuiusque habet numerum; & hoc modo determinantur. Omnium enim est ordo. Et omne tempus & vita, mensuratur periodo. Sed tamen non eadem omnes, sed hi quidem minori, hi autem maiori. His enim annus, his autem maior, aliis autem minor periodus est mensura.

Apparent autē & secundùm sensum cōfessa his, quæ à nobis dicta sunt. Videmus enim quod aduenīēte quidē Sole generatio est, recedēte autē diminutio & in æquali tēpore vtrunque. Equale enim est tempus generationis & corruptionis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ secundum naturam. Sed contingit multotiens in minori corrumpi propter admixtionem confusionem. Inæquali enim existente materia, & non vbique eadem, necesse & generationes inæquales esse, has quidem citiores, has autem tardiores. Quocirca accidit propter horum generationem alys generari corruptionem.

Semper verò (vt dictum est) continua erit generatio & corruptio, & nunquam deficiet propter eam, quã diximus causam. Hoc autẽ rationabiliter cõtingit. Quoniã enim in omnibus inquirimus, quod melius est, desiderare naturam semper melius autẽ est esse quã nõ esse. (Esse autẽ quot modis dicimus, in alys dictũ est) hoc autem in omnibus impossibile existere propter longè à principio distare, reliquo modo cõpleuit esse Deus, faciẽs continuã generationẽ. Ita enim maximè cõtinuabitur esse, quia proximè est substãtiæ fieri semper per generationẽ. Huius autẽ causa (vt dictum est multotiens) in circuitu allatio. Solã enim cõtinua. Ideo & alia, quæcũq; transmutantur admodũ secũdum passiones & potentias. V.g. simplicia corpora imitantur in circuitu allationem. Quoniam enim, ex aqua aer generatur & ex aere ignis, & rursus ex igne aqua, in circuitu dicimus circuire generationẽ, quia rursus reuertitur. Quocirca & recta allatio assequens eam, quæ in circuitu continua est.

Simul autẽ manifestum ex his, quod quidam quærunt, quare vnoquoque corporũ, in propriam allato regionẽ, in infinito tẽpore non distãt corpora. Causa enim huius est, quæ adinuicem transitio. Si enim vnũquodque maneret in sua ipsius regione & non transmutaretur ab eo, quod propensam vtique destitisset. Transmutantur quidẽ igitur propter allationem duplicem. Quia verò transmutantur non contingit manere vllum eorum in aliqua regione definita. Quod quidem igitur est, generatio & corruptio & propter quam causam & quid generabile & corruptibile, manifestum ex his quæ dicta sunt.

Quoniam autem necesse est esse aliquid mouens, si motus erit (vt dictum est prius in alys) & si semper, quod oportet aliquid esse semper, & si continuè, vnum & idem & immobile & inalterabile & ingenerabile, & si multi, qui in circuitu, motus, multa quidem, omnia autẽ æqualiter esse hæc necesse est sub vno principio esse.

A Continuo autem existente tempore, necesse est motum esse continuum, cum impossibile sit tempus sine motu esse. Continui igitur alicuius tempus est numerus; eius quidem, qui in circuitu, ergo quemadmodum in his, quæ à principio determinatum est.

Continuus autem motus, vtrum quia, quod mouetur continuum est, aut in quo mouetur? Velut locum dico, aut passionem.

B Manifestum itaque, quia in quod mouetur. Quomodo enim passio continua est, nisi quia res, cui accidit, continua est? Si autem & quia id in quo mouetur, continuum est, hoc soli loco inest. Magnitudinem enim aliquam habet. Huius autem, quòd circulo solum, continuum. Quocirca idem sibypsi semper continuum. Hoc igitur est, quod facit continuum motum, quod in circuitu corpus fertur. Motus autem tempus.

EXPOSITIO TEXTVS.

C PRima conclusio. Necesse est generationẽ esse continuam. Probatur cõclusio. Suppositis his quæ dicta sunt vniuersaliter de causis in. 2. Physi. à tex. 27. & ea quæ dicta sunt de allatione, qui est motus circuli cœlestis. Demonstratum est enim in. 8. Physic. tex. 55. & 56. q ipsa allatio, id est, loci mutatio est motus perpetuus. Quibus suppositis necesse est generationem continuè esse; materia enim continuo passibilis est, & qualitates elementorum continuè agunt & patiuntur. Hæc autem ideo facit allatio, id est, motus localis quia adducit & abducit generans, id est, solem, qui est causa omnis generationis & corruptionis, ergo existente motu locali perpetuo generatio etiam erit perpetua. Probari potest consequentia, quia causa perpetua habet effectum perpetuum. Quod verò allatio, id est, motus localis cœli, sit causa generationis. Probatur dupliciter. Primò. Nam sicut bene dictum est in prioribus, id est, in. 8. Phys. tex. 55. allatio, id est, loci mutatio est prima omniũ mutationũ; sed illud quod est prius est causa posterioris & nõ è conuerso, ergo latio est causa generationis. Secundò probatur idẽ. Multum rationabilius est quod id quod est semper & perpetuũ & perfectũ in esse sit causa non entis, quàm è conuerso. Cum igitur illud quod fertur localiter sit ens, quod autem generatur non sit, quia si esset non generaretur, ergo allatio est prius generatione & non è conuerso, & per cõsequẽs est causa generationis, ergo. ¶ Secunda conclusio. Ad generationem causandã & corruptionẽ oportet esse multos motus & contrarios aut latione aut inæqualitate. Probatur conclusio. Idem manẽs idem & similiter habens semper natum est facere idem, sed suppositum est & demõ-

& demõstratum perpetuum existere generationẽ & corruptionem vt patuit in primo huius, quia generatio vnius est corruptio alterius & proximo textu dicimus, motum localem esse causam generationis, ergo oportet ponere vel plures motus vel in eodem motu inæqualitatẽ. Probatur cõsequentia, quia si tantum est vna latio cœlestis, semper regulariter similiterq; se habens semper causabit idẽ, & sic semper esset aut solã generatio, aut solã corruptio, & non vtraq; cum sint contraria quæ vt patet ex maiori nõ possunt produci ab eadem causa eodem modo semper se habente, ergo. ¶ Tertia cõclusio. Prima latio siue primus motus, primi mobilis non est causa generationis & corruptionis, sed latio quę est circa obliquum circulum. Prima pars huius conclusionis sequitur ex præcedenti. Quia contraria non proficiscuntur ab vniformi, & eodẽ modo semper se habente, generatio perpetua & corruptio perpetua sunt contraria, & latio seu motus primi mobilis est vniformis, ergo ambæ non possunt à tali motu prouenire. Secunda pars cõclusionis probatur. Effectus cõtinuus & varius secundum dicta requirit causam continuam & variam, ista autem sunt in obliquo circulo, ergo ille est causa continuitatis generationis & corruptionis. Maior patet & explicatur. Continuitatis enim generationis causa est continuitas lationis, sed inclinatio & ascensio est causæ corruptionis & generationis accedendo enim fit generatio, & recedẽdo fit corruptio, & si multotiès adueniendo generat, multotiès recedendo corrumpit, ergo. ¶ Quarta conclusio. Generatio & corruptio sunt in æquali tẽpore. Hæc cõclusio patet & sequitur ex dictis, quia ascẽsio est causa generationis, quæ fit per sex signa Zodiaci, & descensio est causa corruptionis; quæ fit per alia sex signa. ¶ Quinta conclusio. Tempus & vita vniuscuiusque geniti habet determinatam mensurã ex latione obliqui circuli. Probatur, quia omnium inferiorum ordo ex ordine pendet superiorum, sed non omnium est eadem periodus, sed quædam habent maiorem, & quædam minorem. Quorundam enim periodus est vnus annus, sunt enim quædam animalia quæ non viuunt nisi per annum, quorundam verò minor & quorundã maior secũdum q magis vel minus sunt susceptibilia & receptibilia virtutis cœlestis sibi infusæ à cœlesti corpore, ergo. ¶ Sexta conclusio. Ea quæ dicta sunt vera apparent etiã ad sensum. Videmus enim ad oculum q Sole aduenìente ad punctum arietis quando directè locum nostrum tangit incipit esse generatio, vt patet in terræ nascentibus. Recedẽte autem sole à principio libræ incipit rerum diminutio & corruptio; & vtrumq; fit in æquali tempore quia tãtum est generationis tẽpus secũdum naturam, quantũ est tẽpus corruptionis: quia tantus est ascensus Solis, quantus est descensus, vt dictum est in quarta conclusione. Si autem cõtingãt aliquãdo corrumpi aliquam rem in minori tẽpore, hoc est, antequã vis generationis cœlestis secũdum rationem periodi recedat, hoc erit per accidẽs & nõ per se, quia propter cõfusionẽ admixtẽ, id est, propter confusionẽ quatuor elementorũ quæ sunt materia cuiuslibet generati, erit materia eius inæqualiter se habens, & nõ eodẽ modo recipiens virtutes cœlestes, & ita nec; eodẽ modo se habebit in periodo, sed necesse erit, q generationes sint inæquales & similiter corruptiones, & ideo erunt quædã citiores, quædam tardiores. ¶ Septima conclusio. Non solum ex parte causæ efficientis, sed etiã ex parte causæ finalis dicitur rationabiliter generationes & corruptiones esse perpetuas. ¶ Probatur hæc conclusio primo quoad secundam partem istius primæ ium patet ex dictis, & statim iterum probabitur. Natura enim semper desiderat quod melius est, melius autẽ est esse quàm nõ esse. Cum ergo naturale desiderium non possit esse frustra, oportet q res naturales semper habeãt esse, hoc autẽ est esse diuinum, & quiã impossibile est existere in omnibus, quia quædã sunt quæ longè distãt à primo principio, sicut sunt res materiales & generabiles & corruptibiles, & istã sunt quæ modiũ partiципant de esse diuino, ideo alio modo cõpleuit Deus materiæ desideriũ perpetuandò eius esse per cõtinuã generationẽ. Hoc enim modo cõtinuatur esse, quia scilicet, contingit semper fieri generationẽ proximæ substãtiæ, id est, quia semper cõtingit generati substantiã eiusdã speciei cum generante. Non enim generans generat idẽ sibi numero, sed idẽ specie, ergo generatio ratione finis est perpetua & continua, vt scilicet, res corruptibiles hunc assequãtur finem, vt semper sint eo modo quo semper esse possunt. Prima verò pars cõclusionis probatur. Multoties enim dictũ est q motus circularis cœlestis corporis est causa efficiẽs huius perpetuæ generationis & corruptionis. Nam ille solus est continuus & perpetuus (vt probatũ est in. 8. Phys. tex. 73.) & ideo alia quæ adinuicẽ trãsmutantur per passiones & potentias, cuiusmodi sunt simplicia corpora quatuor elementorũ sequũtur quodãmodò circularẽ motum, dum adinuicem circulariter trãsmutãtur. Quando enim ex aqua generatur aër, & ex aëre ignis, & iterum ex igne aqua, tũc dicimus q fit generatio circularis, & ideo recta allatio, id est, motus rectus qui est in elemẽtis cõsequens eam alterationẽ; quæ est in circuitu, est continua; quia Sole recedente conuertuntur elemẽta superiora in inferiora. Accedẽte verò cõuertũtur inferiora in superiora, & sic faciũt circuitũ perpetuũ secũdũ naturã. ¶ Octaua cõclusio. Ex dictis manifestè solui põt quæstio quã aliqui quærũt, scilicet. Quare elemẽta infinito tẽpore iam trãsacto nõ distãt adinuicẽ separata & ordinata in proprijs locis, cũ vnũquodq; moueatur ad suã

Universidad de Deusto
Biblioteca

regionem. Huius enim causa est mutua transmuta A
tio corũ, quia vnumquodq; mutatur in quodlibet, vt ostẽsum est in superioribus. Si enim vnũquodq; maneret in sua propria regione, & nõ trãsmutaretur ab alio elemẽto quod est iuxta ipsum, iamdiu destitissent transmutationes adinuicẽ, vel etiã defecissent actiones & passiones, sed sicut dictum est trãsmutantur adinuicẽ secundum generationẽ & corruptionẽ propter cõtinuũ motũ obliqui circuli, qui diuersificatur nobis per accessum & recessum. Quia autẽ sic adinuicẽ trãsmutãtur nullũ eorum manet ordinate in suo loco, sed quantũ vnum B
accipit de natura propinqui, tãtũ etiam accipit de loco eius, & permiscetur ei. Vnde terra & aqua vaporantia tendũt ad locum aeris, & permiscẽtur cũ eo. Et similiter quãdo ignis & aër frigore inspissantur vadunt ad locũ terræ & aquæ & permiscentur cum eis, & ideo elementa non sunt vbiq; pura, sed in partibus in quibus se cõtinguunt sunt permixta. Manifestum ergo ex dictis est, quòd est generatio & corruptio, & propter quam causam, & quid generabile, & quid corruptibile sit. ¶ Nona cõclusio. Adhuc ex alijs ostenditur perpetuitas generationis sic. Nam (vt patet ex. 8. Physic. & 12. Met.) necesse est si motus est, esse mouens; & si motus semper est, q̃ mouens semper sit; & si motus est continuè vnus quòd mouens sit vnum immobile, ingenerabile & inalterabile. Et iterum si multi sunt motus, multos esse debere motores, quamuis omnes æqualiter moueãt sub vno motore primo, scilicet, Deo. Tunc sic. Ex ordine istorum motorum & motuum sub vno motore est generatio, sed ille ordo est perpetuus, ergo & generatio erit perpetua. ¶ Decima conclusio. Motus est continuo perpetuus. Probatur ista conclusio ex tempore quod secundum suam naturam est continuum, & non deficiens. Impossibile enim est q̃ tempus sit sine motu, sicut impossibile est q̃ passio sit sine proprio subiecto. Est enim tempus numerus alicuius continui, motus est ergo numerus motus circularis, quia sicut determinatum est in his quæ in principio diximus, id est, in. 8. Phy si. nullus motus potest esse cõtinuus & perpetuus nisi solus circularis. ¶ Quod si quis quærat cum motus sit continuus vnde habeat hanc continuitatem; an propter hoc E
quòd mobile est continuum, vel propter locum in quo est motus, vel propter passionem ad quam est motus; Respõdetur manifestum esse q̃ motus cœlestis est continuus, quia id quod mouetur est continuum, & non quia locus in quo est motus, quia primus orbis non est in loco per se, nec est motus continuus ab eo, & ideo non est continuus ab eo loco in quo mouetur; motus enim in genere non habet continuitatem ab eo in quo mouetur: quia aliquando motus est in passione quæ non est continua nisi per accidens, quia id cui accidit est continuum. Si autem aliquis motus est continuus ab eo in quo mouet, hoc habebit solus motus localis, quia locus habet quandam magnitudinem & continuitatem. Sed nec omnis motus localis, sed solus circularis, quia quod mouetur circulariter est idem semper & seipso continuum, & ideo facit motum sempiternum & cõtinuum, & motus sempiternus facit tempus sempiternum.

POstquam Philosophus determinauit de principijs generationis vniuersaliter secũdum opB
tionẽ suã, & reprobauit opiniones aliorũ, nũc in hoc capite copiosius & particularius iterũ repetit sermonẽ de eodẽ principio mouẽte, & asserit esse Solem & motũ eius obliquũ. Et vt quæ dicit hic presius examinẽtur, prius in vniuersali de causalitate cœlorũ & Solis in hæc inferiora disputabitur, ac deinde ad singularum conclusionum examen in particulari descendemus.

QVÆSTIO I.

¶ Vtrum cœlum agat in ista inferiora.

C ARguitur primò pro parte negatiua. Nam vel cœlum agit mediante aliqua forma permanente, aut mediante motu transeunte. Non primum, quia aliàs etiam cessante motu cœli, essent generationes & corruptiones, si quidem maneret illa forma per quã ageret. Nec secũdum, quia motus non est forma actiua, sed potius videtur passio, ergo cœlum nullo modo est causa. ¶ Arguitur secũdò. Sequeretur q̃ omnes effectus naturales necessariò euenirent & nullus cõtingenter. Sequela patet, quia si cœlũ agit in hæc inferiora, & est agẽs naturale nõ impedibile ab inferioribus, necessariò effectus cõsequetur. Consequẽs est falsum, quia cõtingenter quãdoq; animalia ambulant quãdoq; quiescũt. Confirmatur primò. Effectus agẽtis ex necessitate sequitur in materia, quãdo virtus agẽtis tanta fuerit, vt possit sibi subijcere totã materiã, sed tota materia corporũ inferiorum subijcitur virtuti cœlestiũ corporum tanquã excellentiori, ergo. Confirmatur secũdò. Nam si effectus cœlestis corporis non ex necessitate proueniat; hoc est propter aliã causam impedientem: sed quælibet corpora, quę impedire possent effectum corporis cœlestis, necesse est reduci in aliquod cœleste principiũ; cùm cœlestia corpora sint causa omnium, quæ hic fiunt, ergo cum & illud cœleste principium sit necessariũ, sequitur q̃ necesse sit impediri effectũ alterius corporis cœlestis. ¶ Arguitur tertiò. Agens quod agit per medium, prius agit per medium quàm in extrema, ergo si cœlum agit in hæc inferiora; prius alterat cœlos sibi inferiores, consequens autem est falsum, vt docetur 1. de cœlo tex. 22. ergo. ¶ Arguitur quartò. Cœlum est non viuens, non viuens autẽ est ignobilius viuente,

viuente, ergo cœlum non potest esse causa saltim A
rerum viuentium. Patet consequentia, quia causa nobilior debet esse effectu. ¶ Arguitur quinto. Cœlum est causa vniuersalis, causa vniuersalis non distinguit effectus, sed tãtum causæ proximæ tam specificæ, quàm singulares, ergo cœlum saltim nõ est causa diuersitatis effectuũ in istis inferioribus. Confirmatur. Nulla est syderum aut cœli positio, sub qua de leone leo, de equo equus non nascatur, ergo diuersitas rerum non positioni syderum, sed diuersitati particularium causarum est ascribenda. Confirmatur secundo. Natos simul eodẽ momento ex diuersis parentibus intra eandem eiusdem tamen regionis latitudinem, & longitudinem fortuna ingenio corpore diuersissimos videmus; imò ex eisdem parentibus vt Iacob & Esau, ergo eorum diuersitas à particularibus causis, quæ diuersæ sunt, & non à cœli positione, quæ vna est, prouenit. ¶ Arguitur sexto. Nam Aristoteles in toto hoc capite solum motum Solis per Zodiacũ causam ponit mutationum, ergo supervluus est motus primi orbis & reliquorum cœlorum ac stellarum. Confirmatur. Nã Arist. tex. 56. expresse dicit q̃ motus C
primi orbis qui est diurnus, quia semper est vniformis, non est causa generationis & corruptionis.

DE hac quæstione iã aliqua diximus in principio primi libri inq. prooemiali disputantes de prioritate motus localis respectu aliorum motuum. Durandus in secũdo, scilicet. d. 15. q. 2. & 3. tenet, quòd licèt cœlum agat in hæc inferiora, non tamen agit mediante motu. Quam sententiam sequitur Alexãder Philosophus, vt refert S. Tho. in. 2. de cœlo lect. 4. in fine. Sonc. autem in 12. Meta. q. 23. tenet q̃ motus cœli est necessariò D
requisitus ad generationem viuentium, non tamẽ ad generationem formarum accidentaliũ. At verò Ioannes Picus Mirandulanus in libro aduersus Astrologos (vt refert Ferr. 3. cont. gent. ca. 84.) tenet corpora cœlestia esse causas vniuersales horũ inferiorum, & diuersitatem effectuum in istis inferioribus contingentium in causas tantum vniuersales; non autem in aliquas constellationes, seu syderum positiones esse referendam. ¶ Sit nobis prima conclusio. Cœlum & omnia corpora cœlestia, & omnes stellæ efficienter & tanquam veræ causæ E
licèt vniuersales agunt in hæc inferiora; Sol tamen inter omnia corpora cœlestia est præcipua causa omnium mutationum inferiorum. Ista conclusio quoad primam partem est communis omnibus Philosophis, & eam tenet Arist. in multis locis vt in. 12. Met. tex. 18. & 19. Et 8. Physic. tex. 1. dicit motum cœli esse vitam omnibus necessariam, & in. 1. Meteororum. c. 1. & 2. dicit & probat, quòd necesse est mundum istum inferiorem contiguum esse lationibus superioribus, vt omnis eius virtus inde gubernetur. Vbi vt Alexander super illa verbaijt, breuiter in istis verbis Aristoteles reddit rationẽ, quare mundus iste inferior debeat esse contiguus, vt virtus eius inde gubernetur. Hanc eandẽ primam partem conclusionis tenet D. Tho. vbicunque de hac re loquitur, præcipuè tamen videndus est in. 3. cont. gent. cap. 82. vbi eam septem elegantissimis rationibus demonstrat. Nunc etiam à nobis breuiter probari potest ex incorruptibilitate & nobilitate & perpetuitate corporum cœlestium & motuum illorum, quæ omnia conuincũt ea corpora causam esse horum inferiorũ. De quibus vide Arist. 8. Physic. & lib. 1. Metheor. c. 2. Item in libro de Cœlo copiosius hæc de re agitur. Dixi autem quod sunt causæ vniuersales, nõ quod existimem veram esse opinionem Pici, sed quia non solum cœlum, vel solus motus est causa horum inferiorum sed etiam causæ proximæ & particulares, cum quibus simul cœli operantur. Secunda pars conclusionis probatur, scilicet, quòd Sol inter omnia corpora cœlestia est præcipua causa omnium harum mutationum inferiorum. Imprimis Arist. in toto hoc capite id videtur velle, & ita in principio eius Solem vocauit generãs per antonomasiam. Hinc Homerus (vt affert D. Tho. in. 3. cont. gent. cap. 84.) vocat Solem patrem virorum Deorumque, & Arist. in. 2. Physic. tex. 26. dicit quod Sol & homo generant hominem, & lib. 1. Metheor. c. 5. dicit motum Solis esse causam caloris in his inferioribus. Et D. Dionysius. 4. de diuinis nominibus dicit, quòd lumen Solis ad generationem corporum sensibilium confert, & ad vitam ipsam mouet, & nutrit & auget & perficit. Pro cuius ampliori probatione aduerte ex D. Tho. hic super tex. 58. quod cum superiora agat in hæc inferiora per motum & lucem vt ostendetur ista, illi maximè est attribuenda virtus generandi, quod maximè lucet, & quod lucem suam omnibus tribuens ipsam à nullo participat. Huiusmodi autem est Sol, vnde in. 1. Metheor. dicitur, quòd licèt per motum stellarum caueatur calor, maximè tamen per motum illius sphęræ, cui Sol existit infixus: quia sicut ibidem dicitur, ad causandum calorem in istis inferioribus duo requiruntur, scilicet propinquitas & velocitas mobilis, quæ duo sufficienter sunt in Sole. In cæteris verò stellis deficit alterum, quia in his quæ sunt supra Solem, licet sit sufficiens velocitas, deficit tamen propinquitas. In his verò quæ sunt infra Solem licet sit propinquitas deficit tamen sufficiens velocitas. ¶ Secunda conclusio. Corpora cœlestia directè habent causare in oẽs res inferiores purè corporales. Hanc cõclusionẽ tenet D. Tho. in. 1. p. q. 115. art. 3. & probatur, quia corpora cœlestia habẽt causalitatẽ in hæc inferiora, & res purè corporales sunt eiusdẽ ordinis cũ superioribus, quia cõtinẽtur sub genere corporis, ergo directè cœlũ in ea agere põt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Tertia conclusio. Cœlum neq; in animâ rationalem neq; in intellectũ & voluntatẽ potest habere aliquã causalitatẽ directe, licet indirecte etiã possit in ea influere. Hæc cõclusio est etiam expressa D. Tho. in eadem. 1. p. q. 115. art. 4. & in. 3. cont. gen. cap. 84. & ibi Ferrar. Probatur prima pars conclusionis. Diuinæ enim prouidentiæ ordo est, vt per superiora regantur inferiora & moueantur; anima autẽ rationalis, intellectus & voluntas ordine naturæ omnia corpora excedũt, ergo impossibile est q̃ corpora cœlestia agãt in ea directe. Secunda vero pars probatur. Nam possunt agere in aliquod ex quo aut iuuatur aut impeditur actio intellectus. Etenim in nobis actio intellectus cõpleri nõ potest sine operatione virtutũ corporearũ, quæ sunt imaginatio, & vis memoratiua & cogitatiua, cuius signũ est duplex. Vnũ est, q̃ impeditis harũ virtutũ operationibus propter aliquã corporis indispositionẽ, operatio intellectus impeditur vt in phreneticis, id est, mentecaptis, & lethargicis; id est, obliuiosis accidit. Aliud est, q̃ bonitas dispositionis corporis humani facit aptum ad bene intelligendum ex hoc q̃ prædictæ vires fortiores existũt, vt patet ex. 2. de Anima. Dispositio autem corporis humani subiacet corporibus cœlestibus, vt patet ex superioribus & etiam dicit D. Augustl. tom. 5. de Ciuit. Dei. c. 5. 6. & 7. vbi dicit, q̃ non vsquequaque absurde dici potest ad solas corporũ differentias afflatus quosdam valere sydereos; & D. Damasc. in. 2. lib. orthod. fidei. c. 7. dicit, quod alij & alij Planetæ diuersas complexiones & habitus & dispositiones in nobis constituunt, ergo indirecte agendo in istas dispositiones corporales possunt etiam cœlestia corpora agere in intellectũ. Quod etiam indirectè & occasionaliter possint agere in voluntatem, eadem ratione patet. Nam indirectè ex corporibus cœlestibus aliqua occasio nostris electionibus præstatur secundum quòd habent impressionẽ super corpora, sicut cum ex impressione in corpora exteriora per frigus intensum causatũ à cœlo eligimus ad ignem calefieri, & etiã ex impressione in corpora nostra ad immutationẽ ipsorum insurgunt aliquando in nobis aliqui motus passionum, vel per eorum impressionẽ efficimur habiles ad aliquas passiones sicut cholerici sunt proni ad iram, vel causatur in nobis aliqua dispositio corporalis, quæ est occasio alicuius electionis, sicut cum ægrotamus eligimus accipere medicinam, ergo. De quo vide S. Tho. in. 3. cont. gent. ca. 85. & Ferr. ibi. ¶ Quarta cõclusio. Cœlum agit per motum ita quod motus est ei ratio agẽdi. Conclusio est contra Durãdum. 2. d. 15. q. 3. sed est Capr. in. 2. d. 14. q. 1. & in. 4. d. 44. q. 4. ad argumẽta contra primam conclusionẽ, & eam etiã videtur tenere Ferr. 2. cont. gent. c. 20. licet Sone. vbi supra videatur tenere cum Durando. Pro cuius conclusionis intelligẽtia aduerte q̃ cœlum potest agere per motum tripliciter. Primo tanquam per principiũ formale permanens in cœlo quo agat, sicut ignis habet calorem quo agat. Secũdò, q̃ dicat ipsam cœli actionem, qua agit in hæc inferiora, sicut dicimus ignem calefacere per calefactionem. Tertiò, quòd dicat conditionem sine qua non, & denotet ratiponem cooperatiui, sicut ignis operatur per applicationẽ, id est, simul cum applicatione. Quando ergo in conclusione dicimus q̃ cœlum agit in hæc inferiora per motum, nõ intelligitur primo modo, sed secundo & tertio. Etenim Sol & Astra & cœlum applicata & lata per motum in situs diuersos operantur, vt docet expressè Arist. hic tex. 55. dicens. Allatio enim facit generationẽ actualiter quia adducit & abducit generãs, id est, Solem. Vult dicere Philosophus q̃ motus cœlestis actualiter, id est, perpetuò & sempiternaliter (vt ita dicam) generationẽ facit, quia generãs ipsum siue cœlum adducit ad apicem capitũ nostrorũ, & ab apice nostro abigit; per quam approximationẽ vel recessionem per motũ cœli causatam oriuntur in istis inferioribus varij & diuersi effectus. Hæc cõclusio probari potest ex multis locis D. Tho. à Capreolo ibi citatis, & quia. 1. p. q. 18. art. 1. ad primum, & q. 91. ad 2. ad. 3. & in multis alijs locis vocat motũ cœli absolute & simpliciter causam harũ rerũ inferiorum, quod & Arist. sæpissime facit, causa autẽ sine qua non improprie dicitur causa & nullum influxum habet in effectũ, ergo motus cœli præter hoc q̃ est conditio sine qua non agendi cœli habet aliquam aliam rationem causæ. Vnde. 2. cœli tex. 42. dicũt Commentator, & S. Tho. cum Arist. q̃ motus caũ sat calorem & natus est ignire lapides, & ligna, & ferrũ. Ex quo colligit Commentator q̃ stellæ causant in his inferioribus calorem per motum & per lumen. Præterea probatur. Cœlum agit in ista inferiora præcipuè in viuentia vt instrumentũ substantiæ separatæ, ergo motio illius substantiæ est cœlo ratio agendi. Probatur consequentia à simili. Nam instrumentis inferioribus motio agentis est principalis ratio agendi instrumẽto. Vide quæ de hoc diximus in principio primi libri. ¶ Quinta conclusio. Cœlum agit in inferiora mediante luce & influentijs & qualitatibus alijs singulis actus secundum suas particulares naturas conuenientibus tanquam per propriam formam sibi inhærentem. Itaq; sicut calor agit per calorẽ tanquã per formã agẽdi, ita cœlũ agit per lucẽ tãquã per formã & rationẽ agendi. Hæc cõclusio quãtum ad illud quod asserit de luce cõmunis est omnibus Philosophis, quos viderim, & eam tenet D. Tho. 1. p. q. 67. ar. 3. vbi ait, q̃ sicut calor est qualitas actiua cõsequens formã substantialẽ ignis, ita lux est qualitas actiua consequẽs formã substantialem solis, vel cuiuscũq; alterius corporis à se lucentis, si aliquod aliud tale est. Idem

est. Idem docet Aristot. 2. cœli tex. 42. & D. Tho. lect. 10. ibi. & expressius in. 2. de Anima lect. 14. super tex. 70. vbi ait, quòd sicut corpora elemẽtaria habent qualitates actiuas per quas agũt, ita lux est qualitas actiua corporis cœlestis per quã agit, & est in tertia specie qualitatis sicut & calor. Et probatur ratione, quia lux natura sua est producti ua caloris in materia receptiua, ergo est actiua. Consequentia patet, & antecedens probatur à signo, quia vt docet Commentator. 2. cœli tex. 42. videmus loca vmbrosa esse frigida, quibus si aduenìant radij Solis, aduenit etiam calor, ergo lux natura sua habet calefacere. ¶ Sed contra hanc partẽ est argumentum. Quia Arist. in. 2. de Anima tex. 126. expressè ait q̃ lumen & tenebræ nullum faciunt effectum in corpora, ergo. De hoc vtrum sci licet lux aliquid possit causare videndus est Albertus Magnus lib. 1. Metheorum tract. 1. cap. 12. vbi de hoc copiosè tractat; Nunc autem breuiter ad argumentum respondetur cum Caiet. ibi. c. 11. circa quæstionem literalem, q̃ de luce possumus loqui dupliciter. Primò absolutè & secũdum se & sic nõ alterat corpora & sic loquitur Arist. Secundo modo vt est qualitas primi alterantis moti tamen, & sic alterat corpora. Vnde si cœlum quiesceret illuminaret quidem corpora non tamẽ alteraret ipsa, oportet ergo q̃ lux per motum deferatur quasi in vehiculo quodam. Eandem solutionem assignat Iauellus. 2. de Anima. q. 53. p. 2. & D. Tho. in. 2. d. 2. q. 2. art. 3. ad secundũ. Respondeti potest secũdo vt infinuat idem D. Tho. super illum locum, quòd Aristoteles vult q̃ lumẽ & tenebra, sonus & odor nullum effectum habent in corpora sensibilia nisi per accidens in quantum, scilicet, aër cõiunctus est sono in comittuo, & quãdo scinditur lignum à fulgure, tunc enim scisio non fit ratione luminis, sed ratione aut aëris cui lumen coniungitur, aut alicuius corporis duri, quod fertur in modum lapidis cum fulgure ipso. Aristoteles igitur loquitur de lumine secundum q̃ est obiectum quoddã sensibile visus, quòd tunc non habet efficere, secũdum verò quòd est qualitas cœli potest efficere in hæc inferiora. ¶ Cæterum quantum attinet ad influentias & alias qualitates, quibus etiam mediãtibus in hęc inferiora cœli & astra operantur, nõ potest in hoc libro exactè disputari, cum hæc quæstio pertineat ad librum secundum de cœlo. De ea tamen videre poteris imprimis D. Tho. ibi lect. 10. vbi de hac re & copiosè & elegantissimè disputat, vide etiã Ferr. in. 3. cont. gent. c. 84. versus finem, qui etiã de eadẽ re benè ibi loquitur. Soncinas etiam in. 12. Met. q. 24. ad primum argumẽtum aliqua ad hoc proposita adducit. At verò Albert. Mag. etiã hoc diligentissimè inuestigat in. 2. lib. de cœlo tract. 3. per totũ. Vide etiã August. Niphum, & in hoc lib. 2. super caput. 2. & lib. 1. Methcor. c. 2. Nihilominus tamen nostra conclusio licet ab aliquibus iunioribus negetur propter autoritatẽ Auerrois in. 2. de cœlo super tex. 42. vt à Pico & à Nipho; est tamẽ expressa S. Thom. in illo loco citato de cœlo, vbi post multa colligendo infert; Dicendũ est ergo q̃ omnia corpora cœlestia secundùm cõmunẽ virtutem luminis habent calefacere, sed secundùm alias proprias virtutes singulis corporibus attributas habent nõ solum calefacere, & infrigidare, sed etiã omnes alios effectus corporales effìcere in istis inferioribus. Hęc S. Tho. Eandẽ sententiã tenet in. 2. sent. d. 15. q. 1. art. 3. & probatur hoc idem ratione. Nam impossibile videtur q̃ vnica tantum luce tot & tam varios effectus quot in istis inferioribus reperiuntur possint cœli producere, imò verò causarent diuersissimos effectus eadẽ forma. Nam si tãtum haberent lucẽ, tunc ea & calefacerẽt & infrigidarent, ergo præter lucẽ aliæ qualitates & influentiæ sunt cœlis tribuẽdæ, quibus in his inferioribus tam diuersa possint operari. ¶ Sexta cõclusio quæ ex præcedentibus sequitur. Cessante motu cœli, nullus esset effectus generationis aut corruptionis naturaliter in his inferioribus. Hæc conclusio est cõtra Alexandrum Aphrodisæum, & cõtra Henricũ, & multos ex iunioribus, eam tamen expressè habet & probat D. Tho. 2. de cœlo lect. 4. in fine, vbi & refert sententiã Alexandri. Eandẽ tenet etiã in quodlib. 7. attic. 11. vbi docet q̃ cessante motu cœli nulla erit trãsmutatio pertinès ad naturam, & de potẽtia. q. 5. art. 10. ad 8. & in. 2. d. 2. q. 2. arti. 3. & d. 15. q. 1. art. 2. Eandem tenet Capr. in. 2. d. 14. vbi supra, & in. 4. d. 44. & communis est omnibus fere discipulis D. Tho. & probatur cõclusio. Nam motus cœli est causa omniũ naturaliũ motuum, vt patet ex prima & quarta conclusione, ergo illo cessante cessabũt omnes motus inferiores. Respondet tã Sone. vbi supra tenès motũ cœli nõ esse primũ causalitate effectiua, sed causalitate formali; sicut albedo est primũ in genere colorũ, & per cõsequẽs causa seu exẽplar cæterorũ aliorũ; ita etiã inquit motũ cœli esse causam primã quidẽ & exemplarem, sed non effectiuã, vnde cessante illo motu, ignis etiã calefaceret: quanuis nõ sufficeret hoc ad generationẽ substãtialis formæ. In quo tenet cum Duran. in. 2. d. 15. q. 3. & 4. d. 44. q. 10. Sed tũ hæc solutio præter quã q̃ est cõtra D. Tho. vt patet ex locis inductis etiã esse videtur cõtra Arist. qui motũ cœli nõ solũ causam exẽplarẽ, sed etiã effectiuã horũ motuũ inferiorũ asseruisse constat, quod etiã eius rationes & hic, & in. 8. Phyſi. adductæ cõuincere videntur. Præterea, quia id iam nos probauimus, vt patet ex argumẽtis adductis pro prima & quarta cõclus. Probatur secũdò cõclusio. Nã cœlũ ipsum est vera causa nõ solùm exẽplaris verũ etiã effectiua horũ inferiorũ, ergo si cœlũ nõ influat in hæc inferiora, nõ poterũt esse aliquæ generationes

Universidad de Deusto
Biblioteca

& actiones naturales. Probatur consequētia, quia sine influxu causæ effectiuæ ad productionē effectus necessariæ impossibile est q̄ sequatur effectus, & præterea probatur, quia nullū agens potest agere in distās, sed cœli si eorū virtus nō deferatur per motum in diuersas partes sunt distantes ab his inferioribus, etenim vt dicit Arist. in tex. 55. motus cœli abducit & deducit generās, ergo cessante motu cœli non poterunt ipsi in hæc inferiora influere, ac per consequens nec in ipsis inferioribus aliquis effectus esse. Tertiò probatur conclusio. Nam virtutes inferiorum corporū sunt sicut materiales & instrumentales respectu cœlestium virtutum, ita quòd non mouent nisi motæ, ergo si non moueantur non poterunt aliquid producere, sed cessante motu cœli non poterunt à cœlo moueri, ergo. Confirmatur. Nam D. Tho. in. 1. p. q. 115. art. 3. ad secundum, ex cuius doctrina ibi assignata nostra conclusio etiam colligi potest, vbi & legendus est Caiet. ait, q̄ hæc inferiora sunt sicuti instrumenta cœlestium virtutū, quia non agunt nisi mota, ergo. ¶ Ad argumenta in principio quæstionis proposita respondetur. Ad primum respōdetur q̄ iam patet ex quarta & sexta conclusione. ¶ Ad secundum argumentum respōdetur q̄ petit magnā difficultatem; Vtrum corpora cœlestia imponant necessitatem his inferioribus, quæ eorum actioni subduntur. Quæ quia hic disputari non solet, à nobis prætermittetur. Videtamē de ea D. Tho. in. 1. p. q. 115. art. 6. & in. 3. cont. gent. c. 86. & in istis locis Caietanum & Ferr. Solet etiam tractari de hac re in. 1. p. q. 14. artic. 13. vbi nos etiam multa de ea loquuti sumus, & plura in q. 19. artic. 8. Nunc autē breuiter respōdetur ex illa q. 14. art. 13. ad primū, q̄ licēt prima causa sit necessaria, tamē effectus potest esse contingens propter causam secundā contingentem, vt progressus animalis, aut germinatio plantæ &c. sunt contingētes, quia causa proxima, scilicet radix est causa contingens. Ratio est. Quia causæ superiores modificantur & determinantur per causas particulares ad modum ipsarum, & nō e contra. De quo vide vltra supra citatos Sonc. 6. Met. q. 15. & Iauellum. q. 11. & Ferr. 1. cont. gent. c. 67. Ad primam confirmationem respondet D. Tho. in. 1. p. q. 115. articu. 6. ad secundum, q̄ virtus corporis cœlestis non est infinita. Vnde requirit determinatam dispositionem in materia ad inducendum suum effectum & quantum ad distātiam loci & quantum ad alias conditiones. Et ideo sicut distantia loci impedit effectum corporis cœlestis; non enim Sol eundem caloris gradum habet in Dacia, quem habet in Æthiopia, ita & grossities materiæ vel frigiditas, aut caliditas, aut alia huiusmodi dispositio impedire potest effectū corporis cœlestis. Ad secundā confirmationem respōdetur ex eodē D. Tho. ibi. ad tertium, q̄ licet causa impediens effectū alterius causæ reducatur in aliquod cœleste corpus sicut in causam, tamē cōcursus duarum causarū cū sit per accidēs nō reducitur in causam cœlestē. ¶ Ad tertiū iam respondimus supra lib. 1. super caput. 9. q. 1. ad primū, vide ibi. De quo argumēto videdus est etiā D. Tho. 2. de cœlo lect. 10. in quo loco solutionē à nobis datā diligenter examinat atq; discutit. ¶ Pro solutione quarti argumēti aduerte q̄ cœlum & Sol aliter est causa elementorū, aliter mistorū; & rursus aliter mistorum inanimatorum, & aliter animatorū. Elementorum enim dupliciter est causa. Primò quia habet virtutem transmutandi & faciendi quodlibet elementū per se. Quod experientia ipsa constat. Etenim Sol suis radijs absque igne facit ignem, & calefaciendo aquā eam resoluit in aërem, & aliæ etiam cœlorū virtutes alia possunt mutare elementa. Altero modo dicitur horum causa, quia cōiungit & copulat in vnū locū elementa, vt ipsa postea per se producant effectus. v. g. eleuat e terra exhalationes, ab aqua vapores in aërem & ignem, vt postea cōiuncta adinuicem per virtutes suas se alterent, & mutent. Mistorū autē inanimatorū causa est, in quātum elementa ad mistionē congregat, & vltra hoc virtutē productiuā formæ mixti infundit. Etenim vt in superioribus quæstione super cap. 8. conclusione prima diximus, elemēta per virtutes suas nō possunt attingere productionem alicuius formæ mixti, atque ita oportet vt per virtutem superiorē eleuentur ad hoc vt eas attingant. At verò viuentium aliter est causa. Etenim præter hoc q̄ elemēta congregat vt in productione elementorum, virtutēque infundit vt in non viuentium productione, oportet vt aliam adhuc maiorem & dignioré virtutem infundat & influat; si quidem per eam eleuat elementa ad formam nobiliorem producendā. Quam virtutem totam aliquando cœlum influit ita q̄ tantum cœlum habet rationem agentis, & in inferioribus tantùm ei ministretur materia vt quādo aliquod mistum viuum ex putrefactione virtute cœlesti generatur, aliquando autem non imprimit totam virtutem, sed coadiuuat & confortat virtutem inferioris agentis, quomodo concurrit cœlum ad productionem animaliū perfectorum, quæ ex semine fiunt. Tunc enim coadiuuat virtutem & calorem naturalem seminis vt producat mistum viuens. Aduerte tamen quòd adhuc est differentia inter concursum quo cœlum concurrit ad productionem elementorū, & mistorū non viuentiū, & inter cōcursum quo cōcurrit ad productionē mistorū viuentiū. Etenim ad priorū productionē cœlū concurrit vt causa principalis & ex se habēs virtutē, qua illorū productionē posit attingere. Ad producendum autē animata non concurrit vt causa principalis, sed potius vt instrumentū intelligentiæ, ex quo patet ad argumentum. Nam licet

licēt cœlum nō sit viuens & ex hac parte imperfectius sit viuente, quia tamen mouetur à substantia viuente, scilicet, ab intelligentia virtute eius potest aliquod viuens generare. Hæc solutio non placet Duran. in. 2. d. 5. q. 1. ad secūdum, vbi cōtra eam facit argumentum quod nullius est moueri & ex dictis facile solui potest, & eo posito aliam ipse solutionem adhibet dicens, q̄ sicut in semine quod non est viuens est virtus generatiua rei viuētis propter q̄ semen decisum est à viuente, sic in cœlo licēt non sit viuens est virtus generatiua rerum viuentium, non quia motum ab intelligentia, nec quia virtus sit ei influxa ab aliqua intelligentia creata, sed quia productum est à Deo tāquam quoddam semen omnium generabilium & corruptibilium, & sic cœlum agit in virtute Dei ad productionem viuentium, sicut semen equi virtute equi generantis ad productionem equi. At solutio hæc Duradi etiam facit cœlestia corpora instrumenta ad productionem viuentium. Quid ergo refert esse Dei vel Angeli instrumenta; aut certe vtriusque? Etenim Deus nimia corpora cœlestia nō immediatē per se solum, sed per intelligentias regit & gubernat, ergo licet cœlum agat in virtute Dei tanquam in virtute causæ vniuersalissimę ad omnes effectus requisitæ, hoc non impedit quin etiam agat in virtute intelligentiæ à Deo sibi assignatæ, vt virtutē ipsi tribuat ad multos effectus perfectiores cœlo producendos, quod & patet in exemplo allato ab ipso Durando de semine equi. ¶ Ad quintū argumentum respondetur q̄ illo fuit conuictus Picus, vt asseret diuersitatem effectuum, quæ in his inferioribus reperitur, nullo modo esse reducendam in cœlum & causas vniuersales, sed tantùm in causas proximas. Cæterum hæc opinio est expresè contra Aristot. hic in tex. 56. vbi dicit q̄ propter obliquum motum circuli producuntur hic tot effectus varij & diuersi, tot generationes & corruptiones. De qua re optime & satis apertè loquitur Ferr. in. 3. cont. gent. ca. 84. ex mente D. Tho. Nos autem breuiter ad argumentum respondemus q̄ causæ vniuersales solæ non possunt diuersificare effectus benè tamē vt determinatæ & modificatæ per particulares. Ex quo patet ad primam confirmationem. Quod enim de leone leo, & de equo equus sub eadem positione cœli generetur, ratio est, quia eadē positio cœli, secūdum q̄ recipitur in diuersa causa particulari, potest producere illos diuersos effectus; ex quo patet etiā ad cōfirmationē. ¶ Ad sextū respōdetur ex prima cōclusione quòd Arist. nō negat quin motus primi mobilis & reliquorū cœlorū nō agat; sed tātum vult dicere, q̄ Sol est principalis causa & eius motus obliquus. De intelligentia Aristotelis statim plura dicemus.

Circa secundam & tertiam conclusionē aduertendum est, q̄ motus in cœlis quibusdam duplex est. Alter quidem diurnus ab ortu in occasum, qui viginti quatuor horis terminatur. Alter huic oppositus ab occasu in ortum, quo minuūtur omnes planetæ, imo etiam octaua sphera, stellæque ipsi fixæ. Primus motus dicitur diurnus quia vnā die cōpletur, qui est vniformis & regularis ex parte primi mobilis. Regularis quidem, quoniam respectu centri proprij semper est æqualis & eodem tempore vniformiter; verò quia semper viginti quatuor horis perficitur. Motus verò huic contrarius regularis, quidē est in cœlis planetarū respectu centri proprij, & vniformis, sed quia simul rapiuntur ad suorum primi mobilis; sic vt respectu centri terræ quod est centrum mundi inæquales arcus describant planetæ, atq; adeo irregulares nec vniformis motus existat. Sol ergo est potissimum in generatione efficax, vt Aristoteles in hoc capite tribuit, cui accedit nostrorum capitum accedit & recedit, quo sit vt motus Solis in Zodiaco perpetuus, tamen secundum q̄ ad nos accedit vel à nobis recedit, situatius & multiplex. Aristoteles ergo in his duabus rebus omnibus vult q̄ primi orbis motus qui est diurnus non esset causa mutationis horum rerum inferiorum, quia quæ semper vniformis semper est, sed talis causa est ille motus Solis qui est per Zodiacum, qui licet sit circularis, obliquus, eo q̄ diuidit sphæram obliquè, & super polos distantes à polis mundi. Ille ergo motus est continuus & perpetuus, habens quidem æqualitatem tam Sol motus secundum talem latitudinem modo accedit, modo recedit locis terræ, & ratione huius accessus facit generationes, ratione discessus corruptiones, ratione verò perpetui accessus & recessus prouenit continua ac perpetua generationū ac corruptionum series. Ex quibus infert Aristoteles quòd non solum generationes & corruptiones ab hac motus inæqualitate prouenirunt, sed quæ dā in mutationibus huiusce æqualitas sumpta ex ipso motu. Nam tempus generationum naturaliū est æquale tempori corruptionum, quia accessus in quo generationes fiunt est æqualis recessui, in quo sunt corruptiones. In accessu sunt ver & æstas; in recessu autumnus & hyems. Hæc est sententia Aristot. in hoc capite. ¶ Sed contra eam sunt aliquot argumēta. Primum est. Si Sol moueretur motu tantùm primi orbis posset inferiorum motuum esse causa, ergo non est necessarium illam motus inæqualitatē assignare. Antecedens probatur, quia talis motus faceret dies ac noctes, ac Sol per eum accederet & recederet. Dies enim nobis appropinquaret, & nox à nobis recederet, ergo. ¶ Secundo. Nam secundum hanc doctrinā Aristotelis superfluus est motus primi orbis, cum tantum assignet causam mutationum & perpetuitatis mutationum Solis motum per Zodiacum. Confirmatur. Nam hæc doctrina videtur contraria illi quam ipse Aristoteles affert in. 12. Met. tex. Comento. 33. vbi vult, q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

motus diarius primi mobilis est causa perpetuitatis generationis, sed obliquus est causa pluralitatis; hic verò solum obliquum motum solis ponit causam & perpetuitatis generationis, & diuersitatis generationis & corruptionis, ergo Aristoteles in hac parte est sibi cõtrarius. ¶ Tertiò contra illud quod dicitur, q̃ cum sol est propè fiunt generationes, in recessu verò corruptiones. Nam oppositum prorsus videtur. Nam in hyeme secundum ipsum Aristotelem fiunt maximè corruptiones, & tamè tũc magis sol nobis appropinquat, quia est in opposito Auxis: in vere autem magis recedit, quia est in Auxe vel ipsi propinquior, vt patet ex theorica Planetarum, & tamen in vere fiunt maximè generationes, vt etiam ipse Arist. concedit, ergo ex ea ratione potius oppositum sequitur. ¶ Arguitur quartò contra idē, scilicet, q̃ in recessu solis à nobis fiunt corruptiones, in accessu verò generationes; Nam generatio non potest fieri absque corruptione, & e contra quia generatio vnius est corruptio alterius vt etiam concedit ipse Arist. in 1. lib. cæl. 3. ergo quodcunq; tẽpus generationis est tempus corruptionis, & quodcunque tempus corruptionis est tẽpus generationis. Confirmatur, quia sicut in hyeme quando sol recedit à nobis multa corrumpuntur, ita & multa generantur: similiter in Vere quando sol accedit, sicut multa generãtur ita & multa corrumpuntur vt experientia ipsa cõpertũ est, ergo doctrina hæc Aristotelis falsa est. ¶ Si dubitationes, quas hæc argumenta explicare postulant, exactè & ad vnguem essent à nobis disputandæ, opus esset vt multa ex Astronomia afferremus. Quare ne falcem in alienã messem mittere videamur, (tametsi huius scientię notitiã aliquã habeamus) breuiter ad ea respondendum est ex doctrina D. Tho. hic & Alberti Magni & aliorũ Aristotelis interpretum, reliqua Astronomis accuratè disputanda relinquo. ¶ Ad primum igitur respondetur, quòd quanuis Sol motus tantum motu primi mobilis induceret aliquas generationes & corruptiones cum inæqualitate; cæterum ista inæqualitas non esset sufficiẽs ad omnes effectus, qui in his inferioribus modo producũtur. Etenim semper sol æqualiter distaret à partibus mundi, & sic aliquæ partes essent semper frigidissimæ; aliquæ calidissimæ, cum respectu illarum semper eodem modo se haberet sol. At verò Arist. loquitur de vniuersis partibus in quibus nulla esset mutatio si Sol non moueretur circulo obliquo, quia Sol nunquam illas attingeret. ¶ Ad secundum respondetur quòd propter hoc argumentum Alexãder voluit, motum primi orbis dare perpetuitatẽ mutationibus; at Solis motum dare varietatem; putà generationes & corruptiones. Quam sententiam videtur expresiè tenere Arist. in loco citato supra in confirmatione huius secundi argumenti. Eam etiã sequitur Auerroës in hoc loco, & eam S. Tho. apertè videtur tenere super Aristot. in eodẽ loco ex. 12. Metaphy. At verò Philopponus oppositũ censet. Tam enim perpetuitatem, quàm varietatẽ generationis tribuit motui Solis; quod etiam hic asserere videtur Aristoteles qui vtrumque tribuit motui inæquali Solis per Zodiacum. Dici tamen potest, quòd motus primi orbis est causa continuitatis vniuersalis in quantùm ab omnibus orbibus cœlestibus tãquam primus omnium motuũ supponitur, obliquus autem coniunctus cũ isto motu diurno est causa proxima & magis particularis. Et sic possunt & dicta Aristot. & grauissimorũ autorum conciliari. ¶ Ad tertium respondetur, verum esse (si per accessum & recessum intelligatur maior vel minor distantia à terra) quòd in hyeme Sol minus distat à nostrę regionis terra, quàm in vere. Cæterùm Aristot. non hoc modo ista considerat. Etenim accessum vocat propinquitatẽ ex directo ad Zenith capitis nostri, & recessum, declinationẽ à Zenith. Et sic accipiendo accessum & recessum, Sol magis propè est in vere, licèt in recta distantia longius distet, atque tunc magis etiam agit ob directionem radiorum & reflexionem. ¶ Ad quartum respondetur concedendo q̃ in accessu & recessu Solis contingit tam generatio, quàm corruptio, nihilominus tribuitur accessui generatio, quoniam ipso accedente, plurium & perfectiorum rerum generationes cernuntur vt experimur etiã in vere, in quo propter accessum Solis, tot genera herbarum florum & plantarum producuntur; at verò recessui tribuitur corruptio, quia Sole recedente è conuerso plures rerum perfectarum corruptiones fieri videmus quàm generationes.

QVÆSTIO II.

¶ Vtrùm omne corruptibile habeat certã periodum, & determinatum tempus durationis.

ARguitur pro parte negatiua. Primò. Quia complexio vna habet vnum terminũ, quę alia non habet, sed vna complexio potest conuerti in aliam quæ habeat maiorem terminũ, ergo tale corpus non habet certam periodũ & terminum suæ vitæ. Consequentia videtur nota, quia ex complexione cui debebatur vita v.g. sexaginta annorum mutatur in complexionem cui debẽtur septuaginta anni. Maior verò probatur. Quia cholericæ complexioni debetur iuxta naturam suam terminus v.g. sexaginta annorũ, sanguineæ autem septuaginta & sic de reliquis, ergo. Minor etiam probatur. Quia qui nascitur cholericus potest effici sanguineus vel phlegmaticus, vel melancholicus per vsum ciborum, & sic possunt dies vitæ eius aut prolongari aut diminui, ergo non omne corruptibile habet certã & determinatã periodum vitæ.

¶ Arguitur

¶ Arguitur secundò. Ex cibo ligni vitæ, quod constituit Deus in paradiso, homo efficiebatur immortalis, & incorruptibilis, vt communiter dicunt interpretes sacrarum literarum Gen. 2. ergo naturaliter non omne corruptibile determinat sibi certam periodum vitæ, ergo. Confirmatur primò. Nã mors homini non est naturalis, sed potius est subsequuta illi in pœnam peccati, vt dicit D. Paul. ad Roma. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. De quo videndus est D. Tho. in 1. 2. q. 85. ar. 5. & 6. & 2. 2. q. 164. artic. 1. Vnde homo in statu innocentiæ immortalis fuisset, & habuisset corpus impassibile, vt ait D. Th. in 1. p. q. 95. per totam præcipuè. art. 1. & 2. ergo q̃ habeat certam periodum vitæ homini non est naturale, quin potius est contra eius naturam. Confirmatur secundò. Nam materia proportionatur formæ, & quælibet res suo fini, sed tam forma hominis, quam beatitudo eius sunt perpetuæ & æternæ, ergo ex se homini non conuenit habere talem periodum. Minor probatur. Nam forma hominis est anima rationalis, & beatitudo eius etiam debet esse perpetua. ¶ Arguitur tertiò. Nam si periodus vitæ esset limitata secundum solis motum, vt ait hic Aristo. sequeretur q̃ res non viuerent, nec durarent vltra tempus ipsius accessus & recessus, & q̃ omnes omnium periodi essent æquales; quæ duo falsa sunt & contra experientiam. Confirmatur primò. Nam si omnia habent certam periodum ex isto motu solis, sequitur q̃ vita humana non potest prolongari per artem medicinæ, quod tamen est falsum, tum quia Medici scribunt libros de retardanda senectute, de conseruanda vita, tum etiam quia Medicina ad nihilum esset vtilis, si id non præstaret. Confirmatur secundò. Nam Alchimici tradunt quòd per quintam essentiam & aurum potabile, atq; lapidẽ Philosophorum potest homo viuere vitam quasi immortalem, aut extra modum longam. Sic docet quidam Alexius Piamontes, cuius liber inscriptus de secretis naturæ vulgari sermone circunfertur, ergo. In oppositum est Arist. in præsenti, & Iob. 14. dicitur; Constituisti terminos eius quæ præteriri non poterunt. ¶ Pro huius intelligentia sciendũ est, q̃ nolumus in præsenti tractare de causis corruptibilitatis, & incorruptibilitatis rerum, sed supposito q̃ res sunt corruptibiles quærimus; Vtrùm habeãt istæ res certam periodum suæ vitæ, vel durationis, & quæ sit causa huius periodi. ¶ Secundò sciendum q̃ periodus est Græcum nomen, & dicitur à περι. quod est circum & ὁδος quod est armonia in cantu, & ponitur pro consonantia mensuræ. Periodus autem in proposito est mensura quę ex circulo cœlesti imprimitur vel influitur rei causatæ à circulo in inferioribus. Est enim duratio cuiuscunq; mixti animati siue inanimati finita, ac certo annorum vel dierum, vel horarum numero concluso, qui numerus periodus dicitur, quasi numerus & mensura circunuolutionũ cœli, ex quibus talis periodus, id est, tanta duratio in rebus inferioribus ab impressione cœli causatur. ¶ Sit prima conclusio. Omne corruptibile habet certam periodum suæ durationis vltra quam desinit esse. Probatur ratione Aristot. hic. Omne corruptibile generatur & recipit esse per motum cœli & conseruatur in esse, ergo vita & duratio cuiuslibet corruptibilis habet numerum & mensuram ex reuolutionibus cœli, sed hoc est habere certam periodum, &c. ergo. Antecedens patet ex Arist. hic probante causam generationis perpetuæ esse motum cœli. Consequentia autem probatur. Quoniam si causatur & conseruatur in esse à cœlo, ergo est terminatum tempus suæ conseruationis & suæ durationis. Aliter non esset corruptibile. ¶ Secunda conclusio. Non omnes species rerum corruptibilium habent vnam periodum suæ durationis. Hæc conclusio est Aristo. hic in text. 57. vbi ait; Non omnia mensurantur eadem periodo, sed quædam habent maiorem, & quædam minorem. Quorundam enim periodus est vnus annus, quorundam verò minor & maior. Idem tenet in libro de historia animal. in quo tradit viuere oues vsque ad. 13. annos: capras vsque ad. 11. canes ad. 12. boues ad. 20. equos ad. 50. asinos ad. 30. mulos vsque ad, 80. camellos vsque ad. 50. & sic in alijs. Et probatur ratione. Nam quædam sunt longioris durationis, quædam brevioris, vt sunt inanimata animatis. Etenim illorum periodus excedit regulariter viuentium durationem, eo q̃ animata corrumpuntur ab intrinseco multũ, & ab extrinseco. Ab extrinseco quidẽ; propter suã cõplexionẽ, quæ vt patet ex precedẽtibus adintegratur ex multis partibus dissimilibus, inter quas est magna & intrinseca pugna & alteratio similiter propter alimenta intus suscepta ad nutritionem quæ alterant ipsa. Ab extrinseco etiã viuentia multùm corrumpuntur, scilicet, à continẽte, vt à terra, aere, cœlo, & alijs à quibus continuè, vt notum est patitur. At verò inanimata ob homogeneitatem non tantum ab intrinseco corrumpuntur sicut animata, & ita ferè solùm ab extrinseco patiũtur. Inter animata etiam aliqua sunt longioris durationis alijs, vt homo habet longiorem vitam quam equus aut canis, ergo non omnes species corruptibiles habeãt eandem periodum & terminum vitæ. ¶ Sed quæres, vnde est q̃ variæ species habent varias mensuras suæ durationis; ita vt quædam plus, quædam minus conseruentur in esse? Ad hoc dico duplicem esse huius rei causam, scilicet, extrinsecam & intrinsecam. Causam quidẽ extrinsecam Aristo. in hoc capite videtur assignare motum solis per Zodiacum. Nihilominus tamen dicimus q̃ sol est præcipua causa vniuersalis periodi & durationis, sicut enim est causa præcipua ipsius esse rerum generatarũ ita & durationis. Et hoc voluit dicere Aristot. non

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen fuit eius mens q̃ solus accessus vel recessus
periodum facit, quia aliter in hyeme nulla animal
nasceretur, sed potius quodlibet moreretur, & nul-
lius vita posset extendi vltra annum quod manife-
ste est falsum. Sed periodum facit relatio ascenden-
tis signi super orizontem ad omnia signa circuli cũ
suis stellis & planetis in hora generationis rei infe-
rioris, quæ causatur à circulo coelesti. Hoc enim mo
do mensurat quorundam est annus, & quorundam
plus vel minus secundum effectus signorum, & for
titudines stellarum, quæ sitæ sunt in signis. Et hoc
modo verum est quod æquale est tempus genera-
tionis & corruptionis, quia à primo signo ascendẽ-
te in hora rei computatur profectus rei vsque ad se-
ptimum signum eiusdem circuli, & à signo sexto
vsque in primum computatur defectus, & ideo in
Astrologia septimum signũ vocatur domus mor-
tis, & ascendens vocatur domus vitæ, & ideo gene-
ratio rei vocatur profectus vsque ad statum, post
statum vsq; ad declinationem, & à declinatione vs-
que ad mortẽ vocatur periodus corruptionis, quia
æqualia sunt secundum naturam, quia à primo vs-
que ad septimum tantum est, quantum est à septi-
mo vsque ad primum per aliam & aliam partem cir
culi mensurando. Et ideo si periodus profectus ho-
minis sunt. 35. vel. 40. anni, vt dictum est à Medi-
cis, periodus defectus tantundem erit, ita q̃ ætas ho
minis erit. 70. aut. 80. annorum. Potest tamen hoc
impediri per accidens, vt per cibum malum, vel per
mortem violentam, vel alio quocunq; modo con-
tingenti. Et hoc vocat Arist. materiæ inæqualitatẽ,
quia, scilicet, per accidentia multa aliter disponitur
quam moueatur à circulo. Et ideo diuersimode mo
riuntur homines citius vel tardius quam per natu-
ram mortales sunt, similiter & alia animalia; & hoc
modo ætates sunt omnium rerum. Quia plantæ in
circulo periodali positæ quando sunt fortiores dãt
plures annos vitæ, & quando sunt debiliores dant
pauciores. Hoc etiam modo innotescit, q̃ qui sciret
virtutes signorum & stellarum in eis positarũ dum
nascitur res aliqua cognosceret, quantum est de in-
fluentia cœlesti, & posset prognosticare de duratio
ne vitæ rei generatæ; licet hoc necessitatem non po
neret, vt dictum est, quia potest impediri per acci-
dens. Hæc D. Tho. hic, quæ desumpsit fere ad ver-
bum ex Alberto Magno in hoc lib. tract. 3. cap. 5.
De quibus exactius tractare pertinet ad Astrono-
mum. Aduerte q̃ ex his patet intelligentia quartæ
conclusionis Aristin qua dicit, q̃ æquale est tẽpus
generationis & corruptionis. Etenim periodus vi-
uẽtis diuiditur in tempus generationis, quod prius
est, & in tempus corruptionis, quod posterius est.
Id dicitur tempus generationis in quo viuens nasci
tur & perficitur. Non enim omnia nascuntur perfe
cta, sed temporis successu per augmentum ad suam
perfectionẽ veniunt, & in ea quiescunt per aliquod
tempus, & hoc totum tempus, scilicet, in quo viuẽs
nascitur, perficitur & quiescit; dicitur in præsenti
generatio. Tempus verò corruptionis est post
statum vsque ad mortem: incipit enim tunc homo
vel animal à perfectione declinare. Vult igitur Ari
stot. secundum expositionem S. Tho. quam etiam
assignãt Albertus Magnus, Philopponus, & Auer-
roës super hunc locum, q̃ tempus generationis est
æquale tempori corruptionis, quia secundum tem-
periem specificam è cœlo influxam & impressam
tempus generationis tantum est quantum et̃ corru-
ptionis remoto quouis accidente extrinseco, &
violento, sed seruato naturæ cursu. Quod in quali-
bet specie proportionabiliter intelligendum est. Di
midium enim illius est generationis, dimidium cor
ruptionis. v. g. in homine vsq; ad. 35. vel. 40. est ge-
neratio vsque ad. 70. autem vel. 80. est corruptio.
Aduerte autem q̃ quando perficitur animal dici-
tur tempus generationis, quia quamuis fiat corru-
ptio aliqua, & alteratio continua in animali, magis
acquirit quam deperdat vt in augmento, vel non
minus acquirit quam deperdat vt in statu. Aduerte
secundo, q̃ aliqui moderni aliter explicant Aristo.
dicentes q̃ in motu solis est æqualis pars pro gene-
rationibus viuentium in plurimum, scilicet, acces-
sus, est etiam pars æqualis, scilicet, recessus pro cor-
ruptionibus eorundem. Nihilominus tamen prior
expositio acceptari debet tum propter autoritatẽ
tantorum virorum, qui eam assignant & iam citati
mus, tum etiam quia est magis ad mentem Aristot.
quia loquebatur de generatione & periodo rerum
inferiorum, quæ vt patet ex dictis non solũ sumun-
tur ex accessu & recessu solis, sed etiam ex aliorum
planetarum & stellarum aspectibus, & variis dispo
sitionibus. Et hæc sufficiant de causa extrinseca pe-
riodi. ¶ Causa vero intrinseca est multiplex secun-
dum diuersam complexionem cuiuslibet mixti, &
temperiem qualitatum elementarium, ex qua con-
sistit. De qua copiosè agitur in tractatu de longitu-
dine & breuitate vitæ, & in tractatu de causa vitæ
& mortis. Nunc autem accipe quatuor breuiter.
Prima. Duities est causa longioris vitæ, & duratio-
nis. Dura enim magis resistunt diuidenti, & diuisio
est causa corruptionis, vt patet cum diuiditur cor-
pus animalis. Secunda est bona commixtio humi-
di cum calido & sicco terrestri. Dicitur enim in tra-
ctatu de causa mortis & vitæ, q̃ calidum & humidũ
contemperatum cum sicco terrestri est causa vitæ,
sicut ex opposito frigidum cum sicco terrestri con
sumpto iam humido est causa mortis, vt patet in de
crepito homine. Tertia est homogeneitas in parti-
bus. Homogenea enim nõ corrumpuntur fere nisi
à principio extrinseco, æthereogenea autem & à
principio intrinseco & extrinseco multum corrũ-
puntur. Sit ideo cæteris paribus homogenea vt non
viuentia sunt longioris durationis et hereogeneis
vt di-

vt dicebamus in probatione conclusionis quod pa-
tet in lapidibus & metallis. Quarta est proportio lo
ci continentis. Quando enim locus conformatur lo
cato diutius conseruat locatum. Inde est q̃ quædã
in vno situ optime conseruantur, quæ si transferan-
tur citò corrumpuntur, vt patet in plantis & in ani-
malibus diuersarum regionum. Nota tamen q̃ hæc
quarta causa est magis extrinseca quam intrinseca,
quoniam locus est extra locatum, computatur ta-
men modo inter intrinsecas respectu causalitatis
quam habet cœlum in durationem & periodũ mi-
storum. Causa igitur intrinseca periodi est varia cõ
plexio quam vnaquæq; species secundum suam na
turam sibi tanquam propriam & naturalem vendi-
cat, de qua iam in superioribus aliqua diximus. Se-
cundum enim hanc diuersitatem complexionum
prouenit diuersa duratio, & quia omnes contrariũ
habent cui magis vel minus pro ipsarum varietate
resistunt, omnes tandem vincũtur paulatim, donec
in corruptionem redigantur. ¶ Et si queras, quare
hæc species hanc complexionem sibi vendicat &
alia species aliam? Respondetur q̃ hoc prouenit ex
diuersitate specifica formarum, quæ hanc vel illam
complexionem & temperiem qualitatum requirit
pro sui conseruatione in materia. De causis igitur
periodi & durationis mistorũ tam intrinsecis quã
extrinsecis hæc sufficiant. ¶ Tertia conclusio. Om-
nia individua eiusdem speciei inquantum conue-
niunt in vna natura specifica habent æqualem pe-
riodum, ita q̃ vnus homo in quantum homo non
est longioris vitæ quam alius. Probatur hæc cõclu-
sio. Mensura durationis sumitur secundum esse rei,
rem enim durare est conseruari in esse, sed omnia
individua vnius speciei conueniunt in vno esse spe
cifico, ergo in quantum conueniũt in vno esse spe-
cifico conueniunt in vna periodo conseruatiua ta-
lis esse. ¶ Quarta conclusio. Varia individua vnius
speciei si ad se inuicem comparentur, & quoad prin
cipia individuantia habent varias periodos suæ du
rationis. Quædam enim sunt longioris, quædã bre-
uioris durationis, vt patet in hominibus etiam re-
moto quolibet corrumpente extrinseco violento
& intrinseco vt sunt ægritudines. Sit ratio huius est
multiplex. Prima est varius aspectus syderum, sub
quo diuersimode individua generantur, vt ex D.
Tho. dicebamus in secunda conclusione. Secunda
est varia complexio individualis cuiuslibet individui. Et inde est, q̃ sanguinei sunt longioris vitæ. Ha
bent enim humidum & calidum bene temperatũ.
Melancholici autem breuioris vitæ, eo q̃ in eis do-
minatur frigidum, & siccum terrestre quæ sunt cau
sa mortis, vt patet in tractatu de causa vitę & mor-
tis. Tertia est conformitas loci continentis. Nati
enim in regione temperata, si in ea persistant lon-
gius permanent in esse quam si transferantur in re-
gionem aliam non ita temperatam. Quarta est bo-
num regimen vitæ circa nutritionem. Qui enim
abstinent à cibis corrumpentibus longius viuunt.
Propter quod contingit homines aliquos vltra ter-
minum communem humanæ vitæ longius viuere,
vt aliqui etiam vltra centum annos viuant. Contin
git autem hoc per diligentiam adhibitam ex huma
na industria. Sapiens enim dominabitur astris, vt
Ptolomæus inquit in suo centiloquio. ¶ Ad argu-
menta in principio proposita est respondendum.
Ad primum respondetur, q̃ multi Astronomi attẽ
dendo causalitatem cœlorum in periodum, asserũt
omnia hic euenire ex stellis ipsis, propter quod hũc
breuioris esse vitæ, illum longioris aiunt. Et tunc cõ
sequenter complexiones radicaliter verè permuta-
ri negant, sed apparenter concedunt, vbi à cœlo cõ
stitutum est. Qua ratione fit, vt qui cholericus exo-
ritur, è cœlo sibi anni sexaginta statuti sunt; siue ad
aliam conuertatur complexionem siue in eadẽ per-
sistat, quandoquidem ius cœli pollentior est viri-
bus terrenis. Sed hæc opinio falsa est, & nullomodo
tenenda. Etenim secundum eam rebus istis in serio-
ribus cœlum necessitatem imponeret. Est etiam cõ-
tra manifestam experientiam, qua apertissimè con
stat propter vsum ciborum homines mutare com-
plexiones, & ex melancholicis effici cholericos, &
ex cholericis sanguineos, & etiam lõgiorem & diu-
turniorem vitam vel etiam breuiorem efficere. Vn-
de & Ptolæmęus vir sapientissimus & Astronomo
rum omnium facilè princeps in libro magnæ con-
structionis, Astronomum versari ait circa medium
inter necessarium & cõtingens. Propter quod mul-
ta posse hominem affirmat in proœmio Apoteles-
maton, contra constitutum à cœlo, multa quoque
quæ à cœlo non promittuntur. Et sic concedimus
ad argumentum complexionum alternationem, &
vitæ prolongationem, quandoquidem cœlum nõ
agit nisi cum causis secundis, quæ vt in plurimum
vt in casu argumenti subduntur voluntati & ratio-
ni humanæ, quæ non subiacent motui cœlesti, nisi
tantum vel consequenter, vel occasionaliter. ¶ Ad
secundum argumentum respondetur, q̃ lignum vi-
tæ in paradiso causabat immortalitatem quodam-
modo & non simpliciter, quia habebat vim fortifi-
cativam virtutis specificæ contra defectum proue-
nientem ex ad missione extranei, non tamen istam
virtutem præstabat simpliciter, tum quia virtus ani
mæ qua corpus reddebat immortale non inerat ei
à ligno vitæ, tum quia virtus finita non potest cau-
sare effectum durationis infinitæ. Sed hæc iam per-
tinent ad Theologum, vide D. Tho. 1. p. q. 97. ar. 4.
Et interpretes sacrarum literarũ in illo loco Gen. 2.
¶ Ad primam confirmationem respondetur, q̃ ho
mo potest considerari dupliciter. Vno modo secun
dum sua principia essentialia & naturalia, ex quib⁹
componitur. Alio modo secundum primam insti-
tutionem & ordinem, quo Deus illum à principio
creauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

creauit. Si primo modo consideretur, sciendum est ex D.Tho.1.2.q.85.ar.5.&6. Et 2.2.q.164.ar.1. ad primum, q naturale dicitur quod ex principijs naturæ causatur. Naturæ autē per se principia sunt forma & materia. Forma autem hominis est anima rationalis, quę de se est immortalis, & ideo mors nō est naturalis homini ex parte formæ. Materia autē hominis est corpus tale quod ex contrarijs est compositum, ad quod ex necessitate sequitur corruptibilitas. Et quantum ad hoc mors est homini naturalis. Hæc autem conditio in materia humani corporis est consequēs ex necessitate materiæ quia oportebat corpus humanum esse organū tactus, & per consequens medium inter tangibilia. At hoc non poterat esse, nisi esset ex contrarijs compositum, vt patet per Philosophum ex.2.de anima. Nō autem est cōditio secundum quam materia adaptetur formæ, quia si esset possibile, cum forma sit incorrupti bilis potius oporteret materiam incorruptibilem esse. Sicut q serra sit ferrea competit formæ & actioni eius, vt per duritiem sit apta ad secandum, sed q possit rubiginem contrahere, consequitur ex necessitate talis materiæ, & non secundum electionē agentis. Nam si artifex posset, faceret ex ferro serrā, quæ rubiginem non contraheret. Hæc D.Tho.in 2.2. Si verò consideretur secundum primam institutionem, qua Deus hominem à principio creauit; sic mors illi omnino non est naturalis, imo subsequuta est in pœnam peccati, vt in argumento tangebatur. Etenim in institutione humanæ naturę aliquid corpori humano attribuit Deꝰ supra id quod ex naturalibus principijs debebatur, scilicet, incorruptibilitatem quandam & donum quo poterat non mori. Et licet talis incorruptibilitas non esset naturalis quantum ad actiuum principium; erat tamen quodammodo naturalis ex ordine ad finē, vt scilicet materia proportionaretur suæ naturali formæ, quæ est finis materiæ. Ex quo patet ad secūdam confirmationem. Per peccatum autem subtracta est dispositio hæc, & ex hac subtractione sequuta est mors. Sed de his satis. Videndus est D.Thom. in locis citatis, & in.1.p.q.97.& in.4.cont.gent.c. 81.in principio. ¶ Ad tertium argumentum respōdetur, q vt patet ex dictis nō sola causa periodi est sol, sed etiam sunt aliæ ex parte materiæ, & aliarum stellarum & planetarum. Verum est tamen, q accessus & recessus solis est principalis causa periodi. Ad primam confirmationem patet ex quarta conclusione. Ad secundam respondetur, q autores illi promittentes vitam illam immortalem, aut extra modum longam, errant maximè in Philosophia, & nihil aliud quærunt quam captare vulgi aurem. ¶ Circa reliquas omnes conclusiones disputari hic poterat; Vtrum generatio & corruptio sint semper? Etenim Arist. in hoc cap. contendit q sint perpetuæ non ad hunc sensum, vt aliqua particularis generatio seu corruptio duret in perpetuū, sed quia generatio & corruptio in communi & in confuso nunquam deficit, sicut dicit etiam semper ab æterno esse homines, non hos determinate vel illos, sed confuse hos vel illos. Cæterum Aristo. hic non tractat ista ex professo: sed refert se ad librum octauū Physicorum, & ad libros de cœlo, in quibus hanc quæstionem copiosè disputauit. Quare nos quoq; de hac re in præsenti nullum sermonem faciemus. Videtamen Soto.8.Physi.q.1.&.2.& D.Tho.1.p. q.46.ar.1.& 2. super quem locum nos quoque de hac re multa diximus, & contra Aristot. secundum fidem & rationem naturalem diffiniuimus generationes & corruptiones, nec ab æterno fuisse, nec in æternum futuras, & ibi soluimus omnia argumenta quæ in oppositum fieri solent ex doctrina Arist.

CAPVT XI.

QVoniam autem in continuè motis secundum generationem, aut alterationem, aut vniuersaliter transmutationem, huiusmodi videmus ordine quodam esse, ac generari hoc post hoc ita, vt non deficiat, videndum est, vtrum est aliquid quod erit ex necessitate, aut nihil sed omnia contingit non fieri.

Quoniam enim quædam manifestū, & quia mox erunt & futurum aliud propter hoc. Quod quidem enim verum est dicere quia erit, oportet hoc esse quandoque verum quia est. Quod autem nunc verum dicere, quia futurum est nihil prohibet non fieri. Futuras enim incedere quis non incedet.

Vniuersaliter autem quoniam contingit quædam entium esse, & non esse, manifestum quoniam & quæ generantur, ita habebunt & nōcx necessitate hæc erunt.

Vtrum igitur omnia talia, aut non, sed quædā necesse simpliciter fieri? Et est quemadmodum contingit in esse; hæc quidem impossibile non esse, hæc autem possibile ita & circa generationē, v.g. conuersiones necesse est fieri, & non possibile est non contingere. Si igitur quod prius necesse est fieri, si quod posterius erit, v.g. si domus & fundamentum, si vero hoc lutum prius. Ergo si fundamentū factum est, necesse & domū fieri.

Aut non adhuc, si non & illud necesse generari, aut non necesse est esse adhuc; si autem & id necesse generari simpliciter, si esset hoc & fundamen-

damento generato necesse generari domum; sic enim prius se habet ad posterius. Quare si illud erit, necesse illud prius generari. Si igitur necesse generari & quod postea & quod prius necesse, & si quod prius & quod posterius igitur est necesse. Sed hoc non est propter istud, sed quoniā subiectum est ex necessitate futurum. In quibus igitur quod postea necesse est esse in his conuertitur, & semper priori generato necesse generari quod postea.

Siquidem enim in infinitum tendit & ad inferius non erit necesse eorum quæ postea, hæc generari simpliciter sed neque ex suppositione.

Semper enim alterum anterius necesse esse. Ideo & necesse illud generari. Quocirca si non est principium infiniti, neq; primū aliquid erit, propter quod nil necesse erit generari.

At vero neq; in finem habentibus hoc est dicere verè, quod necesse est simpliciter generari. v.g. domum quando fundamentum generatur. Quando enim generatur nisi necesse est generari semper, hoc accidet semper esse contingens semper non esse.

Sed oportet semper generationem esse, si ex necessitate est eius generatio. Ex necessitate enim & semper simul. Quod enim est necesse non possibile non esse. Quocirca si ex necessitate est sempiternum est, & si sempiternum ex necessitate. Et si generatio igitur ex necessitate perpetua est generatio huius, & si sempiterna ex necessitate.

Si igitur alicuius ex necessitate generatio simpliciter, necesse circuire & reuerti.

Necesse igitur aut finem habere generationē aut non, & si non aut in rectum, aut in circuitu. Horum autem si erit sempiterna, in rectum impossibile est, quia nequaquam est principium, neque si inferius vt ad futura inspiciamus, neq; superius vt ad generata. Necesse autem principium, quoddam esse si non sit finita, & sempiternam esse oportet. Ideo necesse in circuitu esse. Conuerti igitur necesse erit v.g. si hoc ex necessitate est, & quod, prius ergo. Sed si hoc & quod posterius necesse generari, & hoc semper iā continue. Nihil enim hoc differt dicere per duo aut multa. In circuitu igitur motu & generatione est, quod ex necessitate simpliciter. Et si in circuitu necesse generari, & generata esse. Et si necesse horum generatio in circuitu. Hoc vtique quidem est rationabiliter quoniam perpetuus.

Et aliter apparuit in circuitu motus, & qui cœli quoniam ex necessitate hæc generantur & erunt, quæcunque huius motus, & quæcunque propter hunc. Si enim quidem quod in circuitu mouetur, semper aliquid mouet necesse & horū in circuitu esse motum. v. g. superiori allatione existente in circuitu, & sol sic. Quoniam autem sit hoc, horæ propter hoc in circuitu generantur, & reiterantur. His autem generatis ita iterum & quæ ab his.

Quare ergo hæc quidem ita videntur v.g. aer, & aqua in circuitu generantur. Et si quidem nubes erunt oportet & pluere, & si pluet oportet & nubem esse, homines vero & animalia nō reiterantur in seipsos, vt rursus generetur idem, non enim necesse est si pater tuus generatus est; & te generari sed si tu illum.

In rectum itaque videtur hæc generatio esse.

Principium autem intentionis rursus hoc, vtrū similiter omnia reiterātur, aut non, sed hoc quidem numero, hoc autem specie solum.

Quorum quidem igitur incorruptibilis substantia mota, manifestum quoniam & numero eadem erunt. Motus enim sequitur quod mouetur. Quorum autem non sed corruptibilis, necesse specie, numero autem non reiterari. Ideo aqua ex aere, & aer ex aqua, specie idem non autem numero. Si autem & hæc numero, sed non, quorum substantia generatur ens tale quale contingit non esse.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRima conclusio tex.63. Quoniam autem in continuè, &c. Quia nos videmus in omnibus continuè motis, siue secundum generationē, siue secundum alterationem, siue vniuersaliter secūdum omnem transmutationem moueantur, quòd post trāsmutationem est ens, & videmus q vnum generatur post aliud, & non deficit; videndū nunc est; Vtrum aliquid ex necessitate generetur, vel An omnia contingenter fiant? ¶ Secunda conclusio tex.64. Quoniam enim quidem quædam, &c. qua respondetur propositæ quæstioni. Manifestū est in quibusdam q mox vt erunt quædam alia generantur ex necessitate, & propter illa sint (vt si terra madefecit necesse est terram vaporare, & ex vapore nubem generari, & ex nube pluuiā, & ex pluuia terram iterum madefieri, & ex illa necesse est iterum exire in vaporem, & sic in infinitum. Similiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter necessario sol orietur cras, & necessario ad ortũ A causa generationis fundamenti, sed quoniam subsolis sequitur huius aëris illuminatio, & alij multi iectum de necessitate est futurum. Quia posito effectus. Cum enim de re aliqua in sua causa efficiẽ toto, idest, quia fuit necessitas suppositionis ex hyte & naturali determinata verum est dicere nunc, potheſi, quia posito toto necesse fuit & poni partem & ideo non conuertitur. Conuertitur autem quoniam erit, oportet illam aliquando existere, in omnibus in quibus posterius taliter generatur à sicut patet in prædictis exemplis. Aliquid tamẽ posteriori, quòd priori generato necessario generafuturum esse non habens causam determinatam tur semper posterius, & e conuerso. ¶Quinta nihil prohibet contingere non esse. v.g. verum est conclusio tex. 68. Siquidem enim in, &c. Si generunc dicere de aliquo q̃ ipse est futurus incedere, ratio tendit in infinitum siue superius ad generata, potest tamen impediri propositum eius & non in- siue inferius ad generanda, non est necesse nec necedet.

¶Probatur ista conclusio. Sicut est in entis di- B cessitate absoluta, nec necessitate ex suppositione uisione, ita vniuersaliter est in generatione. Sed generari eorum quæ postea, idest, aliquid quod sit in entibus ita est quòd quædam sunt contingentia de numero eorum quæ sunt post, quod est contra esse & non esse, & quædam non contingunt nõ id quod in præcedentibus conclusionibus est proesse, sed sunt ex necessitate, ergo ita est in generabatum, in quibus dictum est quòd generato priotione, quia quædam ex necessitate generabuntur, ri necesse est generari posterius. Probatur ista con& quædam contingenter. ¶Tertia conclusio text. clusio. In his quorum primogenito necesse est 66. Et est quemadmodum contingit, &c. Vt præ- aliud, scilicet, posterius generari quacunque necdicta quæstio & solutio ad eam data melius declacessitate semper alterum est ante, & aliud est post, retur, oportet vt idem iterum quæramus. Est igi- sicut ante est terra madefacta quam vaporatio (litur quæstio; Vtrum omnia quæ generantur sint cet etiam in conuersione ante sit vaporatio quam talia, q̃ ex necessitate generentur, aut non sint talia C terra madefacta, quia vtrunque se habet ad vtrunomnia, sed aliqua contingenter vel quędam necesque sicut prius & posterius) similiter fundamẽtum sario, ita scilicet, q̃ sit sicut in rebus q̃ quædã sunt est prius quam domus. At in infinitis nullum est contingentia, & possibilia non esse, & quædam neprimum, & per consequens nec postremum, ergo cesse est simpliciter esse, quæ impossibile est non si generatio tendit in infinitum non est necesse aliesse. An ita sit circa generationem, quòd quædam quid generari, & ita non est necessaria generatio. necessario generentur quibusdã generatis, & quæ- ¶Sexta conclusio. Non est verum dicere in habendam non possibile generari non generatis illis. v.g. tibus finem quòd necesse sit simpliciter generari. Si est necesse fieri conuersiones, idest, cum videa- Hæc conclusio intelligenda est, si in talibus nõ fiat mus q̃ vniuersaliter generato posteriori necesse sit reiteratio, quia si in talibus generatio reiteretur tũc generatum prius esse, an necesse etiam sit e conuererit circularis & non solum recta. Probatur conso, scilicet, generato priore necesse sit generari po- D clusio. Nam, verbi gratia, non est necesse generari sterius. v.g. Nos videmus quòd si domus est gene- domum fundamento generato. Si enim quando rata necesse est fundamentum esse generatum, & fundamentum est generatum necesse est semper si fundamentum necesse est prius ita fuerit genera- generari hoc idest domum, sequeretur quòd illud tum fuisse lutum. Quæramus ergo; Vtrum cõtin- quod contingit non semper esse semper esset. Cũ gatur, q̃ si fundamentum est generatum, quòd etiã autem videamus ad sensum quod non semper gedomus sit generata, vel non conuertitur. ¶Quarta neratur domus generato fundamento, sequitur conclusio. Non est necesse conuersionem fieri ita quòd non sit necesse generato fundamento generaq̃ vno generato generetur aliud, & e conuerso ex ri domum.
necessitate nisi generato priori necesse sit simpliciter generari posterius. Et si ita fuerit in domo & ¶Septima conclusio. Generatio semper est. Pro- fundamento, q̃ scilicet generata domo necesse est E batur conclusio. Quod est ex necessitate sẽnecessitate absoluta generari fundamentum, tunc per est, sed vt patet ex dictis, generatio est ex neetiam necesse est fundamento generato generari cessitate, ergo semper est. Maior probatur. Quia domum. Sic enim ostensum est supra quod prius necessarium non potest non esse, vt patet per æquihoc modo se habet ad posterius, scilicet, q̃ vno pollentes, quia illud quod necesse est esse, impossigenerato generatur aliud, & e conuerso, quia si posbile est non esse, & quod impossibile est non esterius est generatum necesse est & generari prius, & se, necesse est semper esse. Quo circa si aliquid est, e conuerso, & si posterius necessario generatur ne- ex necessitate est sempiternum, & e conuerso si est cesse est generari prius & conuertitur, quia si illud sempiternum, est ex necessitate.
quod est prius est generatum putà fundamẽtum, ¶Octaua conclusio. Postquam datur generanecesse est & generari quod est posterius putà do- tio ex necessitate simpliciter, & non ex suppomum. Huius autem ratio non est, quia domus est sitione cum non possit esse secundum rectum neHæc cesse est quòd sit circularis & per reiterationem.

Hæc conclusio sequitur ex præcedentibus. Nam A do reiterentur eadem numero, non tamen conceaut generatio habet finem aut non. Non potest di ditur q̃ propter hoc simpliciter reiterentur eadem ci q̃ habet finem vt patet ex præcedenti conclu- numero. Quia eorum substantia est talis corruptisione, si non habet finem aut id est secundum re- bilis qualem non contingit esse in generato, & in ctum, aut secundum circulum. Non secundum re- eo ex quo generatur.
ctum, quia non in ordine ad generata superius cũ POstquam Philosophus determinauit de prinnon detur principium, vt ostensum est in quinta cipijs generationis & corruptionis & conticonclusione, neque inferius in ordine ad generan- nuitatis eius, in hoc vltimo capite mouet dã vt ibidem etiam probatum est, ergo secundum quæstionem quandam, quæ potest oriri ex præcirculum. Sic ergo si generatio est perpetua est cir dictis. Cum enim dictum sit, quòd motus circularis, & si est circularis est perpetua. ¶Probatur is sit causa generationis & corruptionis, & perpesecundo conclusio. Motus cœli qui est harum ge- B tuitatis siue continuitatis earum, & ostensum sit q̃ nerationum causa est circularis, ergo harum gene- iste motus sit ex necessitate continuus & sempiterrationum continuitas est circularis. Antecedẽs pa- nus, restat nunc inquirere, Vtrum effictus eius detet, & cõsequẽtia probatur. Si enim aliquod quod beat esse necessarius, ideo hic quærit Arist. Vtrum mouetur mouet, sicut mouetur in circuitu, sic mo- quæ generantur, ex necessitate generentur? & supuet in circuitu. Quod patet exemplo. Quia enim posito q̃ ex necessitate generentur; An talis genorbis mouetur in circuitu, etiam sol eodem modo ratio sit secundum rectum, vel sit circularis: & supmouetur, & horæ & dies, & anni sunt in circuitu, posito q̃ circularis; An talis generatio circularister ergo & sic erunt generationes. ¶Nona conclusio minctur ad idem specie, vel ad idem numero?
tex. 70. Quare ergo hæc quidem, &c. Ex dictis po- ¶Circa secundam conclusionem est notandum, test esse quæstio; Quare aliqua generantur in cir- C q̃ Arist. nomine futuri intelligit causam potẽtem cuitu. v.g. aër & aqua & cætera elementa, quia si nu- in futurum aliquid producere, non absolutè, sed yebis erit, oportet pluere, & si pluet, oportet nubes iam determinata est ad producendum. Et talis cauesse; in alijs vero non contingit ista circularis gene- sa dicitur res futura in virtute causatiua. Et quia aliratio. Nam homines & animalia non reiterantur. quando causa determinata ad effectum in futurũ Non enim est necesse q̃ sicut tu es ex patre tuo, ità producendum, potest impedin vel mutari; futurũ pater tuus sit ex te, neque est necesse te generari si in sua causa non erit in seipso. Et hoc vult dicere pater tuus est generatus, sed si tu es generatus ne- Arist. quando dixit, futurus incedere non incedet, cesse est patrem tuum generatum fuisse, ergo. Cui idest causa quæ modo est determinata ad inteden quæstioni dicitur, q̃ ratio quare animalia nõ reite- dum; postea in re talem incessum non producet. rantur est, quia eorum generatio est secundum re- ¶Circa tertiam conclusionem aduerte, q̃ in ea Ari ctum, & non secundum circuitum.
sto. iterum repetit quæstionem quam in præce¶Decima conclusio. Alia etiam quæstio ex dictis D dẽti breuiter explicuerat, scilicet, Vtrum omnia quæ enascitur, quam in hac vltima parte quærere est generantur an ex necessitate; an verò contingenprincipium nostræ intentionis. Quæstio est; An ter generentur. Cui quæstioni respondet in quarta postquam secundum dicta est reiteratio circularis conclusione, q̃ sicut in entibus sunt aliqua, quorũ fit ad idem numero, vel ad idem specie? Cui quæ- esse impossibile est non esse, & alia quorum esse stioni respondetur, q̃ ea quorum substantia non possibile est nõ esse; ita est in generationibus, quia corrumpitur in mutatione, manifestum est, quod aliquæ generationes sunt necessariæ, aliquæ verò iterantur eadem numero, sicut sol reiteratur in eo- sunt contingentes. Quorum exempla iam appodem obliquo circulo: quia motus sequitur id quod sita sunt in textu. Ratio verò breuiter collecta secunmouetur, quia non est motus nisi existẽtis in actu dum D. Thom. est hæc; Nam quando termini gene(vt ostensum est. 5. Physi. tex. 9.) Ea verò quorum rationis ita se habent, q̃ vterq; sit tota materia alteE substantia non est incorruptibilis, sed est corrupti- rius & e conuerso, tunc necesse est q̃ vno generabilis, necesse est iterari eadem specie, nõ eadem nu- to generetur aliud & e conuerso. Et hoc ideo, quia mero. Corrumpitur enim eorum substantia in talli vtrumque est prius & posterius respectu alterius. transmutatione. Aduertendum tamen est q̃ cum Quando verò vnum non est tota materia alterius, aër sit tota materia aquæ ex ipso generatæ, & e cõ- sicut fundamentum non est tota materia domus, uerso talia reiterata magis accedunt ad idẽtitatem tunc non est necesse, q̃ priori generato generetur materialem quàm animalia & homines reiterati. posterius; sicut fundamento generato, non est neVnum enim animal generans putà bos non est to- cesse generari domum, domo tamen generata, neta materia alterius bouis generati, & ideo minus cesse est generari fundamentum, non quidem neaccedunt ad identitatem numeralem quam elemẽ- cessitate absoluta, sed ex suppositione, dato scilta in circulari generatione elementorum. Vnde & cet, quòd fundamentum sit pars domus; quia posi propter hoc concedatur q̃ elementa aliquo mo- sito toto necesse est poni partem.
Circa

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Circa nonam conclusionem aduerte quòd illa verba; In rectum itaque videtur hæc generatio, exponit Ægidius ita vt putet per ipsa inferri tanquam inconueniens generationem animalium esse in rectum, atque ita ipsa esse terminum quæstionis ibi propositæ, & quæstionem sequentẽ ad hoc poni, vt præcedens ex eius solutione soluatur. At verò Albertus Magnus & D. Tho. aliter illa interpretantur. Putant enim Aristot. respondere propositæ quæstioni asserens, q̃ ratio quare animalia non reiterantur est, quia eorum generatio est secũdum rectum, & non secundum circulum. Nã sicut supradictum est, vbi vterq; terminorum non est tota materia ad alterum, vt vno motore diuersimo de se habentẽ, educatur vtrumq; de vtroquẽ, in his non est generatio circularis, sicut in te & patre tuo, quia pater tuus non est tota materia tua. In elemẽtis verò vnum est tota materia ad aliud, & vno motu decliuis circuli potest educi vnumquodq; ab altero, & ideo in eis est generatio circularis. Et hæc expositio S. Tho. est melior, & textui cõformior.

QVÆSTIO VLTIMA
circa. 10. conclusionem.

Vtrùm corruptum per naturam possit idem numero reparari.

ET videtur q̃ sic. Primò. Nam Arist. in. 1. meteo. lect. 3. apud D. Tho. inquit. Non enim dicemus semel neq; bis neq; raro esse dẽ opiniones reiterato factas in hominibus, sed infinities. Idẽ repetit in. 1. cœli. text. 22. & in. 8. met. text. 11. & 12. inquit Arist. q̃ si agens fuerit idem & materia eadem, effectus erit idem. Idem dicit in. 12. meteor. text. 11. Tunc arguitur. Naturaliter possunt concurrere idem numero agens & eadem materia ad producendum effectum, ergo tunc producetur idem numero effectus. Probatur minor. Nam si igni apponatur manus & caleſiat, & postea calor destruatur separata manu; & iterum apponatur eadem manus, eidem igni; tunc erunt eadem agentia numero, ergo idem numero restituetur calor. Confirmatur primò. Nam hoc ipsum asserit Commentator super. 8. met. comm. 11. & super 12. comm. etiam. 11. inquit; Si autem materia fuerit vna & generans fuerit vnum, & potentia vna, tunc illud quod fit erit vnum. Subiectum enim cũ fuerit vnum, & potentia existens in eo fuerit vna, & agens vnum, tunc nulla erit causa multitudinis. Sed hæc omnia possunt naturaliter esse, ergo.

¶ Arguitur secundò. Potentia ad formam semel productam remanet in materia, etiam post formã destructam, ergo potest eadẽ forma produci per idem agens naturale sicut antea. Probatur antecedens. Quia si Deus vniret illam formam materiæ, fieret idem numero sicuti antea erat, quod & in rẽ surrectione fiet. Consequẽtia verò probatur. Quia omne quod est in potentia materiæ, potest reduci ad actum per agens naturale, sed est in potẽtia materiæ posse formam recipere, ergo. Confirmatur. Iadẽ est numero priuatio in materia ante & post, quia est eiusdem numero formæ, ergo in materia manet eadem etiam inclinatio ad illam formam, & sic per naturam potest reparari & actuari talis inclinatio, quia frustra est potentia naturalis, quæ per naturam explerinon potest. ¶ Arguitur tertiò. Accidẽs indiuiduatur à subiecto, sed corrupto accidente potest remanere idem numero subiectum, ergo saltim accidentia possunt reparari eadem numero. In oppositum est Arist. in hoc vltimo capite. ¶ Pro solutione huius quæstionis sciendum est varias fuisse de hac re sententias. Prima est antiquissimorum quorundam Philosophorũ assertium, posse idem numero redire post corruptionem; imò de facto rediturum. Dicebant enim eadẽ temporum temporaliumq; rerum volumina repeti. v. g. sic Plato Philosophus in vrbe Athenien si & in eadem schola, quæ Academica dicta est, docuit discipulos; ita per innumerabilia retro secula multis quidem prolixis interuallis, sed tamen certis, & idem Plato, & eadẽ ciuitas, & eadem schola, ij dẽq; discipuli repetiti, & per innumerabilia demum secula repetendi sunt. Multi autem Astrologi asserunt, q̃ hæc repetitio rerum futura est absoluto motu octauæ sphæræ, qui durat secundum aliquos 36. millibus annorum, vel secũdum alios. 49000. annorum quod tempus vocant annum maximũ. Hæc sententia à multis tribuitur Platoni, licet etiã multi ex eius sectatoribus non eam admittant vt Platonis sententiam. Huius opinionis est Iamblicus, de quo videndus est Marsil. Ficinus lib. 11. de Theologia Platonis. Cuiuscunq; tamen sententia hæc sit, ipsa est impia & contra nostram fidẽ, quæ nos docet post hanc vitam nos ex Christi merito vitam sempiternam adepturos. Quare omnino est reijcienda, de cuius impugnatione vide D. Aug. libro. 12. de ciuit. Dei. c. 13. & D. Thom. in. 4. cont. gent. cap. 82. prope finem. ¶ Aduertendum est secundò, q̃ inter catholicos sunt etiam in hac parte diuersæ sententiæ. Etenim Ricardus in. 4. d. 43. q. 1. ar. 3. & Scotus ibidem. q. 3. dicunt, q̃ viribus naturalibus potest idem agens reparare eundem numero effectum, vt in accidentibus in elementis, & mistis non tamen in omnibus, & dicit Scotus q̃ non videt quomodo istud sit impossibile. Hanc sententiam sequuntur discipuli Scoti, & aliqui ex iunioribus putant eam probabilem, licet probabiliorem existiment sententiam D. Tho. Marsilius autem in hoc lib. 2. q. 20. & Duran. in. 4. d. 43. q. 3. & alij cum eis non solum oppositum huius sentẽtiæ asserunt, verum etiam putant, q̃ quæ simpliciter

ter corrumpuntur implicat contradictionem iterum eadem numero produci, ita vt de potẽtia Dei absoluta id fieri non possit. De homine autem dicunt, q̃ quia non simpliciter corrumpitur, si quidem manet eius anima quæ est immortalis, sicut nec simpliciter generatur quia eius forma non generatur, sed creatur, potest idem numero per potẽtiam Dei reparari, imo de facto, vt docet fides catholica, reparabitur in resurrectione. Cæterũ quæ simpliciter corrumpuntur. v. g. equus, qui omnino etiam secundum formam corrumpitur, non possunt secundum istos autores eadem numero reparari. ¶ Sit nobis prima conclusio. Per diuinam potẽtiam potest reparari idem numero corruptum. Hæc conclusio est D. Tho. in. 4. cont. gent. c. 81. & quodlib. 4. art. 5. & quanuis oppositum videatur docere in. 4. d. 44. q. 1. ar. 2. & d. 12. ar. 2. & 3. par. q. 77. art. 3. intelligitur tamen de potentia naturali aut ordinaria Dei (de quo vide Ferr. in. 4. cont. gẽt. c. 8.) Et quidem de homine q̃ per potentiam Dei possit idem numero reparari est fides catholica, ita vt oppositum sine manifesta hæresi non possit teneri. Etenim in resurrectione idem homo resurget qui fuit mortuus, vt patet Iob. 9. Quẽ visurus sum ego ipse, & non alius, &c. de quo quia theologicũ id est inanus, vide S. Tho. in additio ad. 3. p. q. 79. per totam. At verò quod id etiam possit fieri per potentiam Dei in alijs rebus corruptibilibus, vt in equo bone, &c. Probatur primò. Quia id nullam implicare videtur contradictionem, ergo potest à Deo fieri. Secundò. Nam Deus potest reparare huiusmodi sine motu, quia in eius potestate est, quòd producat effectus sine causis medijs, ergo potest eadem numero reparare, etiam si in nihilum fuerint conuersa. Confirmatur. Nam ratio quare agẽs naturale non potest producere eundem numero effectum est; quia agit per motum & mutationem. At verò Deus sine motu & mutatione, & sine aliqua dependentia potest generari, ergo.

¶ Secunda conclusio. Res successiuæ vt motus & tempus semel corruptæ vel anihilatæ per nullam potentiam possunt redire eædem numero. Conclusio est D. Tho. in quodlib. citato: & probatur eius ratione. Nam hoc implicat contradictionem: quoniam vnitas rei successiuæ, putà temporis & motus in sui ratione habet continuitatem, ita vt si intercidatur, non erit eadem nec vna numero: & ideo impossibile est, q̃ idem numero tẽpus quod cessauit redeat. Nam sequeretur, q̃ esset vnus & non esset vnus. Esset vnus ex hypothesi, non esset vnus, quia est intercisus; & ita ad præteritũ nulla est potentia, vt docet D. Tho. 1. p. q. 25. art. 4. Nequit enim fieri, q̃ præteritum non fuerit præteritum, quia sequuntur duo cõtradictoria. Nam iam est præteritum & non est præteritum, quia efficit q̃ non sit præteritũ. Et confirmatur. Quia ad identitatem numericam entis successiui requiritur q̃ non interrumpatur. 5. Physic. text. 41. & prius in text. 39. dixerat Philosophus, q̃ idem est motum esse continuum & esse vnum; & requiritur vnitas temporis ad vnitatem motus; ergo si interrumpitur vel corrumpitur, implicat q̃ fit idem numero reparatum. ¶ Tertia conclusio. Nullum agens naturale potest reparare idem numero. Conclusio hæc etiam est D. Thom. in quodlib. citato & in. 4. cont. gent. c. 81. & in multis alijs locis. Est etiã expressa Arist. in hoc tex. 70. & in prædicamentis. c. de oppositis vbi ait, q̃ à priuatione ad habitum nõ est regressus. De quo videndus est Sonc. 10. met. lect. 4. super text. 14. Et probatur hæc conclusio. Nam agens naturale non potest huiusmodi corruptibilia sine motu producere in esse, motus autem & actio interrupta non est vna, sed plures, vnde si agens naturale assumit actionem productiuam alicuius, quod cecidit, non assumit eandem numero, ergo nec effectus idem erit numero, quia ad identitatem effectus requiritur identitas actionis. Item nam requiruntur eædem dispositiones, sed istæ nõ possunt esse, quia per diuersam actionem producuntur, ergo. De his tribus conclusionibus & de tota quæstione videndi sunt Capreolus in. 4. dist. 43. q. 1. Magister Soto in eadem. d. q. 1. ar. 5. & d. 44. q. vnica. art. 1. & Ferr. 4. cont. gent. c. 81. vbi de hac re multa copiosissimè potest scire.

¶ Ad argumenta in principio posita respondetur. Ad primam autoritatem in primo argumento allatam respondetur ex D. Tho. super illum locum, q̃ illud dixit Arist. secundum opinionem suã, qua putauit mundum & generationem hominis fuisse ab æterno. Hoc enim posito manifestum fit quasdam opiniones & artes à quibusdam certis temporibus incepisse, & oportet dicere q̃ multoties vel magis infinities sunt destitutæ propter bella, vel alias corruptiones, & iterum reinuentæ. Eandem solutionem adhibet D. Tho. in. 1. de cœlo. tex. 22. in quibus locis videndus est Augustinus Niphus, & interpretes alij Arist. sunt legendi. Ad secundam autoritatem respondetur, q̃ optimè potest per naturam idem effectus specie reparari, vt probat Arist. hic tex. vltimo, quia ex terra compluta generatur vapor, & ex vapore nubes, & ex nubibus pluuia, & iterum terra madefit, & generantur nubes, &c. & ita redeunt ijdem effectus secundum speciem: & generatio circularis est secundum Arist. indeficiens, & ita debet intelligi Arist. in loco adducto ex. 8. meteo. vbi ait, q̃ si agens fuerit idem, & materia eadem effectus erit idem, intelligitur secũdum speciem. Eodem modo respondetur ad Commentatorem. ¶ Ad secundum argumentum respondetur notando prius cum Ferr. in. 4. cont. gent. vbi supra, q̃ cum potentia materiæ ad formam sit idem realiter cum ipsa materia, vt dicit habitudinem ad formam

Universidad de Deusto
Biblioteca

formam quæ potest in eam introduci ab agẽti (de quo Magister Soto in. 1. Phy si. q. 6. dub. 2.) ita secundum q̃ potest diuersimodè recipere formam ab agente est in ea diuersificanda potentia ad formam. Nam respectu formæ, quam potest recipere ab agente naturali, dicitur potentia naturalis; respectu vero formæ, quam p̃otest recipere à solo agente supernaturali; dicitur potentia obedientialis. Quia ergo materia antequam reciperet formam de ipsa educibilem, poterat per agens naturale reduci in actum; ideo tunc habebat potentiam naturalem ad talem formam. Quia vero postquam talem formam amisit, non potest per agens naturale reduci ad actum eiusdem formæ, eo q̃ agens naturale non potest resumere eandem actionem numero, potest tantum per agens supernaturale, cuius operatio semper vna numero manet; ideo tunc solum habet potentiam obedientialem, atq; ex consequenti licet sit eadem potentia realiter & materialiter, quia est eadem materia, non tamen est eadem potentia omninò formaliter, sed est diuersa habitudo, quia respicit agẽtia diuersi ordinis. Hoc docet D. Tho. in. 4. d. 43. ar. 4. q. 3. vbi tenet, q̃ in cineribus à quibus fiet resurrectio nulla est inclinatio naturalis ad resurrectionem, sed solùm ex ordine diuinæ prouidentiæ statuentis, vt illi cineres iterum animæ copulentur. Ad argumentum ergo distinguitur maior. Materialiter concedo quòd remanet eadem potentia in materia, prima. Formaliter vero nego. Vnde propriè loquendo nec manet eadem priuatio formaliter, quæ erat antequam reciperet formam. Ratio est. Quia à principio erat inclinatio naturalis in materia ad formam naturaliter posibilem haberi, postea verò dum res corrumpitur, nõ manet eadem inclinatio formaliter, licet maneat materia apta recipere eandem formã per potentiam tamen supernaturalem. Ex quo ad confirmationem respondetur, q̃ vt materia sit in potentia ad formam, & habeat inclinationem ad ipsam, non sufficit q̃ habeat priuationem formæ huius: si per priuationem intelligatur sola negatio formæ in materia, qualis intelligitur post rem corruptam: sed requiritur etiam aptitudo & inclinatio materiæ ad formam naturalem & naturaliter sibi posibilem, qualem non habet materia post corruptam formam. Vnde licet maneret eadem priuatio propter identitatem subiecti & termini, non tamen eadem potentia naturalis, quia nõ manet eadem aptitudo ad formam, quam amisit. Et sic negatur quòd sit priuatio eiusdem formæ eodẽ modo consideratæ. De quibus omnibus videndus est Ferr. in. 2. cont. gent. c. 60. circa decimamtertiã rationem D. Tho. Respondetur secundò, q̃ licet sit eadem priuatio realiter, formaliter tamen est diuersa. Et ratio est. Quia priuationes distinguuntur ratione habituum, sed habitus sunt distincti, quia priuatio formæ corruptæ priuat actu & potentia, ex qua potentia priuata impossibilis est regressus. Sed priuatio formæ generandæ non priuat habitum, sed actum; quia potest ad actum reduci, & sic habitus distinguuntur, quia alter est vt actus & potentia alter consideratur solum vt potentia. Respõdetur tertiò, q̃ materia non est in potentia ad formam corruptam, quia postquam forma definit esse in materia, iam forma non potest actuare materiam. Quare quantum ad hoc iam illa forma efficitur supernaturalis. Licet secundum suam speciem & absolutè sit naturalis. Vnde à solo Deo reparari potest corruptum. Ipse enim vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. ¶ Ad tertium respondetur, q̃ ad vnitatem accidentis numericam non solum requiritur vnitas subiecti, sed etiam vnitas actionis & temporis & aliarum conditionum indiuiduantium. De quo iam diximus in. 1. libro in quęstione de principio indiuiduationis. Hactenus de expositione librorum de Generatione & Corruptione ad laudem & gloriam omnipotẽtis Dei, qui est benedictus in secula.

FINIS.

SALMANTICAE,
Excudebat apud Sanctum Stephanum
Antonius Renaut. 1585.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca